Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

2° A gr. 6. 743

Joseph 2

Antiquit. lib. Josephi. 66

Josephus de Antiquitatibus ac de bello Judaico.



9

1512.

DE ANTIQVITATIBVS TABVLA

¶ Tabula Rubricarum cuiuſcunq; capituli ſingulorum librorum eam de Antiquitatibus q̄ de bello Iudaico ſecundum numerum librorum & cartharum.

¶ Incipit Liber primus.

De creatione cæli & terræ: & de operibus ſex dierum: & requie diei ſeptimi. cap.i.car.i.

De plaſmatione protoplaſtorum: & de plantatione Paradiſi: & de introductione Adam & Enæ in ipſum. cap.ii.car.ii.

De tranſgreſſione protoplaſtorum: & de eiectione eorum de Paradiſo. cap.iii.car.ii.

De interfectione Abel per Cain: & de pœna qua multatus eſt Cain: & de duabus columnis lateritia & lapidea: in quibus conſcripſerunt filii Adam omnem diſciplinam rerum cœleſtium quam per ſe adinuenerunt. cap.iiii.car.ii.

De inundatione diluuii ſup terrā: & ubi Noe ſaluatus eſt cum generatiõe ſua p arcā. cap.v.car.ii.

Noe poſt diluuium oblatis domino hoſtiis, orat nullam aquarum inundationem ulterius indu/ci ſuper terram: cap.vi.car.iii.

Deus annuit ꝓcibus Noe: arcum pluuialem deſignans ei in teſtimonium fœderis. cap.vii.car.iii.

De morte noe: & de filiis eius. cap.viii.car.iii.

De Nēbroth filio cham: & de ædificatiõe turris: & de diſcordia diuerſarū linguarū. cap.ix.car.iii.

De diſperſione gentium in uniuerſas terras: poſt ædificationem turris. cap.x.car.iii.

De filiis Iaphet filii Noe: & de gentibus quæ per eos inſtitutæ ſunt. cap.xi.car.iii.

de filiis Cham filii Noe: & de gentibus per eos inſtitutis. cap.xii.car.iiii.

Noe inebriatus: nudatus: irriſus: irriſorem filium maledictioni ſubdit: fratribus eius maledictum patris effugientibus. cap.xiii.car.iiii.

De filiis Sem filii Noe: ſeu de gentibus per ipſos inſtitutis: & de ortu Abrahæ. cap.xiiii.car.iiii.

Abraam ſecundum præceptum domini de Chaldæa migrat in Chanaā: eam. cap.xv.car.iiii.

Abraam fame opprimente Chananæam: ægyptum ingreditur: ubi dignus & clarus habetur: diſciplinam arithmeticæ: & aſtrologiæ: contradens Aegyptiis: a quibus iterum regreſſus in Chanaanæam: partitur terram cum Loth cognato ſuo. cap.xvi.car.v.

Sodomitæ congreſſi cum Aſſyriis prælio uincuntur: uicti captiui abducuntur: cum quibus Loth captiuus abducitur. cap.xvii.car.v.

Abraam inuictus in Aſſyrios: Loth & captiuos Sodomitas eripuit: cui regreſſo occurrit rex Sodomitæ: & Melchiſedech rex ſolymoꝝ: deinde acceptō miſſo diuino de poſteritate: genuit Iſmael: ipſeque circunciſus eſt præcipiente domino: & Iſmael: totaq; domus eius. cap.xviii.car.v.

De Abraam quomodo tres angelos ſuſcepit: a quibus audiuit & Saram filiū pituram: & Sodomitarum euerſionem: & de Loth: qui & ipſe ſuſcepit angelos hoſpitio: & de euerſione ſodomoꝝ: ſimul de eruptione Loth cum tota domō eius: & quomodo uxor Loth conuerſa eſt in ſtatuam ſalis: cum reſpicit ciuitatem pereuntem: & de commixtione filiarum cum patre. cap.xix.car.v.

Quomodo Abraam migrauit in Gerara: & Abimelech adamauit Saram uxorem Abraæ: ſed correptus a domino reddidit eam ipſi intactam: & de natiuitate Yſaac. cap.xx.car.vi.

Qūo abraā monente ſara: & ꝓcipiente domino emiſit a ſe agar cum filio Iſmaele. cap.xxi.car.vi.

Abraam accepit mandatum a domino de immolatione Yſaac. cap.xxii.car.vi.

De morte ſara & ſepultura ipſius: poſt cuius mortē abraā accepit Cetura uxorē. cap.xxiii.car.vi.

Quomodo Yſaac quadragenarius duxit uxorem Rebeccam. cap.xxiiii.car.vii.

Abraam moritur: & ſepelitur in Ebron cum Sara coninge ſua. cap.xxv.car.vii.

De conceptu uel partu Rebeccæ: & qūo Yſaac pegrinatus eſt in Gerara ſtpe famis: & quia cum ſenuiſſet: & caligarent oculi eius. benedixit Iacob cum putaret ſe benedicere Eſau. cap.xxvi.car.vii.

Iacob timens fratrem fugit ad Laban in Meſopotamiam: ubi filias Laban Lyam & Rachel accepit uxores: cum ancillis earum Bala & Zelpha: ex quibus filios.xii. genuit: & unā filiam: quæ regreſſo Iacob de Meſopotamia ad Chananæam: uiolata eſt a Sichem filio Emmor regis Sicimorum: qua re indignati fratres eius totam ciuitatem percuſſerunt in ore gladii. cap.xxvii.car.vii.

Moritur Yſaac in Ebron: & ſepultura filiis ſuis: Rebecca uxore prius defuncta. cap.xxviii.car.ix.

¶ Incipit Liber ſecundus.

¶ Quomodo Eſau & Iacob Yſaac filii habitacula diuiſerunt: & Eſau quidem Idumæam tenuit: Iacob autem Chananæam. cap.i.car.ix.

Quomodo Ioſeph iunior filiorum Iacob ſomniis ei demonſtrantibus fœlicitatem futuram in inuidiam ſuſtinuerit fratrum. cap.ii.car.ix.

Quomodo idem ipſe in Aegyptum uenundatus a fratribus propter odium quod habebant in eum: factuſque inſignis & clarus: ubi fratres habuit ſubiectos. cap.iii.car.x.

Iacob audito quia Ioseph uiueret in Aegypto:& clarus ibi haberetur:descendit ad eum cum tota domo sua. cap.iiii.car.xiii.

De morte Iacob & de sepultura qua sepultus est in Ebron a filiis:de morte quoque Ioseph & fratrum eius. cap.v.car.xiiii.

De oppressione filiorum Israel in Aegypto per Pharaonem:& de natiuitate Moysi quem educauit filia Pharaonis:& adoptauit sibi in filium:& de sacrorum scriba qui uoluit interficere puerum cõculcantem coronam regis:quam puero rex imposuerat. cap.vi.car.xiiii.

Postquam creuit Moyses iniunctum est ei bellum Aethiopicum:ubi copulata ẽ filia regis Aethiopum in matrimonio. Vnde odium & inuidiam magnam contraxit Aegyptiorum. cap.vii car.xv.

Moyses cognitis insidiis regis Aegypti latenter effugit & ueniens in Madiam:habitauit cum Raguele sacerdote:cuius filiam accepit uxorem. cap.viii.car.xv.

De rubo qui uidebatur Moysi quasi arderet:qui tamen non comburebatur:ubi audiuit mandatũ diuinũ ut reuertens in Aegyptum:liberaret filios israhel de oppressione Aegyptioꝝ. cap.ix.car.xv.

Moyses regressus est in Aegyptum secundum mandatum domini: ubi faciens signa & prodigia maxima eduxit filios Israhel de Aegypto in manu ualida. cap.x.car.xvi.

Quomodo Aegyptii pœnitentia ducti quod dimisissent filios Israhel insecuti sunt eos usque ad mare rubrum:quod diuisum uirga Moysi præcipiẽte domino:ingressi sunt filii Israhel:& sicco uestigio transierunt illud:Aegyptii autem persequentes ingressi sunt post eos:sed reuertente mare in seipsum:suffocati sunt fluctibus. cap.xi.car.xvii.

Incipit Liber tertius.

Quomodo Moyses populum ex Aegypto sumens duxit ad montem Syna:multo itinere fatigatum. cap.i.car.xvii.

Quomodo pugnantes cum Hebræis Amalechitæ & qui cum eis erant uicti sunt:& Israhel prædam hostium perceperunt. cap.ii.car.xviii.

Quia socer suum Ietrõ Moyses ad se uenientem ad montẽ Syna libẽter excepit. cap.iii.car.xix.

Quomodo persuasit ei ut distribueret populum per millenarios & centenarios qui prius inordinatus erat. cap.iiii.car.xix.

Quomodo hæc singula fecit Moyses socero monente. cap.v.car.xix.

Quomodo Moyses ascendit in Syna mõtẽ acceptasq; a deo leges:Hebræis dedit. cap.vi.car.xix.

De tabernaculo qd fecit Moyses in deserto ad honorẽ dei ut tẽplũ esse uideretur. cap.vii.car.xx.

De arca qualiter facta sit:in qua tabulas legis collocauit. cap.viii.car.xxi.

De mensa propositionis:in qua oĩ septimana duodecim panes azimi ponebant. cap.ix.car.xxi.

De candelabro aureo:& altari interiori & exteriori. cap.x.car.xxi.

Quæ sunt uestimenta sacerdotum & pontificis. cap.xi.car.xxi.

Quomodo Aaron eligitur in sacerdotem:& quomodo Moyses purificauerit tabernaculum & sacerdotes:& quemadmodum de festiuitatibus:& singulis diebus fuerit cõstitutum. cap.xii.car.xxii.

Quia Moyses procedens a Monte Syna cum populo:eduxit eum ad locum qui dicitur Eserioth ubi murmurãtibus filiis Israel pro desiderio carnium dominus immisit Coturnices:& de plaga quæ secuta est esum carnium. cap.xiii.car.xxiiii.

Quomodo exinde Moyses duxit populũ ad fines Chananæoꝝ:unde misit exploratores.xii.q cõsiderarent eoꝝ regiones & ciuitates:qui reuersi post quadraginta dies: terrorem & metum incusserunt filiis Israel:quasi non possent expugnare Chananæos:unde illi in desperationem adducti cõsilio inito decreuerũt redire in ægyptũ:Moyse & Aaron interẽpto:qre iratus nõ eos sed filios eoꝝ terrã repromissiõis itraturos:ipsos ãt p.xl.ãnos in deserto prædixit esse morituros. cap.xiiii.car.xxiiii.

Incipit Liber quartus.

Bellum Hebræoꝝ absq; notitia Moysẽ cõtra Chananæos gestũq; atq; deuictũ. cap.i.car.xxv.

Seditio Chore & plebis contra Moysen & fratrem eius de sacerdotio. cap.ii.car.xxv.

Quemadmodum Moyses instituit decimas dare leuitis & sacerdotibus: & de morte Mariæ & Aaron primi sacerdotis domini:cui successit Eleazarus filius ipsius. cap.iii.car.xxvii.

Quemadmodum commiserunt Seon & og reges Amorreorum bellum:uicitque eos Moyses & filii Israhel terras eorum & ciuitates tenentes & hæreditate possidentes. cap.iiii.car.xxvii.

De Balach Moabitarum rege: seu de Balaam propheta cuius asina humana loquela usa est: qui post benedictiones quibus benedixit filiis Israhel consilium dedit Balach qualiter seduceret populum per mulieres Madianitas:& de ultione quæ secuta est: & seductos Hebræos:et seductores Madianitas:et ubi Moyses Iosue successorem sibi constituit. cap.v.car.xxvii.

Moyses alloquitur populum ante mortem suam: et tradidit ei librum legis:et quemadmodum ab hominibus est ablatus. cap.vi.car.xxix.

Incipit Liber quintus.

Quō Iesus duxit Hebræoꝝ exercitū: & dū pugnasset contra Chananæos: & deuicisset terram eoꝝ p sortes funiculoꝝ ē partus: & de morte ipsius Iosue: & pōtificis Eleazari. cap.i.car.xxxiii.
Quō moriēte duce: filii Israel fœliciter aliq̄nto tpe pugnauerūt cōtra Chananæos. c.ii.car. xxxv.
Quō ꝓducēte tempore Israelitæ transcendēres patrias leges ad grandes ærūnas deducti sunt: & seditione facta: adinuicem pugnauerunt: huiusmodi causa pro qua delata est tribus Beniamin præter sexcentos uiros. cap.iii.car.xxxvi.
Quō post hanc afflictionē Israelitæ rursus ꝑpie agentes: opprimunt a Chananæis: & a Cusato rege assyrioꝝ cui seruierūt ānis octo sed postea libertas eis restituta est p Zenizē belli filiū: principante ānis quadraginta: qui apud Phœnicas dicitur iudex. cap.iiii.car.xxxvii.
Quō rursus populus noster annis.x. & octo seruierunt Moabitis: & a quodā Aoth nōie seruitute priuatus fit eo principatum annis.lxxx. tenente. cap.v.car.xxxvii.
Quomodo Chananæis eos in seruitutē redigentibus p annos.xx liberati sunt p Barachū & Debora: qui eoꝝ principes fuerunt. cap.vi.car.xxxvii.
Quō purgātes Amalechitæ cōtra israelitas uicerūt: eorūq; prouinciā afflixerunt ānis septē quos liberauit dominus p Gedeon: q sup populū fuit annis quadraginta. cap.vii.car.xxxvii.
Quō Abimelech filius Gedeonis ex cōcubina mortuo patre arripuit principatū: interfectis cūctis fratribus suis excepto uno: & de pœna quā exoluit p fraterna cæde. cap.viii.car.xxxviii.
Quō israhelitæ relinquētes legē dei opprimunt ab Ammonitis: quos liberauit dominus p iepte Galaaditem qui tenuit principatū per sex annos. cap.ix.car.xxxviii.
Prænunciatio natiuitatis Samson: & fortitudo eius: & quantoꝝ malorum auctor fuerit Palæstinis. cap.x.car.xxxix.
Post mortē Sāson ꝑfuit israhelitis Heli sacerdos & de Noemi uxore Elimelech: seu de Ruth Moabitide: quā duxit uxorē booz: pater Obed patris Iesse: patris David. cap.xi.car.xl.
De ortu Samuel ꝓphetæ: qui ꝑdixit cladē israeliticā: filiorū Heli sacerdotis pditionē. c.xii.ca.xl.
Quō filii israhel pugnātes cū Palæstinis cesi sunt: filii Heli sacerdotis in bello pereunt: arca dei capta abducit: ipse sacerdos cōpto qđ factū est: de sella corruens: mortuus est: cū tenuisset principatum xl. annis. Continet hic liber tēpus annoꝝ quadringentoꝝ septuagintasex. cap.xiii.car.xli.

Incipit Liber sextus.

Interitus Palæstinoꝝ & terræ eoꝝ: per iram dei propter arcam quæ ab eis fuerat capta: & quemadmodum eam remiserunt ad hebræos. cap.i.car.xli.
Quēadmodum Palæstinoꝝ exercitus super eos uenerit: & de uictoria Hebræorum: quā ducatu Samuelis prophetæ adepti sunt. cap.ii.car.xli.
Quod Samuel ꝓp senectutem esset infirmus: suis filiis res despensandas iniunxit. cap.iii.car.xlii.
Quod dū illi principatū bene non regerent: populus per iram petiuit regem. cap.iiii.car.xlii.
Prælium Saul sup Ammonitarū gentem: & uictoria hostiūq; uastatio. cap.v.car.xliii.
Quēadmodum denuo Palæstini pugnantes deuicti sunt ab hebræis. cap.vi.car.xliii.
Bellum & uictoria Saul cum Amalechitis. cap.vii.car.xliii.
Quia prævaricante Saul mandata prophetæ Samuel: alius rex Dauid iubente deo latenter est factus. cap.viii.car.xlv.
Quēadmodum denuo pugnauerūt palæstini aduersus hebræos adhuc regnante Saul & monomachia Dauid cū Golia: q palæstioꝝ erat eximi⁹: eiusq; ꝑceptio & defectio palæstinoꝝ. c.ix. car.xlv.
Quēadmodū miratus Saul fortitudinem Dauid: ei suā filiam copulauit. cap.x.car.xlvi.
Quēadmodum post hæc suspectum Dauid sibi rex Saul perimere festinauit. cap.xi.car.xlvi.
Quia sæpius Dauid per saul periculum mortis passus effugit: & secundo eum super se uenientem habens potestatem noluit interficere. cap.xii.car.xlvii.
Quēadmodum castrametantibus palæstinis: iterū hebræi bello deuicti sunt: & rex eorū saul pugnando mortuus est una cum filiis. cap.xiii.car.xlix.

Incipit Liber septimus.

Quomodo dauid quidem super unam tribum in Ebron ciuitate regnauit: & super aliam multitudinem filius saul. cap.i.car.li.
Quia eo interfecto dolo amicoꝝ omne regnum dauid accepit. cap.ii.car.lii.
Quō obsidens hierosolymam dauid: & capiens ciuitatē: expulit quidem ex ea Chananæos: & iudæos in ea constituit: & de amicitia facta inter ipsum: & irā Tyri regem. cap.iii.car.lii.
Quod secundo pugnantes contra se palæstinos in hierosolymis uicit: & de arca dei de cariathia-

rim in Hieroſolymam deducta. cap.iiii.car.liii.
Pugna quã habuit dauid cõtra palæſtinos & Moabitas:& Adrazarum regem:& damaſcenos:atq; victoria:& de amicitia facta inter ipſum & Thou regem. cap.v.car.liii.
Quõ cõtra Ammonitas:& Meſopotamenos pugnauerit ac prævaluerit. cap.vi.car.liiii.
Quoniã dauid concubuit cũ Berſabæe uxore Vriæ: & ipſum Vriam fecit occidi gladio filiorum Ammon:& de uerbo Nathan ad eũ miſſi pro peccato quod cõmiſerat. cap.vii.car.liiii.
Quoniam Ammon filius dauid mixtus eſt ſorori ſuæ Thamar:pro qua re Abſolon frater eius interfecit eum:& de fuga Abſolon:& reuocatione ipſius ad patrem. cap.viii.car.lv.
Quõ dauid domeſticis contra eum ſeditionẽ facientibus a filio ſit expulſus:dũ uero pugnaret cõtra ſimul patrem Abſolon cũ exercitu ſuo deperiit. cap.ix.car.lvi.
Quõ poſt mortẽ abſolon dauid reuerſus eſt ad regnũ:& ad ſedem regni hieroſolymam: & de ſeditione quã mouit contra eum ſeba filius bochri. cap.x.car.lvii.
De expiatione ſceleris:quod cõmiſit ſaul in Gabaonitas:cuius cã facta eſt fames in prouicia: & de ꝑliis aduerſus palæſtinos fœliciter geſtis:ſeu de fortibus dauid. cap.xi.car.lvii.
Quomodo rex dauid iuſſit dinumerare populum contra mandatũ domini:& de plaga:quæ ſecuta eſt tranſgreſſionem. cap.xii.car.lviii.
Rex dauid fœliciter uiuens in regno Salomoni filio mãdauit de ædificatione tẽpli & quantã materiã ei auri & argenti lapidũq; ꝑcioſoꝝ ꝑparauerit ad tẽpli ædificium. cap.xiii.car.lix.
Quomodo rex dauid ſenex factus & frigidus per adoleſcẽtulam uirginẽ noie Abiſag caleſactus eſt & de adonia filio dauid qui uſurpauit ſibi imperium:& quoniã ſolomon unctus eſt in regem iubente dauid patre eius:cui rurſus mandauit ædificationem templi:dans ei deſcriptionem & conſtitutionem ædificii. cap.xiiii.car.lix.
Rex dauid ſciens ſe moriturũ:& uocans filiũ ſuum ſolomonẽ:plenius inſtruxit eũ de obſeruatiõe mandatoꝝ dei:& de his quos nouerat pœna dignos:poſt hoc mortuus eſt & ſepultus a filio ſuo ſolomone:& multæ diuitiæ cum eo ſunt reconditæ. cap.xv.car.lix.

Incipit Liber octauus.

Quomodo ſolomon ſuſcepit regnum:& peremit Adoniã ioab & ſemmei. cap.i.car.lxi.
De ſapientia eius & intellectu:atq; diuitiis. cap.ii.car.lxi.
Quõ primus in hieroſolymis ædificauit templũ:& de præuaricatione qua præuaricatus eſt circa ſenectutem:ſimul & de obitu ipſius. cap.iii.car.lxii.
Quõ ſubiectoꝝ quendam hieroboã fecerunt ſibi regem decem tribus recedentes a domo dauid & in duabus tribubus regnauit filius ſalomonis Roboam. cap.iiii.car.lxvi.
Quia ſeſach ægyptiorum rex caſtrametatus eſt contra hieroſolymam: & ciuitate deuicta: diuitias eius tranſmigrauit in ægyptum. cap.v.car.lxvii.
Bellum hieroboã regis iſrahel cõtra filium Roboã abiã:& triumphus abiæ. cap.vi.car.lxviii.
Quia generationẽ oẽm hieroboã qdam noie Baaſa pimens:ipſe tenuit pricipatũ.c.vii.car.lxviii.
Bellũ æthiopũ cõtra hieroſolymitas:regnãte ſup eos aſa:& cædes æthiopũ. cap.viii.car.lxviii.
Quia gñatiõe Baaſã pempta:regnauit ſup iſraelitas amarĩ:& poſt eũ filiꝰ eiꝰ achab.ca.ix.ca.lxix.
Quomodo regnante achab prophetauit Helyas:& de ſignis quæ fecit: & quia diſcipulum elegit Eliſæum. cap.x.car.lxix.
De morte Naboth & agri eius poſſeſſione iniuſta: & qa Adath damaſci & ſyriæ rex ſecundo Zahab pugnauit & uictus eſt:& de religiõe ſeu gloria ioſaphat regis hieroſolymoꝝ. cap.xi.car.lxx.
Quõ Achab cõtra ſyros pugnando deuictus eſt:& ipſe diſperiit. cap.xii.car.lxxi.

Incipit Liber nonus.

Quẽadmodum caſtrametatus eſt ioſaphat contra Moabitas:& domino pugnante mirabiliter ſine prælio uicerit eos. cap.i.car.lxxi.
De Ochozia rege iſrahelitarũ:ſeu de mirabilibus Heliæ prophetæ:& qꝑ ſublatus ẽ ab hominibus relinquens diſcipulum Heliſæum. cap.ii.car.lxxii.
Rex ioram:rex ioſaphat:& rex idumææ caſtra mouentes contra Moabitas: depopulati ſunt terram eoꝝ:& de morte ioſaphat:deq; mirabilibus helyſei prophetæ. cap.iii.car.lxxii.
Caſtra ſyroꝝ & damaſci cõtra ioram regem iſraelitarũ: & quõ ipſe obſeſſus in Samaria periculum famis & obſidionis inopinabiliter & mirabiliter euitauerit:& de morte Adezer regis damaſci: cui ſucceſſit Azahel ſeruus eius:qui multis malis affecit iſrael. cap.iiii.car.lxxiii.
Quõ equocus regis iſrael ioram rex hieroſolymorum:rerum apice potitus poſt ioſaphat & fratres & paternos amicos occiderit.q̃ faciente iniquitate:idumæa receſſit ab eo: & irruentibus ſup eũ arabis:domus eius uxores & filii piter corruerũt:poſtquã calamitatem & ipſe mortuus ẽ: cui ſucceſſit fi

lius qui ſolus euaſerat nomine ochozias. cap.v.car.lxxiiii.

Quia ioram rex iſrael mortuus eſt a principe equitatus nomine Hieu interfectus: ſimul & hieroſolymorum rex Ochozias: qui Hieu mortuo ioram regnauit in Samaria: & extermiauit domũ Achab & culturam Baal cum ſacerdotibus eius: quare accepit repromiſſum: filios eius eſſe regnaturos uſque in quartam generationem. cap.vi.car.lxxiiii.

Quia achab regis filia noīe Athalia: poſt mortem filii ſui Ochoziæ Hieroſolymis imperauit: qua interficiens pontifex Ioiadas: filium Ochoziæ ioas conſtituit regem. cap.vii.car.lxxv.

Caſtra Azahel regis Damaſcenoꝝ ſuper iſraelitas: & quẽadmodum uaſtata eorum prouincia & ciuitate Samaria: rurſus poſt breue tempus caſtrametatus contra hieroſolymitas: multaſq; pecunias ab eorum rege percipiens: remeauit in Damaſcum: & de morte Heliſæi prophetæ: ſeu de uirtute quã oſtendit poſt mortem: in mortuo ſuſcitato. cap.viii.car.lxxv.

Quia Amaſias hieroſolymoꝝ rex caſtrametatus contra idumæos & Amalechitas: deuicit eos: & de contemptu ipſius in dominum. cap.ix.car.lxxvi.

De uindicta quæ ſecuta eſt eum per ioas regem iſraelitarum: qui pugnans deuicit eum: & captum duxit hieroſolymam: ubi deſtructa parte muri: & ablatis theſauris: regem a captiuitate reſoluit: & regreſſus eſt Samariam. cap.x.car.lxxvi.

Bellum hieroboã regis iſraelitarũ cõtra Syriam: & hiſtoria ionæ prophetæ: & de Ozia filio Amaſiæ rege hieroſolymoꝝ: quo gentes in circuitu poſitas ſubiugarit: & quam clarus fuerit: qui tamẽ nẽ dicans ſibi honorẽ pontificalẽ lepra percuſſus eſt: & deficiens obiit. cap.xi.car.lxxvi.

De malis quæ prouenerunt iſraelitis ſub diuerſis regibus: a diuerſis regibus Aſſyriorum: & de ioathã Oziæ filio rege hieroſolymoꝝ: & de prophetia Naum prophetæ. cap.xii.car.lxxvii.

De malis q̃ paſſus eſt rex Achaz a Raſin rege Syriæ: & Phaceia rege iſrael quare miſit nũcios ad regem Aſſyrioꝝ petens ab eo ſolatiũ: qui ueniens Damaſcũ cœpit: raſin regem eius occidit damaſcenos tranſtulit: & aſſyrios in Damaſco cõſtituit iſraelitas quoq; grauiter afflixit. cap. xiii.car.lxxvii.

Quia rex Aſſyrioꝝ Oziam regẽ iſrael fecit ſibi tributarium: & de Ezechia filio Achaz rege hieroſolymoꝝ q̃ iuſtus fuerit & religioſus: & quia ſpreuit regem Aſſyrioꝝ. cap.xiiii.car.lxxviii.

Quomodo Salmanaſar rex Aſſyrioꝝ caſtrametatus contra Samariã annis tribus eam obſidens cœpit: regẽ eius Oziam captũ abduxit: decem tribus de terra iſrael tranſmigrauit in Mediam & pſidas gentes alienigenas poſuit in Samaria. cap.xv.car.lxxviii.

Incipit Liber decimus.

Bellũ regis Aſſyrioꝝ Sẽnacherib contra hieroſolymã: & Ezechiæ regis oppſſio. ca.i.car.lxxix.

Quẽadmodum deperiit aſſyrioꝝ exercitus una nocte: & rex eorum domũ reuerſus. filiorum inſidiis interemptus eſt. cap.ii.car.lxxix.

Quomodo Ezechias infirmatus uſq; ad mortẽ quindecim annis adiectis ſibi a domino ſuperuixit cum pace degens poſtea defunctus reliquit ſucceſſorẽ regni Manaſſen. cap.iii.car.lxxix.

Quia caſtrametati contra eũ Chaldei & Babylonii reges: & captũ agentes duxerunt in Babyloniam: & multo tempore ibidem retinentes: miſerunt rurſum eum in regnum & de ioſia rege: quam religioſus & iuſtus fuerit. cap.iiii.car.lxxx.

Quomodo ægyptioꝝ regem Nechaon agentem exercitum contra Babylonios: & per iudæam iter facientem prohibuit rex ioſias: pugnaq; cõmiſſa uulneratus reductus in hieroſolymam defunctus ẽt: cuius filium ioacham regem hieroſolimytæ fecerunt. cap.v.car.lxxxi.

Quẽadmodum cõgreſſus eſt Nechaon contra Babyloniæ regẽ circa euphratẽ fluuium: & reuertẽs in ægyptum: uocatum ad ſe ioachã regem hieroſolymorum filium. Ioſiæ uinctũ duxit in ægyptum fratrẽ uero eius heliachim in Hieroſolymis conſtituit regẽ: mutans ei nomẽ ioachĩ. ca.vi.car.lxxxi.

Bellum Nabuchodonoſor regis babyloniorum cõtra Nechao regem ægypti quo deuicto: & omni Syria ſibi ſubiugata: quæ ante ſub rege ægypti erat: uenit hieroſolymam: & regem eius ioachim fecit ſibi tributarium. cap.vii.car.lxxxi.

Quomodo tertio ãno poſt diſceſſum regis Babylonis: ioachĩ denuo ægyptios ẽ ſecutus: cui pphetauit Hieremias de pditiõe ſua & ciuitatis futura p regẽ Babylõis: q̃ & euenit: nã nõ poſt multũ tps Nabuchodonoſor caſtrametat⁹ cõtra eũ: & ſuſcept⁹ ĩtra citatẽ ioachĩ qdẽ pemit filiũ uero ei⁹ ioachĩ cõſtituit regẽ: & multos captiuos duxit ĩ babyloneñ uiter quos erat ezechiel ppheta. c. viii.car.lxxxi.

Quõ pnia ductus rex Babylonis: eo q̃ ioachĩ feciſſet regẽ: miſſo exercitu: eũ in hieroſolymis obſẽdit: q̃ accepto iureiurando: ut nihil pateret malis: nec ipſe: nec citas matrẽ & amicos tradidit obſides: ſed rex Babylõis rupit iuſiurandũ: nã regẽ cũ matre & amicis: ſimul ẽt cum omni iuuentute ciuitatis uictũ p̃cepit ad ſe adduci: patruũ uero eius Sedechiã regẽ conſtituit ĩ hieruſalẽ. cap.ix.car.lxxxi.

Quomodo ẽt hunc audiens ægyptiis p̃bere ſolatia: & amicitias cũ eis habere caſtrametatus contra hieroſolymam: ſorti eam obſeſſione cœpit: & incenſo tẽplo Sedechiam & populũ migrauit ĩ Babyloniam: in qua tranſmigratione fuerunt: Daniel: Ananias: Azarias: Miſael: uaſa quoq; ſancta: quæ erant in miniſterio templi aſportata ſunt. cap.x.car.lxxxi.

Quomodo Godoliam præfecit prouinciæ rex Babylonis:quo percuſſo a quodam Iſmaele:timẽtes reliquiæ iſrael regem Babylonis:intrauerunt ægyptum quod nõ ceſſit eis ĩ proſperum:nam rex Babylonis poſt tempus intrauit ægyptum cum manu ualida:& ſubuertit eam:iudæos uero qui illic fugerant:captiuos duxit in Babyloniam. cap.xi.car.lxxxii.

Viſio ſomniorum Nabuchodonoſor:& interpretatio eorum per Danielem:trium quoq; puerorũ in fornacem ĩmiſſio:ſed nulla leſio. cap.xii.car.lxxxiii.

Regum babylonicorum inuicem ſucceſſio: & per mortẽ ablatõ regni Babylonici ſub Baltazare per Cyrum & Darium ſubuerſio. cap.xiii.car.lxxxiiii.

Daniel ſub Dario in lacum leonum immiſſio: ſed nulla leſio honor & claritas daniel & prophetiæ eius. cap.xiiii.car.lxxxv.

Incipit Liber.XI.

Qualiter Cyrus perſarum rex iudæos a Babylonia ad propriam redire terram: & templum reædificare præcepit:dans eis pecunias. cap.i.car.lxxxvi.

Quõ prohibuerunt eos pſides regis:templum reædificare impedientes. cap.ii.car.lxxxvi.

Qualiter defuncto Cyro filius eius Cambyſes accipiens regnũ interdixit omnino iudæis tẽplũ reconſtruere. cap.iii.car.lxxxvi.

Quia darius rex Perſarum Hyſtaſpis filius honorauit gentem Iudæorum: & templum eius ædificauit. cap.iiii.car.lxxxvi.

Quia poſt ipſum filius eius Xerxes familiariter iudæos tractauit. cap.v.car.lxxxviii.

Quomodo regnãte Artarxerxe:gens iudaica pene cuncta delata eſt. cap.vi.car.lxxxix.

Qualiter Vagoſus dux Artaxerxis:iunioris multa in iudæos iniurioſa cõmiſit. cap.vii.car.xcii.

Quanta iudæis rex Macedonũ Alexãder bona fecit:poſtquã iudæam obtinuit. cap.viii.car.xcii.

Incipit Liber.XII.

Vt Ptolemæus filius Lagi fraude uel dolis capiens hieroſolymam uel iudæam multos migrauit ad ægyptum. cap.i.car.xciii.

Qualiter filius eiuſdẽ Ptolemæi q Philadelphus appellatus ẽ: leges iudæorũ ĩ græcã trãſtulit linguã:multoſq; captiuos Eleazaro principi ſacerdotũ dõauit:& ornamẽta deo denouit. c.ii.car.xciii.

Quẽadmodum honorauerunt reges aſiæ gentẽ iudæorum:ciueſq; multos ex ipſis in ſubiectis ſuis ciuitatibus ſtatuerunt. cap.iii.car.xcvi.

De infœlicitate iudæorum quam poſtea emendauit ioſepus filius Tobiæ: componens amicitias cum Ptolemæo cognomine Epiphane. cap.iiii.car.xcvi.

De amicitiis Lacedæmoniorũ factis cum Onia principes ſacerdotum iudeæ gẽtis.cap.v. car.xcvii.

Seditio potentium inuicem iudæorum: quorum quidam tranſierunt ad Antiochum Epiphanẽ leges patrias relinquentes:ipſe autem Antiochus exercitum ducens:& hieroſolymam ciuitatem tẽplumq; uaſtauit. cap.vi.car.xcviii.

Qualiter uetante Antiocho iudæos patriis uti legibus:Mathathias filius ioannis regem contempſit:& ducẽ Antiochi interemit. cap.vii.car.xcviii.

De morte Mathathiæ:qui ualde ſenex defunctus:filiis ſuis gubernationem reliquit:ex quibus iudas Machabeus principatum adeptus:adiuuantibus fratribus inimicos a prouincia expulit: trãſgreſſores iudæos puniuit:terram ſuam ab omni malo purgauit. cap.viii.car.xcix.

Quẽadmodum duces Antiochi apolonius & Seron congreſſi cum iuda:victi interierũt: & quia Antiochus Lyſiæ cuidam gubernationem regni relinquens: ipſe abiit in Perſida congregare pecunias. cap.ix.car.xcix.

Quẽadmodum Gorgiæ uel Lyſiæ exercitus contra Iudam ueniens victus perlit:poſt quem triumphum Iudas ingreſſus hieroſolymam:templũ purgauit:altare ſtatuit: hoſtias deo immolauit: cum iam tres anni pteriſſent uiolationis templi ſub antiocho. cap.x.car.xcix.

Vt Iudas bellũ gerens cõtra idumæos & cõtra Ammonitas triũphãs ſubiecit eos. cap.xi.car.c.

Qualiter Simon frater eius militãs cõtra Tyron ac Ptolemaidẽ edomuit eos: & quia ipſe Iudas bis congreſſus cũ Timotheo duce antiochi fortiter triumphauit. cap.xii.car.c.

Qualiter Antiochus nomine Epiphanes apud Perſas defunctus eſt. cap.xiii.car.c.

Quẽadmodũ antiochus eupator ſucceſſit patri in regnũ:q militã cõtra iudæos cũ Lyſia ducẽs iudã in tẽplo cõcluſit. multoq; obſidionis tpe tranſacto:audita fama inuaſionis regni ſui p Philippum quẽdam amicitias cum iuda fecit:& ita decenter ab iudæa diſceſſit. cap.xiiii.car.c.

Demetrius Seleuci filius fugiens a Roma:& peruentiẽs Tyrum:impoſuit ſibi diadema: interfecto Antiocho Eupatore:cum duce ſuo Lyſia:& de Bachide quem miſit Demetrius cum exercitu comprehendere iudam. cap.xv.car.ci.

Qualiter dux nicanor poſt Bachidẽ deſtinatus aduerſus iudã:cum exercitu piit. cap.xvi.car.ci.

Iudas mittẽs Romã:rogabat p nũcios:Romanos ſibi auxiliatores eſſe & amicos cap.xvii.car.ci.

Quod rursus post mortem Nicanoris ad Iudæam Bachides transmissus triumphauit: & quem ad modum pugnans prostratus est. cap.xviii.car.cii.

Incipit Liber.XIII.

Qualiter Ionathas frater Iudæ: defuncto eo ducatum suscepit. Et quemadmodum Bachidē de bellans: facere eum amicitias secum: & a prouincia coegit abscedere. cap.i.car.ciii.

De alexādro Epiphanis antiochi filio ueniēte a Syria: ducēte bellū cōtra demetriū. Et q̄liter deme trius legationē ad Ionathā trāsmittēs: cōponit cū eo amicitias: donaq; ei multa p̄buit. c.ii.car.cii.

Quomodo Alexander hæc audiens: & uincens Demetrium principem sacerdotum Ionathan ordinauit. cap.iii.car.ciii.

De amicitiis Oniæ cum Philometore Ptolemæo: per idem factis tempus: & ut ædificauit templū quod Oniæ dicitur: secundum illud quod Hierosolymis erat. cap.iiii.car.ciii.

Quemadmodum Alexander. defuncto demetrio: accepit regnum Syriæ: iuncta sibi in matrimo nium filia ptolemæi: & quia amicitias cum Ionatha faciēs magnifice eum honorauit. cap.v.car.ciii.

Vt demetrius demetrii filius: nauigans in Syriam a Creta cum exercitu conturbauit Alexandrū fama aduentus sui. Et de Apollonio duce alexandri: qui bellum mouit aduersum Ionathan: ipso ta/ men Ionathe triumphum obtinente. cap.vi.car.ciiii.

De insidiis quas Alexander parauit ptolemæo: quas deprehendens ptolemæus: iratus ablata eius matrimonio filiam suam iunxit demetrio filio demetrii cum quo etiam duxit exercitum contra ale xandrum: quo deuicto ipse quoque periit. Demetrio asiæ principatum obtinente: qui & amicitias fe cit cum Ionatha: confirmans ei principatum sacerdotii. cap.vii.car.ciiii.

De Tryphone apameno: qui bellans contra demetrium: antiocho filio alexandri tradidit princi patum componens amicitias cum Ionatha. cap.viii.car.cv.

Quemadmodum Tryphon demetrio a parthis capto: contra fœdus fraudibus Ionathan com/ prehendens interfecit. Fratremque eius Simonem cui gens iudæorum principatum tradidit: frau/ dibus circunuenire uolens minime prævaluit. cap.ix.car.cvi.

Quomodo Tryphon occiso Ionatha: perfidus existens antiocho alexandri filio: qui Theos no/ minabatur: ipsum interemit: & obtinuit principatum eius: cuius insolentiam declinans exercitus cō tulit se ad Cleopatram uxorem demetrii: quæ uiduata morte eius: fratrem ip̄us antiochum qui pius dicebatur: ad nuptias suas & ad imperium inuitabat. cap.x.car.cvi.

Quomodo antiochus cognomento pius: potitus nuptiis Cleopatræ uxoris fratris sui demetrii: & crescens indies: exercitum produxit aduersus Tryphonem: quem obsidens in dora castello: accepit auxilium & solatium a Simone principe sacerdotum: & de morte Tryphonis. cap.xi.car.cvii.

Quemadmodum Tryphone interempto: Antiochus oblitus beneficiorum Simonis Cēdebeum cum exercitu misit ad expugnādū eum: quem tamē simon pugnās fortiter deuicit. cap.xii.car.cvii.

Quod a genero Ptolemæi in conuiuio dolo peremptus est simon. Ptolemæus autem uinciens uxorem: & duos filios eius: principatum ipse tenere conatus est. cap.xiii.car.cvii.

Vt nouissimus filiorum simonis Hyrcanus ducatum accipiens: obsedit multo tempore Ptolemæ um in castello quod dagon uocatur. cap.xiiii.car.cvii.

Quemadmodum antiochus exercitum ducens contra Hyrcanum: castra soluit: accipiens ab Hyr cano talenta trecenta: & amicitias cū eo composuit. cap.xv.car.cvii.

De Hyrcani militia post mortem antiochi apud parthos defuncti contra Syriam: & q̄ multas po tentes ciuitates obtinuit. cap.xvi.car.cvii.

De amicitiis alexandri Zabinę cognomīe cū Hyrcano: & quo deuictus ab Hyrcano ātiochus Cy zicenus amisit iudæā: & de fœlicitate uel pace iudæoꝝ Hyrcano principatū agente. c.xvii.car.cviii.

Quo defuncto Hyrcano: filius eius aristobulus suscipiens principatū: primus sibi diadema impo suit: fratribus suis præter antigonum in uincula coniectis: qui etiam matrem suam uinculis & penu ria consumens: ipsum quoq; antigonū fratrem suum quem consortem regni habebat accusationi/ bus inuidoꝝ alienatus ab eo iussit interfici. cap.xviii.car.cviii.

Quemadmodum defuncto aristobulo: frater eius alexander succedens in principatu: contra syriā & phœnicem: & arabiam exercitum ducens: multas gentes subegit: & de ptolemæi Latiri contra ale xandrum pugna & uictoria. cap.xix.car.cix.

Quō pugnans demetrius Ceraunus contra alexandrū: uicit eum. cap.xx.car.cx.

Antiochi q liber pater dicebat militia contra iudæā: utēq; ptolemæi regis contra alexandrū quē & deuincens: cū pactis a iudæa discessit: & de morte alexandri. cap.xxi.car.cx.

Quemadmodū post alexandri mortem uxor eius alexandra imperium per nouē annos rexit: & uiuens cū pace gloriaq; defuncta est. cap.xxii.car.cx.

Incipit Liber.XIIII.

Quemadmodum post mortem alexandræ nouissimus eius filius aristobulus: contra Hyrcanū fratrem pro regno bellauit. cap.i.car.cxi.

De antipatro patre Herodis qui iuuabat patrē Hyrcani:aduersus Aristobulū. cap.ii.car.cxl.
Cum suscepisset Hyrcanus exercitū:& contra Aristobulū produxisset:& in pugna uicisset:ad Hierosolyma eū psecutus est:ubi cum exercitu obsidebat ciuitatē. cap.iii.car.cxi.
Qualiter Scaurꝰ ab Armenia Magnus Pompeius ad partes Syriæ transmisit & ꝙ legati uenientes Hyrcani & Aristobuli:auxilia petierunt. cap.iiii.car.cxii.
Quēadmodū Aristobulus cū itellexisset Pompei cōsiliū:ad sua discessit:aduersus quē īdignatus Pōpeius exercitū pduxit:& Aristobulū in alexandriū castellū fugauit. cap.v.car.cxii.
Quēadmodū aristobolus grauiter ferēs ꝙ pter spem sibi a Pompeio euenisset:bellū pauit sed postea pœnitens pacē postulauit:pecunias offerens:quas tamen minime soluit. cap.vi.car.cxii.
Qualiter irritatus Pōpeius aristobulū ligauit:& ad ciuitatē obsidēdā accessit. cap.vii.car.cxii.
De modestia Pōpei & religiositate:qa nullatenus passus est tangere tēpli pecunias:licet multæ fuissent:& qa aristobulū romam uictū cū filiis perduxit. cap.viii.car.cxii.
De modestia Pōpei & religiositate:qa nullatenus passus est tangere tēpli pecunias:licet multæ fuissent:& qa aristobulū romam uictum cū filiis perduxit. cap.ix.car.cxiii.
De Scauro q militiā cōtra petrā urbē tunc regnū arabū absentē produxit. cap.x.car.cxiii.
Quēadmodū aristobuli filius alexander fugiens Pompeiū ad iudæā puenit:ubi multo exercitu congregato:bellū contra Hyrcanū & antipatrū produxit. cap.xi.car.cxiii.
Quemadmodum cum flexisset alexandrum mater sua tradere se cum castellis:Gabinius alexandrum dimisit. cap.xii.car.cxiii.
De aristobulo qui cum a Romana ciuitate ad iudæam fugisset:tentus a Gabinio:rursus captiuus transmissus est. cap.xiii.car.cxiii.
De Crassi successoris Gabini contra parthos expeditione & ascensus eius in iudæam:pecuniarū ꝙ templi de populatione. cap.xiiii.car.cxiii.
Vt Cæsar Aristobulum soluere cupiens:& cum duobus agminibus in iudæam transmittere a Pōpeianis ueneno necatus est. cap.xv.car.cxiiii.
Qualiter Scipio alexandrum aristobuli filium securi percussit. cap.xvi.car.cxiiii.
De expeditione Cæsaris ad ægyptum:& quemadmodum auxilium ei Hyrcanus & antipater dedissent:iudæosq; auxiliatores ei fecissent. cap.xvii.car.cxiiii.
Quemadmodum antipater cū bene pugnasset:amicitiā Cæsaris acquisiuit. cap.xviii.car.cxiiii.
Vt Cæsar antipatro tutelam iudææ credidit:& epistolæ cum senatusconsulto de amicitiis iudæorum directe sunt. cap.xix.car.cxiiii.
Qualiter antipater filiis suis Hyrcano & Herodi gubernationē habēdā pmisit. cap.xx.car.cxv.
Quēadmodum Sextus Cæsar cognatus magni Cæsaris dona cœpisset ab Herode duce Galilææ & maximum eum inferioris Syriæ principem ordinauit. cap.xxi.car.cxv.
Vt Cassius defuncto Cæsare cum contra iudæam ascendisset:& prouinciam deuastasset septingēta talenta ab eis exegit:& qualiter Herodes circa pactionē pecuniæ Cassio studiosus apparuisset:& mors Malchi:qui contra Herodem seditionem excitauit. cap.xxii.car.cxvii.
De morte legatorum iudææ:qui cum ad Antoniū post uictoriam Macedonicam:in Syriam uenissent:indignantem inuenerunt:ꝙ Herodem accusarent. cap.xxiii.car.cxviii.
De expeditione Parthorum contra Syriam:per quam Aristobuli filius Antigonus regno restituitur. cap.xxiiii.car.cxviii.
Quemadmodum Herodes cum Romam uenisset:multasq; pecunias promisisset: & a senatu uel Cæsare rex iudææ pronūciatus est. cap.xxv.car.cxix.
De nauigatione Herodis ab Italia in iudæam:pugnaque contra Antigonum:militiaque Romana:& Sylano duce. cap.xxvi.car.cxix.
Quēadmodū Hierosolymā Sossio uel Herode obsidētibus:ātigonus interiit. cap.xxvi.car.cxxi.

Incipit Liber.XV.

Qualiter capta ciuitate per Sossium & Herodem: Antonius quidem Antigonum in Antiochia interemerit:Herodes autem quadragintaquinque ex amicis illius primates Hierosolymorum reuersus extinxerit. cap.i.car.cxxi.
Quomodo Hyrcanus primus rex iudæorum:& princeps sacerdotum a Parthorum rege Arsace dimissus:ad Herodem reuersus est. cap.ii.car.cxxi.
Quemadmodum Herodes aristobulum uxoris suæ Mariannæ fratrem:principem sacerdotum ordinauit:& paulopost occidit. cap.iii.car.cxxii.
De Cleopatra:ut iudæorum & arabum regnis insidiata:partem eorum ab antonio postulauit:& ad iudæam peruenit. cap.iiii.car.cxxiii.
Quemadmodum Herodes debellasset aretham tempore quo antonius a Cæsare in antiochia pugna deuictus est. cap.v.car.cxxiii.
De terræmotu per iudæam facto:& interitione hominum uel iumentorum:& de sermone Herodis quem ad iudæos de instauratione belli contra arabas fecit. cap.vi.car.cxxiiii.

Quēadmodū Herodes neceſſario ꝓfecturus ad Cæſarē victorē:hyrcanū extinxit.c.vii.car cxxiiii.
Qualiter a Cæſare regnum accepiſſet:cui per Syriam in ægyptum eunti aduerſus Antoniam & Cleoparram ſuſceptionem parabat. cap.viii.car.cxxv.
Quemadmodum Herodes cū in ægyptum pueniſſet a Cæſare multipliciter honorat:& de interfectione uxoris ſuæ:uel aliorꝫ de genere Hyrcani:& de miris conſtitutionibus:conſtructionibus ad inuentionibus more gentilitio:quibus corrupit legem iudaicam. cap.ix.car.cxxv.
De fame ꝑ iudæā & Syriam facta:& ut ſeruauit populos & ciuitates Herodes:& rurſus mira & clara opera eius ſeu fœlicitas:& de Eſſeno quodā qui diuinationis habuit notitiam. cap.x.car.cxxvii.
Qualiter templum poſt ſexcentos annos depoſuit:& aliud duplum condidit.cap.xi.car.cxxviii.

Incipit Liber.XVI.

Quēadmodū Herodes filios ſuos alexandrū & ariſtobulū de Roma in domū ſuā reduxit:qui reuerſi:uindicare cogitabant mortē matris ſuæ in Salome & cæteris quorꝫ accuſatione matet eorꝫ dānata fuit:& quia pater eorꝫ hoc diſſimulans:uxores nobiliſſimas eis iunxerit. cap.i.car.cxxix.
Qualiter Herodes ad Agrippam ueniens:inuitauit eum ad Iudæam uenire:& profectio Agrippæ ad Oniam. cap ii.car.cxxix.
Quod herodes multis nauigationū circuitionibus ſecūdo uenit ad Agrippam.cap.iii.car.cxxix.
Interpellatio iudæorꝫ ad agrippā i Onia pñte herode:de qbus Græcos accuſabāt.c.iiii.car.cxxx.
Quemadmodum agrippa confirmauit eis leges:Herodeſq; ad propria rediit. cap.v.car.cxxx.
Qualiter allocuturus eſt herodes Hieroſolymitas:& quantum partem eis fiſcalium preteriti anni conceſſit. cap.vi car.cxxx.
Vt perturbatio domus Herodis facta eſt: Alexander & ariſtobulus filii herodis indignationem habentes aduerſus Salomen ſororem regis:& Ferora,fratrem eius:propter mortem matris ſuæ:& illi econtra maliuolis in eos accuſationibus utentes. cap.vii.car.cxxx.
Quemadmodum Herodes indignatus filiis alexandro & Ariſtobulo:præpoſuit eis antipatrum de priuata uxore genitum:ipſos autem ad Cæſarem deducens accuſauit. cap.viii.car.cxxx.
De Alexandri ſatiſfactione coram Cæſare:& reconciliatione cum patre. cap.ix.car.cxxxi.
Quemadmodum Herodes celebrauit quinquennale certamen in honorem Cæſaris : & mira uel clara opera eius. cap.x.car.cxxxi.
Oppreſſio Iudæorum per aſiam & Libyam:& legatio ipſorum pro hoc ad Cæſarem:exemplar quoque Cæſaris & agrippæ:quod pro ipſis ciuitatibus ſcripſerunt. cap.xi.car.cxxxii.
Quemadmodum egens herodes pecuniis:deſcendit ad ſepulchrum dauid:& terrore imaginum territus tumulum deſuper ſtatuit:& rurſus de perturbatione magna domus herodis:qua etiam alexandrum filium ſuum iecit in uincula. cap.xii.car.cxxxii.
Vt archelaus rex Cappadociæ reconciliauit alexandrum patri:& ipſe in Cappadociam:Herodes autem Romam profectus eſt. cap.xiii.car.cxxxiiii.
Diſceſſio habitantium Traconem a regno herodis & uaſtatio ꝑ duces eius:& de tranſfugis qui de Tracone ,puicia ad arabiā receſſerūt:quos recepit ſylleus ꝓcurator regis arabiæ.c.xiiii.c.cxxxiii.
Qualiter herodes a Roma reuerſus in arabiam tranſfugas poſtulabat:quos cum non obtinuiſſet exercitum contra eos produxit:arabas quoque debellauit. cap.xv.car.cxxxiiii.
Quemadmodum ſylleus accuſauit coram Cæſare herodem de incurſione quam in arabia fecerat & ꝙ indignatus Cæſar dura uel grauia reſcripſit ei:quare herodes placare uolens Cæſarem:miſit romam Nicolaum damaſcenum. cap.xvi.car.cxxxiiii.
Criminationes Euryclis Lacædemonii contra filios ad patrem Herodem : & quia ligaſſet eos pater:& ad Cæſarem ſcripſiſſet. cap.xvii. car.cxxxiiii.
Vt per Nicolaum accuſatione liberatus herodes eſt apud Cæſarem : Sylleus autem accuſator herodis morti adiudicatus eſt. cap.xviii.car.cxxxv.
Qualiter Cæſare ptātē ꝑbēterēcōcilio i Beryto habito accuſauit filios herodes.cap.xix.car.cxxxv.
Mors iuuenum & ſepultura corporum eorum in alexandrio. cap.xx.car.cxxxvi.

Incipit Liber.XVII.

Qualiter Antipater odio hītus eſt ab oi gēte ꝓp interfectionem fratrū ſuorꝫ.cap.i.car.cxxxvi.
Qualiter Herodes rex filios Alexandri & Ariſtobuli filiorum ſuorum adoptans:filiam Feroræ illis deſponſauit & antipatri:& qualiter antipater perſuaſit patri deſponſationem in ſuos tranſferre filios:& qualiter Herodes aduerſus Traconitas uolens munitus exiſtere: Zamarim iudæum qui de Babylone diſceſſerat:& in antiochia degebat euocans ibi conſtituit:& utebatur illo oppoſito aduerſus Traconitas. cap.ii.car.cxxxvii.
Qualiter Antipater oblectabatur eos qui circa Feroram erant : uolens per illos inſidiari patri & qualiter agnoſcens ſoror regis Salome clam denunciauit fratri:& de interfectione Phariſæorum regi aduerſantium. cap.iii.car.cxxxvii.
Qualiter rex Herodes præcepit fratri ſuo Feroræ : ut excluderet uxorem ſuam : aut eius regno

diſcederet: & qualiter antipater ſuſpectus patri factus timens eũ ſcribebat amicis in Roma: ut ſcriberent patri eius ac perſuaderent: ut mitteret eum ad Cæſarem cum pecuniis quod perſuaſum eſt Herodi filiumq; tranſmiſit: & de morte Feroræ fratris Herodis. cap.iiii.car.cxxxvii.

Accuſatio uxoris Feroræ a filiis Feroræ: q; ueneno periſſet: & qualiter Herodes exquirens reperit contra ſe uenenũ patũ a filio antipatro: & pſcrutatus antipatri cognouit inſidias. cap.v.car.cxxxviii.

Nauigatio antipatri de Roma ad patrẽ: & qualiter a Nicolao Damaſceno Herodis amico fuerit accuſatus: pſidẽtibus in iudicio Varone q̃ntilio & ipo Herode cũ amicis utrorũq; in quo iudicio antipater multifarie cõuincit de facta conſpiratione in patrẽ intantũ ut uenenũ patri a filio pparatũ: in mediũ pferret qđ ad expimẽtũ iuſſu Varonis bibẽs unus dãnatoq; ſtatim moritur. cap.vi.car.cxxxviii.

Herodes ãtipatrũ filiũ miſit in uincula: & legatio miſſa ab herode ad Cæſarẽ de filio. c.vii.car.cxl.

De ægritudine Herodis: & ſeditione iudæoq;: & qa deſperans oẽs optimates iudæoq; pcepit occidi in hora mortis ſuæ & quia tpe illo deportatæ ſunt ei litteræ ab legatis ad Cæſarẽ miſſis: habentes dãnationem antipatri in arbitrio eius & uoluntate eſſe poſitam: & quia inualeſcente ægritudine malum purgans: cultro ſe interemiſſet ſi præuentus non fuiſſet. cap.viii.car.cxl.

Qualiter antipater putans Herodem defunctũ locutus fuerit cuſtodi corporis de dimiſſione ſua: & propter hæc antipatri peremptio. cap.ix.car.cxli.

Teſtamentum Herodis ad Cæſarem: & diſtributio inter eius filios: & qualiter archelaum præfecit deinde mors ipſius. cap.x.car.cxli.

Epiſtola Herodis ad exercitum: & admonitio fidei ſeruandæ circa filium eius archelaum qui ſtatim eleuatur in regnum. cap.xi.car.cxlii.

Sepultura Herodis in Herodio caſtello: & fauor archelai regis ad populum: & populi ad ipſum. cap.xii.car.cxlii.

Qualiter populus ſeditionem mouit aduerſus archelaum in feſtiuitate azymorum: & qualiter archelaus tria milia ex eis interemit: ipſe uero nauigauit ad Cæſarem: credens regnum Philippo fratri ſuo. cap.xiii.car.cxlii.

Qualiter archelao Romam aſcendente: Sabinus qui erat in Syria Cæſaris curator aſcendit in hieroſolymam uiolenter expetens herodis pecunias & caſtella a curatoribus archelai. c.xiiii.car.cxlii.

Qualiter perſuaſerũt curatores populo arripere arma: & occidere Sabinum uel Romanum exercitum in antonia conſtitutum. cap.xv.car.cxliii.

Qualiter Cæſar teſtamentum Herodi confirmauit: ſeruans filiis eius teſtamentum: & diuiſio regni iudaici in Tetrarchias. cap.xvi.car.cxlv.

De eo qui ſe mentiebatur eſſe alexandrum Herodis filium: & qualiter fictio iſta depræhenſa ſit: inueſtigante Cæſare: & pœna qua mulctatus eſt. cap.xvii.car.cxlv.

Qualiter archelaus accuſatus eſt a iudæis apud Cæſarẽ: quem Cæſar indignatus: regno priuauit: & truſit in exiliũ apud Viennã gallie: & ſomniũ uiſum archelao & Glaphyræ. cap.xviii.car.cxlvi.

Incipit Liber. XVIII.

Qualiter Cyrinus a Cæſare deſtinatus: ut Syriam iudæamq; cenſeret. cap.i.car.cxlvi.

Qualiter Copinius ex equeſtri ordine miſſus ẽ in iudæã: & quia Cyrinus uenit in iudæã uniuerſoq; deꝑdaturus ſubſtantias: & archelai reddituras pecunias: & quia iudæi moleſte ferẽtes: tãdem pſidente Iozaro pontifice paſſi ſunt deſcriptionẽ fieri ſubſtantiarum ſuaq;. cap.ii.car.cxlvi.

Qualiter iudas gaulonites: & quidam alter perſuaſerunt multitudini ne ſuas deſcribi ſubſtantias paterentur. cap.iii.car.cxlvi.

Qualiter populi eoq; cõſecuti: ſeditiões & bella ciuilia: ſeu latrocinia exercuerũt. c.iiii.car.cxlvi.

Quãtæ ſint hæreſes philoſophoq; apud iudæos: uel q̃libus teneant legibus. cap.v.car.cxlvii.

Qualiter herodes philippꝰ ciuitates in honorẽ Cæſaris fabricauerũt: & q̃liter Samaritæ oſſa mortuoq; in tẽplo iactantes cũ feſtitas azymoq; imineret populũ reddidere pollutũ. cap.vi.car.cxlvii.

Mors Salomæ ſororis herodis quondã regis iudæoq;: mors ẽt auguſti: romanoq; ſecũdi impatoris. Succeſſio Tyberi Cæſaris ſub quo põtius pilatus mittit in iudæam. cap.vii.car.cxlvii.

Qualiter pontius Pilatus uoluit latenter intromittere in Hieroſolymam ſtatuas Cæſaris cognoſcens autem populus ſeditionem aduerſus illum commouit: donec illas ab Hieroſolymis in Cæſaream tranſmitteret. cap.viii.car.cxlviii.

DE IESV CHRISTO. cap.ix.car.cxlviii.

De facto quod contigit Romæ in templo Iſidis: & quæ iudæis per illud tempus Romæ prouenerint omnibus urbe expulſis per Tyberium: & de ſeductione ſamaritici populi: uel oppreſſione eius ꝑ pontium pilatum. cap.x.car.cxlviii.

Accuſatio ſamareoq; aduerſus pilatum apud Vitelliũ: & qualiter Vitellius Romam eũ ad Cæſarẽ ire compulit: ut ibi rationem eoq; quæ contigerant redderet. cap.xi.car.cxlix.

Vitellius aſcendens Hieroſolymã: magnificus ac munificus extitit in populos: & q̃liter Tyberius Cæſar ſcripſit Vitellio: ut amicitias cõponeret cũ artabano pthoq; impatore. cap.xii.car.cxlix.

Mors Philippi fratris Herodis iunioris: & qualiter Tetrarchia eius diſpenſationi ſyriæ: regiminiq;

cõiuncta est:& de simulatione quæ contigit iter arethã petræũ & herodem:quia eiecit herodes filiã arethæ:quam duxerat uxorẽ:amore captus herodiadis:quã subintroduxit loco uxoris:& quia Tyberius:uocatus scriptis herodis mãdat: Vitellio aduersus arethã pugnare. cap.xiii.car.cxlix.

De Ioanne baptista ab herode passo:& Vitellii præparatio in pugnam aduersus aretham secundũ q̃ scripserat ei Tyberius:& quia Vitellius ascendẽs hierosolymam fauorabiliter suscipitur a populo descriptio quoq; succinta de uniuersa maioris herodis prosapia. cap.xiiii.car.cxlix.

Multiformis calamitas & infœlicitas quæ prouenit agrippæ:adeo ut apprio liberto Romæ accusatus:& conuictus in uincula a Tyberio sit iniectus mors Tyberii:successio Caii: solutio agrippæ de captiuitate:& coronæ impositio per Caium. cap.xv.car.cl.

Qualiter herodes Tetrarcha ueniens Romam:accusatus fuerit ab Agrippa:& in exilium missus cũ Herodiade. cap.xvi.car.cliii.

Seditio iudæoꝝ & gẽtiliũ ĩ alexãdria cõstitutoꝝ & legatio utrorũq; ad Caiũ .cap.xvi.car.cliii.

Accusatio iudæorum ab Appione legato patris alexandrinorum:propter quod statuam Cæsaris non haberent. cap.xviii.car.cliii.

Qualiter iratus Caius:mittit Petronium ducem ad Syriã cũ huiusmodi mandatis:ut congregata manu pugnaret cum iudæis:simollent eius suscipere simulachrum. cap.xix.car.cliii.

Pestis quæ contigit iudæis in Babylonia cõstitutis p asineũ & anileũ fratres. cap.xx.car.cliiii.

Incipit Liber.XIX.

Qualiter Caius Cæsar insidiis a Cassio Chærea extinctus est. cap.i.car.clvi.

Qualiter Claudius patruus eius coactus a militibus suscepit imperium:& seditio senatus & populi ad inuicem:& utriusq; partis. cap.ii.car.clx.

Legatio regis agrippæ ad senatũ:& q̃liter cõsequẽtes milites q erãt cũ senatu:ad claudiũ trãsire:& de morte chereæ seu aliorum Caii interfectoꝝ:ipsi quoq; Claudio repugnantium. cap.iii.car.clxi.

Qualiter Claudius Cæsar reddit agrippæ omne regnum paternum:adiicientes etiam illi Lysaniæ tetrarchiam:& libertas iudæorum:quæ prouenit eis sub Claudio: cum prius amisissent eam sub caio nauigatio quoque regis agrippæ in iudæam. cap.iiii.car.clxii.

Epistola Publii Petronii rectoris Syriæ ad doritas pro iudæis:& q̃liter rex agrippa hierosolymoꝝ muros locupletius construens:studium suum imperfectum dereliquit:prohibente Cæsare:qui opus ipsum suspectum habuit. cap.v.car.clxii.

De honore quo Berityos honorauit:& de aduẽtu regum ad ipsũ ĩ citate tiberiada.cap.vi.c.clxiii.

Qualiter processit de ciuitate cum regibus in occursum Marsi:præsidis Syriæ uel quali modo uitam finierit:cum non dedisset honorem deo:populo sibi attribuente honores diuinos & non humanos in theatro:quare confestim sensit plagam dei. cap.vii.car.clxiii.

Mortuo rege agrippa:Cæsarienses uel Sebasteni indecenter blasphemabant defunctum: statuas quoque filiarum eius diripientes:contumeliose tractauerunt. cap.viii.car.clxiii.

Post mortem Agrippæ:Claudius Cæsar Cuspium Fadum mittit p̃fectũ in iudæam:cui ẽt iungit ultio exercẽda in Cæsariẽses:& Sebastenos pro defuncti Agrippæ contumeliis. cap.ix.car.clxiiii.

Incipit Liber.XX.

Quemadmodum Claudius post Agrippæ mortem: in Syriam misit successorem Marso Cassium Longinum:& quia Fadus missus procurator Iudææ indignatus Iudæis qui transfluuium erant positis:quia præter uoluntatem suam contra Philadelfenos arma sumpserunt:tres uiros priores ipsorum comprehendens: unum occidit:duobus fugam immisit: & de Ptolemæo principe latronum ad eum deducto & occiso. cap.i.car.clxiiii.

Quia Fadus procurator iudææ:& Cassius longinus præses Syriæ præceperunt iudæorum primoribus ut talarem tunicam & pontificalem uestem in Antonia constituerent sub potestate Romanorum sicut & prius. cap.ii.car.clxiiii.

Quomodo Claudius Cæsar rogatus ab Agrippa senioris Agrippæ filio:concessit Iudæis petitiones ipsorum:& Fado rescripsit. cap.iii.car.clxiiii.

Quemadmodum Herodes frater Agrippæ defuncti petiit a Claudio potestate templi & sacerdotum ordinationem:& impetrauit. cap.iiii.car.clxiiii.

Quemadmodum Helena Adiabenorum regina & eius filius Iazates solennitates & ritus zelati sunt Iudæorum. cap.v.car.clxiiii.

De fame quæ apprehendit ciuitatem Hierosolymorum: & mitigata per Helenam reginam Adiabenorum & eius filium Iazatem qui de paganismo conuersus fuerat in iudaismum: & de Artabano rege Parthorum. cap.vi.car.clxv.

De Mago quodam q prophetã se esse asserens plurimos Iudæorum seduxit. cap.vii.car.clxvi.

Quomodo Tyberius Alexander in Iudæam directus administrator:filios Iudæ galilæi populum seducentes occidit. cap.viii.car.clxvi.

Quomodo Tyberio Alexãdro Cumanus succeſſit ĩ Iudæa:& qa defũcto herode fratre regis agrippæ defuncti:Agrippa iuuenis eius hũit principatũ.Cæſare ſibi claudio cõcedẽte. cap.ix.car.clxvi.

Quia aduentu Cumani præſidis in iudæam a Cæſare deſtinati:ſub eo multi uſque ad.xx.milia iudæoꝝ perierunt quarta die azymoꝝ. cap.x.car.clxvi.

Seditio iudæorum contra Samaritas:& quia multi Iudæoꝝ extincti ſunt per Cumanum adiuuãtem Samaritas. cap.xi.car.clxvi.

Quia Numidius q̃dratus Syriæ p̃ſes audiens hæc:& aſcendens in iudæã primates Iudæorum atq; Samaritanorum Romã iuſſit aſcẽdere:pariter & Cumanũ & Celerẽ:ut Claudio Cæſari deberent ex his q̃ fuerãt geſta reddere rõnem:& qa quoſdã iudæoꝝ ipſe puniuit. cap.xii.car.clxvi.

Quia Claudius audiens inter eos:iudæos quidem abſoluit a culpa:rogatus ab Agrippa rege:Cumanum uero exilio deportauit: Cellerem autem millenarium & Samaritanorum primates morte mulctauit. cap.xiii.car.clxvi.

Felix mittitur ꝓcurator ĩ iudæã:& q̃ta ptãs adiecta ſit agrippæ regi p Claudiũ. c.xiiii.car.clxvi.

Moritᷣ Claudius cui ſucceſſit Nero q̃ matrẽ uxorẽ & alios multos gñis ſui iterfecit. c.xv.c.clxvii.

Quia felix miſſus in iudæam:& inueniẽs prouinciã a latronibus nimis afflictam:proſpexit ut illis interemptis:pacem tribueret regioni:principem uero latronum Eleazarum uinctum direxit ad Cæſarem & de morte Ionathæ pontificis. cap.xvi.car.clxvii.

Quia ueniente ægyptio malefico:& multis iudæorum ab eo ſeductis:Fœlix agreſſus eos multos occidit. cap.xvii.car.clxvii.

Quemadmodum iudæos & Syros pro æquitate ciuilitatis in Cæſarea ſeditioſe concertãtes:Fœlix compeſcuit. cap.xviii.car.clxvii.

Quomodo Portio Feſto in iudæam miſſo pro ſucceſſione Fœlicis : contigit prouinciam ſicariis commoueri. cap.xix.car.clxvii.

De porticu interiore tẽpli:& quemadmodum eam exaltauerãt iudæi:& quia Feſtus ob hoc indignatus iuſſit opus deſtrui:ſed iudæis rogantibus:concedi ſibi ob hoc legatos mittere ad Neronẽ:cõceſſit miſerunt nuntios:quos audiens Nero:ueniã geſti operis condonauit: & ædificiũ manere ꝓmiſit:& quia moriente in iudæa Feſto:ſucceſſor uenit Albinus. cap.xx.car.clxvii.

Quia ſub eo a nece prouincialium ſicarii ceſſauerunt. cap.xxi.car.clxviii.

Quia Florus ueniens Albino ſucceſſor:tantis malis iudæos affecit:ut eos ad arma contra Romanos uenire compelleret. cap.xxii.car.clxviii.

¶Ioſepi Mathathiæ filii hebræi genere ſacerdotis ex hieroſolymis de antiquitate iudæorum cõtra Appionem grammaticum alexandrinum. liber.i.car.clxix.

¶Phlauii Ioſephi de antiquitate Iudæorum ad Epaphroditum. liber.ii.car.clxxv

¶Explicit Tabula Antiquitatis Iudaicæ.

¶Rubricæ nuper editæ ſuper libro Iudaico per Magiſtrũ Franciſcũ Macærata ordinis minorum.

¶Incipit Liber primus.

QValiter Antiochus q cum Ptolemæo ſexto in Syria bellum gerebat ſupauit ciuitatẽ munitiſſimã:templa ſpoliat occidit oẽs ex optimatibus:deinde ſupato Bachide ꝑpoſito ꝑſidiis antiochi ꝑ Mathathiã:& occiſo:exactiſq; ducibus Antiochi ex finibus iudeæ & mortuo antiocho:filius antiochus noĩe congregatis militibus iudæam iterꝫ inuadit & ſuperato Iuda primo natu ex filiis Mathathiæ & interfectis multis ex iudæis Hieroſolymã eſt profectus:& ibi relictis ꝑſidiis:in Syriã reliquos milites ad hyemandum traducit. cap.i.car.clxxxiii.

Poſt diſceſſũ ãtiochi Iudas cũ ducibus eius cõgredit & tãdẽ ſupat & moritᷣ. cap.ii.car.clxxxiii.

Ionathas frater iudæ reconciliatur antiocho: ſed inſidiis antiochi capitᷣ:& iratus antiochus quia a Symone fratre Ionathæ fuiſſet ſuperatus Ionathan interfecit. cap.iii.car.clxxxiii.

Simon frater ionathæ iterꝫ gerit bellũ cũ antiocho quo ſupato ob hoc pontifex creatus ſed inſidiis Ptolemæi generi ſui captus moritur:capta coniuge cum duobus filiis Simonis Hyrcanus tertius filius honorem patris defendens diu cum Ptolemæo bellum geſſit & ob miſericordiam matris:& fratrũ tantum diſtulit ut annus feriatus ueniret: quo licebat dimitti bellum. cap.iiii.car.clxxxiii.

Antiochus iterum iratus propter ea quæ paſſus eſt a Simone iruit in iudæam cõtra ioannem dictum hyrcanum quem trecentis talentis placauit. cap.v.car.clxxxiii.

Ioannes dictus Hyrcanus inuento tempore uindictæ qa Antiochus bellũ gerebat cõtra Medos perrexit contra ciuitates antiochi & multas occupauit. cap.vi.car.clxxxiii.

Gentiles ob inuidiã in Ioannẽ cœperũt agere seditionem qui tandem deuicti sunt:& ipse rebus administratis per triginta tres annos moritur relinquens filios post se:hic princeps pontifex & propheta fuit:prædixit filios duos maiores non regnaturos. cap.vii.car.clxxxiiii.

Aristobulus succedit in regnum patri:contendit cũ matre quia eam dominã regẽ reliquerat Ioannes:ipsam fame necauit deceptus uerbis matris suæ fratrem Antigonũ interficere fecit:hoc audito tanto merore confectus ut tandem moreretur. cap.viii.car.clxxxiiii.

Alexander frater aristobuli rex constituit:occidit fratrem pugnat cum Ptolemæo:occupat bona Theodori a quo oĩa recuperant:& fere decẽ milia Iudæorũ interficiunt:multas ciuitates occupat:cõgredit cũ Obedio rege arabũ a quo superato exercitu:uix solus euasit: Hierosolymam petit nititur redire in gratiam cum subditis quos nullo modo sedare potuit. cap.ix.car.clxxxiiii.

Iudæi petunt auxilium demetrii qui superat prælium: sed timore perterritus quia sex milia ex Iudæis se contulerant ad alexandrum discessit Messalim ciuitatem deuastat:mulieres earumq; filios coram matribus necabat:qua impietatis perterriti octo milia Iudæorum profugiunt eadem nocte in iudæam. cap.x.car.clxxxiiii.

Bellum gerit antiochus frater Demetrii cum Alexandro qui licet oppida multa diremisset & multos occidisset:non potuit tamen antiochum arcere: sed per regem arabum tandẽ deuictus est: Alexãder in Iudæam reuertitur qui moriens uxori reliquit principatum:hæc declarat filium hyrcanũ pontificem aristobulum uero regẽ.hic fraude multos sibi deuiciens matre morbo laborãte castella multa occupat.mater uero miserata:Hyrcanũ coniugem & filios aristobuli carcere conclusit:interi mortur alexander:reconciliat hyrcanus & aristobulus. cap.xi.car.clxxxv.

Antipater hortat hyrcanũ ut impiũ repetat ad regem arabiæ accedunt p auxiliis & aristobulum uadũt & supant mortuusq; esset nisi dux Romanoꝝ soluisset obsidionẽ. cap.xii.car.clxxxv.

Aristobulus prosequitur & refarcitis copiis congressus cum Hircano occidit supra sex milia eorũ: Antipater & Hyrcanus ad Pompeium qui tunc erat in Damasco accedunt ut restituat Hyrcanũ: Põpeius cum exercitu ad fines iudææ peruenit. Aristobulus alexandrium confugit:Pompeium alloq̃tur paccato Pompeio policitationibus:audita morte Mithridatis perrexit Hierosolymã:decepit Põpeium.eo q; ex promissis nihil est factum:iratus Pompeius aristobulum in custodiam collocat & ad ciuitatẽ tentat accedere ut euertat. cap.xiii.car.clxxxv.

Hæsitante Pompeio quomodo urbem caperet orta est seditio inter eos qui in ciuitate erant denique uicta est pars Aristobuli receptis Romanis in itis consiliis cum Hyrcano quomodo aliam partem quæ in locum tutissimum confugerat caperet tandem sine consilio & auxilio Pompei:nihil esset factum. cap.xiiii.car.clxxxvi.

Tentans põpeius locũ inuadere tertio mẽse uix turrim unã euerserat. cap.xv.car.clxxxvi.

Faustus Cornelius muros primus ascendit multi occidunt multi ex muris se proiciunt: Pompeius cũ suis comitibus ingreditur:in templum ingressus neminẽ nisi pontificem uidit pcepit q; nihil auffereretur:postero die solẽnia celebrauit:Hyrcanũq; pontificẽ declarauit:Pompeius uero cũ Scauro ducens Aristobulum Romã profectus est. cap.xvi.car.clxxxvi.

Scaurus in arabiam proficiscitur patitur mũlta ob asperitatem locoꝝ:alexander aristobuli filius interim iudæam populatur timet Gabiniũ:;pterea loca arabiæ munit:Gabinius p̃misso Marco Antonio adiunctis aliis obuiam fit alexandro coactus alexander congredi cum Gabinio: uictus effugit Gabinius restaurat loca:perterritus alexander legatos ad eum misit pollicẽs sibi omnia castella quã ipse Gabinius eruit funditus. cap.xvii.car.clxxxvi.

Gabinius Hierosolymam deducto Hyrcano reuertitur Aristobulus interim parato exercitu alexãdrium occupat:sed tumultu Romanoꝝ in Machærunta confugit sed tãdem capitur & ad Gabiniũ perducitur:alexander interim iudæam reduxit in discessionem: Romanos multos trucidare decreuerat Gabinius concordiam peruasit sed certantibus ipsis alexander fugatus disperit: Gabinius hierosolymam reuertitur. cap.xviii.car.clxxxvii.

Crassus succedit Gabinio:suscipit Syriam:aufert aurũ tẽpli:perit transgresso Euphrate: Cassius Syriam deffendit:occidit Pisilaum colligentẽ seditiosos aristobuli. cap.xix.car clxxxvii.

Antipater ex Arabis coniugem suscipit:sociat sibi regem arabum per affinitatem bellum uult gerere cum aristobulo: Cæsar mittit e roma aristobulum solutum uinculis in Syriam: perit ueneno & alexander eius filius occiditur:Ptolemæus aufert Antigonum & eius sorores a coniuge aristobuli: & minorem sibi coniugio copulat:Antipater mortuo Pompeio contulit se in clientelam Cæsaris & mitridates cum antipatro uictores fiunt:& Pompeius tandem gratia antipatri pontificatum confirmauit Hyrcano. cap.xx.car.clxxxvii.

Antigonus corã Cæsare crimiabant antipatrũ:sed Cæsar cognitis meritis antipatri hyrcanũ confirmat & cuius uellit dignitatis p̃ponit adoptionem:declarat ut procurator iudææ:sedat iudæã hyrcanũ reddit in gratiam populis tandem phaselũ filium maiorem p̃posuit territorio hierosolymoꝝ: herodem minorem natu curatorem Galilææq; Ezechiam dep̃hendit cum multis aliis ex hoc cognitus est Sexto Cæsari propinquo magni Cæsaris. cap.xxi.car.clxxxvii.

Compellitur Herodes ab Hyrcano qui eum tam glorioſum euaſiſſe oderat ut ad eum accedat ipſe uero perſuaſus uerbis multorum qui inuiderant Herodi accerſiri fecit:ſed receſſit Herodes non paratus obedire:Concitatur Hyrcanus iterum contra Herodem ſed Herodes declaratur a Sexto Cæſare dux militum in Syria: Herodes Hyrcanum cogitat ex regno pellere ſed uerbis patris & fratris mitigatur. cap.xxii.car.clxxxviii.

Oritur diſcordia inter romanos & ob diuturnitatem belli uenit Marcus ſucceſſor Sexti Cæſaris q̃ mortuus fuit a Cæcilio Baſſo fauore Pompei. cap.xxiii.car.clxxxviii.

Tempore quo Marcus fit ſucceſſor Sexto Cæſari: Caſſius Syriam:petit exactiones imponit:iraſcitur contra Malichum eius exactorem: Herodes fit carus Caſſio:præficitur ꝓcurator Syriæ:Caſſio decedente a Syria oritur ſeditio Hieroſolymis Felix qdam uolens uindicare necem Mallii fratris congreditur cum Herode:Herodes potitur uictoria: Accuſatur Herodes Antonio iterfecto Caſſio:pecunia eum pacauit ueniunt legati Antiochiæ centum uiri contra Herodē & Hyrcanum Meſſalla defendente eos:tetrarchas ambos declarat Antonius: legatos carceri cōpellit:maior tumultus fit Hieroſolymis bellum geſtū eſt cōtra alios legatos ab Antonio ita ut multos occidiſſet:Barzaphranes concitans ire: Pacorum contra Hyrcanū:tandē ab Herode multi obtruncant die pentecoſtes in ciuitate ortū eſt bellum ita ut multi occiſi ab Herode: multi fugati. cap.xxiiii.car.clxxxviii.

Admittitur arbiter pacis Pacorus: ſimulans Pacorus uolebat Antigonum adiuuare: cognitis inſidiis miſſoq̃ miniſtro ad necem Herodis qui noluit admittere habens hmōi ſuſpectos:audito ꝙ Phaſelus frater eius fuiſſet corruptus ad Idumæam nocte pgit: cognitus a barbaris cogitur recedere præmiſſa matre & fratribus: ad Maſada properabat decertans cum illis potitur uictoria: Ioſepus frater Herodis obuiam Herodi uenienti ex Idumæa fuit paucis ex cariſſimis receptis alios dimiſit:parti Hieroſolymam ueniunt:conſtituunt regem Antigonū: Hyrcanū & Phaſelū uerberantes: dentibus auriculas truncat Antigonus ne poſſit eſſe pontifex: Herodes cognita morte Phaſeli fratris uix euadens Romā peruenit.Creat rex fauore oīum & fauore Antonii & Cæſaris. cap.xxv car.clxxxix.

Antigonus incluſos tenet Ioſepum & alios qui etiam exeuntes quandoq̃ uincebant quandoque aduerſo caſu reuertebantur:Ventidius iterum feſtinat ioſepo & aliis ferre auxilium:ſed placatus munenibus Antigoni diſcedit:Herodes ex italia reuertitur & contra ātigonum ſumit exercitum:caſtris poſitis declarat populo uenisſe bono populi & non recordaturus offenſarum: detegitur corruptio Sylonis ab Herode ꝙ ipſe uinum & oleum & omnia neceſſaria defferri ſcripſerit in Hiericuntha:herodes occupat ciuitatem & quingenta cacumina montium: committit bellum:uictor reuertitur:herodes multos in ſpæluncis occidit:pater ſeptem filios cum matre occidit qui uolebant fœdus inire cum Herode: & ſeptem etiam deſuper occidit:reuertitur in Samariam contra Antigonum dimiſſo Ptolemæo præpoſito qui ab eis occiditur:occiſis multis per herodem fertur ꝙ Ioſepus eius frater in iudæa frangitur & moritur in Galilæa ſe confert: uulneratur Herodes: municipia multa occupat:in fugam uertit aciem inimicorum:ciuitatem ingreditur cladem fecit ex illis magnam:ſed propter hyemis aſperitatem non potuit Hieroſolymam applicare: interim uxorem ducit & i Hieroſolymam petit.iterum oritur diſcenſio in ciuitate:Herodes iratus quoſcunq̃ poſſet occidit:Antigonus ad pedes Caſſii proſternitur:Herodes quærit pacare ciuitatem:& ſtudioſos ſuos facere amicos:Antigonianos neci tradere. cap.xxvi.car.cxc.

Cleopatra indignata ꝙ propinquus nullus ex ſanguinitate eſſet:ad extraneos occupandos ſe convertit:moliebatur ut herodes & Malichus interirent per Antonium qui noluit: inſidiis periclitatur Herodes:ex hoc recreati Arabes pugnam repetunt:fugant militem herodis: ulciſcuntur Arabes:interim alia calamitas occurrit herodi ſcilicet: terremotus infiniti ut triginta milia hominum interirent: incitatur hoc magis arabes:Herodes hortatur ſuos ad reſiſtendum facto ſacrificio congreditur & potitur uictoria:deſideratur patronus illius gentis adiit Cæſarem herodes conquerens de Antonio:Herodem regem inſtituit & diadema impoſuit in ægyptum proficiſcitur Cæſar: & mortua Cleopatra & Antonio regnum auxit herodi:procurator Syriæ inſtituitur:conſtituit templa & multa in honorem Cæſaris fecit & Agrippæ:oritur diſcordia inter uxores herodis: ira concitatus Mariannem fecit occidere quem ualde pœnituit:irati filii ob matris mortem criminantur apud Cæſarem:Antipater interim ſuccedit in regnum:curat mortem fratrum ex parte Mariannes:conciliat filios Cæſar patri:non ceſſat Antipater dolis & ſimulationibus fratres criminari conſilio nouercæ illorum:illis neſcientibus: Alexander corrumpit amicos regis:intruditur in carcerem:reconciliat Archelaus Alexandrum herodi:Eurycles accuſat Alexandrum:uinciuntur filii & ſeparatim cuſtodiuntur: Mittit herodes litteras cum indiciis ad Cæſarem. Saturninus & Volumnius fiunt duces offocantur tandem iuſſu herodis:pœnitet herodem mortis filiorum & nepotes amplectitur:& antipater iraſcit patri herodi:oratur Antipater ab herode ut Romā reuertatur:cōuenit herodes antipatrū priuatur regno & nomine regio:incenduntur uiui ſophiſtæ & qui aquilam demiſerunt ex muro: iubet multos ex iudæis occidere:feruntur litteræ a Cæſare de damnatione Antipatri occidit Antipatrum Herodes:moritur Herodes:legitur teſtamentum de inſtitutione Archelai regis:fiunt exequiæ cū maximo apparatu ab Archelao:ſepelitur in caſtello quod Herodion dicitur. cap.xxvii.car.cxcii.

¶ DE BELLO IVDAICO TABVLA

¶ Incipit Liber secundus.

¶ Archelaus propter turbationes nouas cogitur proficisci Romam: multos occidit die festo qui pascha appellatur. relinquit Philippū procuratorem regni & curatorem familiarium rerum: rationē administrationis reddit Cæsari Archelaus: accusatur Archelaus apud Cæsarem q̄ nomine tantum Cæsarem ostendisset regem non re ipsa: defenditur a Nicolao Archelaus: & ad pedes Cæsaris se prosternit: Iudæi cum relictis ab Archelao congrediuntur: Varus res componit petunt iudæi ut per iudices res administrentur: Cæsar non annuens his Archelaum tetrarcham fecit in media parte: pollicens regia dignitate donaturum: aliam medietatem regni aliis duobus filiis Herodis dimisit: donauit Cæsar aliis muneribus cæteros filios & filias Herodis. cap.i.car.cci.

Iudæus quidam interim simulat se esse Alexandrum ob similitudinem cum illo Romā uenit cognoscitur a Cæsare: patefacit ipse Cæsari dolum & fraudem: his ridens Cæsar remigum numero iussit: suasorē illius fraudis interfecit: ponūtur quædā sectæ philosophorū & eorū uita. cap.ii.c.ccliī.

Decedente regno archelai Philippus & Herodes antipas regunt Tetrarchias suas: defertur imperium ad Tiberium post mortem augusti: Pilatus mittitur a Tyberio in iudæam: ob imagines Cæsaris quas intulit in templa oritur discordia maxima: Caius cæsar uult deus appellari: eius imagines & statuas præcipit erigi: renitentibus illis minatur eis: moritur Caius: Claudius capitur in regnum: mittit Agrippam ad senatum ut placeat eum esse regem: non admittit curia: remittitur Agrippas ad senatum nuntians pugnam aduersus eos. cap.iii.car.cciiii.

Senatus uadit ad Claudiū: offert uictimas deo: ipse donat Agrippam regio patrimonio: moritur Agrippa: Claudius regnum ī ꝓuinciā redegit: & herodes q regnabat ī chalcide moritᵉ. c.iiii.car.ccv.

Post obitum herodis qui in chalcide regnauit: Claudius Agrippam filium agrippæ regem instituit: Cumanus curam accipit alterius prouinciæ: unde inter iudæos oriuntur multi tumultus in die festi azymorum: populus in fugam se conuertit: & propter egressum de constipatione. xxx. milia hominum consumpta sunt. cap.v.car.ccvi.

Insurgunt tumultus latrocinantium: unde quidam per Cumanum capiuntur: libri legis per militē quendam comburuntur: accensi iudæi ex hoc conqueruntur apud Cumanum: adiudicatus est ille ad supplicium ex hoc populus quieuit. cap.vi.car.ccvi.

Conflictus oritur inter Galilæos & Samaritanos: quidam Galilæus ad festiuitatem ascendens interficitur: Cumanus ad sedationem mittit ꝓcatores: Hierosolyma audito homicidio uulgus in impetum ī Samariam irruit: Cumanus accurrit cū ala militū: multos interfecit principes Hierosolymæ ꝓcantur ut ab incepto desistant: iudæi tandē eorū ꝓcibus acquiescunt. cap.vii.car.ccvi.

Fiunt his temporibus multa homicidia samaritarum primates accedunt ad Numidiū Quadratū: cōquerentes de huiusmodi latronibus: conuenit & nobiles iudæorū defendētes: distulit Numidius iudicium: lyddā uenit: audiens itē querelas samaritanorū quosdam percutit fecuri: quosdā relegauit: Cumanus uidet Romā proficisci: de reddēda ratione administratæ ꝓuinciæ apud claudiū: ex samaritis tres interficiuntur: Cumanus iubetur ex urbe discedere. cap.viii.car.ccvi.

Nero succedit Claudio: fratrem matrem & uxorem interfecit: ad Histrionum operā se conuertit. cap.ix.car.ccvi.

Aristobuli filius regnat in Armenia: augetur regnum agrippæ residuū indeæ Fœlici creditur: filio Eleazarum deprehendit mittitur Romā cū multis aliis: insurgit nouum genus latrocinantiū. f. sicariorum: insurgūt q̄dā sectæ hoīum q cōsiliis & hypocrisi hoies decipiant. cap.x.car.ccvi.

Aegyptus quidam pseudo propheta congregat. xxx. milia hominum: hierosolymam uult ascendere: Felix cum quibusdam armatis eos depellit & fugat: insurgunt quædam magi qui tentant reuocare populum a seruitute Romanorum: insurgunt tumultus in Cæsaria inter populum scilicet iudæum & Græcum: Felix nequiens pacare ex utrisq; nobiles ad Neronem mittit: Succedit Festus felici q plurimos latronum interfecit. cap.xi.car.ccvii.

Albinus fit successor Festo qui fuit latronibus: & postea Cæstius Florus qui ita se gessit ut multi coacti sint relinquere patriam ob publica latrocinia: & rapinas suas. cap.xii.car.ccvii.

Fit quæstio in Cæsarea inter iudæos & Cæsarienses de Synagoga iudæorum quia impediebātur ad illuc accessum: Iocundus q erat præfectus equitū pergebat sedare tumultum: recedūt Iudæi ī Narbata cum libris legis primates Iudæorum ad florū accedūt conquærentes: quos iubet uiciti propter ablationem librorum legis: ex hoc oriunt iurgia maxia apud hierosolymas accusat Florus & eius timore populus effugit: Florus indignatus sedēs ꝓ tribunali militibus præcepit ut forū uenalium diripierent: unde multi interfecti & spoliati & domus oīum dirute sunt. cap.xiii.car.ccvii.

Rex Agrippa alexandriam proficiscens: inuenit germanam suam Beronicen: uidens iniquitatem militum misit ad florum ut a cede desineret: qui noluit immo peiora operatur uenit Hierosolymam & uota deo exoluit: regina uero Florum precatur. cap.xiiii.car.ccviii.

Multitudo clamat contra Florum: primates sedant multitudinem Florus uidens multitudinem sedatam nouam quærit insurgere discordiam: multi occidūtur per Romanos sed desperatione du-

ctus populus irruit in Romanos:quos expulit ex urbe:nidens Florus nihil posse ägere ab urbe digne ditur Cæsariam uenit. cap.xv.car.ccviii.

Florus non cessans:Iudæos apud Cæstium accusat de defectione dirigit tribunus Neapolitanus ad hæc inuestiganda suscipitur a Iudæis benignissime:& conqueruntur de Floro cognita in humanitate Floriuulgus uult legatos fieri ad Neronem de crudelitate Flori. cap.xvi.car.ccviii.

Aduocat contionem Iudæorum & constituit in suggestu Beronicem germanam rex Agrippa q̄ omnes hortatur Iudæos ad quietem & patientiam dicens hæc non placere Cæsari : neq; eos posse Romanis obsistere:qui toti orbi iam dominantur tandem acquiescit populus:uolensque persuadere ut Floro obediant.quousque successor ueniat.accensa multitudo ex urbe pepulerunt: ipse in regnum discessit. cap.xvii.car.ccix.

Quidam eo tempore insurgunt & Romanos omnes interficiunt Eleazarus dux militum prohibet Romanos hostias immolare.Nobiles quidam hortantur ne id fiat:ad Florum destinantur legati:& ad Agrippam ut cum exercitu ascenderent in ciuitatem: diuiditur ciuitas i duas partes: quidam nobilium & pontificum confugerunt quidam in cloacis latuerunt. cap.xviii.car.ccx.

Quintadecima die mensis augusti fit impetus in Antoniam & omnes obsessos in eo præsidio capiunt: post regem accedunt exurunt turres:precantur Manaimum ut liceat aufugere quibus concedit relictis solum Romanis intus:qui confugiunt in turres regias : illi uero qui cum Manaimo erantur ruentes illa loca diripiente stratopedum incenderunt. cap.xix car.ccxi.

Capitur Ananias pontifex & cum fratre Ezechia occiditur & insurgunt quidam contra Manaimum:nolentes eum regem:interficitur sophista a populo:interficitur Manaimus:per Romanos etiã multi ex iudæis occiduntur:ita ut Cæsaria uacuata Iudæis remaneat. cap.xx.car.ccxi.

Iudæi diuisi uicos & loca alia inflammauerunt:immensa cædes fit ex Iudæis & aliis:Ciuitates etiam omnes plenæ cadaueribus scythopolitæ cum Iudæis dimicant:clã tamẽ nocte dormiẽtes tertia:eos inuadunt.xiii.milia interficiuntur ex Iudæis & eoꝝ substantiam diripiunt. cap.xxi.car.ccxi.

Circũfusis Scythopolitis a Iudæis Simon quidam qui multos ex Iudæis quottidie truncauerat educens gladium nullũ hostium interfecit & patrem & matrẽ & filios & uxorem interfecit præ indignatione:ne hostiũ q̄s gloriaret:& seipsum: cædes maxia fit in Scythopoli urbes & populi cõuicini Iudæos oẽs interficiũt:multæ ciuitates aliæ pepcerũt eis miseratione motæ cap.xxii.car.ccxii.

In regno Agrippæ insurgit pnicies aduersus Iudæos: Varus multos ciues q̄ ad Agrippã & Cæstium uenerant poscendi p̄sidii gratia in itinere occidit:hũc Vaꝝ Agrippa punire nõ audet summouit eum e regione qua procurabat. cap.xxiii.car.ccxii.

Iudæi persuadent romanis ut deserant castellũ:utunt honoribus Iudæi in Alexandria quos Alexander concesserat conflictus continuus cũ Iudæis & Græcis fit. cap.xxiiii.car.ccxii.

Alexandrini conueniunt ut largitionẽ ad herodem mittant:p̄miscentur Iudæi cum græcis in amphiteatro:fit discordia maxima inter eos:Tyberius Alexander cohercuit eos hortationibus qui irruentes Tyberium contumeliis appetebant ille quasi omnes fecit interficere:domos diripere.Zabulon ciuitas a Cæstio occupat:diripit domos & loca incendit. cap.xxv.car.ccxii.

Cæstius p̄mittit exercitũ i Ioppẽ q̄ capit:itẽdit eã & uiros oẽs interfecit. cap.xxvi.car.ccxiii.

Cæstius mittit Gallum in Galilæam suscipiunt eum ciuitates qui uero non obtemperabant insequitur & trucidabat : progrediens multa loca inuadit:Iudæi ad diem festum Hierosolymam petierunt:qui auditis militibus uenientibus:dimissis solennitatibus in Romanos irruerunt:quorum multos occiderunt. cap.xxvii.car.ccxiii.

Quærit Agrippa uerbis iudæos auertere ut disisterẽt:mittit Borcæũ & Phœbũ ad iudæos:p̄mittit Phœbus:Cæstius iducit exercitũ i oppidũ iudæoꝝ: icenditq; ptẽ ciuitatis. cap.xxviii.car.ccxiii.

Quidam uocabant Cæstium patefacturi portas: q̄ cogniti proiecti sunt ex muris : Cæstius tentat muros ascendere & inuadere templum: repugnatur a Iudæis:recedit Cæstius & Iudæi insequuntur: dimittit quæ erant impedimento ad fugam: & nisi nox aduenisset totus exercitus periisset nocte aufugit:insequuntur iudæi:ex Romanis mortui sunt quinq; milia & trecẽti peditũ: ex equitibus noningenti & octuaginta. cap.xxix.car.ccxiii.

Post fugam Cæstii multi nobilium ex ciuitate fugiunt mittit quosdam ad Neronem nunciaturos eius miseriam:Qui Cæstium fugauerant reuersi sunt in Hierosolymam:ex Romanis qui superauerant amicos sibi sociant:Eleazarus persuadet populo ut sibi pareat constituuntur diuersi diuersis locis præfecti:Iosepus unus ex præfectis subditos sibi quærit cõciliare:multos ex illis præponit & præficit regionibus galilææ sibi subditæ:munit loca omnia propter Romanos quos timet insurgit quidam insidiator cum multis qui galileam depopulantur congregat pecunias: cogitabatque diuersa in perniciem Iosepi. cap.xxx.car.ccxiiii.

Quidam qui aggressi sunt procuratorem Beronicis & multa abstulerunt:quia Iosepus iussit ut regibus restituerentur illa:contra eum tumultus maximos parant:accusantes eũ esse proditorem irruunt in eius domum:quærit placare illos uerbis: præualet aduersus eos:Ioannes quidã fraudẽ molit contra Iosepum insidias: cognita fraude ut de iniuria uendicaret accedit cũ militibus ad Ioannem

hic aũt emiſſis armatis iuſſit eũ interfici: auſugit in lacũ: reſumptis uiribus Ioannes cogit auſugere tentat aliud genus inſidiarum aduerſus ioſepum. cap.xxxi.car.ccxv.

Deſeritur ioſepus a ſuis:quos ipſe punit: euocans oẽs primates & aſtutia quadam utens ſcaphis ducens ſecum in Tarichæas cuidam clamanti Clito noĩe iubet manus abſcidi ipſeq; ſibimet dexteram truncauit timore perterritus. cap.xxxii.car.ccxv.

Incipit Liber tertius.

Sentiens Nero res geſtas non proſpere indignatur:mittit Veſpaſianum in ſyriam ad regendos exercitus & ulciſcendos iudæos rebellantes tandem ex iudæis.x.milia perimuntur: non ceſſant iudæi uerum aſcalonem petunt:ſed antonius poſitis inſidiis qua erant tranſituri ſuper octo milia interficit cæteri auſugiunt:Niger unus ex ducibus iudæoꝝ in turrim ſe recipit quem Antonius ſuccẽdit ille uero ſaltu demiſſus euadit:uidentes iudæi illum gaudent q̃ dei prouidentia dux eorum impoſterum ſit ſeruatus. cap.i.car.ccxvi.

Veſpaſianus Antiochiam cum exercitu uenit: Agrippam offendit ſert opem Sephoris contra iudæos. cap.ii.car.ccxvi.

Duæ ſunt Galilææ opimæ abundantes:hoĩes pugnaces ſunt: continent hæ prouinciæ diuerſas ciuitates quæ irrigant diuerſis fluminibus qbuſq; finibus terminantur. cap.iii.car.ccxvi.

Exercitus quem dederat ſephoritis Veſpaſianus:diuiditur in duo:aſſidue ciuitates & loca illa ĩcurſant deprædando ioſepus in Sephori impetum facit ſed nihil efficit totam Galilæam igne & ſanguine repleuit. cap.iiii.car.ccxvii.

Titus filius Veſpaſiani patrẽ ſuũ reperit ptolemaide qui multas legiones cõparauerat multoſque cuiuſcũq; generis ad militiã uiros congregauerat. cap.v.car.ccxvii.

Laudatur Romanoꝝ prudentia inſtruentiũ ſeruos in militiæ diſciplina.quãq; ſunt edocti inſtruẽdis caſtris & quẽ ordinem ſeruant in bellicis rebus deſcribitur. cap.vi.car.ccxvii.

Veſpaſianus cũ filio ſuo ordinat exercitum in ptolemaide Placidus interimit maximã multitudinem in Galilæa:peruenit iotapata qui receptus cũ ſuis.a iudæis illico ſunt interfecti: ex iudæis uero tres ceciderunt Placidus auſugit. cap.vii.car.ccxviii.

Veſpaſianus cũ armatis ſuis in Galilæam peruenit:timent oẽs ioſepus conſpiciens non poſſe repugnare in Tyberiadẽ confugit. cap.viii.car.ccxviii.

Veſpaſianus ciuitatẽ Gadarẽſiũ capit ioſepus mittit hieroſolymã litteras:ſi cupiãt fedus uel bellũ cũ Romanis:ſi bellũ mittãt cõdignũ exercitũ ut poſſint repugnare Romanis. cap.ix.car.ccxviii.

Veſpaſianus aggrediẽs recidere iotapata mõtẽ ubi iudæi plurimi cõfugerant: ciuitatẽ circunuallare iubet per milites ipſe ꝓficiſcitur ponit caſtra aggeres facit ad oppugnandũ ciuitatẽ ioſepus curat ut muri ciuitatis altius p.xx.cubitos eleuent quod Romanos multũ ptermit. cap.x.car.ccxviii.

Veſpaſianus certans pluribus diebus uidens non poſſe capere ciuitatem ſtatuit obſidere eam ut cogerent inopia rerum reddere uidens nolle eos reddere:iterum ad certandũ ſe conuertit ioſepus cogitat de fuga cum ſuis:populus hortatur ne recedat:ipſe dicit melius: quia parabit alium exercitum quo reuocabit Veſpaſianum ab eis:ſtatuit remanere:ſe parat ad prælium:aggreditur multis incurſationibus Romanos egrediens:Veſpaſianus nollens cum deſperatis congredi iubet ut armati declinent impetum. ca.xi.car.ccxix.

Admouet Veſpaſianus arietẽ muris: muri concutiunt machinis cogitat ioſepus quõ ictus arietis reſellat:Romani cõtra aliud genus machinant:ioſepus cum ſociis igne concremarunt Romanoꝝ propugnacula & aggeres ita ut ſpatio unius horæ oĩa ſint concremata. cap.xii.car.ccxx.

Quidam uir iudæus ſaxo ſubleuato & demiſſo caput arietis fregit:hic fixus eſt quinq; ſagittarũ uulneribus decidit tandẽ:alii duo uiri Romanoꝝ aciem ꝓpugnatorum:ioſepus uero & cætera multitudo incendit machinas romanis lugentibus. cap.xiii.car.ccxx.

Veſpaſianus in planta pedis uulneratur totus exercitus turbatur ſuperato dolore uulneris ſæuius bellũ in iudæos incitauit:pugnatur fortiter utrinq; cædit murus ictibus machinarum ad matutinas uigilias illi uero muniere partem illam. cap.xiiii.car.ccxx.

Veſpaſiãus parat exercitus & machinas ad inuadẽdũ urbẽ recreato prius exercitu: ioſepus cognito cõſilio Veſpaſiani ordinat milites ad reſiſtẽdũ:pliat crudeliſſimo certamine. ca.xv.car.ccxx.

Die.xx.menſis iunii iudæi quaſi deſeſſi qa nõ haberent ꝓpugnatores quos mitterẽt: cogitauerũt oleo feruenti ſup infuſo Romãos oppugnare:ac fœno græco ſup ſparſo ut inde Romãi caderent:uidens dux Veſpaſianus tot mala milites ꝓpeti:eos a bello reuocat & a pœna. cap.xvi.car.ccxx.

Veſpaſianus tres turres ferro circũdatas erigi fecit plenas iaculatoribus & ſundibulatoribus fortiſſimis:ita ut ex his q intra muros erant deſerere defenſionẽ muri cogantur. ca.xvii.car.ccxxi.

Veſpaſianus mittit Traianũ in Epha ciuitatem congredit cum illis tandem ſuperat ciuitatem omneſq; præter infantes occidit. cap.xviii.car.ccxxi.

Ad Samaritas Cerealis mittitur a Veſpaſiano: quia eos pronos ad tumultū uidebat: inopiaq; quidam moriebant: quidam ad Romanos confugiebant: reliquos uero oēs nequiens perſuaſione placare occiderant aūt undecim milia & ſexcenti. cap.xix.car.ccxxi.

Ageres ſuper altitudinē murorum iotapatenis efferuntur: quidam ad Veſpaſianum uenit profugus ex ciuitate: nuntians paucitatem ciuium & facilitatem capiendi: Veſpaſianus exercitū parat nocte hora qua ille ducuerat ciuitatem aggrediuntur: & cuſtodes occidunt: ciuitatem ingrediuntur: q dam uero ne oppeterent per Romanos ſe ipſos interfecerunt: tandem Veſpaſianus incendi fecit ciuitatem uniuerſam. cap.xx.car.ccxxi.

Ioſepus ne a Romanis inueniretur in puteū ſe demiſit lapideq; ſupra impoſuit ne uiderent: nocte exibat perſcrutans ſi poſſet euadere: indicatur p quādam mulierē mittit ad eum Veſpaſianus cū fide de uenia: timebat uero ioſepus in ſomnis ſimulachra ei apparēt deprecatur deū. in manus Romanorum ſe cōmittit: habita prius oratione ad ſocios. cap.xxi.car.ccxxii.

Ioſephus dehortatur ſuos a cæde: nequiens reuocare a propoſito: oēs ſe ipſos interfecerunt: ducit Ioſepus ad Veſpaſianū iubet Veſpaſianus eū cuſtodiri ut ad Neronē mitteret: ioſephus alloquit Veſpaſianum ſeorſum cū filio Veſpaſiani eūq; dominum & regē orbis prædicit: Veſpaſianus eū liberat muneribuſq; uariis eum donat. cap.xxii.car.ccxxii.

Veſpaſianus in ptolemaida reuertitur multi clamant de excidio ioſepi ipſe nihil reſpondebat: legiones duas mittit hyematū Cæſaream: quaſdam ſcythopolim. cap.xxiii.car.ccxxiii.

Quidam ex iudæis qui fugerant collecti in iope: fabricatus piratis nauibus inuium faciebant pelagus illarum partium Veſpaſiano uero illuc applicante: tum per Romanos tū per uentos qui illorum naues in ſcopulos cōpellebant: quatuor milia & ducenta cadauera inuenta ſunt. Ciuitatē incendunt dimittitq; Veſpaſianus equites qui loca tuerentur. cap.xxiiii.car.ccxxiii.

Audita captiuitate iotapate ab hieroſolymis: maximus eos inuaſit dolor: audito q; ioſepus eēt cū Romanis ira in eum concitabant ita ut in Romanos ſæuius incitarent. cap.xxv.car.ccxxiii.

Veſpaſianus ad agrippam proficiſcitur: audit Tyberiada & Tarichæas rebellare: iratus mittit filiū ſuum illuc: approprinquantes ciuitati quidam ex ſenioribus ad Veſpaſiani pedes ſupplices accedūt is uero eis indulſit. cap.xxvi car.ccxxiii.

Veſpaſianus præmittit Traianum in arcem an multitudo pacem cupiat: illi apertis portis eum liberatorem ac benemeritū proclamant: poſt ad Tarichæas proficiſcitur: caſtra ponit: ſuperatis illis: ad nauale bellum ſe contulerunt. cap.xxvii.car.ccxxiii.

Congregata multitudine prope ciuitatem in planitie uidēs Veſpaſianus filiū ſuū mittit: ipſe uero patri nunciauit dicens opus eſſe pluribus auxiliis: ſuos deinde hortatur. eoſq; genus & aium reminiſcens ut ſtrenue ſint dimicaturi: Veſpaſianus mittit auxilia: gentem aggrediuntur: oēs fugant oppidum occupant: cunctos occidunt præter indigenas. cap.xxviii.car.ccxxiiii.

Letatur Veſpaſianus audita uictoria filii: poſt aduerſus eos qui ad lacum deſcenderant rates fabricari iuſſit. cap.xxix.car.ccxxiiii.

Declaratur natura lacus: & ubertas & rerum uicinoq; locorum. cap.xxx.car.ccxxiiii.

Fabricatis ratibus inſequitur illos per lacum Veſpaſianus: nemine remanente occiſi ſunt. paucis poſt diebus intolerabilis fetor ex cadaueribus interrā a mari compulſis inſurrexit: ut non ſolum uictis ſed Romanis miſerabilis fuerit: totūq; aerem corrupit. cap.xxxi.car.ccxxv.

Reſidet Veſpaſiāus pro tribunali apud Tarichæas quidq; de ſupſtitibus fiendum ſit deliberat: tandem quoſdā occidit: quoſdam donat: quoſdam uendit. cap.xxxii.car.ccxxv.

Incipit Liber quartus.

Exciſis iotapatis reliqui iudæi ſe dederunt Romanis pter quædam caſtella & ciuitates: quarū noia ponuntur & earū conditio lacū quendam Gamala occupant intrantes Romani: domos hoſtium tecta oia circūdant: ex quo multi Romani mortui recedereq; coacti ſunt. cap.i.car.ccxxv.

Veſpaſianus cū paucis relinquit: his uero oppugnantibus reſiſtit uidentes eius aium: quaſi diuinū reputantes impetū remittunt ipſe uero exiit caſtrum. cap.ii.car.ccxxv.

Veſpaſianus ad Romanos ueniens uiſis aduerſis caſibus Romanos conſolatur: hortaturq; ad ulciſcendos hoſtes Gamalenſes quantum proſunt reſiſtunt. cap.iii.car ccxxvi.

Veſpaſianus quoſdā qui itaburiū montē occupauerant inuadit ad eos mittit. placidū q eos hortetur ad pacē: ſed illis renitentibus: placidus congreditur: fingens fugā: aduerſus illos reuertitur multos occidit: multi confugiunt hieroſolymam: reliqui montē Placido tradunt. cap.iiii.car.ccxxvi.

In Gamala tres milites nocte turrim effodiunt: decidit turris magno ſonitu: oēs perturbati fugiebant quos Romani trucidabant: Titus urbem inuadit occidit multos: multi in arcē confugiunt: ita ut cruor effuſus totum oppidum diluat. cap.v.car.ccxxvi.

Veſpaſianus ducit totum exercitum ad uerticem montis quo confugerant qui ſupererant: eos

capitaſed quinq; millia ex his de uertice ſe ꝓcipitarunt:per Romanos quatuor milia peremptaſolum duæ mulieres ſaluæ factæ ſunt. cap.vi.car.ccxxvi.

Mittitur Titus ad Giſcala oppidum galilææ quod reſtabat indomitũ:Veſpaſianus ad recreandos alios Cæſaream regreditur:quia reſtabat modo hieroſolyma occupanda: Titus Giſcalenos hortaſ ut ſedebant ſine armis:appropinquant portis:illi apertis ianuis clamant ipſum liberatorem: munit oppidum ſicq; tota galilæa liberata eſt. cap.vii.car.ccxxvi.

Ex aduentu ioannis in Hieroſolymam totus populus effuſus percunctatur quid agant Romani ſignificato excidio Giſcalion:timor eos inuadit imenſus:hortatur ioánes hieroſolymas ad bellum: ſenes timebant excidium urbis ex hac re oriuntur multæ prædationes & latrocinia in urbe contra multos fingebantur uaria in eorum perniciem:phana conculcantur:ſitq; maxima cõtrouerſia aduerſus iſtos: ſit bellum inter hos inuaſores & populum: horum cauſa erat ioannes qui ſimulabat amorem:res tamen & conſilia populi aliis nocte apperiebat hic iurat fidem amicitiam: ſit legatus populi ad Zelotas. cap.viii.car.ccxxvii.

Mittuntur nuncii ad idumæos ꝓ auxiliis petendis:eo q; ananus uellet Romanos introducere: Ieſus increpat idumæos & eos qui eos aduocarũt tanquã latrones q ciuitatẽ quotidie diſſipant:hortatuſq; eos ut nil acturi ſint:uel iudicẽt quantũ ſint factioſi hoĩes uel recedant. cap.ix.car.ccxxix.

Simon unus ex idumæis indignatus reſpondet iratus contra Ieſum & põtifices:accuſans eos proditores cõtra illos q eos uocauerint:dicitq; aduerſus illos ituros. cap.x.car.ccxxix.

Idumæi nocte dolo zelotarum apertis portis cuſtodibus dormiẽtibus intrant interficiuntur cuſtodes:inſurgit populus idumæi eadẽ nocte octo milia quingentos interfecerunt: interficiuntur põtifices:quæritur Ieſus cum Anano qui interficiuntur oĩbus in ſepultis. cap.xi.car.ccxxix.

Incipit Liber quintus.

QUærunt idumæi per ciuitatem quot inueniunt totidem interficiunt Zachariam accuſantiudices uero ſerunt pro eo ſententiam:indignantur idumæi contra iudæos:interficitur Zacharias: expelluntur iudices:idumæi recedunt:creſcit Zelotarum inſolentia cunctoſq; uel falſis criminatiõibus uel dolis aliis occidunt. cap.i.car.ccxxx.

Romani oẽs ꝑſertim duces Veſpaſianũ incitant ad expugnandam ciuitatem: ipſe noluit ducens eẽ melius ꝙ ſic ipſi inter ſe diſcordes paulatim cõſumentur. cap.ii.car.ccxxxi.

Acquieſcũt oẽs dictis Veſpaſiani:multiq; ad Romanos cõfugiunt & ſolum his licebat qui ſoluebant:uolentes fugere ad Romanos. cap.iii.car.ccxxxi.

Ioannes quærit aliis ꝑſſe ducens ſibi dedecus eſſe ſibi parem:multiq; eum metu multi gratia cõſequebantur. cap.iiii.car.ccxxxi.

Inuadũt ſicarii oppidũ quoddam munitiſſimũ apud hieroſolymam die azymoꝝ quando iudæi celebrant feſta pro redemptione eoꝝ ab ægyptiis:interficiunt quot inueniunt: uicos & oẽs partes conuicinas depopulantur. cap.v.car.ccxxxi.

Nunciantur hæc Veſpaſiano a tranſfugis qbuſdam clam.n.quidam ad Romanos confugiebant qui hortabantur Veſpaſianũ ut ferret opem ciuitati: accedit prope hieroſolymã: ingreditur Gadarã clam legati ad eum mittunt:occiditur Doleſus ab aliis inimicis. cap.vi.car.ccxxxi.

Iubet Veſpaſianus Placido ut inſequatur eos qui ex Gadaris fugerant:aduerſus quem illi cum qui buſdã ubi ſe receperint proſiliunt qui capta oportunitate a Placido interimuntur eoſq; ad iordanem inſequitur:coacti autem congredi placidus omnes occidit:quidam in iordanem ſe proiiciunt conuicinoſq; uicos inuadit. cap.vii.car.ccxxxii.

Nunciatur Veſpaſiano ꝙ Galatia motus quoſdam fecerat:ipſe magis ĩcitatur ad bellum multa loca capit: reſtaurat quæ deſtruxerat bello: munit loca omnia militibus:narratur q̃ nobilis ſit regio hiericuntis. cap.viii.car.ccxxxii.

Deſcribitur natura Aſphaltidis lacus:quem Veſpaſianus uoluit uidere. cap.ix.car.ccxxxii.

Veſpaſianus collocat ꝑſidia apud Hiericũta:mittit quoſdam hii ciuitatẽ capiunt:mille iuuenes interficit:omnia dabantur flãmis. cap.x.car.ccxxxiii.

Nunciat Veſpaſiano paràti ꝑficiſci hieroſolymam ꝙ mortuus ſit Nero:quõ etiam Galba ſit creatus imperator:& qdam alii poſt eum & de eoꝝ diſcordia. cap.xi.car.ccxxxiii.

Veſpaſianus expectat quid galba ad eum de rebus bellicis agendis ſcribat: mittit filium ſuum Titum:nauigat rex agrippa ad Galbam:nunciatur in Achaia ꝙ galba ſit iterfectus & Otho ſit creatus: agrippa ſtatuit Romam pergere:Titus ad patrem nauigat Veſpaſianus cum Tito ſuſpenſi bellum negligunt. cap.xii.car.ccxxxiii.

In Hieroſolyma exoritur nouum bellum per Simonem Gioræ filium Simon cum Zelotis congreditur:multos occidit cum idumæis etiam pugnat: Iacobus quidam perdere idumæos cogitat: idumæam capit Simon totam regionem depopulatur: capitur uxor Simonis a Zelotis:perterriti ꝙ-

more remittunt ei mulierem ſuam. cap.xiii.car.ccxxxiii.
Præter bellum in iudæa:in italia ciuile bellum fiebat:perempto Galba: Otho imperator creatur: cum Vitellio pugnat: audita uictoria ſemetipſum Otho occidit: qui biduum & tres menſes impe rium tenuit. cap.xiiii.car.ccxxxiiii.
Veſpaſianus partes duas idumææ capit alteram ét ciuitatẽ capit oẽs interimit: Simon quoq; idu mææ reliquias proſequitur:ioánes intus multas p̃dationes permittebat galilæis: ueſcebantur libidi ne:certant adinuicem Zelotæ cum ioanne:& Simon cum illis. cap.xv.car.ccxxxiiii.
Deliberant Simonẽ introducere & ioannẽ expellere:Simon loca oĩa ciuitatis inuadebat: congre ditur cum illis qui eum receperunt. cap.xvi.car.ccxxxiiii.
Bella fiunt in italia p Vitelliũ & ſuos milites:audiens hæc Veſpaſianus q̃ Vitellius princeps fit fa ctus indignatur:milites Veſpaſianũ hortant ut Romã accedat:eo q̃ ipſum populus imperatorẽ con ſtituerit:renuit ipſe:ipſi cogũt uelle ĩperiũ:cogitat quõ rem efficere poſſit. cap.xvii.car.ccxxxiiii.
Deſcribitur qualitas portus alexandrini mittit Veſpaſianus ad Tyberium Alexandrum ut eſſet ſi bi adiumento fama eſt q̃ Veſpaſianus ſit imperator: quaſi omnes ad eum accedunt congratulan tes & ſubicientes ſe eius imperio:recordatus Veſpaſianus quod ioſepus prædixerat:liberari iubet eũ e uinculis. cap.xviii.car.ccxxxv.
Veſpaſianus mittit Mutianũ in Italiam:geritur bellum cũ Cecilio ab Antonio: Cecilius uidens exercitum Antonii cogitat de proditione:ad ipſum mittit Mili tes uolunt occidere Cæcilium:cerna tur ſuperatur exercitus Vitellii:Antonius in urbem ueniens cũ Sabino Capitolium nocte occupat: Vitellius cum ſuis militibus eos inuadit:ſuperat:Sabinus occiditur: Domitianus cum multis nobili bus euadit Vitellius iugulatur a populo. cap.xix.car.ccxxxv.
Mutianus urbem ingreditur cum exercitu Antonium cũ aliis ſubleuat:occidit multos qui cõſen ſerant cũ Vitellio Domitianus filius Veſpaſiani:rector efficitur populus Veſpaſianum clamat impe ratorẽ:ad Veſpaſianum qui alexandriã iam applicauerat ueniunt legati:intendit animum Veſpaſia nus in reliquias iudeæ:Titũ mittit ad Hieroſolymam. cap.xx.car.ccxxv.

Incipit Liber ſextus.

Tito exiſtente adhuc apud alexandriam hieroſolymis oritur trifaria ſeditio zelotarum Simõis & ioánis:inter eos congrediuntur:ita ut templũ uniuerſum inundaretur ſanguine. cap.i.car.ccxxxvi:
Deſcribit,diſcordia q̃ inter eos fuit & ſcelera q̃ iter eos cõmittebãtur:poſt qualiter oẽs q̃ſi Róma nos expectabãt:poſt quõ Titus miſit diuerſas legiões in hieroſolymã. cap.ii.car.ccxxxvi.
Deſcribitur ordo Titi & militũ & oĩum aliorum in eundo hieroſolymã:peruenit Gophnã opidũ quod Veſpaſianus cœperat:ciuitatẽ tentat adire:tandem coactus eſt ſi uoluit euadere irruere in ho ſtes:ad ſuos ſaluum ſe recepit. cap.iii.car.ccxxxvi.
Titus ciuitati nocte appropinquat:caſtra ponit in monte oliuarũ dicto:exeunt iudæi: in legionẽ decimam irruunt fugantq; Romanos:nunciatur Tito:fert auxilium:dimicatur utrinq;:Titus tandẽ legionem liberat. cap.iiii.car.ccxxxvii.
Remiſſio aliq̃ſp bello oritr diſcordia ĩter eos:in duas ptes ſeditio remanet: Titus ad ciuitatẽ ele ctos milites mittit:explanare fecit oĩa ita ut repletũ ſit quicquid cauũ erat. cap.v.car.ccxxxvii.
Iudæi Romanos quærunt decipere inſtituunt quoſdã qui pacẽ ſimulant:Romanoſq; uelle intro ducere:Titus noluit quia ſuſpecta erat ei talis inuitatio. cap.vi.car.ccxxxviii.
Quidã ex Romanis ad urbẽ uſq; accedentes eo q̃ crediderunt illis:interficiuntur: multi feriunt: unde iraſcitur multũ Titus pp inobedientiam eor eoſq; arguit. cap.vii.car ccxxxvii.
Intercedunt cõmilitones p illis apud Titũ:admonens eos indulget illis: cogitat ulciſci iudæos: caſtra ponit ppe ciuitatẽ:ordinat legiões circa ciuitatẽ: deſcribitur ſitus ciuitatis & tẽpli p Salomo nẽ ædificati:& quõ diſtiguebat ſecundũ loca ſacerdotũ & uiror & mulierũ. cap.viii.car.ccxxxviii.
Deſcribitur adhuc magnificentia ciuitatis & templi:eor quæ continebantur in eo: quæ a diuer ſis fuerunt conſtituta. cap.ix.car.ccxxxix.
Quõ Simon & ioannes diffidebant:& eos diuiſa ciuitas ſequebat:& quõ unuſquiſq; partem ciui tatis ſeorſum tenebat: Titus quærit qua parte ciuitatẽ ſit ingreſſurus: conſtituit agerem tripartitum exercitum circa ciuitatem:cogitant iudæi concordari aduerſus Titum & Romanos coeuntq; ĩ unũ corpus exeunt iudæi aduerſus Romanos fugantur in ciuitatem quidam unus iudæor capitur:ſagit ta demiſſa occiditur inde iudæis luctus maximus oritur. cap.x.car.ccxl.
Concutitur timore exercitus Romanor eo q̃ turris quædam lapſa ſit nocte: & propter maximũ ſonitum timuerunt Romani:credentes hoſtes caſtra inuaſiſſe:percutiunt muros illis machinis mu rumq; uicinorum frangunt. cap.xi.car.ccxl.
Ingrediuntur Romani ea porta qua murus fractus erat:dimicatur poſtea unde iudæi audacia re ſiſtebant:Romani uero belli peritia uincebant. cap.xii.car.ccxli.

Iudæi ſperant ſalutem: Romani victoriam: unde ex iudæis quis fuiſſet promptior ad periculum s primus erat ex Romanis uero: qui fortẽ ſe p̃ferebat: quia Titus ſemp aderat. cap.xiii.car.ccxli.

Quidam Longinus in medios hoſtes irruit: duobuſque interfectis ex mediis hoſtibus ad ſuos re uertitur. cap.xiiii.car.ccxli.

Caſtor quidam ex iudæis ſimulat uelle inire fedus cũ Tito ut aliquantulum conquieſcat: ut Simõ interim conſulat de rebus occurrentibus: fingitq; quoſdã ſocios uelle pacem: quoſdã non: accenſus his Titus uehementius utebat arietibus: diruptoq; muro cum militibus ingredit. cap.xv.car.ccxli.

Ingreſſo Tito: Iudæi circũcludunt Romãos: multoſq; ex eis occidunt & niſi Titus tuliſſet opem: nix euaſiſſent: ad ultimũ murũ ſunt expulſi Titus iterũ aggredit: ad illum murũ irruit: totamq; partem illam dirimit præſidia ponit munit turres & locat: alia parte ciuitatẽ aggredit: eoſq; hortatur ut uellent ſaluari & Ioſepus oratione patria: idem eos hortabatur. cap.xv.car.ccxli.

Ioſepus circuit ciuitatem ea parte qua poſſit audiri facilius Iudæoſq; orat ne uelint Romanis reſiſtere: perſuadetq; pluribus uerbis: illi uero conuiciis eũ afficiunt. cap.xvii.car.ccxlii.

Ioſepus clamat aduerſus iudæos adducens diuerſa exempla maiorum: ut uelint reddere deumq; eis aduerſum eſſe: propterea amplius ne uelint reſiſtere. cap.xvii.car.ccxlii.

Clamante ioſepo cum lachrymis ut uellent ſedare non flexerunt animos ſeditioſi: ſed diu perſiſtunt: ita ut cogerentur fame perire: Tantam famem perpeſſi ſunt ut matres ex filiorum ore cibum raperent: ſeditioſi illi domos ui irruebant ut cibum caperent ſumma miſeria & ſumma crudelitas deſcribitur Simonis & ioannis. cap.xix.car.ccxliii.

Multi propter famem ciuitatem exeuntes capiebantur ex his multi inciſis manibus ad Simonem & ioannem mittebantur. Tito acclamante. ne tantam uellent pati miſeriam: ipſi conuitiis Tito & patri eius maledicebant. cap.xx.car.ccxliii.

Antiochus Epiphanes cum Macedonibus: admirat Romanos q̃ muros non adeant: ipſe cum ſuis muros adiit multi ex his fugiũt & multi interficiuntur: poſt a Tito aggeres fiunt: admotis ad muros Simon foſſa intus facta ſubmiſſo igne ageres diruit: & incẽdunt: Simonq; cũ multis aliis proficiſcit in machinas illas: eaſq; incendunt: cũ Romanis cõgrediunt: ita ut non diiudicari poſſit amicus ab inimico: quidãq; ex Romanis corruptis machinis deſperabãt ciuitatẽ captum iri. cap.xxi.car.ccxliii.

Conſulit duces Titus quid faciendũ: an aggredi muros debeant an aggeres ſtruendi: aut permittendũ q̃ ipſi fame coacti ciuitatẽ ſint tradituri: an circũdanda ſit ciuitas ne exitum habeãt: ſicq; dicit Titus opus non paruum ſed inextricabile Romanos eſſe facturos. cap.xxii.car.ccxliiii.

Exortatus Titus his uerbis duces iubet exercitus in opera diſtribui: murumq; circa ciuitatem cum caſtellis.ii. per ſuos cõſtrui fecit mira celeritatis: noctuq; quilibet ſuo ordine ac uigilia explorabat: uigilesq; ſomnos inter ſe ſortiebantur. cap.xxiii.car.ccxliiii.

Ablata facultate exeundi fame omnes moriebantur: unus alium mori intuebatur: nõ erat facultas ſepeliendi: latrones uero ex mortuis ueſtes riſu expoliabant: multi ex muris in foſſas proiciebantur: quæ uidens Titus ingemuit. cap.xxiiii.car.ccxliiii.

Romani uidentes ſeditioſos fame cruciari lætantur: copiam maximam frumenti Iudæis oſtendẽdo ad maiorem dolorẽ: Titus etiã aggeres inchoabat ut uideret ſi uellent tradere ciuitatem miſeratꝰ eorũ calamitatem: ſeditioſi uero non placabantur. cap.xxv.car.ccxlv.

Simon matthiam per quẽ ciuitatem obtinuerat peremit cum tribus filiis ſuis: corpora ſepelĩri p hibuit: alios etiam nobiles occidi fecit. cap.xxvi.car.ccxlv.

Quidam ex iudæis qui cuſtodiebat turrim a Simone ſibi traditam: uidens tantam crudelitatẽ humano conſilio cum quibuſdam ex turri Romanis ſignum dedit ſe traditurum turrim: illi non credẽtes: cognito hoc a Simone illũ ex turri in foſſas proiecit: uidens hæc Titus: & ioſepus ſaxo capite percutitur letantur iudæi credentes eum mortuum eſſe: reſpuit ioſepus uulnere: quo cognito ſeditioſos ſtupor inuadit: multi ad Romanos profugiunt: multi ex profugis ab Aſſyriis uentibus apertis occiduntur: eo q̃ aurum ex uentre eorum per ſimum uentris exire cognouiſſent: Titus uero hac iniuſtitia cognita omnes interfeciſſet niſi eſſet maxima multitudo noxiorum: increpat milites Titus: ſed occulte multi occidebantur ob inſaniam propter hoc pauci ad Romanos amplius fugiebant. cap.xxvii.car.ccxlv.

Ioannes ad ſacrilegium ſe conuertit: Mannetus ad Titum fugit: narrat maximum numerũ mortuoꝝ fame: ex eo q̃ caſtra poſuit: coactoſq; ſtercore uti pro cibo. cap.xxviii.car.ccxlv.

Incipit Liber ſeptimus.

Aggeres ſtruuntur a Romanis: quærunt iudæi incendere: cum antẽ nequiſſent: admouent Romani aggeres certatur utrinq; murus labitur ea parte qua ioannes ſuffodierat pro incendendis aggeribus: moxq; alium murum ſtruit quem nemo audebat aſcendere eo q̃ qui prius tentaſſet certiſſimum exitium tentaſſet. cap.i.car.ccxlvi.

Hortatur Titus commilitones ſuos ad aſcendẽdum murum:facta exhortatione Sabinus quidam Syrus ſe obtulit aſcenſurum:ſuſceptaq; aſta cum.xi.murum aſcendit:hoſtes in fugam uertit ipſe ue ro ſagittis obrutus cecidit. cap.ii.car.ccxlvi.

Quidam ex cuſtodibus aggerum Antoniam accedũt primos cuſtodes occidunt:facto ſigno per buccinam cæteri fugierũt.Titus audito ſigno armat exercitum:pugnaſ ex utraq; parte ad ſeptimam noctis horam:q; Romanis uiſum eſt ſatis pro tunc Antoniam obtinere. cap.iii.car.ccxlvii.

Iulianus quidam uidens Romanos ſuperari armatus irruit in hoſtes & ad templum uſq; fugauit cumq; non haberet auxilium multis interfectis diu reſiſtens obiit. Iudæi romanos in Antoniam re. cluſerunt. cap.iiii.car.ccxlvii.

Titus mittit ad Ioannem ſi uelit congredi & ſi uelit ſacra intermiſſa celebrari per electos Iudæos: conſulit Ioſepum Titus:hebraico ſermone ſcripſit mandata ioſepus pro Cæſare ad ioannem:horta. tur ut ſe dedat:exẽpla inducens ſed magis irritantur in eum ac capere quærunt:multi ex iudæis ad romanos fugiunt quos a Romanis occiſos iudæi dixerunt nẽ plures ad eos confugerent:Romani uero eos populo oſtendebant propterea multi fugierunt. cap.v.car.ccxlvii.

Increpat eos Titus q; templum polluerint : polliceturque non paſſurum Romanos templum eſ. ſe polluturos. cap.vi.car.ccxlviii.

Ioſepus referebat dicta principis iudæis qui magis eleuabantur in ſuperbiam:ſtatuit iterum Ti/ tus bellum gerere contra iudæos ipſo remanente in Antonia.exercitum miſit in iudæos:Certaturq; a nona noctis hora:uſque ad quintam diei Tito ſpectante ab antonia:multi ex iudæis fortiter multi ex Romanis fortiſſime bellum geſſerunt. cap.vii.car.ccxlviii.

Septimo die reliqua manus Romanorum ſubmerſis antoniæ fundamentis uiam fecerunt latam ad templũ:admouent aggeres ad angulũ templi:qdã congregati p̃ famẽ:impetum fecerũt contra Romanos:cognito ipetu: eoꝝ p Romanos dimicatũ ẽ undiq; fortiter:in uallẽ quãdã coacti ſunt iu dæi:capiť qdã q ductus ad Titũ iterficiť:curatq; Titus ut aggeres mature cõſtruanť.c.viii.c.ccxlviii.

Porticus templi incendiť:abrumpunt Romani ad uiginti fere cubitos ex muro:imittũtq; ignem ſanctis:hiſdem diebus quidã ex iudæis de Romanis inuitat ſi quis uelit certare:diuq; nemine uolẽ te:quidam ex Romanis peroſus illius audaciam cũ illo certat & occidiť: Romanos iudæus deridet ex Romanis quidam eum ſagitta tranſfixit:clamor excitatur maximus. cap.ix.car.ccxlviii.

Iudæi implent lignis aridis ſummitatẽ tẽpli.fingunt fugam ex Romanis multi aſcendentes tem. plũ:ſubmiſſo igne p iudæos ſuccenſi ſunt:Titus eos miſeretur:morientibus ſatis erat remedii q; Ti/ tus dolebat:Iudæi uero quidam in porticu exiſtentes obſeſſi oẽs ceciderunt. cap.x.car.ccxlviii.

Iuuenis Romanus quidam qui euaſerat incendium:oratur a iudæis ut ad eos deſcendat:ne mili/ tiæ Romanæ tantum dedecus faciat ſublato enſe ſeipſum interfecit:incenditurq; porticus ea parte quæ ad orientalem protendit:Moriebantur multi fame ita ut fœnum calciamenta corigias coacti ſint comedere iudæi. cap.xi.car.ccxlix.

Maxima multitudo erat eorum qui fame per ciuitatem pẽribant : qui inter ſe erant amiciſſimi propter cibum:ſi quem inueniſſent:ad manus ueniebãt:ſi quis moriebatur alii ſcrutabantur ſi quid cibi in ſinu habebat:patiebantur ea comedere quæ ne ſordidiſſimum aliquod animalium comedi. ſet:multaq; huiuſmodi deſcribuntur. cap.xii.car.ccxlix.

Mulier quædam Maria nomine cum ſublata fuiſſent ſibi omnia per ſeditioſos filium ſuum fame comedit:cogitur oſtendere latronibus quod parauerat pro cibo:cognito ſcelere tanto eos horror quidam inuaſit uehementiſſimus:nunciatur Tito tanta calamitas:qui deum placare cœpit dicens ſe uoluiſſe obliuiſci iniurias eorum:ſed illi noluerunt pollicetur q; tantum ſcelus non permittet im punitum. cap.xiii.car.ccxlix.

Admouere iubet aggeres cum ariete muris:nihil proficientes cum ſcalis tentant aſcendere:unde multa cædes facta eſt ex Romanis:iratus Titus ignem portis ſubici fecit creſcente igne conſulit pro. ceres ſuos de templo:quidam ſuadent ruinam templi:quidam ut ſeruetur:iubet reſtinguere ignem interim pugnatur:uidens Titus cum militibus electis iudæos profugat:in templum concludit om nes ſuccendereq; templum parat. cap.xiiii.car.ccxlix.

Quidam ex militibus Romanorũ ignem portat ad templum:ſuccenditur templum:hoc audi/ to Titus iubet extingui ſed pro nimio clamore & quia multi ſimulabant audire eius præcepta & pro hibitionem ipſo inuito exuritur templum. cap.xv.car.ccl.

Templum incenditur menſe & die menſis conformi incendio templi Babyloniis:in ipſa incenſio ne etiam multæ cædes fiebat deprehenſorum:nec erat diſcretio puerorum nec mulierum cuiuſque ætatis:clamor ingentiſſimus fiebat:duo in ignem ſe proiecerunt incendunt Romani diuerſas porti cus & loca ubi iudæi res ſuas ac pecunias depoſuerant quidam Pſeudo prophetæ perſuaſerat popu/ lo ut expectaret dei auxilium. cap.xvi.car.ccl.

Quædam prodigia quæ ſuperuenerant iudæis deſcribuntur:quæ in eorum fortunam & auxiliũ interpretabantur:quidam uero ſapientes hæc eſſe ruinæ prodigia iudicabant. cap.xvii.car.ccl.

DE BELLO IVDAICO TABVLA

In ſacris libris erat q̃ cum templum quadratum redigeretur q̃ ciuitas erat deſtruenda. hi uero in citabantur ad prælium dicentes propter dictum quoddam ambiguum inuentum ſcilicet q̃ eo tempore quidam eſſet ex eorum finibus orbis terre habiturus impenum: ex hoc dicto decepti ſunt quaſi proprium eorum iudicantes dictum conuenire. cap.xviii.car.cclj.

Romani Titum imperatorem declarant in templo: Iudæi prouocant Titum ad colloquium: ipſe naturali humanitate eos recipit: alloquiturq̃ eos increpando: tandem in diligendo eos ſi uelint in pace uiuere nolluerunt: ipſe cognita eorum nequitia eos militibus fieri prædam tradidit interim ignis progrediebatur: quidam ſupplicant ut eis fidem Cæſar det: ſuſcipit ipſe in cuſtodiaq̃ eos reclu ſos tenet. cap.xix.car.cclj.

Seditioſi in domum regiam confugiunt: Romanos pellunt: multi occiduntur ex populatibus: Titus uero militem quendam quia unus captus eſt ad ipſum rediens ex acie pepulit: quod grauius fuit illi morte. cap.xx.car.cclij.

Romani conuerſis latronibus in fugam: omnia igni tradiderẽ: illi uero in ſuperiorem ciuitatem recedebant: letantes q̃ nil eſſent relicturi hoſtibus & alacri uultu mortem expectabant: illi undiq̃ per ciuitatem capiebantur: mortuiq̃ canibus proiciebantur: ſpes quibuſdam erat in cloacis latere: & ignis latitantes cremabat: & qui deſcendebant necabantur. cap.xxi.car.cclij.

Cæſar proſpiciens ciuitatem ſuperiorem nõ poſſe capi ſine aggeribus diſtribuit milites operibus ad occidentalem partem: legiones munit hiſdem diebus idumæi mittunt ad Titum q̃ ad eum uo/ lunt confugere remittit legatos pollicens pacem: Simon hoc intellecto quoſdam occidit: quoſdam recludit: multitudo tamen maxima fugit. cap.xxii.car.cclij.

Quidam ſacerdotum promittens multa donaria Tito accepta fide pro fuga receſſit: multaq̃ ua/ ſa pulcherrima donaria dedit. cap.xxiii.car.cclij.

Perfectis aggeribus machinas Romani admouent: multi deſperantes in cloacas demittunt: qui/ dam in aciem confugiunt quidam Romanos applicantes arietes ad muros ulciſcunt: Tyranni pri uati ſpe: ſponte deſcenderũt de turribus: Iudæi ad Siloam confugiũt: a cuſtodibus recluduntur: Ro/ mani in muris ſigna ponunt: ingredit Titus admirat q̃ tantas munitiones tyranni deſeruiſſent: ad/ mirata altitudine & compagine lapidum præficit Frontonẽ cuſtodiæ illorum: multos in ægyptum mittit: multos uendidit multos etiam beſtiis deuorandos tradidit. cap.xxiiii.car.cclij.

Captiuorum numerus per omne tempus obſidionis numeratus fuit decies centena milia: Ioan/ nes ſempiternis uinculis ſeruatur. Simon uero ſeruatur triumpho. cap.xxv.car.ccliij.

Capitur Hieroſolyma ſecundo anno principatus Veſpaſiani die octauo mẽſis ſeptembris: prius quinquies capta fuerat: Conditor primus eius fuit Chananæorũ Rex: qui iuſtus fuit appellatus: Cæ/ ſar iuſſit ut turres & pars quædam ciuitatis pro cuſtodibus remanerent: reliquum explanarunt: lau/ dat Cæſar exercitum ſuum eiq̃ gratias agit de eorum uirtute & fortitudine: & pro geſtis rebus dona largitur & coronas & præmia multa ſingulis. cap.xxvi.car.ccliij.

Cæſar donatis omnibus ſecundum eorum merita: ad ſacrificia ſe conuertit deinde ad Cæſaream maritimam deſcendit reponitq̃ in ea multitudinem manubiarum captiuoſq̃ ſeruat: quia Hyemis tempus prohibebat in Italiam nauigare. cap.xxvii.car.ccliij.

Eo tempore quo Titus Cæſar Hieroſolymis commoratur obſidionis cauſa Rhodum trãſmeat Titus ex Cæſarea maritima reuerſus: aduenit in Cæſaream Philippi celebrat ibi omnia ſpectaculo/ rum genera. cap.xxviii.car.ccliij.

Inuenit Cæſar Simonem Gioræ filium: & quomodo captus ſit declaratur ſeruatur pro triumpho quod Romæ erat facturus Cæſar. cap.xxix.car.cclvj.

Cæſar inuenit multos iudæos apud Antiochiam muidus Antiochus irruit multiq̃ cremantur ex his. cap.xxx.car.ccliiij.

Declaratur noua calamitas quæ accidit iudæis: accuſant iudæi ab Antiocho q̃ cremaſſent qua/ dratũ foꝛe cũ multis aliis: cognoſcunt nõ fuiſſe in culpa p legatũ Veſpaſiani. cap.xxxi.car.ccliiij.

Accipit Cæſar litteras a patre quam deſiderabilis ipſe peruenit Romam & quo honore ſit ſuſce/ ptus deſcribitur. cap.xxxii.car.ccliiij.

Deſcribitur defectio Germanorum facta tempore quo Veſpaſianus erat in alexandria: qui crede/ bant ſe poſſe liberari a ditione Romanorum: his auditis a Domitiano exercitus tendebat: tunc Ger/ mani ſe ſponte ſubdiderunt. cap.xxxiii.car.ccliiij.

Scythæ conueniunt cũ Germanis in defectione: tranſgreſſi flumẽ Iſtrũ multos ex Romanis inter quos Fronteiũ Agrippã occiderunt: Veſpaſianus hoc audito Rubriũ Gallũ mittit q̃ multos occidit alii domũ confugere: muniunt loca ne barbaris ãplius det locus talia faciendi. cap.xxxiiii.ca.cclv.

Titus reuerſus ex beryto ſpectacula per ciuitates Syriæ celebrabat: Antiochenſes expectant cum ſummo deſiderio: petunt iudæos expelli qui non exaudiuntur: ad alias petitiones ſe conuenerunt: Titus inde Hieroſolymam proficiſcitur: miſeratur q̃ calamitatem ciuitatis curat q̃ captiuos in Itali/ am aſportari: cupiens eos triumpho præterducere. cap.xxxv.car.cclv.

Venienti Tito Romam pater cum tota ciuitate obuiam prodiit:ordinatur triumphus communis:& pompa triumphi declaratur:& modus eundi in triumphum:quo ordine quæcunq; sint distributa & ostensa parantur conuiuia ab omnibus per totam ciuitatem:dieſq; gratulationis celebratur:cum spe finis malorum ciuilium:& fœlicitatis principum. cap.xxxvi.car.cclv.

Vespasianus peractis triumphis decernit ædificari templum paci:donatq; templum muneribus pigmentorum operibus oĩa quæ fuerant iudæor in eodem templo reposuit. cap.xxxvii.car.cclvi.

Lutius bassus in iudæam legatus mittitur:statuit bellum inferre Macheruntiis:describitur Herodii fortitudo:& situs inaccessibilis:ac Herode hoc castellum munitum est:nascitur in eius ualle herba quædam mirabilis uirtutis:sunt balnea ameniſſima:castellum Lutius accepit:multos occidit:q castellum tradiderunt dimisit. cap.xxxviii.car.cclvi.

Ad saltum qui appellatur Iarden ducit exercitum Lutius:militibus cingit:bellum committitur: nullus ex iudæis euasit:Iudas dux eorum cloacis latenter effugit. cap.xxxix.car.cclvi.

Scribit Cæsar ad Liberium procuratorem ut iudæam uendat iussitq; singulis annis q iudæi omnes binas dragmas in capitolium ferrent. cap.xl.car.cclvi.

Accusatur antiochus apud Cæsarem a Cestennio Pæto:q deficeret a Romanis:mittit Vespasianus ut quid uideatur Peto efficiat:Capitur antiochus post longam pugnam cum filiis suis:ducitur Romam uinctus:Audiens Cæsar ligatũ antiochũ iubet uincula auferri.filii cogitant conciliaturos patrem Cæsari:ueniunt Romã:cum patre aduecto ex Lacædemone ibi manserũt.cap.xli.car.cclvii.

Scythæ his tpibus cogitant Medicam terram inuadere:colloquuntur cum hyrcanorum rege:adhibito aditu fines omnes populantur:ad armeniam usq; peruenere. cap.xlii.car.cclvii.

Mortuo Basso Flauius Siluius in administratione succedit: Castellum quoddam adhuc rebelle superesse uidens monit militem aduersus illud: princeps castelli erat Eleazarus cuius mores describuntur:& sociorum eius. cap.xliii.car.cclvii.

Flauius Siluius aduersus Eleazarum uenit: castellum cingit licet difficillimus adeundi accessus fuerat:per duo loca poterant accedere homines:declaratur difficultas accessus:admouet machinas per unam uiam:fabricat arietem cum quo murũ percutit:ignem ad muros ponit:letiq; Romani custodiunt ne quis eorum ex castro fugeret. cap.xliiii.car.cclvii.

Eleazarus uidens nõ posse euadere manus Romanor hortatur ut omnes combusta urbe seipsos interficiant magis q̃ seruituti subiciantur:quibusdam placuit:quidam uero molieres lachrymabantur:reiterat exhortationem Eleazarus præponens ĩmortalitatem animæ:pulchrius esse pulchre mori q̃ turpiter uiuere. cap.xlv.car.cclviii.

Orantem Eleazarum omnes interpellant decernũtq; sibi mortem dare:omnes mortui sunt:unus ultimus incensa regia:gladio se transfigens occubuit:clam cum quinq; pueris mulier latuit Romãi mane per scalas muros ascendunt:neminem uidentes admirant mulier illa ex cloacis exiẽs Romanis rem gestam aperuit. cap.xlv.car.cclix.

Peracto excidio Flauius siluius cum exercitu in Cæsaream proficiscitur: quídam ex iudæis in Alexandriam confugerant:hi nouas res tentabant ex quibus multi occisi sunt:mortẽq; potius pati maluerunt:etiam pueriq; Cæsarem dominum appellare. cap.xlvii.car.cclix.

Lupus rector Alexandriæ hæc omnia Cæsari indicat ad quem Cæsar scribit ut templum iudæorum destruat. cap.xlviii.car.cclx.

Onias unus ex pontificibus ex hierosolymis quõdã fugatus alexandriam uenit: optinuitq; ut tẽplũ posset fabricare iuxta mortem patrium:hoc autem fuit prædictũ per Esaiam q in ægypto futura esset constructio templi. cap.xlix.car.cclx.

Lupus rector ad templum accedens ablatis denariis tẽplum claudit Paulinus eius successor.nihil reliqt:sacerdotibus cõmitatus ẽ:fecitq; ut ne uestigium qdẽ diuini cultus uideret .cap.l.car.cclx.

Ionathas quidam ex iudæis persuasit multis ut eum sequerentur:nunciatur Catullo rectori libyæ comprehensus ipse cum multis aliis tribus milibus:qui pecunia diuites erant:non conscii tamen sceleris occiduntur: Curatque Catullus ut Ionathas omnes iudæos criminetur:etiam illos qui Romæ habitabant inter quos Iosepus erat: Vespasianus noluit ut aliud efficeretur.Catullus ob iniustitiam morbo grauissimo laborauit:ita ut ipse non moreretur. cap.li.car.cclx.

FINIS.

Hieronymus Squarzaficus Alexandrinus. Raynaldo de Nouimaio impreſſoriæ artis. op. ſ.

QVm e græcia in Italiam traieciſſem: Ioſephiq; libros offendiſſem: quos antea quã hinc decederem librariis caſtigatiſſimos: & emendatiſſimos ſumma diligentia imprimendos eſſe demandaueram. Non ut quæſtum conſequerer: ſed ut aliqua ex parte de lingua latina bene meritus eſſem & cognitiones multarum rerum propagarentur. Vidi opus eruditiſſimum nundum abſolutum: & ut in annalibus uetẽrum facile de præbendi poteſt a Ruffino aquiligienſi in linguam latinam tranſlato: opus egregii inquam auctoris: qui ſine titulo: ſine uita: & ſine elogio erat ĩ lucem proditurus: quod cum animaduertiſſem hoc a me ferendum minime putaui. Obiter ipſius uitam ex iuratiſſimis auctoribus elicitam ſubiecimus. Fuit enim Ioſephus hieroſolymitanus: Mathathiæ ſacerdotis filius tempore Tyberii Cæſaris natus. Cum Ieſus eſſet cruci affixus: & uſq; ad traiani tempora conſenuit a Veſpaſiano cum tito filio cum bellum in Hieroſolymam gererẽt: captus fuit quidem litterarum: & multarum rerum peritus: ſacerdotio inſignitus: prophetarum ac ſomniorum interpræs optimus: ac futurorum non ignarus : prodigia & multa expoſuit. Apud iudæos Nerone regnante: quæ uiſa fuere armatas acies. ſ. cœlo currere: atq; aera ſubito nubiũ ignæ collucere: & plæraq; alia multa quæ in eius leguntur hiſtoria. Ioſephus ad perniciem urbis futura affirmauit. Cui ſententiæ uulgus aſſentiens ab imperio romano deffecere: occaſione ſibi oblata. Propterea q; præfecti romani miſſi eſſent contra iudaicam religionem ut aquilas templo inferrent. Iudæi romanorum anaritia uexati eorũ præfectos trucidarunt. Aquilas e templo deiecerunt: ipſamq; ciuitatem iugo Neronis leuarunt: prouincias muniunt: qui eis præeſſent creant: atq; ex tribus in qua eſt metropolis Hieroſolyma eiq; Samaria proxima. Tertia galilæa gẽtibus finitima Ioſepho obuẽit qui rei militaris belli impetum a romãis miſſum primo exciperet. Et cum igni ferroq; omnis prouincia deuaſtaretur in Iopathã montanam ciuitatem obſidetur. Tandem Ioſephus perquiſitus a Veſpaſiano dum in puteo latitaret mulieris indicio cognoſcitur eo Nicanorem tertium tribunum militum miſit: cum priores milites ab Ioſepho non audirentur: qui factum incenſarum metu perterritus deluſis ſociis. Nam & permulti iudæorum cum eo erant impoteſtatem romanorum peruenit. Quem imperator diligẽti cuſtodia ſeruari iuſſit. Iſte autem Veſpaſiano ſemotis arbitris alloquitur: ſibi & filio imperatores fore prædixit: quem Veſpaſianus non inuitus audiuit: quæ omnia ut euenere Ioſephũ ab omni ſeruitute ſoluit: atq; ſummis laudibus tollit. Auguriis poſt euerſione Hieroſolymæ præfecit ciuitate donatus: cum Tito: & Veſpaſiano patre uixit annis. xxvi. atq; cognomine flauiæ familiæ donatus. Nec etiã prætermittenda duxi: quæ ex Hieronymo carptim & ceſſim: ideſt ſub epythomate collegi: quod ob ingentia eius illuſtria facinora: utpote uir ſingularis eruditione præditus ut ex libris ſeptem iudaicæ captiuitatis quos imperatoribus patri & filio obtulit exploratiſſimum fuit ſtatuam Romæ meruerit: quodq; ſcripſerit alios. xxiiii. antiquitatum libros ab exordio mundi uſque ad quartumdecimum annum Domitiani cæſaris quodue archeotecos: ideſt conflictus aduerſus Appionem grammaticum alexandrinũ. Aliaq; præclara opera accuratiſſime conſcripta reliquerit: quæ in manus noſtras prætercq̃. xx. uolumia antiquitatum: & Hieroſolymæ captiuitatis ſeptem: & in Appionem duo recideret. Non ad commemorandum ſumus admodum curioſi: ſed a me hoc unum interpoſitum iri ſummo ſtudio duxi in ignominiã iudaicæ prauitatis: quando uir egregius optime de Chriſto ſenſiſſe uideatur cum inquit. Eodem tempore ieſus uir ſapiens: ſi tamen uerum oportet dicere. Erat enim mirabilium patrator operum qui libenter uera ſuſcipiunt plurimos quoque tam de iudæis: quam degentibus ſui ſectatores habuit & credebatur eſſe Chriſtus cuiq; iuidia noſtrorum principum cruci eum Pilatus addixiſſet: nihilominus qui eum dilexerant perſeuerauerunt.

IOSEPHI IVDEI HISTORIOGRAPHI VIRI CLARISSIMI PROLOGVS IN LIBROS ANTIQVITATVM VIGINTI INCIPIT FOELICITER: ET DE GRAECO IN LATINVM TRADVCTOS PER VENERABILEM. PRESBYTERVM RVFFINVM AQVILEIENSEM VIRVM DOCTISSIMVM.



ISTORIAM CONSCRIBERE DISPONENTIBVS NON unã nec eãdem uideo eiuſdem ſtudii cauſam: ſed multas exiſtere: & ab alter utro plurimum differẽtes. Nam quidam eoꝝ ſui ſermonis pandere uolentes ornatum: & ex hoc gloriã aucupãtes: ad partem huius diſciplinæ accedunt. Alii uero illis gratiam referentes: de quibus ipſam deſcriptionem eſſe contigerit in opere eodem ultra uirtutem coacti ſunt laborare. Quidam autem ipſa rerum neceſſitate uim paſſi ſunt: ut ea quibus interfuerunt cum agerẽtur: ſcripturæ declaratione colligerent: Multos autẽ magnitudo rerum utilium in occulto iacentium inuitauit: ut hiſtoriam ex his ad utilitatem deberent proferre cõmunem. Harum itaq; quas præ dixi cauſarum: duæ nouiſſimæ mihi etiam prouenerunt. Bellum nanq; quod inter Romanos & nos iudæos fuit: & qui actus ei quiq; finis ac ceſſerit: experimento ipſe cognoſcens narrare coactus ſum: propter eos qui ueritatem in ipſa conſcriptione corrumpunt. Præſens autem opus aſſumpſi: credens etiam dignum ſtudium Græcis omnibus aperiri. Continebit itaq; omnem antiquitatem noſtram & conuerſationis ordinem ex hæbraicis litteris interprætatum: Dudum ſiquidem cum bella cõſcriberem propoſueram declarare qui fuerint in initio iudæi: & quibus ſint uſi fortunis: & per quem legiſlatorem ſint eruditi hoc quod ad pietatem aliamq; uirtutis continentiam noſcitur attingere: & q̃ longis pugnantes temporibus: inuiti nouiſſime uenerint ad certamina Romanorum. Sed quoniam ingẽs erat operis eius ordo & ualde perplexus in ipſo libro diuidens diſponenſq; principia: atq; finem conſcriptionem ipſam abbreuiare tentaui. Tempore nanq; procedente ſecundum illud quod ſolet accidere grandia cogitantibus: mihi quoq; ſegnicies tarditaſq; ſucceſſit tantam arripiendi materiam in uſum extraneæ quippe linguæ: & a noſtra conſuetudine peregrinæ. Erant autem qui me hiſtoriæ deſiderio pro rebus talibus inuitarent: & præcipue horum omniũ Epaphroditus uir qui uniuerſas quidẽ diligere diſcipli nas: maxime autem rerum geſtarum cognitione gauderet utiq; cum & ipſe magnis rebus & multimodis cauſis interfuiſſet: & in omnibus mirabilem naturæ fortitudinem & immutabilem uoluntatem ſuæ uirtutis oſtenderet. Huic enim uiro ſemper obediens qui utiliter & bene agentium cooperator exiſteret: ne uideret deſidia potius q̃ optimo labore gaudere: ad hoc me protinus armaui. Illud quoq; ſuper ea quæ iã dicta ſunt nõ tranſitorie cogitans: quia per hæc & de noſtra proſapia aliquid tradere noſtris uolui & de Græcis ſi quis eoꝝ ſcire quæ noſtra ſunt uoluerit. Cõperi ſiquidem quomodo Ptolomeoꝝ ſecũdus rex maxime circa diſci plinã & librorꝝ collectionem ſtudiũ habẽs in noſtra præcipue lege opus ſuæ largitatis oſtendit: & conſtituta eius feſtinauit græca uoce tranſferri Pontifex uero noſter Eleazarus: nulli uirtute ſecundus non inuidit. ut prædictum regem hac utilitate priuaret: cui omnino reſtitiſſet: niſi patriæ noſtræ congrueret: ut nihil bonoꝝ eius remaneret occultum. Ideoq; mihi ſcilicet ipſe conuenire putaui: ut magnanimitatem quidem põtificis imitaret: & ut regie largitati ſimiliter reſponderetur ab eis qui doctrine amatores eſſe noſcuntur. Neq; enim ille omnem deſcriptionem a trãſlatoribus accepit: quando ea tantummodo quæ legis ſunt: hi qui ad explanationem miſſi fuerant Alexandriam tradiderunt: cum ſint alia innumerata quæ p ſacras litteras indicantur: u: pote quinq; millium annorum hiſtoria i iſtis expoſita: & diuerſe quidẽ in his continentiæ ſunt. multæ uero ciuitatum fortunæ: & fortia facta ducum: & mutabilitates conuerſationum: quod totum ex ipſa hiſtoria præcipue poterit quilibet agnoſcere. ſi eam uoluerit lectitare: in qua etiam reperitur: quomodo eis qui uoluntatem propriam non ſequuntur: & ea quæ bene ſancita ſunt trãſcendere non præſumũt omnia ad terminum fidei tendentia proſpere paguntur: & honoris fœlicitas præbetur a deo. Quando uero receſſerit aliqui ab huius diligentiæ ueritate: fiũt eis oĩa ſub inopia: quæ uidebantur in abundantia cõſtituta: & incalamitatem importabilem eis uertitur: quicquid quaſi bonum agere feſtinabant. Iam itaq; eos qui lecturi ſunt hos libros exoro: ut uoluntatem ſuam deo ſubmittant: & legiſlatorem noſtrum probent ſi naturam eius digne conſiderauit: & ſemper decẽtes actus uirtutis eius expoſui: purã rõnem de illo cuſtodiẽs ab omni quæ refertur ab aliis turpitudine fabulaꝝ licet ex longitudie temporis: & ætate uetuſtiore potuiſſet multam figmẽtorum fallacium habere licentiam. Fuit enim ante ãnos duo millia: In qua lõgitudine ſeculi neq; ipſorum deorum generationes poetæ: niſi forte hoĩum actus aut leges dicere præſumpſerũt: integritatem uidelicet eorum quæ a me cõſcripta ſũt: procedẽs ſermo ordine proprio declarabit: Hoc facturum me in negotio iſto propoſui: ut nihil adiiciam: nec iterum prætermittam. Quia uero pene omnia ex Moyſeos legiſlatoris ſapientia apud uos pendere noſcũtur: neceſſe mihi eſt pauca de illo prædicere ne qui legentium quærant: cur noſtri ſermo ſtudium deſcriptionis habens de dictis & factis in tantam naturæ rationem proceſſerit. Sciẽdũ itaq; quõ legiſlator ille omnium rerum neceſſa-

rium iudicauit ut quiſquis ſuam uitam bēne gubernaturus & legem eſſet aliis poſiturus:dei primitus deberet conſiderare naturam:operamq; eius mente contemplaretur:& eius exemplum imitaretur:& quantum eſſet uirtus hunc ſequi tentaret.Neq; enim uel ipſi legiſlatori fuit ſufficiens mens: dum in ipſius utiq; contemplatione deficeret: nec eis qui conſcripturi ſunt pro cauſa uirtutis aliquis proſper euentus erit:niſi præ omnibus doceantur quia pater omniū & dominus deus exiſtens & uniuerſa reſpiciens:ſequentibus ſe uitam fœliciſſimam præbet:a uirtute uero digredientes: maximis calamitatibus ſubdit. Hoc ergo docere deſiderans Moyſes ſuos ciues ac populos legis conſtitutionem non ab ore communi:nec a propriis placitis inchoauit: ſed ad deum & mundi fabricam eoꝝ mētes erigens & perſuadens:quoniam creaturaꝝ terrenarum opus dei præcipuū hoīes ſunt:dum habuiſſet eos iam ad pietatem obedientes de rebus reliquis eis facillime perſuaſit. Alii nāq; legiſlatores fabulas ſequentes humanoꝝ delictoꝝ confuſionem potius in deos ſuos ſacrilego ſermone uerterunt & multam malignis peccandi licentiā præbuerunt.noſter uero legiſlator ſūmam uirtutem deum habere pronuncians.infudit hominibus ea participari:& eos qui taliter nō ſaperēt nec crederent:iuſſit ineuitabiliter caſtigari.Secūdum hoc ergo argumentū facere examinationem lecturos exoro.ſic enī conſiderantibus nihil irrationabile dictum nihil ad maieſtatē dei atq; clemētiam uidetur incongruum:Cuncta nāq; circa naturam rerum affectionem conſonam habere noſcūtur.alia quidem aperto uel ſimplici modo legiſlatore tangente.alia uero cum ſua honeſtate allegorice proferēte: quia quæ clare dici proderat:hæc manifeſte declarauit.Volentibus autem etiam cauſas reꝝ ſingulas conſiderare:cōtēplatio multa nimis:& ualde philoſophica repitur.Quod ego nūc quidem dicere ſuppono:ſed deo tempus præbente nobis poſt hoc opus tentabo cōſcribere.Cōuertar autem ad rerum narrationem:reminiſcens primitus eorum:quæ de mūdi fabrica Moyſes dixit. Hæc autem in ſacris libris comperi ita conſcripta.

Ioſephi antiquitatis iudaicæ liber primus incipit fœliciter.

De creatione cæli & terræ:& de operibus ſex dierum:& requie diei ſeptimi. CAPI. .I.

IN principio creauit deus celum & terram:ſed dum terra ad aſpectum non ueniret:& profunditate tenebris celaretur:& ſpiritus dei deſuper portaretur deus fieri iuſſit lumen:quo facto conſiderans omnem materiam: ſeparauit lumen & tenebras:& aliæ quidem rei nomen impoſuit noctem:aliud uero uocauit diē: ueſpere & mane appellans initium lucis & requiem.Et is quidem eſt primus dies:moyſes autem eum unum eſſe dixit.Et licet ſufficiat cauſam huius rei etiam nunc dicere:tamen quia pollicitus ſum rationem cauſarum ſingularum ſeorſum tradere:illud ad huius rei interprætationem me neceſſarium eſt differre. Poſt hæc ſecunda die cælum ſuper omnia collocauit:ipſumq; ab aliis diſtinguens:in ſemetipſo cōſtitutum eſſe præcepit:& ei criſtallum circūfigens: humidum eum:& pluuialem ad utilitatem quæ fit ex terræ imbribus: congrue fabricatus eſt.Tertia die ſtatuit terram.circa eam mare diffundens. Ipſa uero die repēte uirēs herba & ſemen de terra ſunt orta.Quarta autem die ornauit cælum ſole & luna:aliiſq; ſideribus:motus eis tribuens atq; curſus:quibus horarum diſtinctiones manifeſte deſignarentur.Quinta die animalia natatilia & uolatilia:alia quidem in profundo alia uero in aere eſſe conſtituit:copulans ea ad communionem atq; permixtionem cauſa prolis proſuture:& ut eorum natura multiplicari potuiſſet & creſcere.Sexto uero die creauit quadrupedum genus: maſculinum faciens atq; fœmininum:in quo ēt hominem finxit.Ita ergo mundum cunctum ſex diebus & omnia quæ in eo ſunt facta Moyſes ait.Septimo die deum ab ōperibus manuū ſuarum requieuiſſe dicens. Vnde ēt nos eo die laboribus propriis uacare dignoſcimur:eum ſabbatum appellantes:quod nomen requiem hæbraica lingua ſignificat.

De plaſmatione ꝓtoplaſtorum:& de plantatione paradiſi:& de introductione Adam & Euæ in ipſum. CAPI. .II.

POſt ſeptimā uero diē cepit de hoīs natura moyſes reddere rationē:ita dicens: Fixit deus hoiem:puluerē de terra ſumēs:& ī eū ſpiritū iſpirauit & aīam.Hic āt hō Adā uocatus ē:qđ nomē hæbraica lingua ſignificat rube?:quoniā cōſpſa rubea terra factus ē.Talis ē.n.uirgo tellus & uera.Præſētauit quoq; deus ade aīalia ſcđm genus fœmininū maſculinūq; demōſtrās: & his nomina īpoſuit:qbꝰ ēt nūc uocāt.Vidēs ergo deus adā nō hūtē ſocietatē ad fœminā neq; cohabitationē cū utiq; nō eſſet:delectās aūt in aliis aīalibus quæ copulata uidebantur:una dierū eo dormiente:auferēs coſtā eius:finxit ei mulierē:& Adā ſibi iunctā: cognouit de ſe fuiſſe plaſmatam hæbraica lingua mulier appellat.Nomen uero mulieris illius erat Eua:qđ ſignificat oīum uiuentiū matrē. Dicitur aūt deū etiam ad orientem plantaſſe paradiſum omni germinatione florentem: in hoc emī eſſe & uitæ plantationem:& aliam prudentiæ:qua cognoſceretur quid eſſet bonū:quidue malū:& in hunc ortum introduxiſſe Adā & eius uxorem:præcipientem plātationum eos habere ſolicitudinem. Rigatur uero ortus hic ab uno flumine:circa omnē terrā undiq; perfluente. Hic in quattuor diuidit ptes:& Phiſō.qđē nomē ē uni:qđ iundationē ſignificat:eductus ī Indiā in pelago late diffū

dr̃:qđ Ganges nũcupaf a græcis:Euphrates aũt & Tigris ĩ mare rubrũ ferũtur. Vocaf Euphrates q̃ dẽ Fora:qđ ſignificat diſpſiones ſeu floré:Tigris aũt Diglat.quod indicat acutum aliquid & anguſtũ. Geon quoq; p ægyptũ fluẽs:oſtẽdit eũ qui nobis ab oriẽte redditur quẽ græci appellãt Nilũ

De tranſgreſſione protoplaſtorum:& de eiectione eorum de paradiſo. CAPI. .III.

DEus igit adã & mulierẽ ex aliis qđẽ plãtatõibus guſtare præcepit. De prudentiæ uero plantatione uoluit abſtinere:prædicẽs cõtingentibus ex ea pditionẽ eſſe uẽturam. Et dum illo tpe cũcta aĩalia cõcordarẽt:ſerpẽs cohabitãs cũ adã atq; muliere iuidiam habuit:in qbus eos arbitrabat eſſe fœlices obediẽtes utiq; præceptis dei. Quos reputans per inobediẽtiã calamitati ſuccũbere:pſuaſit mala uolũtate mulieri:ut de prudentiæ plantatione guſtaret dicens in ea eſſe boni maliq; cognitionem. Quo facto: beatã eis uitam: & cui nihil diuinæ cognitionis deeſſet dicebat accedere:& ſeduxit quidem mulierẽ: ut dei mandata contemneret. Quæ cum ex illa plantatione guſtaſſet:& tali epulatione gauderet:ẽt de exinde ut ueſceret pſuaſit. Quo facto:ſemetipſos cognouerũt eẽ nudos. cõfuſionẽq; manifeſtã habẽtes: tegumẽtũ ſibimet reqrebãt. Illa nãq; plãtatio cã acumĩs erat & itellectus. Foliis ergo fici ſemetipſos opuerũt: & hæc genitalibus opponẽtes:uidebant ſibi in his magis eſſe fœlices quæ prius reputabãt ſe difficilius iuenire. deo aũt in hortũ ueniẽte:adã ne ad eius uẽiret colloquiũ:cõſcius iniqtatis ſuæ diſceſ ſit. Deus itaq; itẽdẽs qđ egerat:cãm reqrebat pp quã prius eius alloqo delectaref:poſtea uero refugeret atq; cõfũderef. Illo ergo nihil loquẽte:eo q; ſe cognouerat dei trãſgreſſũ fuiſſe mãdatũ: deus ait. Mihi qđẽ de uobis notũ ẽ:quẽadmodũ fœlicẽ uitã extra oĩum maloꝝ paſſionẽ habueritis:nulla ſollicitudine aĩum ueſtrũ cõturbãte:cũ uobis ſpõte ad fruẽdum & ad uoluptatis abũdãtiã oriref uniuerſa:me ꝓuidẽte uirẽtia ſine ueſtro labore & miſeria:ſed nũc male præſentibus ſenectus uelox uobis aduenieţ:& nõ longa uita ſuccedit:quoniã mihi cõtumeliã tali uolũtate feciſtis:mea manda ta præuaricãdo. Neq; enĩ uirtutis cã taciturnitate cõſtringeris. ſed mala cõſciẽtia retineris. Adã uero peccati ueniã poſtulabat:rogabatq; deũ:ne eũ nimis affligeret:& de facto cõiugẽ accuſabat: dicẽs ſe ab ea ſeductũ deliqſſe. Quæ rurſus de ſerpẽte q eã ſeduxerat quærebaf. Deus aũt adã uictum cõſilio mulieris:pæne ſubiecit:ꝓcipiẽs terræ ne qcq̃ eis ſponte ꝓferret:ſed laborãtibus & opatiõe cõtritis:alia qđẽ fruges daret:alia denegaret. Euã uero partu & cõceptionũ doloribus caſtigauit:quõ Adã in qbus ipſa fuerat a ſerpẽte decepta ſeducẽs:calamitatibus ĩplicita. Abſtulit & ſerpenti uocẽ: iratus eius malignitati quã geſſerat in adã:& uenenum ei ſub lĩgua ponẽs:q; eẽt hoĩbus inimicũ præcepit ut mulier eius capiti plagas ĩferret:ille uero iacens hoĩbus eſſet aduerſus: & iteritũ facilẽ eis ꝓuidicta portaret. Quẽ etiã pedibus priuauit:ut uoluptatus in puluere traheref. Et deus quidem hæc eos pati præcipiens:tranſmigrauit Adam & Euam ex orto in aliam regionem.

De iterfectiõe Abel per Cain:& de pena qua mulctatus ẽ Cain:& de duabus colũnis latericia & lapidea:in qbus cõſcripſerũt filii Adã omnẽ diſciplinã reꝝ cæleſtiũ q̃ ꝓ ſe adiuenerũt. CA. IIII.

NAti ſũt aũt eis filii duo maſculi:quoꝝ unꝰ qđẽ prior appellabaf Cain: qđ nomẽ iterꝓtatũ ſignificat poſſeſſionẽ. Abel uero ſecũdus: qđ ſignificat: fletum. Quibus nate ſunt etiã filiæ. Germãi ſiqdẽ diuerſis ſtudiis luctabant. Abel qdẽ iunior iuſticiã colebat:& in oĩbus q̃cũq; gerebat:deũ putabat eẽ pñtẽ:uirtutiq; ꝓſpiciebat: cuius erat cõuerſatio paſtoralis. Cain ãt erat circa alia maligniſſimꝰ: & ad lucra ſolũmõ ſemp itẽtus. Terrã arare primus cõpit:& fratrẽ huiuſmõi cã pemit. Nam cũ eis placuiſſet ſacrificare deo: Cain qđẽ de culture germinatiõibus obtulerat fructũ. Abel aũt lac: & primogenita gregũ: agno deus potius in hoc ſacrificio delectatus eſt:q; ſpontaneis & naturaliter ortis fructibus fuerat honoratus:& non in illis quæ ex iuentiõe hoĩs auari nata uidebant. Qua ꝓpter Cain indignatus: eo q; Abel fuiſſet ei a deo ꝓpoſitus:fratrẽ iteremit. Quẽ cũ neceſſet:& mortuũ occultaret:credidit latere cõmiſſum. Deus aũt ſciens qđ erat factũ:uenit ad Cain:de fratre ꝓquirẽs ubi eẽt: q; eũ diebus plurimis non uideret: dũ cætero tpe illũ cũ eo cõuerſari reſpiceret. Cain aũt heſitans:nec habens qđ deo potuiſſet dicere: ipſeq; prius ſe q; fratrẽ non uiderit dicere cogitaret:cũ dñs uehementer inſtaret & pſcrutaref: indignatus ille:non ſe eẽ pedagogũ nec cuſtodẽ eius:nec actuũ fratris affatus ẽ. Deus ergo repẽte Cain increpauit iterẽptorẽ fratris effectũ: & ait. Ammiror ſi de fratre neſcis dicere qđ factũ ſit: quem ipſe peremiſti? Cui tamẽ ſacrificiũ celebrãti:atq; poſcẽti. ne ob hoc irã ſuſcipet: ſeuiorẽ penã homicidii relaxauit:maledictũq; eſſe conſtituit & eius ſobolẽ uſq; ad generationẽ ſeptimã miatus ẽ eẽ puniẽdã. & ex illa terra eũ cũ uxore ꝓiecit. Quo formidante:ne beſtiis capiendus icideret:& eo mõ piret iuſſit ut nihil triſte de tali cogitatione metueret:nec enĩ ei ꝓpterea mali qcq̃ euẽiret ꝓ beſtias: ac per oẽm terrã eũ ſine formidie ſigno ei poſito quo notus fieret:abire ꝓcepit. Multã ergo ꝓgrans terrã cũ ſua uxore Cain collocatus in loco q naida nũcupaf:ubi moratus ẽ quo ẽt ei filii nati ſũt. At uero penã illã nõ habuit ꝓ emendatione:ſed pro incremento mali libidinẽq; potius nutriuit ĩ corpe: licet cũ iniuria ſecũ cõmorãtiũ hãc haberet:augẽs domũ multitudine pecuniaꝝ: ex rapinis & uiolentia cũ geſtaꝝ. Ad luxuriam quoq; & latrocinia ſuos familiares inuitans:quoꝝ doctor inſceleſtis ſtudiis erat:& ſimplicitatẽ qđẽ cũ q̃ prius uiuebãt hoĩes adinuẽtiõe mẽſuraꝝ & põderꝝ ꝓmutauit: integrãq; eoꝝ uitam ex earum rerũ ignorantia & magnanimitate ad calliditatẽ corruptionemq;

pduxit:Terminos terræ primus posuit ciuitatēq; cōstituit:murisq; muniuit: illicq; coegit suos conuenire domesticos. Hanc ergo ciuitatem ab Noch filio suo seniore nocham appellauit. Noch uero Iarad filius fuit:ex quo Maruel:cuius fuit filius Matusal q̄ habuit filium Lamech: cui filii & filiæ septem & septuaginta fuerunt ex duabus uxoribus eius natī Sella & Ada. Horū Iobal quidem q fuit de Ada. tabernacula fixit:& greges amauit: Tubal cōsanguineus eius existēs:musicā colūnam& psalteriū:citharāq; laudauit. Tubalcain qui ex altera natus est:fortitudine cūctos excellēs: res bellicas deceter exercuit:ex his etiāq; ad libidinem attinent corporis enutriuit: ferrariam artem primus inuenit:habuitq; sororem noie noemma. Et quoniā lamech diuinas res sapienter sciens:uidebat se subiacere penæ Cain ob necem fratris:hoc suis uxoribus indicauit. Adhuc aūt uiuēte Adā:cōtigit Cain sobolē p successionē esse nequissimā:& ahū alio peiorē existere:qui utiq; ad bella incōtinētes erant & ad latrocinia properabāt. Siquis eoꝝ segnis esset ad effundendum sanguinē: aliis rebus pessimis imminebat:contumeliam faciens & auarus existēs: Adā uero q primus de terra factus est:& de quo nos exigit ratio adhuc habere sermonem: Abel quidē extincto Cain aūt propter necem ei⁹ effugato: de procreatione filioꝝ cogitabat:& uehementer eū generationis amor habebat: agētē annos ducētos & triginta:sup quos alteris uiuēs septingētis defunctus est. Fuerūt aūt ei & alii filii plurimi: iter quos etiā seth:sed de aliis quidē longū est dicere:conabor uero de seth dicere tantūmodo. Is nanq; nutritus & pueriēs ad ætatē quæ iam posset ea quæ sunt bōa discernere:uirtuti studuit:& cum fuisset uir egregius:imitatores sui filios dereliquit. Illi quoq; omnes cū boni fuissent orti: in eadē terra sine uexatione uiuentes:felicissime cōmorati:sunt:nihilq; eis usq; ad uitæ terminū crudele prouenit. Disciplinā uero reꝝ celestiū & ornatum eaꝝ primitus iuenerūt:& ne deliberarētur: ab hominibus quæ ab eis inuenta fuerant:aut anteq̄ uenirent ad cognitionē depirent:cum p̄dixisset adā extermi/nationem rerum omnium:unam ignis uirtute:alteram aquaꝝ ui ac multitudine fore uenturā:duas facientes colūnas:aliam ex lateribus:aliam ex lapidibus ambabus quæ inuenerant cōscripserūt: ut & si constructa lateribus exterminaret ab ymbribus:lapidea permanens præberet hominibus scripta cognoscere:simul & quia lateralem aliam posuissent:quæ tamen lapidea permanet hactenus in terra Syria. Et isti quidem septem generationibus permanserunt:deum iudicantes eē dominū omnium:& ad uirtutem semper inspicientes.

De inundatiōe diluuii sup terrā:& ubi Noe saluatus est cū generatiōe sua p arcā. CAP. .V.

DEinde tempore procedente de paternis solemnitatibus ad mala progressi sūt:neq; legitimos honores ulterius præbētes deo:neq; circa hoies iustitiæ uerba faciētes:sed zelum quem prius habuerunt pro uirtute:in duplā maliciam postea pereā quæ gerebāt monstrauerunt. Ob hoc itaq; contra se deū irritauerunt. Nam multi angeli dei mulieribus coeūtes iniuriosos filios genuerunt:q oē bonū despiciētes pp confidentiam fortitudinis similia his qui dicti sunt a grecis gigantes ppetrare traduntur. Noe autem graniter ferens eorum actus:& habens eorum consilia nimis ingrata:agebat ut ad meliora eorum nientem actusq; transferret. Cum ergo uideret non acquiescentes ad talia:sed uehementer eos maloꝝ libidine detineri:metuens ne ipsum quoq; cum uxore & filiis & suis omnibus interficerent discessit ab ea terra. Deus itaq; Noe quidem iustitiam dilexit:condemnauit autem nō solum illorum maliciam: sed oē genus humanum. Quod dum ei disperdere placuisset:& aliud cōstituere genus malignitate priuatum:& minuere hominum uitam:annisq; non quantis prius uixerant:sed usq; ad cētum.xx. annos esse mensuram:tunc aridam conuertit in maria:& sic uniuersi inundatione perierunt. Noe uero liberatus est solus:dicente ei deo:ut sibi fabricam ad salutem huiusmodi faceret ideſt arcam quattuor cameras habentem:& longitudinem cubitorum trecentorum:quinquaginta uero latitudinem: & triginta altitudinem:in quam cum matre filiorum:& eorum uxoribus introiuit. Et alia quidem quæ sibi pro solatio uitæ erant necessaria posuit cunctorumq; animalium ad seruandum genus eorum masculos simul ac fœminas pariter introduxit:aliorum uero animalium numerum septuplū. Erat itaq; arca parietibus atq; camera fortis. ut ex nulla parte fluctuaret. nec aquæ uiolentia uinceretur:Et Noe quidem cum suis ita saluatus est. Erat autem & ipsa quidem ab Adam decimus lamech uero filius:cui⁹ pater fuit matusalā. Hic fuit ex enoch qui fuit iareth:iareth aūt fuit ex malaleel: qui de cainan natus est:qui fuit ex Enos cum sororibus plurimis. Enos uero seth filius fuit qui natus est ex Adam. Contigit quoq; hæc passio sexcentesimo anno natiuitatis Noe mense secundo: qui a macedonibus Dyo nuncupatur:ab hæbreis autem marachat:seu anmarsuane. Hi enim in ægypto annum constituerunt. Moyses autem Nisan mensem qui est xanthicus:primum in festiuitatibus definiuit:in quo ex ægypto hæbreos eduxit. Hic ergo apud eum etiam in cunctis muneribus diuinis ualde pollebat:in uenditionibus aūt & emptionibus:& alia gubernatiōe prioris sæculi decreta seruauit. Pluuiam uero inchoasse dicit septima & uigesima die præsentis mensis. & usq; ad hoc tempus ab Adam qui primus creatus est anni fuerunt duo milia:sexcenti quinquaginta sex. Quod tēpus in sacris libris conscriptum:multa integritate signatū est:una cum natiuitatibus insignium uirorum:qui tunc fuerunt simul & terminis. Adam siquidem cū eēt ducentoꝝ annorū &.xxx. Seth filius natus est:qui nongentos &.xxx. uixit annos. Seth cētesimo & quinto anno genuit enos. Qui cum

quinq; & nongẽtis uixiſſet annis Caine filio ſuo diligentiã tradidit regẽ quẽ genuerat ãno nonageſimo. Hic uixit annis .xii. & nõgẽtis. Cainã cũ uixiſſet .x. & nõgẽtis annis: Malaleel filiũ dereliqt annoꝝ ſeptuaginta. Iſte Malaleel cum uixiſſet nonagĩta: & octingentiſquinq; annis defunctus eſt: Iareth filium derelinquens: quem genuit cum .lx. iam & centum eſſet annorum. Cui octo &. lx. ſuper hec & nongentis annis uiuenti: Enoch filius ſucceſſit: natus cũ .lx. duoꝝ & centum annorum pater eius exiſteret. Qui uiuens trecentis .lxv. annis: diſceſſit ad deum. Vnde non finis eius inuenitur eſſe conſcriptus. Matuſalas autem Enoch filius quinto ei & centeſimo ãno natus: Lamech filium habuit cum eſſet annorum .lxxvii. & centum: cui tradidit principatum quem ipſe tenuerat annis nongentis ſexaginta & nouem. Lamech itaq; cum habuiſſet principatum annis ſeptĩgentis & ſeptem Noe filium ſuum rerum preceptorem oſtendit: qui de Lamech natus eſt agente: annũ ætatis ſecũdũ & octogeſimum: quinq; qnquaginta & nongẽtis annis rerum extitit præſul. Iſti uero anni qui colecti ſunt: tempus quod prius conſcriptũ eſt cõpleuerunt. Nullus itaq; perſcrutetur priſcorum fines quãdo cum ſuis filiis: eorũq; auis aut atauis ſuã quis extendebat ætatem: ſed tantum ortum generationis eorum intendat. Igitur decemẽte deo: & incipiente pluere. aqua cũctis diebus .xl. ferebatur: ita ut uſq; ad quindecim cubitos tranſcenderet terram. Quod propterea factũ eſt: ne plurimos fugæ occaſio liberaret. Quieſcente autem pluuia: aquæ uix centum quĩquaginta diebus defecerẽ: quaſi menſe .vii. Quo inſtante paulatim inchoauit latens herba parere. Deinceps dũ arca circa ſummitatem cuiuſdam mõtis in armenia conſtituti ſediſſet: intelligens Noe aperuit eam: & reſpiciens modicam terram circa eam: in ſpe meliore conſtitutus: tunc quidem ſiluit. Poſt paucos uero dies aqua amplius recedente miſit coruum: uolens agnoſcere ſi quid etiam aliud terræ fuiſſet ab aqua derelictum: & ad egrediendum iam tutum eſſe uideretur. Qui cuncta reperiens inundantia non regreſſus eſt ad Noe. Poſt ſeptem ergo dies columbã quam miſerat ut aliquid de terra cognoſceret: lutulenta remeante ſimul & ramum oliuæ portante: cognoſcẽs terram diluuio liberatam: manẽſq; adhuc .vii. aliis diebus: animalia ex arca dimiſit: & ipſe cum generatione ſua ſimul egreſſus: ſacrificãſq; deo cũ ſuis epulabat. Hũc autem locũ armeni egreſſoriũ uocãt: illic enĩ arcæ ſaluatæ reliquas nũc uſq; ꝓuinciales oſtẽdũt. Huius uero diluuii & arcæ memoriã faciũt oẽs q hiſtorias barbaricas conſcripſerunt: quorum unus Beroſus chaldeus narrans de diluuio: taliter eſt affatus. Dicitur & nauis eius quæ in armeniã uenit: circa montẽ Cordyænum adhuc aliqua pars eſſe: & quoſdam bitumen exinde tollere: quo maxime homines ad expiationes utuntur. Meminit autem eorũ & Hieronymus ægyptius: qui antiquitatem phœnicis noſcitur deſcripſiſſe. Sed & Mnaſeas damaſcenus in nonageſimoſexto hiſtoriarum libro ita de eis dicit. Eſt & ſuper niniadã excelſus mõs in armenia qui paris appellatur: ĩ quo multos confugientes: ſermo eſt diluuii tempore liberatos & quendã ſimul in arca deuectum in montis ociliæ ueniſſe ſummitatẽ: lignorumq; reliquias multo tempore conſeruatas: Fuit autem iſte quem etiam moyſes legiſlator iudæorum ſcripſit.

Noe poſt diluuium oblatis domino hoſtiis orat nullam aquarum ſundationem ulterius indu ci ſuper terram. CAPI. VI.

NOe uerq; metuens: ne per annos ſingulos diluuium terræ deus induceret: humanũ genus decernẽs omnino deleri: fana incedens omnia. ſupplicabat de cætero deũ pro ſtatu priori: ut nullam ulterius huiuſmodi uaſtationẽ ſuper eã induceret: quo periret genus omne aĩaliũ: ſed punitis malis parceret eis qui ꝓpter bonitatem fuerãt derelicti: & decreuerũt mala uitare: nã ifœliciores ſcilicet eſſent illis & peiori afflictione dãnati ſi nõ ſaluarẽtur ad integrũ ſed magis alteri diluuio ſeruarent: cũ priores quidem terroꝝ expimẽtũq; uidiſſent: poſteri uero perditionem nouiſſimam ſuſtinerent: rogabatq; ut eius hoſtias propicius ſuſcipere dignaretur: & nullam iracundiam ſimilem ulterius terra ſuſciperet: ut eius operibus impingati & ciuitates conſtituentes uitam habere poſſent fœliciorem: & nullo bonorum quæ ante hymbrem adepti fuerant fraudarentur: ad longam utiq; ſenectutem & uitæ longitudinẽ puenturi

Deus ãnuit precibus noe: arcũ pluuialem deſignãs ei ĩ teſtimoniũ fœderis. CAPI. VII.

NOe ergo has effundente preces: deus pro iuſticia uirũ diligens annuit: ut eius uota ad finem uſq; perduceret: neq; defunctos dicens ipſe ſe perdidiſſe ſed pœnã præ malicia ꝓpria pertuliſſe: neq; ut tales eſſent homines qui ita perderẽtur fuiſſe factos cũ utiq; caſtũ eis noſſet eſſe pricipiũ: neq; donaſſe uitã quæ corruptiõi delectaret: ſed ꝓ quã cõtumelia ĩquit me pietati & uirtuti fecerũt: ꝓ eã quoq; cõpulerũt me ut pœnã hanc eis ĩferrẽ. Ceſſabo nãq; de cætero poſt hanc irã ab eis ꝓ ſuis iniqtatibus pœnas exigere: & multo potius te rogante: & ſi in aliquo amplius aliquando peccauerit: iam non opus erit hymbrium magnitudo: neq; enim aquis ulterius terram ita rigabo: Moneo tamen ut ab humana nece omnes abſtineant. & ſint ab homicidio puri: facientes quippe tale aliquid punituri ſunt. Vltimi uero cunctis animalibus his ut uultis: & deſiderium quiſquis habuerit: dominos enim uos omnium eſſe feci terrenorum: & natatiliũ: & quæcunq; uolatilẽ habẽt motũ: & in aere quæcunq; uegetantur abſtinẽtes a ſãguine in quo eſt anima. Deſigno autem uobis futuram requiem arcu meo. Arcus enim dei apud illos iris eſſe putatur. Et deus hæc quidem dicens atq; promittens ſiluit.

De morte noe:& de filiis eius. CAPI. VIII.

NOe uero cū uixiſſet poſt diluuiū trecentis & quīquaginta annis:omne tēpus fœlicites agens mortuus eſt anno uitæ ſuæ nongenteſimo quinq̄geſimo.Nullus ergo ad uitā modernam:& annorum breuitatem quibus nunc uiuimus uitam cōparans ātiquos:a putet falſa quæ de illis ſūt dicta:& ex eo q̄ nūc uita tāto nō ducat tēpore:credat neq; illos ad uitæ illius lōgitudinē puenifſe.Illi nāq; cū eſſēt religioſi:& ab ipſo deo facti; & cum eis pabula oportuniora ad maius tēpus exiſterēt ꝓparata:tāto; annoꝝ circulis rite uiuebāt. Deinde ꝓpter uirtutes & glorioſas utilitates quas iugiter pſcrutabantur i aſtrologiā & geometriā deus eis amplius uiuēdi ſolatia cōdonauit:q̄ nunq̄ ante adiſcere potuiſſēt niſi ſexcentis uiuerent annis.Per tot enim annoꝝ circula magnus annus ipletur.Teſtes autem mei dicti ſunt:omnes q antiquitatem apud græcos & barbaros cōſcribere maluerunt.Nam & Manethon qui deſcriptionē fecit ægyptioꝝ:& Beroſus q chaldaica defloruit:& Mochus & Heſtiæus:ad hæc & Hyerōymus ægyptius qui phœniciam diſpoſuerunt:concordant cum meis dictis Heſiodus quoq; & Hecateus:& Helanicus:& Acuſilaus & inter hos Ephorus:& Nicolaus i hiſtoriis ſuis memoriā faciūt antiquorū annis mille uiuētiū.De his itaq; ſicut ſingulis gratū eſt:ita cōſideret.Filii aūt noe tres erāt Sem Cham & Iaphet:qui ante cētū annos diluui fuerāt generati.Hi primū de mōtibus ad cāpeſtria deſcenderunt:ut habitaculū illic hērent:& alios ualde metuentes pp diluuium ad campos deſcenderet:& ſegniter habentes:ab excelſis locis ad inferiora uenire cogerent:quippe ut eorum fiduciæ imitatores exiſterent.Et campus quidem in quo prius habitauerunt:Senaar appellatur.; Deo aūt iubente eos ad crementum hominum peruenire diſpſi ſunt:ne iter ſe diſſenſiones efficerēt:ſed ut multa terrarū ihabitātes ſpacia:abūdantia fructuū potirent.Qui cū eēnt ieraditi:& deo inobediētes exiſterent:in calamitatibus icidētes:ſua grauiter peccata ſenſerūt.Et quia iuuērutis multitudie feruebant:rurſus eos deus a ſemetipſis migrare fecit:qm̄ non illius ꝓpitiatione putabant ſe bona hr̄e:ſed ꝓpriam fortitudinē ſibi putabant cām eſſe diuitiaꝝ.Vnde appoſuerūt ut uoluntati dei inobedientes exiſterent: putantes q̄ per inuidiam eius ab alterutris migrarēt:ut diuiſi facilius poſſent ſubiugari deo.

De Nembroth filio chā:& de ædificatione turris:& de diſcordia diuerſaꝝ linguaꝝ. CAP. IX.

FEcit aūt eos eē elatos ad iniuriam dei & cōtēptū Nēbroth filius Cham:filii Noe.Qui, cum eſſet audacior & manu fortiſſimus:ſuadebat eis:ut non deo aſcriberent:quia hoībus per illū fœlicitas eueniret:ſed quod eis propria uirtute præberetur:& cognatos generis ſui ad cauſam tyrannidis aduxit.ſolus ipſe præſumēs homines a dei timore reuocare.& ſpem ſuam in propria uirtute ponere:uciſciq; ſe dementes iu deum putabāt: interminantem ferre diluuium terræ.Ob quam cauſam turrim altiorem ædificādam ſuadebat:ubi aquæ non poſſent aſcendere.Multitudo autem prona erat:ut Nembroth præceptionibus obediret: graue putantes ſeruitium obſequi deo:& turrim ædificabant in nullo ſua ſtudia deſerentes. Sumebat ergo altitudo facilitatem:& pluſquam ſperare quis poſſet:multis manibus fabricata creſcebat. Latitudo tamen ita erat fortiſſima:ut prope eam reſpicientibus longitudo uideretur imminui.Edificabatur autem ex latere cocto colligato ex bitumine:ne forte penetraretur:ac ſolueretur aquis Sic illos inſanientes deus intendens exterminare omnes non decreuit.quomodo nec aliis dudum perditis formidabant.ſed diſcordiam illis immiſit diuerſarum linguarum:ut per multas abſonaſq; uoces intellectu carere potuiſſent.Locus autem in quo turrim ædificabant:nunc Babylon uocatur: dicta propter confuſionem quam circa locutionem ſuam tunc habuerunt,Hæbrei nanque babel confuſionem appellant.De hac uero turri diuerſiſq; uocibus hominum meminit & ſibylla dicēs. Cum omnes homines unius uocis exiſterent:quidam turrim ædificauerunt excelſam:tanquam aſcenſuri per eam in cælum.Dii uero immittentes uentos:euerterunt turrim:& uocem propriam unicuiq; partiti ſunt proterea & uocari contigit Babyloniam ciuitatem.De campo quoque qui uocatur Senaar in regione Babylonis:meminit Heſtiæus ita dicens. Qui de ſacerdotibus ſunt ereptiiouis ſacra ſumentes in Senaar Babylonis uenerunt.

De diſperſione gentium in uniuerſas terras:poſt ædificationem turris. CAP. X.

QUiſit aūt poſt hæc diuerſitate linguarum migrationes agentes ubiq;:& terram appræhēdentes unuſqſq; fœlicē:& ad quā eos deus deduceret:ita ut omnis terra p eos cōpleret: mediterranea ſimul atq; maritima.Quidam etiā nauibus tranſeūtes iſulas habitauerūt: unde & aliquæ gentes ab inſtitutoribus poſitas appellatiōes hactenus ſeruāt.Quidā uero placita ſibi noia mutauerunt:alii autem ut ihabitatoribus clarius eſſe uiſum eſt:conuerſationem hominum fecerunt.Græci tamen rei huius auctores:qui poſteris temporibus confortati:etiam anti quorum gloriam propriam effecerunt:exornarunt & gentes nominibus:ut eis ſapiēs eſſe uidebat: ornatum utiq; ponentes eorum reipublicæ uelut a ſe conſtitutæ.

De filiis Iaphet filii Noe:& de gentibus:quæ per eos inſtitutæ ſunt. CAPI. XI.

IEcerunt autem Noe filiis filii:quorum nomina propter bonorē gentibus iposuerunt homines q quācunq; terrā appræhēdere potuerūt.Iaphet ergo Noe filius habuit filios.xii. Iſti habitauerūt regionē a Tauro & Aman montibus incipiētē & ptingētē i aſiā:uſq; ad

flumen Tanaim. In europa uero ad Gades uſq; cũ nullus eorũ q ſupradicti ſunt ibidẽ habitator exiſteret: gentes eius diuerſis ſe noĩbus appellabant. Qui nũc a græcis Galatæ nũcupanť: olim dicti ſũt Gomoritæ quos Gomer inſtituit. Magog uero Magogas a ſe nomiatos inſtituit: iſti a græcis Scythæ ſũt appellati. Itẽ filioꝝ Iaphet Madeus & Iauanus fuerũt: & ex madeo qdẽ ſũt gẽtes q̃ a græcis Medi uocanť: de Iauano uero oẽs ionii helladiciq; deſcẽdũt: q & græci. Vnde & mare ionicũ appellať. Cõdidit aũt Iobel iobelos: q noſtris tẽporibus hyberes qui & hyſpani: a quib⁹ poſtea celtiberi nuncupati ſũt Moga uero primũ dicebať. q̃ poſtea cappadocia: nũc ať cæſarea: a romãis ſortito hoc uocabulo ideſt a cæſare. Moſchũ amorochũ plãtati ſũt qui nũc capadoces nũcupanť: quoꝝ ãtiquæ appellatiõis ſignũ oſtẽdit. Ná ciuitas ẽ apud eos q̃ hacten⁹ Modica dicit: oñdẽs itelligere ualentibus: eo q̃ aliquãdo oẽs gẽtes regionis ipſius ita uocatæ ſũt. Thyras ãt thyrenſes appellauit ſuos quorũ priceps fuit: quos græci ĩ Thracum nomẽ cõmutauerũt. Tãtæ ſiquidẽ gẽtes p̃ iaphet filios inſtitutæ ſũt. Gomer ãt habẽte tres filios: Aſſenegas quidẽ Aſſenegos inſtituit: qui nũc regini uocanť a græcis Riphaat ãt Ripheos: qui dicunť Paphlagones. Tyrá uero Tygrameos: q Phriges a græcis ſũt nũcupati. Alanæno iaphet filio & ipſo tres hũte filios heliſas heliſeos uocauit eos quoꝝ priceps fuit: qui nunc ſunt Aeoli. Tarſis uero Tarſos: ſic enim antiquitus cilicia uocabať. Tarſus náq; apud eos maxima ciuitatũ metropolis appellať thau littera pro theta mutata. Cethim autẽ Cethimam inſulam habuit: quæ nunc dicitur Cyprus & ab ea omnes inſulæ: & maritima loca ceti hæbraice appellantur. Teſtis enim eſt ſermonis mei una in cypro ciuitatum: quæ antiquam appellatiõem ualuit retinere. Cithis enim ab his qui ei græcum nomen impoſuerunt uocatur: neq; ſic fugiens ſcithii nomen. Iaphet itaq; filii ſeu nepotes has habuerunt gentes: quæ forſan ignorantur a græcis. Hoc ergo prædicens ad narrationem reuertar eorum unde digreſſus ſum. Nomina ſiquidem propter ſcripturæ decorem græci ad delectationem legentium mutauerunt. Neq; enim prouinciæ noſtræ eſt huiuſmõi formis uti: ſed licet unum quidem ſchema: & finis nominum ſit unus: ultimas tamen nominum ſillabas aliter illi declinantq;. Noe ita apud eos nochus appellatur: & Abraam abranus: & ſic hæc forma in omni ſchemate cuſtoditur.

De filiis cham filii Noe: & de gentibus per eos inſtitutis. CAPI. XII.

Filii autem cham a prouincia ſyria & Amã: & libano mõte cũctas terras obtinuerũt quæcunq; ad mare ſunt poſitæ: appræhendentes etiã eas quæ uſq; ad occeanũ ſũt: & pprias facientes appellationes tamẽ alioꝝ quidem omnino perierunt: in alias uero aliorum trãſmutatæ & trãſformatæ nimis ignotæ ſũt. Quattuor enĩ filiis exiſtẽtib⁹ chã: chuſo qdẽ nihil nocuit tp̃s. Nam ethiopes quoꝝ princeps fuit hactenus: & a ſemetipſis: & ab omnibus aſianis chuſei uocitanť. Seruata uero etiam Meſtreis ſecundum appellationem priſca memoria. Egyptum nanq; Meſtrum & Meſtros omnes uocamus ægyptios. Inſtituit autem & phut lybiam: phutos a ſe uocans prouinciales. Eſt autem & fluuius in mauritania prouincia: qui iſto nomine nuncupatur. Vnde & plurimos græcorum hiſtoriographorum inuenimus huius fluminis memoriam facientes: & ex adiacenti prouincia quæ phut uocatur ei nomen impoſitum. Mutatum eſt autem ei nomen quod nunc eſt ab uno filiorum Meſtrain: qui lybis dictus eſt. Poſt paululũ quoq; dicemus & cauſam pro qua contigit affricam nominari. Chananæus uero quartus exiſtens filius Cham: quæ nunc iudæa uocatur inhabitans regionem a ſe chananæam appellauit. Fuerunt itaq; filii ex iſtis: chuſo quidem Sabas: ex quo Sabei: Euilas a quo Euilæi: qui nunc getuli appellatur: ſabath ex quo ſabatheni: qui nominantur a græcis Aſtabari. Condidit etiam ſaba ſebathenos. Ram uero rameos inſtituit: & duos filios habuit: quorum iudas quidem ægyptiacam gentem heſperioꝝ inhabitans: iudæis cognomen ſuum reliquit: ſabas autem ſabatheos. Nembroth quoq; filius chuſi permanens apud babylonios: tyrannidem exercuit: ſicut a me primitus etiam declaratum eſt. Porro Nẽbroth cum eſſent octo filii: omnem terram a gaza ægyptum uſq; tenuerunt. Solius aũt Philiſtim cognomen prouincia cuſtodiuit: cuius partem græci palæſtinam appellant. Ex aliis uero ideſt Nomeo: & anamia: & labim: ſolus iabim a ſe prouinciam lybiam nominauit. Nedim autem & petroſim: & ceſſim: & cephytos: ultra nomina nihil ſcimus. Bello enim ethiopico de quo poſtea declarabimus. eorum ciuitates euerſæ ſunt. Erant & chanaan filii Sichem: qui & ciuitatem ſui nominis ædificauit in fœnice. Sydon uero a græcis appellata eſt. Amat amatheos inſtituit: quæ etiam nunc eſt: & a prouincialibus amathi uocatur: macedoneſque eam ephaniam ab uno priſcorum nomine uocauerunt. Aratheus aradum inſulam habuit: eruceus autem arcem: quæ in lybano poſita eſt. De aliis uero. vii. ideſt Eugeo: Cytheo: lebuſeo: Amorreo: Gergeſeo: Eueo: Sineo: Samareo: p̃ ter nomina in ſacris libris nihil habuimus: Hæbrei náq; eorum deſtruxere ciuitates: huiuſmodi cauſa calamitatibus appræhenſas.

Noe iebriatus: nudatus: irriſus: irriſorem filium maledictiõi ſubdit: fratribus eius maledictum patris effugientibus. CAP. XIII.

Noe itaq; poſt inundationem terra ad propriã reuertente naturã: uenit ad opera. Et cũ uineã in ea plantaſſet: uidens fructum in ea perfectum: uindemiauit: & ad uſum uino deducto ſacrificans erat in epulis. Inebriatus autem in ſopore reſolutus eſt: nudatuſq;

inhoneſte iacebat. Quem cum uidiſſet iuniot filiorum fratribus irridēdū oſtēdit. Illi uero operuerunt patrem. Quod dum Noe ſenſiſſet aliis quidem filiis fœlicitatem optauit. Chanı uero propter cognitionem ſui non quidem maledixit: ſed eius proli & aliis effugientibus maledictum: deus chananei filios emigrauit: & de his quidem dicemus in reliquis.

De filiis Sem filii noe: ſeu de gentibus per ipſos inſtitutis: & de ortu abraæ. CAPI. XIIII.

SEm uero tertio noe filio quinq; fuerunt nati: qui uſq; ad occeanum ſeorſum habitant aſiam ab euphrate facientes initium. Elam ſiquidem elamites: qui pſarum ſunt principes dereliquit. Aſſur autem ninum cōſtituit ciuitatem: & ſubiectos ſibi ſyros nominauit qui fuerunt ualde fœlices: Arphaxat autem q nunc chaldæi uocantur arphaxatheos nominauit cum princeps eorum eſſet. Aran uero aramenos inſtituit: quos græci ſyros appellant. Quos autem nunc lydos uocant luth tunc ludos nominauit. Aran filius. iiii. exiſtētibus. Cis quidem inſtituit trachonitidem: & damaſcum quæ media paleſtinæ ſyriæq; coniuncta ē: armeniam Otrus: geter Bactrianos: mes autē meſeneos quæ nunc charax uocatur ab omnibus. Arphaxat autem filius fuit Sela: de quo natus eſt heber: a quo iudæos hæbreos in initio uocauerunt. Heber iectan genuit & phalech: dictus eſt autem phalech: quoniam ſecundum diuiſionem habitationum natus eſt. Phalech diuiſionem hæbrei uocant. Iectan uero qui filius fuit heber: habuit filios Helinodath: Saletha: Soromoth: Iare: Adoram: Vgal: Dehela: Sebal: Abimahel: Saphar: Ophir: Ebila Iobal. Iſti a flumine cophino ĩdiæ: & poſita circa ſyriæ loca q̄dā ĩhabitāt. Hæc itaq; de filiis ſem dicta ſufficiāt. Faciā uero de hæbreis quoq; ſermonē. Phalech enim filio Heber: fuit quidē filius Reu: huius aūt Saruch: de quo Nachor filius generatus eſt: cuius filius fuit Thares: qui fuit pater Abraam Hunc dicimus decimum eſſe a noe. Secundo autem anno & nonageſimo: ſuper ducentos poſt diluuium natus eſt Thares: & ſeptuageſimo anno genuit Abraam. Nachor cum eſſet uiginti & centum annorū genuit Thare. De Saruch autem Nachor naſcitur: circa annos triginta centum. Reu uero Sarech habuit cum eſſet annorum triginta centum. Hiſdem annis habuit Phalech Reu. Heber autem quarto & trigeſimo & centeſimo anno genuit Phalech: natus & ipſe de Sela: triceſimū annum habente: atq; centeſimum: quem Arphaxat genuit quinto triceſimo: & centeſimo anno natus. Sem filius Arphaxat natus eſt poſt annos duodecim facti diluuii. Abraam autem habuit fratres Nachor & aram. Quorum Aram quidē filio derelicto Loth: & Sara: & Melcha: filiabus inter chaldæos mortuus eſt in ciuitate chaldæorum quæ dicitur Vr: & hactenus ſepulturæ eius oſtenditur. Duxerunt autem uxores fratris ſui filias: Melchan quidem Nachor: Saram uero Abraam. Porro Thares dum odio habuiſſet terram Chaldæorum propter luctum Aran: migrauerūt omnes in cheram meſopotamiæ ciuitatem. Vbi etiam Tharem morientē ſepeliunt: cum uixiſſet annis ducētis quinq;. Recidebatur enim iam uita hominum: fiebatq; paulatim breuior uſq; ad generatiōem moyſi: poſtq̄ terminus uitæ centum & uiginti poſitus eſt annorum: hos annos ſtatuente deo quātos & moyſen puenit uixiſſe. Nachor ergo de Melcha octo fuerūt filii. Vxui Baus. Camuel. Zachama. Zaus. Zadephaus. Zadaphus. Bathuel. Iſti Nachor filii fuerūt legitimi. Thabeus aūt & Gadā: & That. Maubas de cōcubina eius nati ſunt. Bathuel aūt: filio Nachor nata eſt Rebecca filia: & filius Laban.

Abraam ſecūdū præceptū domini de chaldæa migrat in chananeā. CAP. XV.

ABraā uero Loth filiū fratris ſui Aran: uxoris ſuæ Saræ germanū adoptauit filiū legitimum nō habēs: dimiſitq; chaldæā cū ſeptuaginta & quinq; annorū eēt: deo iubente ut migraret ī chananeā: ī q̄ ēt habitauit eāq; pli ſuæ reliqt: prudēs exiſtēs nimis & itelligēs i oibus reb̄: & ſapiēs ī his q̄ audierat: & de qbuſlibet aliqd cogitaret. Propterea & uirtute & ſapiētia maior aliis fuit: & opinionē quū de eo tūc cūcti habebāt: & inouare & imutare prætualuit. Primus itaq; præſumpſit prouinciare deum creatorem unum eſſe cūctorum. Reliqua uero licet ad fœlicitatem poſt præceptum: præbentis ſingula quæq; dari: & non propria ſubſiſtere uirtute cōſeſſus eſt. Hæc cōiiciebat per terræ paſſionē & maris: & ea quæ cōtingunt circa ſolem & lunam: & ex omnibus quæ circa cælum ſemper eueniunt. Virtute enim eis præſente & prouidentia ordinationis eorum cuncta diſponi dicebat: quibus quicunq; priuarentur manifeſti fierent: q̄ neq; ea quæ ad utilitatem nobis neceſſaria ſunt ſua poteſtate potuerunt poſſidere quæ ſecundum iuuentutis fortitudinem miniſtrantur: cui bonum ſolummodo eſt: honorem & actionem tribuere gratiarum. Propter quæ chaldæis & aliis meſopotamitis in eum conſurgentibus: migrationem eligens ſequi: per uoluntatem & adiutorium dei: terrā chananeam late poſſedit: ubi collocatus altare ædificauit: & hoſtias immolauit deo. Meminit autem patris noſtri abraam Beroſus: non quidem nominans eum: ſed ita dicens. Poſt diluuium decima generatione apud chaldæos fuit q̄dam uir iuſtus & magnus: in cæleſtibus rebus expertus. Hecatæus aūt etiā memoriā eius plus aliqd fecit Librum enim de eo conficiens dereliquit. Nicolaus uero damaſcenus in quarto hiſtoriarum ſic ait: Abraam regnauit in damaſco: ueniens aduena cū exercitu de terra quæ ſup babyloně dicitur chaldæorum. Igitur poſt nō multum tēpus exurgēs etiā de hac regione cū populo ſuo: terrā quæ tunc Chananæa: nunc uero: Iudæa dicitur habitauit: & hi qui de illo multipliciter ſūt progeniti: de qui-

bus in alio libro quæ dicenda ſunt explanabo. Abraam nũc uſq; in damaſcena ciuitate nomen habetur in gloria: & uicus oſtenditur: qui ab eo habitatio dicitur abraam.

Abraã fame opprimente chananeam: egyptum ingreditur: ubi dignus & clarus habetur: diſciplinam arithmetices: & aſtrologiæ: contradẽs ægyptiis: a quibus iterum regreſſus in chananeam: partitur terram cum loth cognato ſuo.

CAPI. XVI.

FAme uero poſteris tpibus apprehendente chananeã Abraã ægyptios uiuere fœliciter audiẽs: ad eos ꝓficiſci tẽdebat: ut eoꝝ abũdãtia pticiparet: & ſacerdotũ ſimul auditor eſſet: & agnoſceret quæ de diis exponerẽt: & aut meliores iueniẽs ſequeret: aut eos ſua prudentia i ornatũ meliorẽ trãſpõeret: deducẽs pariter Sarã: metuẽs aũt ueſaniã ægyptioꝝ circa mulieres: ne rex eũ pp uxoris ſpẽm trucidaret hanc exqſiuit artẽ: ut ſe fratrem eius aſſimularet: ſed & illã hoc docens reſpondere eo q̃ ſibi ꝓdeſſe confideret. Qui cũ ueniſſet ægyptũ: ptulit Abraæ q̃ ipſe ꝓuiderat. Tunc enĩ pulchritudo uxoris eius innotuit. Vnde & Pharao non ſufficiens de his quæ de ipſa dicebant ẽt ipſam inſpicere feſtinauit: arbitratus ſe Saram coritingere poſſe. Sed deus ipediuit deſideriũ eius iniuſtũ ægritudine ſcilicet: & tumultu cãꝝ. Cũq; ꝓ libertate ſacrificaret: per iram dei peſtem ſacerdotes adueniſſe ſignificabãt: eo q̃ uxori pegrini iniuriã uoluiſſet inferre. Ille uero ptimeſcens interrogauit Saram: ut diceret ipſa quæ eſſet: & ille qui eam adduxerat. Qui cum ueritatem audiſſet: excuſabat ſe apud Abraã: dicens putaſſe ſororẽ: & nõ eius uxorem & feſtinaſſe circa eam cognationem facere ſibi: & non iniuriæ cauſa ſuum deſiderium perpetrare. Cui multa quoq; munera condonauit: & ut eſſet inter ſapientiſſimos ægyptiorum inſtituit uirtutemq; eius & gloriam ex hoc contigit eſſe clariorem. Nam cum eſſent ægyptii diuerſis moribus complacentes: & ad inuicem leges proprias reprobantes: & a ſe propterea diſſidentes: ſibimet eos comparans & unumquemq; deſpiciens: uerba eorum inania: nihilq; uerum habentia demonſtrabat. Erat igitur in ammiratione cunctorum tanq̃ uir ſapiens: atq; paratus non ſolum ad intelligendum: ſed ad ſatisfaciendum: & ad loquendum quæcunq; docere niteretur. Arithmeticam eis quoq; contulit: & quæ de aſtrologia ſunt ipſe quoq; contradidit. Nam ante aduentũ Abraam in ægyptum hæc ægyptii penitus ignorabant. Achaldæis enim hæc plantata noſcuntur in ægypto: unde etiam peruenire noſcuntur ad græcos. Et cum ueniſſet in chananeam: partitus eſt terram cũ Loth. Dum paſtores eorum iurgia inter ſe facerent propter loca paſturæ: electionem tunc atq; conditionem conceſſit Loth. Sumens itaq; ipſe partem ab eo relictam: habitauit in ciuitate Ebron: quæ eſt antiquior annis ſeptem: ciuitate ægyptia Prothanide. Loth igitur terram quæ eſt poſita in campo circa iordanem fluuium habitauit: non longe a ciuitate ſodomorum: quæ tunc iam erat bona: nunc autem probatur exterminata uoluntate dei. Quam cauſam loco proprio deſignabo.

Sodomitæ congreſſi cum aſſyriis prælio uincuntur: uicti captiui abducuntur: cum quibus Loth captiuus abducitur.

CAPI. XVII.

ILlo nanq; tpe aſſyriis aſiã obtinẽtib⁹: reges ſodomitaꝝ ualde florebãt diuitiis: & iuuẽtute multa: qbus erant qnq; reges: eoꝝ ꝓuinciã gubernãtes: Ballas. Baleas: Sinabarus Sinoborus: & Ballinoꝝ: rex. Singuli nanq; eoꝝ hẽbãt ꝓpriũ pricipatũ. Aduerſũ quos cõgreſſi aſſyrii: & ẽrtuor ptes ſui exercitus faciẽtes: obſidebãt eos. Dux erat unuſqſq; ſuis ordinat⁹. Cõmiſſo igit prælio uicentes aſſyrii: tributũ ipoſuerũt regib⁹ ſodomoꝝ. duodeci ſiqdem annis iſti ſeruiẽtes: tributũ ſibimet ipoſitũ ſoluere paſſi ſũt: tertiodecimo abſtinuerunt. Quapropter exercitus aſſyrioꝝ ſup eos aduenit: ducentibus ſimul exercitũ: Rabſido: Arioco: Chodorlaonio: Thadallo. Iſti nanq; & uniuerſam diripuerũt aſiam: & gigantũ ſobolẽ ſubuerterũt. Qui cũ ueniſſent ſodomis: caſtra poſuerunt in ualle quæ dicit puteus bituminis. Illo nanq; tpe putei erant in eo loco. Nunc.n. exterminata ciuitate ſodomoꝝ: uallis illa palus effecta eſt: quæ dicitur aſphaltites. i. bituminalis. de hac itaq; palude rurſus nõ poſt multa dicemus. Sodomitis igit cũ aſſyriis congreſſis: & prælio forti commiſſo: multi quidem eorum mortui: reliqui uero captiui ducti ſũt cum quibus & loth ductus eſt captiuus qui ſodomitis aduenerat.

Abraam irruẽs in aſſyrios: loth & captiuos ſodomitaꝝ eripuit: cui regreſſo occurrit rex ſodomitaꝝ: & melchiſedech rex ſolymoꝝ deide accepto ꝓmiſſo diuio de poſteritate: genuit Iſmael: ipſeq; circũciſus eſt præcipiente domino: & Iſmael: totaq; domus eius.

CAP. XVIII.

ABraã cũ audiſſet calamitatẽ eius: timor ſimul de loth cognato ei⁹: & miſericordia ſuũ ingreſſa eſt pp ſodomitas atq; amicos uicinos. Et cũ feſtinaret eis ferre ſolatiũ: nõ tardauit ſed acceſſit: & qnta nocte irruẽs ſup aſſyrios circa dan: ſic.n. alter iordanis fõs appellat: & inueniens eos anteq̃ armarent: alios qdẽ in lectulis cõſtitutos occidit: qui ne q̃ ſuſpectionẽ cladis haberent: alii uero nondũ i ſoporem cõuerſi. ꝑ ebrietate pugnare nõ ualẽtes effugerũt. Abraã aũt pſequẽs eos expoliatos uſq; ad terrã damaſcenoꝝ: oſtẽdẽs uictoriã nõ ĩmultitudie: nec i plurimis manib⁹ eẽ: ſed cõfidẽtiam pugnatoꝝ & fortitudinem ꝓualere i deo: cõtra totius numeri quãtitatẽ cũ trecẽtis decẽ & octo uernaculis & tribus amicis tantum exercitũ ſuperauit: quicũq; igitur hoſtium manus effugerunt: inglorii ſunt reuerſi: Abraam autem captiuos

eripiens ſodomitarum qui capti fuerant ab aſſyriis:cum pace reuerſus eſt. Occurrit ergo ei rex ſodomorum ad colloquendum:in loco qui uocatur uallis regia:in uia Solime ciuitatis Suſcepitq; eum rex Melchiſedech:quod ſignificat rex iuſtus:& erat utiq; & ſine dubio talis:ita ut propter hanc cauſam etiam ſacerdos dei eſſet ſolymorum. Quam ciuitatem poſtea Hieroſolymam uocauerunt. Miniſtrauit autem iſte Melchiſedech Abraam exercitui xenia:& multam abundantiam rerum opportunarum ſimul exhibuit:& ſuper epulas collaudare eum cæpit ac benedicere deum:qui ei ſubdiderat inimicos. Abraam uero dante ei etiam decimas ſpoliorum munus accepit. Rex autem ſodomorum prædam quidem de Abraam non poſcebat:homines uero qui eius eſſent recipere precabatur quos ab aſſyriis eripuerat. Abraam ergo ait non hoc ſolum ſe facere:ſed nec aliam utilitatem ex illa habiturum præda:niſi quæcunq; pro cibo ſeruorum eius impenſa uidebantur:partem uero quandã amicis ſuis fore præbendam qui cũ eo pugnabant:quorum primus Eſcon uocabatur:Ennar alius Mambre tertius. Laudãs igitur uirtutem eius deus ait. Non perdes mercedes tuas dignus es pro talibus actibus habere gratiam. Et quæ putas fuit hæc retributio mercedis cum nondum eſſet qui ei ſuccederet:erat enim adhuc ſine filio. Deus & filium ei promiſit generandum eſſe:& multam ex illo ſobolem:& proximam ſtellarum numero profuturam. Et ille quidem hæc audiens:deo ſacrificium obtulit:ab eo iuſſus hoc facere. Erat enim huiuſmodi ſacrificium:uitula triennis:& capra triennis:& aries ſimiliter triennis:& turtur & columba:quæ diuidi iuſſerat:auium uero nihil diuiſum eſt:& antequam conſtitueretur ara alitibus ſuper uolantibus pro concupiſcentia ſanguinis uox affuit diuina:ſignificans malignos proli eius uicinos fore annis quadringentis in ægypto:in quibus afflicti ſupereſſent inimicis:& uicẽtes bello Chananæos:habituri eſſent eorum terras & ciuitates. Abraam igitur habitauit quidem circa Luzam quæ uocatur ogygi. Eſt enim regio chananæoꝝ nõ longe ab ebrõ ciuitate. Et cum grauiter haberet ſuper non pariente muliere:deprecatus eſt deum:ut ei ſobolẽ maſculi condonaret:deo igitur iubente:uti confideret pro aliis omnibus bonis ĩ quibus a Meſopotamia eductus fuerat:etiam filios ꝓmiſit ei futuros. Tunc Sara ꝓcipiente deo unam ãcillaꝝ cui nomen erat Agar:ægyptiam genere:collocauit ei tanq; ex ea filios habitura. Et cum concepiſſet ancilla:iniuriam facere Saræ præſumpſit:quaſi rex foret filius:qui ex ea fuerat procreatus. Hãc dũ Abraam ꝓ uindicta Saræ tradidiſſet:fugam meditata eſt:& afflictiones non ſuſtinens deprecata eſt deũ:ut eius miſeretur occurritq; per deſertum eunti diuinus angelus:iubens eam ad dominos remearet:& uitam habituram potiorem caſte uiuentem. Tunc nanq; eo ꝙ in dominam ſuperba ingratag; fuerat:mala talia pertuliſſe:quæ ſi inobediens eſſet deo:& longius abſcederet:eam perire dicebat:ſi uero rediret:fieret mater pueri in illa terra poſtea regnaturi. His obediẽs illa:ueniam a dominis reuerſa impetrauit:& poſt non multa peperit Iſmael:ac ſi quis dicat:a deo nobilitatem:eo ꝙ exaudierit preces Abraam. Itaq; cum ſex annorum eſſet & octoginta:natus eſt ei Iſmael quem prædiximus. In nonageſimonono autem anno eodem conſtituto apparuit deus:promittens quod filius ei de Sara naſceretur:iuſſitq; eum uocari Yſaac:ſignificans gentes magnas ex eo futuras:& reges:& quia pugãtes omnem terram chananæam a ſydone uſq; ad ægypti terminos obtinerẽt præcepit:ut genus qđ ei naſceretur:aliis non miſceretur:ſuaque genitali circuncidere:& hoc faciendum octaua die poſt partum. Cauſam uero circunciſionis noſtræ in aliis indicabo. Conſulenti autem Abraam:utrum Iſmael uiueret lõgæuus:ſignificauit deus eum patrem gentium fore magnarum. Et Abraam quidem in his gratias agens:repente circunciſus eſt:& omnes qui apud eum erant:& puer pariter Iſmael ꝙ die illa tredecim erat annorum. ipſe uerononaginta & nouem annos habebat.

De abraam quõ tres angelos ſuſcepit:a quibus audiuit &. Saram filiũ piturã:& ſodomitaꝝ euerſionẽ:& de Loth. qui & ipſe ſuſcepit angelos hoſpitio:& de euerſiõe ſodomoꝝ ſimulq; de eruptiõe Loth cũ tota domo eius:& quomodo uxor Loth conuerſa eſt in ſtatuam ſalis:cũ reſpicit ciuitatem pereuntem:& de commixtione filiarum cum patre. ¶CAPI. XIX.

EOdem ſcilicet tẽpore ſodomitæ diuitiis & abundantia pecuniaꝝ elati:hoĩbus contumeliã faciebant:& erant ĩpii circa deũ:ut nequaq; recordarent beneficioꝝ eius auerſiq; ſũt a ſuſceptiõe pegrinoꝝ:& circa eos affectus habere deſtiterũt. Exaſpat⁹ igit ĩ his deus:diſpoſuit pũire eoꝝ ſupbiã:& ciuitatẽ eoꝝ ſubuertere:regionẽq; cũctã ſimul exterminare. ita ut neq; plãtatio neq; fruct⁹ ultra ex ea cõſurgeret. Cũ hæc de ſodomitis deus decreuiſſet explere:abraã reſpiciẽs tres ãgelos:dũ ſederet ad ilicẽ Mãbre circa ianuas dom⁹ ſuæ putaretq; eẽ pegrinos:cõſurgẽs amplexat⁹ ẽ. & ibidẽ eos retinens:rogabat quatenus xenia eis ipartiret. Quib⁹ annuentibus: panes repente de ſimila præcepit fieri & occidens uitulũ & aſſans:eis obtulit ſub quercu iacentibus. At illi ei gloriam præbuerunt. Et cum adhuc comederent: de muliere requirebant ubi eſſet Sara. Quo dicente intus eam eſſe:uenturos ſe in futurum eſſe dixerunt:& inuenturos eam iam matrem exiſtere. In hoc uero ſubridente muliere: & impoſſibile ſibi fore filium habere dicente. cum ipſa quidem nonaginta ãnoꝝ eſſe:uir aũt ei⁹ centũ. tũc illi iã nõ ſe celare continuerunt:ſed pronunciauerunt ſemetipſos angelos dei eſſe:& ꝙ miſſi ſũt ut unus ſignificaret de filio duo uero ſodomitas euerterent. Hæc audiens Abraam doluit ſuper ſodomitis:exurgenſq; deum deprecatus eſt: ne iuſtos & bonos ſimul perderet cum malignis. Deo uero dicente: nullum

ſodomitarum eſſe bonum.nam ſi iter eos eſſent.x.ex oĩbus:remitteret peccati ſupplicium: Abraam quidem ceſſauit:angeli uero in ciuitatem ſodomam peruenerunt.quos Loth pro ſuſceptione roga bat:cum eſſet circa peregrinos ualde humanus:& Abraam benignitatis diſcipulus.Sodomite uero reſpicientes iuuenculos nimio uultus decore præcipuos:& apud Loth eo ſucceſſiſſe cognoſcentes: ad uim & iniuriam eorum pulchritudinis ſunt conuerſi.Loth autem monente ut caſti eſſent:& nequaquam ad peregrinorum confuſionem accederent.ſed reuerentiam in eorum ſucceſſione habe rent.q̃ filia intemperantes eſſent filias ſuas pro illis concupiſcentiæ eorum ſe præbiturum dicebat: neq; ſic quieuerunt. Deus ergo eorum præſumptionibus ĩdignatus:alios equidem excecauit:ita ut non poſſent ad ĩgreſſum domus accedere:& ſodomitarum omnem populum peſtifere morti damnauit.Loth itaq; deo dicente ei futuram ſodomorum perniciem:ereptus eſt cum cõiuge filias duas aſſumens:quæ adhuc uirgines erant Sponſi egredi contemnentes:conſuetudinem hanc uerborum loth eſſe dixerunt.Deus ergo ĩmiſit gladium in ciuitatem:eamq; cũ habitatoribus concremauit:ter ramq; ſimili exterminauit incendio.ſicut dudum a me dictum eſt:cum bellum iudaicum deſcripſiſ ſem.Vxor autem Loth deſcendens:cum reſpiceret ſæpius ciuitatem:& eius curam haberet: interdi cente deo ne hoc faceret:in ſtatuam ſalis conuerſa dinoſcitur.Vidi ſiquidem eam:hactenus enĩ ma net.Fugit autem ille cum filiabus:in paruo quodam agro ſe continens ab igne liberato.qui locus Segor hactenus appellatur.ſic enim hæbrei modicum uocant.Illic igitur deſolatione hominum:& inopia cĩborum afflictus habitabat.Virgines autem omne genus humanum exterminatum exiſti mantes:cuicunq; miſceri uoluerint ſe licere credebant.hoc autem faciebant ne deficeret genus hu manum.Fuerunt igitur filii de ſeniore quidem Moab:ac ſiquis dicat ex patre.iunior autem genuit Ammon quod nomen ſignificat filius generis.Et inſtituerunt:alter quidem Moabitas:quorum ha ctenus magna gens eſt.alter uero Ammonitas:utraq; enim gens eſt in ualle Syriæ.Et loth quidem huiuſmodi eſſe contigit de ſodomitis egreſſurum.

Quomodo Abraam migrauit ĩ gerara:& Abimelech adamauit Saram uxorem abraæ:ſed correptus a domino:reddidit eam ipſi intactam:& de natiuitate yſaac. CAPI. XX.

ABraam uero migrauit ĩ Gerara paleſtinæ:in loco ſororis ſarã habẽs:ſimilia prioribus ĩmulans pro timore.Metuebat enim abimelech locorum regem:qui etiam cum ada maſſet ſaram credẽs eam ſe poſſe corrumpere:propter cõcupiſcentiam in ægritudinẽ incidit dei uoluntate.medicisq; deſperãtibus eum:conſoporatus per ſomnium ne cõ tumeliã faceret uxori peregrini iubetur.Et aliquantulũ leuigatus:amicis expoſuit:q̃ deus ægritudinẽ hanc ei ĩtulerat pro ultione peregrini:ut eius uxorẽ ſine ĩiuria cõſeruaret:quod nõ ſororem eam haberet idem:ſed lege iunctam uxorem:& promiſiſſet præbiturum ſe ei de cetero ſo ſpitatem: ſi pro uxore ille ſine timore conſiſteret.Et cum hæc dixiſſet:Abraam amicis ſuadenti bus euocauit:nichilq; ulterius eundem coniugi quaſi aliquid turpe paſſuram formidare præcepit: deum eius habere curam dicens:cuius auxilio uxorem ſuam permanentem ſine iniuria reputaret. Deo enim proteſtante conſcientiaq; mulieris:dicebat neq; eam ſe ab initio appetiſſe ſi uxorem eſſe ſciſſet:ſed tanquam pro ſorore ſeductum rogabat:ut mitis circa eum eſſet:& deum ei propitium fa ceret:& ſi apud eum manere uellet:omnem ubertatem ei conferret.uolenti uero diſcederet: danda munera rerum omnium:quibus ad eum indigens aduenĩſſet.Hæc illo dicente:abraam non ſe de cognatione mulieris mentitum eſſe dicebat:fratris eam filiam referens & eo q̃ præter hoc figmen tum aduentum ſuum non fuiſſe ſecutum arbitraretur:nec eſſe ſuam culpam in illius ægritudine pre dicabat:& debere regem habere de ſalute fiduciam paratumq; ſe manere apud eum dicebat.Abi melech autem & terram ei diſtribuit & pecunias conſtituerunt;q; inter ſe:ut ſine dolo conuerſaren tur:facientes ad quẽdã puteũ fœdus:quem Berſabee uocant:quod fœdus putei poterit dici:ſic.n. hactenus a prouincialibus nomiatur.Poſt nõ multũ uero tẽporis natus ẽ filius Abraam de Sara:ſicut fuerat ei a deo p̃dictũ:quẽ noĩauit Yſaac:quod ſignificat riſum. Nam eo q̃ Sara riſerat dicente do mino q̃ pareret:nec iam p̃ ſenectute ſperaret partũ.iõ filius ita uocatur.Hæc itaq; annos tunc age bat nonaginta.Abraam uero centum.Natus eſt ergo filius utroq; ſene:quẽ repente poſt dies octo circunciderunt.& ex illo poſt totidem diem mos eſt iudæorum circũciſiones efficere.Arabes au tem poſt annos.xiii.circunciduntur eo q̃ Iſmael gentem eorum inſtituit filius Abraæ de concubi na:hoc fuerit tempore circunciſus de quo certiſſime omne tempus exponam.

Quõ Abraã monente ſara:& p̃cipiente domino emiſit a ſe agar cũ filio iſmaele. CAP. XXI.

SAra natũ de ancilla agar primitus diligebat Iſmael:nihil in eo ſauoris ĩminuens quẽ utiq; q̃ſi p̃priũ filiũ:& pricipatus nutriebat heredẽ.Yſaac aũt filio p̃creato:non digna batur eũ cũ Iſmael nutrire cũ ſenior eẽt:eũq; poſſet opptimere patre moriẽte.Suade bat ergo Abraæ:ut eũ in aliã regionẽ cũ matre tranſmitteret.Ille uero in initio ſuã nõ appoſuit uoluntatẽ ad ea q̃ Sara fieri feſtinabat:crudele nimis arbitratus puulũ filium cũ mulie re & neceſſariis idigentes abiicere.Poſtea uero cũ deo placuiſſet ad q̃ Sara p̃cipiebat con ſentiẽs:matri tradidit Iſmaelẽ q:nõdũ a ſe poterat gubernari & aquã ĩ utre & panẽ ferẽtem iuſſit abire:quo itineris neceſſitas ĩparet.Dum ergo abeũti neceſſaria deficerẽt;erãt in malis:cũ eẽt aqua

difficilis:& exponens puerū ſub arbore quadā protrahentē aīam ne ea p̄ſente deficeret:p̄cul abſceſſit. Ad quā ueniēs diuinus angelus dixit ei adeſſe fontē & monuit:ut p̄uideret puer̄ & recrearet dicēs grādia eſſe ei cōferēda de pueri ſoſpitate. Illa cōfidēs de p̄miſſiōibus & ſtudens alere puer̄ adhi bēdo curā:declinauit erūnas. Cū uero puer ad uirilē pueniſſet ætatē:uxor ei cōiūcta eſt ægyptia genere:uñ erat ipſa antiqtus oriūda: de qua filii Iſmaeli nati ſunt. xii. Nabaioth. Darus. Abdelius. Marſamus. Maſmarus. Ydumas. Maſmiſus. Quodamus. Themaſus. Iechurus. Naphleſus. Cadomas. Iſti nāq; oēm terrā ab eufrate ad mare rubrū poſitā uſq; tenuerūt. Nabatheā noīantes prouinciā. Sunt aūt iſti q gētē. Arabicā ſecūdū tribū ab eis uocāt & p̄pter uirtutē eor̄: & p̄pter Abraæ dignitatem. Yſaac autem filiū ſuum pater Abraā diligebat cū eſſet unigenitus: eiq; a deo pro munere in ſenectute conceſſus. prouocabat enim ad fauorem amoremq; ſuum ipſe potius puer parētes: eo quia omni uirtute ſtuduerit: & parentum haberet ſollicitudinem: & affectum circa dei religionem.

Abraam accepit mandatum a domino de immolatione Yſaac. CAPI. XXII.

ABraam aūt cum fœlicitatē ſuā filio legittimo relicturus eēt mortī uicinus hoc dei uolūtate p̄meruit. Qui tētare uolens religionē eius: apparuit ei: cūcta quæ præſtitiſſet dinumerās. & qm̄ hoſtiū melior fuiſſet effectus: & p̄ſentē fœlicitatē eo ſtudio p̄cepiſſet: & Yſaac filiū habuiſſet: eundē filiū eius ſibi ſacra īmolatione p̄cepit offerri: in mōte nomine Morim eleuatū: ara ibidē collocata: ſic. n. apparitura religionē eius: ſi etiā ſaluti filii p̄poneret quod deo placeret. Abraā aūt in nullo iuſtum eſſe decernēs non obediri deo: ſed cunctos ei miniſtrare debere: tanq; eius prouidentia uiuāt omnes quibus eſt ipſe propitius celans coniugem dei præceptum: & quam ipſe habuiſſet de nece filii uoluntatem: ſed neq; ſeruorum cuiquam hoc palam faciēs: ne forte deo parere prohiberetur: ſumens Yſaac cum duobus ſeruis: & quæ erant ad ſacrificium neceſſaria imponens aſino ibat ad mōtem: & duobus quidem diebus iter cum eo fecerunt. Tertia uero cum iam circa locum montis eſſent: reliquos in campo relinquens qui cum eo erant: cum ſolo filio uenit ad montem: in quo templum rex Dauid poſtea collocauit. Portabant autem cætera ſecum ſacrificio neceſſaria: p̄ter uictimam. Yſaac uero cum præſentem fœlicitatē eius ſtudio percepiſſet: cunq; quinq; & uiginti eſſet annorum: altare conſtructo interrogabat quid eſſet ſacrificaturus pater: cum uictima deeſſet. ille autem dicebat deum ad præbēdum hoc idoneum: qui etiam quæ non ſunt abundanter hominibus condonauit: & ea quæ ſunt ab his qui in ſemetipſis cōfiderent poſſet auferre daturū & illi uictimā: ſi propitius ad ſacrificiū ſuum dignaret accedere. Dum ergo altare fuiſſet conſtructum: & ligna ſuper impoſita: & oīa præparata dicit ad filium. O puer: quē innumeris uotis a deo optaui mihi conferri: & dum peruenīſſes ad uitam: nihil eſt quod pro alimēto tuo non feci: neq; me fœliciorem arbitrabar: niſi cū te uiderem ad uirilē iuuentutē peruenīſſe: & moriens te ſucceſſorem mei honoris: & p̄cipatus relinq̄re cū gauderē: qui dei uolūtate tuus pater ſum factus dēnuo ſecūdū eius placitū te repono: hanc fortiter portari dicationē. Deo nāq; te cædo: q hūc honorē a nobis dignat accipe: eo q̄ placitus mihi fuit: ac p̄ oīa ſuffragator. Natus ergo fœliciter morere: nō cōi mō hāc uitā egrediens: ſed a patre p̄prio oblatus deo patri cunctor̄ ob legitimū ſacrificium. Reor enim qa te dignū iudicauerit: nec egritudine: nec bello: nec qualibet alia paſſione quæ ſolent hominibus accidere ex hac uita liberare: ſed cū orationibus & ſacrificiis animam tuam ſuſcipere: & apud ſe nihilominus obtinere: eritq; de cetero mei curam habens: ſenectutemq; regens: qua gratia maxime te nutriebam: hæc mihi deo ſcilicet pro te præbituro. Yſaac autem habens p̄rem fortiſſimum: ſapientiaq; delectatus: & libentiſſime eius ſermones accipiens: ait: quia neq; iuſtum eſſet: ut initio naſceretur. ſi dei & patris iudicium eſſet refutaturus: aut nō ſe monſtraret amborum uoluntatibus præparatum: quando liceret ſolo patre hæc uolente facere: ſi nō obediret eſſet iniuſtum. Hoc dicens acceſſit ad cedem: pariter & ad altare. Sed idem opus infirmatū eſt: offerēte deo impedimentum. Clamauit ergo noīatim deus Abraam: ſuſpendens eum a nece filii. Nō enim quaſi ſanguinem deſideraret humanū: necē filii ſe ei impaſſe dicebat: neq; cuius p̄rem eum fecerat: hūc ei auferre cū tanta impietate poſcebat: ſed eius mentem probare ſe uelle: ſi ēt talia iuſſus audiret. Cognoſcens uero eius obedientiā: & excellētiam religiōis ītendens delectari qdē ſe in his quæ ei præbuerat: nec unquam fraudandum: eum oī cura dicebat: & genus eius honorandum futurūq; filiū eius longeuū fœliciterq; uicturū in oībus bonis præbiturūq; ſe magnū ſoboli eius principatū: atq; genus eorum: & multis gentibus & diuitiis eſſe conſtituendū: & memoriā ſempiternā gñis eius principibus affuturam: chananæamq; terram filios eius armis poſſeſſuros: & exemplū boni futuros cunctis hominibus. Hæc cū dixiſſet deus arietem ad ſacrificium p̄duxit ex improuiſo. Illi uero p̄ter ſpē ſemetipſos amplexantes: q̄ppe q bonor̄ taliū p̄miſiōes audirēt oſculabant. Altero uero die ſacrificio celebrato reuerſi ſūt ad Sarā fœliciterq; degebant cūcta q̄ uellēt eis p̄bente deo. De morte ſara & ſepultura ipſius: poſt cuius mortē Abraā accepit Ceturam uxorē. CA. XXIII.

ET Sara non qdē multo tpe defuncta eſt: cū uixiſſet annis cētū uigitiſeptē: ſepultaq; eſt in Hebrō p̄mittentibus chananeis: ſepulcrūq; eius publice factū ē: Abraā emente agrū ſiclis quadringētis: a quodā Ephron de hebrō: & ſepulchra ſibi Abraā & eius ſoboli cōſtituit. Poſt hæc autem Abraam duxit uxorē noīe Cethurā ex qua ei filii. vi. nati ſunt

& ad labores ualidi:& ſapientia cauti:Zambri.Iezar:Madan:Magiani:Ieſuoch:&Eſue.Nati ſũt etiã his filii:& Eſue quidem Sabbati fuit & Dadã.Huic uero fuerint Aſurim & Iacuſim:& Iomni.Madã aũt habuit Aphan:& Apher:& Noch:& Abida:& Helda.His omnibus filiis filiorũq; natis.Abraam ex propriis dona prebuit:qui & troglodite appræhenderunt:& fœlicem arabiam:inquantum ĩ mare rubrum pertingit.Dicitur autem:quia dum Apher caſtra fixiſſet in libiam:& filiorum eius filii habitaſſent in ea terram illam ex illius nomine affricam uocauerunt. Teſtatur meo ſermoni alexander q dicitur polihyſtor.ideſt multarum hiſtoriarum:ſic dicens.Cledemus ãt ꝓphera q & malchus ſcribens hiſtoriam iudæoꝝ:ſicut etiam moyſes legiſlator eorum retulit:ait:qa de cethura abraæ fuerunt filii multi.Dicit ãt eoꝝ ẽt nomina tria:Epheran:Surin:Iaphran & de Surin quidẽ aſſyriã nuncupatã:ex duobus autem reliquis Iaphran & Epheran:ciuitatẽ Abiran prouinciamq; affricam nuncupatam:his auxilium præbuiſſe herculem ĩ libia:& duxiſſe uxorem:filiã Iepharan nomine Ecbeam & genuiſſe ex ea Dodorum filium cuius filius Phoron:ex quo barbari Sorophaci nominantur.

Quomodo yſaac quadragenarius duxit uxorem rebeccam. CAPI. .XXIIII.

ISaac aũt iam circa.xl.annos cõſtituto a patre Abraã ut uxorẽ duceret Rebeccam q̃ fuit neptis fratris eius Nachor:filia Batuelis:ſenioꝛẽ ſeruorum ſuoꝝ miſit ad ſponſãdam eã magnis fidei ſacramentis obſtrictũ:qd hoc more faciebãt:ſub fœmore manũ mittẽtes deide iuocantes deũ:in teſtimoniũ futuroꝝ.Miſit aũt & munera ibidẽ cõmonẽtibus quæ apud illos ratiora eſſẽt:aut nec omnino repirẽtur in illa regione.Q ui tẽpore multo uadẽs:eo q̃ ſit iter agẽtibus:dira meſopotamia:hyeme qdẽ ꝓpter luti ꝓfunditatẽ:æſtate uero ꝓpter aquæ defectionẽ:inſup etiam latronibus ibidẽ cõmanentibus:quos diffugere nõ eſſet facile niſi ꝓuidẽtia uiatoribus inhereret:uenit in ciuitatẽ carrenoꝝ:Et cũ eſſet in ſuburbanis uirgines uidit plures eũtes ad aquã orauitq; deũ:ut Rebecca ob quã deſpõſandã filio eũ miſit Abraã:ſi ſecũdũ uolũtatẽ eius eẽnt nuptiæ celebrãdæ:iter illas ita cognoſceret:ut aliis qdẽ aquã poſcẽti negantibus illa præberet:& ille qdẽ hanc uoluntatẽ habens:uenit ad puteũ:rogauitq; uirgines:ut potũ ei præberẽt. Illis aũt auertẽtibus ſe idicantibuſq; aquam domi portare:& nõ præbere illi:quæ utiq; difficile poſſit hauriri.una ex illis oĩbus icrepans eas ꝓ pegrino ẽſi nõ eſſet hoĩbus ad illas aliq̃do cõmũio:quia neq; aquam participarẽt egeno:ſola ei præbuit abũdanter.Ille aũt in ſpẽ oĩum reꝝ ueniẽs:uolens cognoſcere ueritatem laudabat ei⁹ nobilitatem atq; benignitatem:qa etiã cũ ſuo labore egentib⁹ ſufficientiam ꝓbeꝛ minie declinaſſet:iterrogabat uero:de qb⁹pentib⁹ cẽt:optauitq; qd̃ illi gratiſſimũ foret:ut in domũ boni uiri ueniret:filios ei pitura germanos.Illa uero neq; hæc iuidit uolenti cognoſcere:ſed & genus idicauit.& Rebecca iquit ego dicor:pater aũt:Batuhel fuit:ſed ille iam defunct⁹ẽ:Laban uero frater ẽ noſter:q & domui proſpicit ſimul & matri:& meæ uirgitatis ſollicitudinem gerit.Ille gaudebat de his quæ facta fuerant atq; dicta:deũ ita uidens ſuo itineri clare ꝓſpicere:& ꝓferens redimicula:& alia pariter ornamenta:qb⁹ uirgines decet uti:dedit puellæ.ut ei cã populi hæc retributio foret & honor:iuſtũ eſſe dicẽs:ut talia mereretꝛ quæ fuerit bona ꝓter:uirgines uniuerſas.Poſcebat aũt ſuccedeꝛ apud eos:qñ ad eam itegrius aliter puenire neqret:ſibi eſſe cautius:q̃ qbus iam uidebatꝛ exptus & coniicere ex ea matris fratriſq; clementiam:& q̃ nihil eſſet eoꝝ uirtuti difficile:neq; ſe eos grauaturum ſed mercedem pegrinationis ꝓbituꝝ:& ꝓpriis expenſis uſuꝝ eſſe dicebat.Illa uero de pentũ qdem ſuoꝝ clementia recte eũ aſſeruit arbitratũ:culpauit aũt de mercedis uerbo:cum oĩa ſine mercede eſſet habiturus.Sed ut nunciaret prius Laban:quo pmittente accerſendum eſſe dicebat.Q uod cum factum fuiſſet:pegrinus adductus eſt:& camelos qdem ſumentes q erant Laban famuli:eis diligentiam adhibebant:ipſe uero cœnaturus cũ eo ĩgrediebatꝛ:& poſt cœnam ad eũ matremq; puellæ locutuſq; eſt dicens.Abraam tharæ q eſt filiꝰ:ueſter uero cognatus Nachor.n.hoꝝ o mulier puerorum auus ueſter ex eodem patre uel matre miſit ad uos:petens ut hanc puellam filio ſuo uxorem detis iungendam.qui ſolus eſt ei legitimus:in oĩbus bonis enutritus:cui poſſibile quidem fuit fœliciſſimam inde mulierem ei copulaꝛ:ſed noluit.Honorans aũt genus nuptias poſtulat:cuius ſtudium ac uoluntatem nolite contemnere.Dei enim uoluntate alia nunq̃ ꝑter ꝓſpera p iter contigerunt:& puellam citius & ueſtram inueni domum.Dum ꝓximus eẽm ciuitati:uirgines uidens plurimas uenientes ad puteum:oraui ut in iſtam inciderem:qd & factum eſt.Nuptias ergo diuina ꝓſentia deſponſatas uos quoq; firmate.Illi uero p ea quæ eis fuerant ſecundæ collata diſpõne diuinæ uoluntatis intellexerunt:miſeruntq; ſicut petebat uirginem quam duxit Yſaac potius omnium rerum Abraæ.Nam qui fuerunt de cethura nati:exinde migrauerunt.Abraam moritur:& ſepelitur in ebron cum ſara coniuge ſua. CAPI. .XXV.

POſt paululũ uero tẽporis morttuus eſt ẽt Abraã:uir quidẽ oĩ uirtute fũmus & digne a deo ꝓ ſtudio q̃d circa eũ habuerat honoratus.Vixit ãt oẽ tẽpus ſuũ annis cẽtũ ſeptuaginta quinq;:& in Ebron cũ Sara cõiuge ſua a ſuis filiis Yſaac & Iſmaele ſepultus eſt.

De conceptu uel partu Rebeccæ:& qũo Yſaac peregrinatus eſt in gerariis tẽpore famis:& quia cũ ſenuiſſet:& caligarent oculi eius.benedixit Iacob cum putaret ſe benedicere Eſau. CAPI. XXVI.

PRro poſt mortẽ Abraã cõcepit uxor yſaac:cuiꝰ uẽtre nimis ĩtumeſcente:hæſitãs conſuluit deũ:reſponditq; geminos parituram fore Rebeccã:& in omnib⁹ gẽtibus eũ no-

minādos:maioris ãt primatũ eẽ minuẽdũ.Pepit ergo paulatim ſecũdũ diuinũ eloq̃um geminos filios:quoꝝ ſenior ut credimus a capite uſq; ad pedes erat uehementer hirſutus quẽ iunior ꝓcedentem tenehat a planta.Diligebat pater ſenioꝛẽ qdẽ qui uocabatur Eſau ſecũdũ ethimologiã piloꝝ hæbrei náq; capilaturam ſeiron dicũt.Iacob aũt iunior carus erat genitrici.Fame uero ſupueniẽte: dũ placuiſſet Yſaac:ut iret in ægyptũ ubertuoſã ualde prouiciã: pergebat in geraris deo præcipiente.Hũc ſuſcepit rex Abimelech pro muneribus & amicitiis Abraam:Et cũ multo circa eum fauore fuiſſet uſus initio:in hoc permanere ſemper inuidia faciente eſt prohibitus.Videns nanq; deum in Yſaac eſſe præſentem:& tanto eum fouentem expulit cum.Ille uero huiuſmodi inuidia tentatus per Abimelech tunc equidem diſceſſit in agrũ:qui dicitur Pharan.i.conuallis non longe a geraris:ubi cum foderet puteũ:irruentes paſtores in lite congreſſi ſunt:prohibentes illud opus ipleri:quo nolẽte contendere prævaluiſſe uidebantur.Diſcedentes aũt alium fodiebat:quem etiã aliis iniuriã facientibus quibuſdam Abimelech paſtoribus relinquens:abſceſſit expectans bonæ uoluntatis gratiorem licentiam:Quod dum eſſet ei ſponte conceſſum:ut puteum ſine prohitione foderet Roboth puteum apeliauit:quod nomen ſignificat ſpacioſum. Priorum uero alius quidem Eſcon appellatur: quod poteſt dici litigium:alius uero Suennam:quod nomen ſignificat inimicitias: Yſaac itaq; rex magnitudine pullulabat Abimelech autem contra ſe creſcere putans Yſaac: propter hoc q̃ cum eo litigans ex incertis inimicitiis egerat metuens ne prior amicitia nihil ei prodeſſet: conuerſo Yſaac ad ultionem eorum quæ uidebantur eſſe perpeſſus :amicitias rurſus cum eo firmauit: & unum ad hunc ſuorum ducum Philocum nomine deſtinauit.Et cum omnia quæ popoſcerat Abimelech meruiſſet propter ẏſaac bonitatem qui recenti iracundiæ priſcam gratiam in ſe:inq; patrem ſuum habitam præpoſuerat:tulit cum in propria Yſaac uero filius Eſau circa quem maximum habebat pater affectum:cum eſſet annoꝝ.xl.duxit uxores Agamidam Edonis filiam:& Alybamin Euſebonis uirorũ inter chananeos ualde potentium:ſemetipſum faciens dominum in poteſtate nuptiaꝝ:& neq; patris conſilium ſumens:quod nec permiſiſſet ẏſaac ſi in eius uoluntate iaceret:non.n.libenter habebat ad prouinciales ſuam copulare cognationem.Nolens ergo moleſtus eſſe filio:ut iuberet eũ a mulieribus abſtinere:tacere decreuit.Cum ſenex autem eſſet:& aſpectum penitus non haberet:euocans Eſau :& ſenectutem indicans:q̃ & pro cæcitate & paſſione uiſus impedimentum ei iam eſſet deo ſeruire iuſſit eum egredi ad uenandum:ut dum caperet quodcunq; potuiſſet:ei præpararet ad cœnam poſtquam domino ſuplicaret:ut auxiliator ei in omni uita: & cooperator exiſteret:incertumq; eſſe dicens:quando etiã moriretur:& ante hoc eis ſe præbiturũ:ut deũ propiciũ eius orationibus habere mereretur.Et Eſau quidem ad uenationem egreſſus eſt.Rebecca uero deum pro fauore Iacob rogabat:& præter Yſaac uoluntatem: iuſſit hædos ei occidere: cœnamq; præparare.Iacob miniſtrabat matri ei ſemper obediens.Cum uero fuiſſet parata cœna hædi pelle brachia cõuoluit Iacob ut pater propter pilos eſſe crederet Eſau.Nam cum in oĩbus aliis ſimilarent eo q̃ eſſet gemini in hoc tantũmodo differebant:trepiduſq; iacob ne anteq̃ fieret orationes reptus in hac caliditate:patrẽ ut contraria faceret irritaret:ꝓferebat patri cœnam.Yſaac uero ſentiẽs uocem Iacob proprio eum nomine uocitabat.Illo autẽ brachiũ porrigente cui pellẽ circũdederat: contingens eum ẏſaac ait.Voce qdem Iacob proximus ſecundum pellis uero profũditatem Eſau uideris eſſe: nihilq; ſuſpicãs mali cũ cœnaſſet conuerſus eſt ad orationes & dei preces.Domine inquit omniũ ſæculoꝝ & creator uniuerſæ ſubſtantiæ tu patri meo conceſſiſti magnam fortitudinẽ bonorũ: & me dignũ rebus præſentibus effeciſti:& ex me procedentibus promiſiſti adiutorẽ:& propicium:& datorẽ te ſemper meliorum.Hæc ergo confirma:& noli me deſpicere propter præſentem neceſſitatẽ:propter quam & præcipue a te depoſco:& hunc filium propicius ſerua mihi:& ab omni malo ſine paſſione cuſtodi:dãs ei fœlicem uitam:poſſeſſionemq; bonorum:quorumcũq; tibi poteſtas eſt præbere.Fac eum metuendum equidem inimicis:amicis honorabilem atq; gratiſſimum.Et ille quidem arbitratus pro Eſau ſe orationes efficere:rogabat deum Mox autem ut ceſſauit a benedictione:affuit Eſau ẏſaac ſentiens quod egerat:ceſſabat.Eſau uero petebat ſimilia quæ fratri iam fuerant collata.Patre negante:eo quod omnes in Iacob fuiſſent orationes expẽſæ luctum agebat:quod eſſet oratione fruſtrat9 :eiuſq; lachrymis afflictus pater:eo quod circa uenationem & fortitudinem corporis eſſet aptus i armis & omnibus operibus Eſau probabilem fore dicebat:eumq; fructum earum rerum:& gloriam ſempiternam:etiam genus quod ab eo deſcenderet habiturum:fratri uero eſſe ſeruiturum.Iacob timens fratrem fugit ad Laban i meſopotamiam:ubi filias Laban Lyam & Rachel accepit uxores:cum ancillis earum Balla & Zelpha:ex quibus filios.xii. genuit:& unam filiam:quæ regreſſo Iacob de meſopotamia ad chananeã :uiolata ẽ a Sichem filio Emmor regis ſicimorum:quare indignati fratres eius totam ciuitatem percuſſerunt in ore gladii. CAPI. XXVIII.

IAcob aũt metuẽtẽ fratrẽ ulciſci ſe in illo uolẽtẽ mater eripuit.Marito aũt ꝓſuaſit:ut Iacob de meſopotamia cognatã ſuã daret uxorẽ:cũ iã Iſmaelis patrui filiã baſamin:Eſau uxorẽ cõiugẽ accepiſſet.Nõ.n deuoti erãt chananei circa Yſaac i priorib9 ei9 bellis ualde grauati:cũ baréati cepiſſet:circa quã ꝑcipue laborauerat.Iacob aũt i meſopotamiã miſſus a matre ꝓpter nuptias filiæ Laban ei9 germani:permittẽte Yſaac nuptia celebra-

neo q̄ fuiſſet ei uxoris conſilio perſuaſum per chananeā properabat:& propter odium prouinciali-
um:apud nullum quidem ſuccedere uoluit:ſed ſub diuo iacebat:caput ſuum lapidibus ſubditis ſup
ponens:ibiq̄ per ſomnium uidit huiuſcemodi uiſionem:aſtitiſſe ſibi ſcalam a terra pertingētem ad
cælum:& per eam deſcendentes figuras:honeſtiorem naturam habentes quam homines:& ad ulti
mum ſuper eam deum manifeſte ſibimet apparentem:nominatimq̄ uocantē:& huiuſmodi uerba
facientem:Iacob cum patris boni ſis filius:& aui qui gloriam magnæ uirtutis inuenit fatigare te in
præſentibus non oportet:ſed ſperare,meliora:etenim opulentiſſima tibi maximoꝝ bonorum meo
ſolatio erit ubiq̄ præſentia. Abraam itaq̄ ex meſopotamia ego huc deduxi a cognatis expulſum:&
patrem tuum.cunctis fœlicem oſtendi:quorum non minorem partem in te quoq̄ reponam. Confi
dens ergo ex hoc itinere tuo proficiſcere me protegēte ſecurus. Impetrabis enī nuptias ad quas ual
de feſtinatas:eruntq̄ tibi filii boni quorum multitudo numero maior erit:& potētiores filios dere
linquent:quibus ego huius terræ dominatum condonabo:eorumq̄ filiis qui replebūt omnē quā
ſol reſpicit terram ſimul & maria. Sed neq̄ ullum periculum timeas:nec laborum multitudinē me-
tuas:me prouidente oīa que tibi conferenda ſunt:& ī præſentibus:& multomagis ī proſperis. Hæc
itaq̄ deus Iacob prædixit:ille uero lætus effectus in his quæ uiderat:fuerantq̄ promiſſa:clarificauit
illos lapides:quippe cum tātoꝝ bonoꝝ illic factum ei fuiſſet alloquiū:uotūq̄ fecit imolatuꝝ ſe ſup
eos:ſi aquitēs uitā ipaſſibilē remearet:deoq̄ ꝓmiſſū exoluit,denuo remeans. Nā & ipſū agrū hono
rādū eſſe decreuit:eiq̄ Bethel nomē īpoſuit quod diuinas diuitias latina līgua ſignificat. Procedēs
ad meſopotamiā lōgo tēpore uenit ī Carrā. paſtoreſq̄ ī ſuburbāis iuueniēs:& pueros adoleſcētulos
ac uirgines ad quendā puteū aquā haurituros. morabat cū eis potū quærens & uerba cū eis faciens
pcunctabaturq̄ ab eis ſi noſcēt quendā Iaban:adhuc ſi ſupereſſet. Illi uero oēs ſe nouiſſe dixerunt:
talēq̄ uiꝝ eſſe q ignorari nō poſſit:eiuſq̄ filiā una cū eis gregē paſcere:quā mirabantur nō eſſe præ
ſentē:dicētes ei. Ab ipſa ītegrius agnoſcere poteris:quæcūq̄ de illo audire deſideras. Hæc itaq̄ illis
dicētibus:aſtitit puella cū paſtoribus:qui una deſcenderāt:eiq̄ Iacob oſtēderūt dicētes Peregrinus
iſte uenit de patre tuo cōſulēs illa uero læta facta per infantiā propter Iacob præſentiā: requirebat
eum quis eēt,& ad eos unde ueniſſet:& qua cauſa adductus fuiſſet:orabatq̄ ſimul ut eſſet poſſibile
præſtandi ei quibus ueniſſet egens. Iacob autem non propter cognationis cauſam:neq̄ propter fa
uorem præſentem.ſed amore puellæ uictus obſtupeſcebat pulchritudinem eius talē eſſe conſpiciēs
ut pauce mulierū ita florerent:& ait. Mihi ad te & patrē tuū:ſi tamen tu filia es Iaban familiaritas eſt
& antiqua mea tuaq̄ generatione conſiſtens:de Thare enim Abraā & Aram & Nachor filii ſunt pro
greſſi. Batuel tuus auus filius eſt Nachor. De Abraam autem & Sara quæ nata eſt de Aran:Yſaac pa
ter meus eſt. Vicinum & nouum cognationis pignus inuicē poſſidemus. Rebecca autē mea mater
Iaban tui patris ſoror eſt ex eodem ſimul patre & matre progenita. Conſobrini ſiquidē ſumus ego
& tu. Nunc ueniens amplector uos:antiquāq̄ nobilitatem renouaturus aſſiſto. Illa uero recordata
ſicut iuuenibus accidere ſolet quæ præaudiſſet a patre de Rebecca:& parentes ſciens nomē eius de
fideranter audire:propter paternum fauorem ad lachrymas adducta eſt:& amplexata Iacob. Quem
cum oſculata fuiſſet:perducere maxima delectatione optabat ad patrem:omnibuſq̄ domeſticis me
moriam matris eius eſſe dicebat:intenditq̄ ei totius boni retributionem:eūq̄ ad patrem iam ueni
re iubebat:& ſequi ſe præcedentem:nec eius delectatiōe.fraudari amplius illo tardāte poterat. Hæc
dicens ducebat eum ad Iaban. Cognituſq̄ ab auunculo:& ipſe ſine formidine inter amicos erat & il
lis delectationem maternam conferebat inopinabiliter eis oſtenſus. Poſt non paucos itaq̄ dies Ia-
ban gaudere ſe quidem in eius maxime præſentia:& ultra quam indicare poſſit ſermone dicebat
cauſam pro qua ueniſſet:patrem matremq̄ ſenes derelinquēs:& eius præſentiæ ſolatiis indigentes
ab eo quærebat:præbiturumq̄ ſe omnia quibus opus haberet promiſit. Iacob autem omnem ei cau
ſam narrabat:dicens Yſaac fuiſſe geminos filios:ſe:& Eſau:quem dum pro paternis oratiōibus ma-
tris ſapientia fefelliſſet:illum ſe interficere uoluiſſe dicebat:tanquam ablato ſibi a deo regno:& bo-
nis quæ pater optaſſet:& hāc fuiſſe cauſam ſuæ præſentiæ:materno mādato factæ. Omnibus enim
inquit nobis ſunt fratres:ſed mater amplius illius cognationem metuens:ita mihi proſpexit:q̄ uti-
que ſolum meæ puericiæ munimen iudicauit. Vnde deum reſpiciens in præſentibus ſum ſecurus.
Laban autem & propter parentes eius promiſit omnem ſe ei participare clementiam:& propter ma
trem pro cuius fauore licet abſentis ſtudium ſuum circa eum ſe dicebat oſtendere:gregis ſcilicet cu
ram eum habiturum conſtituere ſe dicebat:& præponendum his exoptabat:uoluntaremq̄ ad pro-
prios remeare patentes cum talibus donis & honoribus dimittendum qualibus talis cognatus iu
ſte promeritus eſſet. Iacob libenter hæc audiens: donec eſſet quidem apud eos: hunc laborem fer-
re gratiſſime ſe reſpondit:mercedem uero pro tali labore Rachel nuptias poſtulauit: cum etiā pro-
pter alia honore digno haberetur: & maxime quod miniſtra eius fuiſſet aduentus. Amor nanque
puellæ eum huiuſmodi uerba facere compellebat. Laban gauiſus in his annuit ei puellæ nuptias:
nec alium generum meliorem ſibi optaſſe: ſi tamen apud eum aliquantum maneret tempus ad cha
nanæos non ſe miſſurum filiam:quando etiam de ſororis cura penitentiam agere ſe dicebat q̄ eam
ibidem direxiſſet. Cum uero Iacob hoc fieri conſentiret.ſeptem promiſit annos:tantum enim ſo-

cero iudicauit miniſtrandum:uirtutis ſuæ prebens experimentum ut quis eſſet magis agnoſceretur. Laban ſuſcipiens ſermonem tempore tranſacto prepoſuit epulas nuptiarum. Nocte ergo ſuper uenienteignorante iacob collocauit ei alteram filiarum Lyam ſeniorem:& non decoram aſpectu illeuero per ebrietatem nocte ei permixtus. die facto apud Laban de iniuſtitia querebatur: Qui dandam ueniam neceſſitati poſcebat:ob quã talia gefferat:non enim per malignitatẽ ei Lyam dediſſe: ſed alia maiore cauſa uictum ſe hoc feciſſe dicebat:quæ tamẽ impedire nõ poſſet: ſed amãti daturũ ſe eã poſt ſeptẽ annos alios promittebat. Conſenſit ergo iacob:nihil.ſ.aliud ei amor puellæ facere permittebat:& præteritis aliis ſeptẽ ãnis Rachel accepit uxorẽ. Erãt ambabus miſtræ quas dederat pater. Zelpha quidẽ Lye. Rachel aũt Bala nõ quidẽ ancillæ:ſed ſubdite. Et Lyæ magna erat ſollicitudo de amore uiri:quẽ habebat circa ſororem ſperabatq; ſe exiſtentibus filiis honorandã: & exorabat continue deũ natoq; maſculo filio & propter hoc cõuerſo ad eã uiro Ruben filiũ nominauit: eo quia dei miſericordia ei fuiſſet cõceſſus:hoc enim ſignificat iſtud nomen. Habuit autẽ poſt tempora ẽt alios tres filios; Simeon quod nomen ſignificat exaudibilẽ ei fuiſſe deũ:deindẽ Leui quaſi firmator ſocietatis:poſt hunc iudam quod gratiarum ſignificat actionem. Rachel autẽ metuens ne propter copiam partus ſororis minorem apud uirum partem haberet collocauit cum Iacob ſuam famulã Balam ex qua naſcitur dan:quod a deo iudicatum latina ſignificat lingua & poſt hũc Neptalim tanq; ex machinationibus:eo q; contra partus ſororis copiam arte fuerat uſa. Hoc & Lya fecit contra opus ſororis denuo machinata:collocauit ei & ipſa ſuam famulã:& natus eſt de Zelpha filius Gad quod quis potuerit appellare fortuitum:& poſt hũc Aſer: quod beatificũ poterit dici: qui Lyæ gloriam cumulauit. Cum autem Ruben ſenior filio; Lyæ matri mãdragore mala portaret:rachel aſpiciens dari ſibi poſcebat: quia cupierat cibũ: illa nõ conſentiente: ſed ſufficere ei dicente:q; eam uiri honore priuaſſet:Rachel mitigans ſororis iram conceſſura ſe ei dicebat: ut cum ea uir illa nocte maneret. Qua hoc percipiente munus Iacob cũ Lya dormiuit. Rurſus ergo nati ei filii ſunt: Yſachar quidẽ quod ſignificat mercede factum:Zabulon quod indicat fauoris pignus ad eã. Nata eſt autẽ & filia Dina. Poſt hæc tempora natus eſt & rachel filius Ioſeph:quod ſignificat augmẽtum alicuius faciẽdum. Hoc ergo omne tempus quod ſũt anni uiginti paſcebat ſoceri greges. Poſt hoc rogabat ut ſumptis uxoribus ab eo diſcederet. Socero hoc non permittente latenter hoc facere cogitabat:uxores requirebat quid de profectione tractarent. Illis autem diſcedere libenter dicẽtibus Rachel & ſimulachra deorum quos collere patria lex erat pariter furata cum Lya ſorore fugiebat & utriuſq; pueri:& puellæ cum filiis:& quicũq; poſſeſſio eis erat. Ducebat etiam gregum medietatem nõ reſpiciẽte Laban. Rachel deorum ſimulachra portabat:licet docuiſſet eã Iacob huiuſmodi deorum honorem ſpernendum:ut ſi compræhenderentur ſequente patre ueniam illa ad hæc cõfugiẽs impetraret Laban autem poſt primum diem cognoſcẽs Iacob diſceſſũ ſimul & filiaq; multũ malo animo perſequebatur maxima uirtute circundatus:& ſeptima die in quodã colle procul eos collocatos iuenit:& tunc quidẽ quia erat ueſpera requieuit. Viſio ergo ei apparuit monens: quatenus ſinens generũ atq; filias cõqeſcere:nihil in eos pro furore præſumere: ſed ut pacta faceret cũ Iacob: q; ſi eius contẽnens paucitatem aggrederetur cum eo pugnare ei auxilium dicebat illa uiſio præbitura. Laban autẽ dum huiuſcemodi ei factum a deo fuiſſet alloquiũ:orto die Iacob euocãs & manifeſtans ei uiſionem:cui credens ad talia declinaſſet:cœpit eum culpare dicens: qũo eum & pauperẽ uenientem ad ſe:& omnium ſuſciperet indigentẽ:eiq; cunctã poſſeſſionis ſuæ ubertatẽ præbuerit. Nam & filias meas inquit coniunxi tibi:fauorem tuum circa nos per hæc agendum eſſe confidens: tu uero neq; matris tuæ aut cõmunionis quã circa me per cognationem habes:neq; uxorũ quas duxiſti pudorẽ gerens:neq; filiorum quorum ſum auus:lege apud me uſus es belli:poſſeſſionẽ meam quidem auferens:filiabus autẽ genitorem ſuum fugere perſuadens: ſacra quoq; paterna diripiens: domi utiq; portaturus: quæ & a meis parentibus honorata ſunt: & a me religione ipſa coluntur:& hæc quidẽ quæ nec expugnãtes ſuos inimicos faciũt:tu perpetraſti cognatus:& ſororis quidẽ meæ filius:filiarum uero maritus & coepulator meus domui meæ talia ingerere nequaquam dubitaſti. Cum hæc dixiſſet Laban:ita ſatiſfaciebat Iacob dicens. Ego non ſolũ deum patriæ deſideraui: ſed etiã omnes una cognatos:& poſt tantũ tempus dignum eſt me ad propria remeare. Pro præda uero quod dicis alio indicante tu potius innenieris iniuſtus:cum te deceret gratias nobis ſoluere pro his quæ a me cuſtodita & facta maiora ſunt:quo in hoc iuſtitia non priuaris: cũ mihi ingratus exiſtis. Cur patrem eius paruam abſumentes abſceſſimus. Filiæ uero tuæ non mea malignitate ſecutæ ſunt:ſed iuſta deuotione quam ſcimus uxoribus legitimis circa uiros poſſe competere. Sequuntur non tantum me quantum filios. & hæc quidem ipſe dicebat:ne aliquod gereretur in congruũ:quæ rebatur autem accuſationem quam faciebat:quia cum matris eius uideretur eſſe germanus: & filias ei iunxiſſet: imperiis eum uulneraſſet aſperrimis. xx. annis eum detinens: & alia quidem nuptiarũ occaſione feciſſet:quæ licet crudelia leuiter ſuſtinuiſſet: peiora tamen facta poſt nuptias: quæ quilibet etiam inimicus effugeret. Reuera ualde crudeliter Laban uſus eſt Iacob. Videns enim ei deum ad quodcunq; uoluiſſet eſſe præſtabilem promittebat ut quicquid natum fuiſſet ei præberet: interdum quicquid album procederet:aliquando uero quæq; nigra naſcerentur. Creſcente ſub no-

mine Iacob gregum partu aliquando quidem fidem de præsenti non custodiebat: aliquando autẽ in alterum annum præbiturũ se esse dicebat: eo q̃ multitudine gregum uideret eum abundare: cum in futuro tantum fore potius desperaret: fallebatq; rursus in his quæ nata conspiceret. De sacris autem furatis iussit inquisitionem fieri. Cum accepisset ergo Laban perscrutandi potestatem: Rachel hoc audiens posuit idola i stratorio cameli qui portabat eã: & sedens naturalẽ sibimet purgationem dicebat imminere. Et Laban quidẽ cessauit amplius perscrutari: non credens q̃ cum tali passione ad ydolas accederet: fecitq; cum Iacob fœdus: in nullo eorum quæ gesta fuerant memoriã habiturus. sed & ille filias suas se dilecturum. Et has pollicitationes fecerunt super montes quosdam: in quibus columnam statuerunt sub climate aræ: unde collis ipse dicitur galaad: ex quo hactenus terrã galaditen appellant. Et cum factis pactionibus immolassent: Laban quidem reuersus est: Iacob in chananæam procedente: subinde uisiones apparebant: de futuro ei spem optimam pollicentes: Et locum illum quidem appellauit dei castra. Volens autẽ nosse quid cogitaret eius frater: singula cognituru cum integritate præmisit: metuensq; propter priscam suspitionem: præcepit his quos mittebat ut dicerent Esau: quia Iacob putans iniustum esse ut hic te irascente conuiueret: de prouincia sponte discessit: & nunc sufficiens tempus esse putans reconciliationis reuersus est ducens uxores & filios: cum diuitiis acquisitis: & cum preciosis rebus semetipsum tibi traditurus: quod maximum bonum fore iudicat: ut cum fratre fruatur his quæ ei sunt a diuinitate collata. Et illi quidem hæc indicauerunt. Esau uero lætus effectus: fratri cum quadringentis occurrit armatis. Iacob audiens uenire eum in occursum sibi cum tantis armatis expauit. Deo tamen spem salutis suæ commisit & prouidentiam rerum præsentium fecit: quatenus & ipse suũ sine passione seruaret: inimicisq; præualeret si aliquod iniustum facere uoluissent. Distribuens ergo qui cum eo erant: alios quidem præmittebat: alios autem post tergum proxime sequi iubebat: ut si uim paterẽtur qui præmissi fuerant insistente fratre refugium sequentes haberent: & omnes qui cum eo erant hoc modo disponens: misit quosdam fratri munera deportantes. Erant iumenta quæ mittebantur: & quadrupedum multitudo uariorum quæ grata suscipientibus forent: eo q̃ illi rarius hæc haberent. Mittebantur autẽ diuersis uicibus ut frequẽter aduenientes multi eẽ putarent. Placabat ergo p dona iram eius: si adhuc aliqua indignatio remãsisset: sed etiam sermonibus blandis iubebat uti: quos mittebat ad eum. Hec disponẽs per totũ diẽ nocte ueniẽte monebat suos. Cũq; fluuiũ quẽdã trãsisset nomine Labos: Iacob ibi remanẽti uiso quædam apparuit: cũ qua luctabatur: illa utiq; uisiõe initiũ certaminis faciẽte: q̃ etiam uoce usa est: simul & uerbis letariq; eum in his monens quæ facta uidebãtur: nec modico se ꝑualuisse crederet: sed grandẽ ãgelũ dei uicisse: & hoc signũ arbitrari magnorum sibi fore bonorum: & q̃ nũq̃ eius desereret genus: nec fortiorem hominũ quẽq̃ illius esse uirtutis: præcepitq; eũ uocari Israhel: quod hæbraica lingua significat reluctãtẽ angelo sacro. Hæc igitur iacob posceute illa uiso prædicebat. Qui sentiens angelũ dei esse: rogabat: ut quam partem hituru eẽt ei significaret. Et uiso quidẽ cum ista dixisset disparuit. Letatus autem Iacob in his phanuel locũ denominauit. Cũq; ei ꝓp certamen dolor fuisset factus circa neruum latũ: & ipse abstinuit eo cibo: & ꝓp illum neq; nobis ẽ cõmestibilis. Proximũ iã audiẽs eẽ fratrẽ iussit ꝓcedere utrãq; cõingẽ seorsũ cũ ancillis: suis: ut de longe conspiceret opa uirorum pugnandum: si hoc uoluisset esau. Fratrem autẽ sibi ꝓxime uenientẽ ipse salutauit: nihil de eo dolose cogitantẽ. Et Esau ãplexus eum requirebat de multitudine filioꝝ & mulierum. Et cum cognouisset: ipse quidem uenire eos rogabat ad patrem. Iacob ergo excusante eos de iumẽtoꝝ labore: Esau discessit in seir: illic. n. commorabatur: appellauitq; uillam de sua. s. hirsuta capillatura. Iacob autẽ uenit ad scenas. i. ad tabernacula q̃ hactenus sic uocãtur. Vnde in sicimiam quoq; profectus est: quæ ciuitas ẽ chananæorum. Sicimitis autem solennitatem agentibus: Dina quæ fuit filia iacob: sola transiuit ad ciuitatem: emptura ornamẽtũ ꝓuicialiũ mulierum. Videns ergo Sichem regis Emmor filius: eam corrupit abreptã: & amore confectus deprecatur patrem: ut ei ꝓ uellam acciperet in uxorem. Ille uero consentiens uenit ad Iacob supplicans ut filio suo Sichem Dinam lege coniungeret. Iacob igitur neq; cõtradicere ualens ꝓp dignitatem supplicantis: neq; legitimum iudicans alienigenæ filiã copulare petit cõcedẽdum sibi spaciũ: ut deliberaret de quibus poscebat. Abscessit ergo rex sperans Iacob nuptias filio suo concessurum. Iacob aũt indicans filiis: & corruptionem sororis & supplicationẽ Emmor: petebat cogitãdum esse quid fieret: & plurimi quidẽ tacebant: consiliũ nõ inueniẽtes. Symeon uero & Leui puellæ fratres ex matre eadẽ nati: huiusmodi sibi constituerunt actionẽ adinuicẽ: ut cũ esset festiuitas & sicimitæ requie: & epulis uterent: incunctanter primis custodiis assistentes dormientes occiderent: & uenientes in ciuitatem interficerent omnem masculum: & regem cum eis & filium eius: soliscq; parcerẽt mulieribus. Hæc efficientes præter cõscientiam patris reuocauerũt Dinam. Iacob aũt factorum magnitudinem admiranti: & filiis irascenti deus assistens: iussit eum confidere: & purificantem tabernacula: sacrificia celebrare: quæ prius cum iret in Mesopotamiam pro somni apparitione deo uouerat. Cũ igitur purgaret suos: Laban deos inuenit neq; n. sciebat a Rachel furatos esse: & quia eos celasset in terra sub arbore quadam: hos ergo inde tollẽs sacrificabat in Bethel ubi somnium uiderat cum Mesopotamiam prius iret: hinc. n. proficiscens uenit in Effrata: ubi Rachel ex partu mortuam sepeliuit:

quæ ſola inter cognatos in Ebron honorem ſepulturæ habere non meruit. Et ualde fleuit filium ex ea natum Beniamin appellauit: propter dolorem qui ob eum matri prouenerat. Iſti ſunt ergo filii Iacob omnes: maſculi quidem duodecim: fœmina uero una. Hoꝝ octo legitimi: de Iya ſex quidem: duo uero de Rachel: quatuor autem de famulabus: bini ex utraq; quorum & nomina ſuperius dixi.

Moritur Yſaac in ebron: & ſepultura filiis ſuis: Rebecca uxore prius defuncta. CAP. XXVIII.

VEnit ergo hinc in ciuitatem ebron poſitam inter chananeos. Illic aũt Yſaac commorabatur: & paululũ quidem pariter uixerũt. Rebeccã Iacob uiuã non repperit. Moritur & Yſaac: non poſt multũ q̃ filius eius aduenit: & ſepultus eſt a filiis cũ uxoꝛ in Ebron: ubi erat ſepultura eius parẽtũ. Fuit ergo Yſaac deo uir carus: & multa eius ꝓuidẽtia dignꝰ: poſt Abraam ualde longæuus. Cũq; uixiſſet centum octuagintaquinq; annis: cum uir iure defunctus eſt.

Incipit liber ſecundus antiquitatis iudaicæ.

Quomodo Eſau & Iacob Yſaac filii habitacula diuiſerunt: & Eſau quidem Idumæam tenuit: Iacob autem chananæam. CAPI. I.

POſt mortẽ uero Yſaac filii eius iuicẽ tabernacula diuiſerũt: & nõ ea quæ accepant tenuerũt: ſed Eſau qdẽ Ebron ciuitatẽ fratri dãs habitabat in ſeir & in idumea regnabat: quã regionẽ a ſemetipſo ita uocauit. Edom enĩ noĩatus eſt: quã nuncupationẽ hmõi uenatiõis cã ſortitus ẽ. Aliqñ labore uenatõis eſuriẽs rediebat: dũ adhuc puer eſſet ætate: inueniensq; fratrẽ lentem ꝓparantẽ ſibi ad prandiũ rubeũ coloꝛẽ nimis hñtẽ: & propterea potius icitatus rogabat ut ꝓberet ſibi cibũ. Q ui uendere ſibi primatũ pp cibum p eius eſuriem compulit fratrem. Ille fame compulſus cõceſſit cũ ſacro primatũ. Q uamobrem propter ruboꝛẽ cibi a coetaneis iſantiæ tpe Edom uocatus eſt. Hæbrei nãq; edom rubeũ dicũt. Et iõ regionẽ ſic appellauit: quã græci hõeſtius Idumeã denoĩauerũt. Fuit aũt pr̃ filioꝝ nũero qnq; quoꝝ Hieus qdẽ & Hielõ: & chore ex una mulier ſunt geniti: Oolibama noĩe reliquoꝝ uero Eliphas qdẽ ex Ada: Rabuel aũt de Baſemath ethei ſunt nati. Hieus qdẽ filii nõ fuerũt: heliphas uero fuerũt legitimi quinq;: themã: Omar: Sepphu: Gathan: Cenes. Amalech. n. naturalis nõ erat: de cõcubina thãna noĩe, ꝓcreatus: iſti ſiqdẽ habitauerũt in idumæa q̃ Gobolitis eſt dicta & ab Amelech Amalechitis eſt appellata. Cũ. n. aliqñ magna fuiſſet idumæa: & in tota regione nomen ĩtegꝝ retineret: in ꝑtibus appellationẽ ab habitatoꝛibus cõſeruabat. Contigit aũt Iacob: ut ad tantam fœlicitatis magnitudinẽ pueniret: quæ facile ab aliis appræhendi non poſſit. Diuitiis enim cunctis ꝓuincialibus eminebat: & filioꝝ uirtutibus imitabilis & conſpicuus erat: nec ullius rei penitus indigebat: quando illi ad opus manuum & laboꝝ tollerantiam erant prompti: & ad intelligentiam præparati: in tantũ uero eius habuit diuinitas fœlicitatis curã: ut ẽt ex his quæ triſtia uidebantur eſſe: bonorum ei preberetur ſublimitas: fecerit q; eum: & qui ex eo ꝓcreati ſunt auctores reuerſionis ex ægypto: quo patres noſtri huiuſmodi cauſa morati ſunt.

Quomodo Ioſeph iunior filiorum Iacob ſomnis ei demonſtrantibus fœlicitatem futuram inuidiam ſuſtinuerit fratrum. CAP. II.

IOſeph ex Rachel filiũ ſuſcipiens Iacob: & ꝓp hõeſtatem corpis & animi uirtutem: cũ utiq; aliis ſapientia ꝓcelleret: eũ amplius aliis filiis diligebat. Huic ſiue paterna dilectio odium concitauit fratꝝ ſiue ſomnia. Quæ cũ uidiſſet: patri & eis, ꝓtinus ĩdicauit: eo q; ꝓfectum eius annunciarẽt: cũ ſepius celent hoĩes: ẽt ſuoꝝ fœlicitates. Viſiões quæ apparuerunt Ioſeph erãt hmõi. Miſſus a pr̃e cum fr̃ibus ut colligerent meſſes. & maturas fruges: uidit nimis præcipuã uiſionẽ: & ultra ea quæ ſolent ꝓ ſomnia, ꝓuenire. Q uam uiſionẽ dum ſurrexit fratribus ſuis tanq; ſibi ſomniũ diſcrementibus enarrauit: dicens uidiſſe ſe tranſacta nocte manipulum ſuum de tritico ſtantem in quo eum poſuerat loco: illorum uero concurrẽtes adorare eũ: ſicut dominum ſerui. Illi intelligentes uirtutem eius: & rerum magnitudinem prædicere uiſionem: & contra ſe poteſtatem eius futuram: Ioſeph quidem tanquam ignorantes ſomnia nihil explanauerunt: cõſiliũ uero fecerunt: ne ad ꝓfectũ ea quæ arbitrabant acciderẽt: & circa eũ graues amplius exiſtebãt. Impugnãs aũt diuinitas eoꝝ iuidiã: ſcdam ꝓtitit Ioſeph uiſionẽ multo mirabiliorem quã prima. Vidit. n. ſolẽ ſimul & lunã & cæteras ſtellas ĩ terrã deſcẽdere: & ſe adorare: quã uiſionẽ pr̃i nihil de fr̃ib⁹ mali formidãs: ẽt his pñtibus ĩdicauit: & iterꝓtari ſibi qd hoc ſignificare uelit poſcebat. Ille uero ſõnio gaudẽs: cũ expoſitionẽ mẽte cõſpiceret: & cũ ſapia nõ ſine cõſideratiõe cõiceret lætabatur: magniſq; ſignificatiõibus fœlicitatẽ filio nũciabat: ꝓſq; largiente deo futuꝝ: quo a pentibus & fratribus eẽt honorãdus: & adorari dignus: lunã qdẽ & ſolem pr̃i & mr̃i comparans: eo q; illa augeat & nutriat uniuerſa: ille uero formet: & aliam fortitudinẽ præſtet: ſtellas uero fratribus: cum & ipſi xi. eſſent: ſicut & ſtellæ uigorem a ſole & luna percipientes. Et Iacob quidẽ huiuſmodi non inſipienter diſcretionem ꝓtulit uiſionis: fratres uero Ioſeph uehementer ea quæ ſunt prædicta contriſtauerunt: & incitati aduerſus eum: uelut extraneum bona quæ ſignificata fuerant illis ſomniis habitu-

rum & non quaſi de fratre gaudentes:dum etiam cum eo potuiſſent:his adipiſci bonis:nempe qui cognatione cõmunicarẽt:& fœlicitatis ſocii forẽt:interimere adoleſcẽtulũ ſunt aggreſſi. Cũq; hoc ſtatuiſſent:conſilium ad perficiendum illud tendebant:in ſicimis abeuntes Hæc autem prouincia paſtorum eſt ouium optima:& gregum alimentis ualde copioſa. Quo dũ gregum curã:haberent: & patrem ſcire non fecerunt:quia ibidem remoti eſſent. Ille ignorãs hæc:eo q; nullus ad eum a gregibus aduenirẽt:qui quod eſſet uerum de filiis nunciaret:triſtemq; pro illis animum gerẽs:& in ſormidine conſtitutus miſit Ioſeph ad greges ut de fratribus ſuis agnoſceret:& quid agerent indicaret. Illi autem fratrem uidentes ad ſe uenire:gauiſi quidem ſunt:ſed non quaſi familiaris ſui præſentia: & a patre directi:ſed quaſi ſuper inimico:& manibus eorum diuina uoluntate contradito. Ad internitionem ergo eius nolentes differre præſens tempus protinus acceſſerunt. Quos dum Ruben ſenior eorum inſpiceret ita conſpirare:& ad actum iam uideret unanimes:eos retinere tẽtabat magnitudinem præſumptionis: & ſcelus eis oſtendens: quia malignum quidem deo & hominibus eſſet abhominabile etiam non conſanguineum hominem perimere:multo magis autem ſceleſtius cedẽ in fratrem ita perficere:quo. ſ. interfecto pater una perimeretur: & mater in luctu ex filii nõ humana lege facta priuatione conſumeretur. Etiam eis hoc dicebat ut uno animo perciperent quid ipſi paterentur mortuo ſibi filio:& iuuenculo:& recederent a tali præſumptione deum timentes: qui inſpector ſimul & teſtis eſſet:& ab huiuſmodi actione recederent:penitentiamq; diligerẽt:& potius temperantiæ deſeruirent:nam accedentes ad hoc opus:omnem pœnam pro fratris nece perſoluerẽt:uidentes utique dei prouidentiam ubiq; præſentem:cui neq; quod in deſerto:neq; quod in ciuitatib⁹ agitur eſt abſconſum:ubicunq; enim homo eſt:oportet ſcire illic eſſe deum:ſed etiam conſcientiam ſuã eos habituram inimicã in his præſumptiõibus edicebat:quã neq; bonã habentes aliq; neq; talẽ qualis in eis tunc habitaret poſt mortem fratris effugerent. Adiiciebat dictis etiã hæc: quia fratrem neq; iniuſtũ aliquid facientẽ ſanctũ eẽt occidere:bonũ eſſe uero etiã inimicis obliuiſci:ſi quid ſorte peccauerint:Ioſeph aũt in nullo malignum circa eos extitiſſe:cur eũ occiderent:cuius ætatis infirmitatem mẽſurate deberẽt:qñ ipſe eorum tutelam potius expectaret. Cauſa uero huius iteritus multo peiorẽ eorum actionẽ faceret:eo q; propter inuidiã futurorũ bonorum eum uita priuare niterentur: quibus bonis ſimul cum illo uterentur:eius communioni pariter participantes:cum non extraneus ſed domeſticus eorum exiſteret:unde deberent ſua putare:quæcunq; Ioſeph largitas diuina conferret:ſed & iracundiam ſupernam propterea ſeuientem ſibimet futuram: ſi eum qui a deo iudicatus fuerat dignus:occiderent:& auferret deo eum cui eſſet talia donaturus. Et Ruben quidem hæc dicens & his potiora ſupplicans:eos a fratricidio conabatur auertere. Cum uero in nullo eos mitiores uideret:ſed feſtinantes ad necem ſuadebat ut malum ſceleris aliquatenus leuigarent. Nam ulciſci ſe uolentes prius credebat flectere. Cum uero præualuiſſent ut fratrem occiderent:dicebat non eſſe ualde futuros malos:ſi in his quæ nunc hortaretur obedirent in his enim eſſet & opus quo feſtinarent:non tamen huiuſmodi:ſed leuius in comparatione mali. Petebat eos manus quidem in fratrem non iniicere:ſed proiectum in lacum uicinum eum illic deſinerẽt mori:& ſcelus manuum ſuarum uel ita leuigari. Illis autem conſentientibus:ſumens Ruben adoleſcẽtulũ & caute ligans eum in lacum cum quiete depoſuit:erat enim ſine aqua. Et ille quidem dum hoc feciſſet abſceſſit quærẽs loca oportuna paſturæ.

Quomodo idem ipſe in Aegyptum uenundatus a fratribus propter odium quod habebãt in eũ: factuſq; inſignis & clarus:ibi fratres habuit ſubiectos. CAPI. III.

Vdas autẽ qui & ipſe filius erat Iacob uidẽs negociatores arabes ex iſmahelitarũ gene re aromata:& onera ſyria portantes ægyptiis de Galaath poſt diſceſſum Rubẽ fratrib⁹ perſuaſit ut extrahentes Ioſeph uenderent arabis quo longius cõſtituto:uel ſi moreret apud peregrinos:ipſi forẽt a ſcelere liberi. Hoc dũ placuiſſet:Ioſeph extrahẽtes: negociatoribus uendiderunt:præcio nũmorũ .xxx. cũ decẽ & ſex eſſet annorũ. Rubẽ aũt nocte ad lacum ueniens:latens fratres ut liberaret Ioſeph:dum clamante eo non reſponderet:metuens ne poſt abſceſſum eius interimerent eum culpabat fratres. Illis quod geſtum fuerat edicentibus:ceſſauit a luctu Rubẽ. Cũq; hæc circa Ioſeph geſta uiderentur a fratribus quid agerent poſtea ut extra ſuſpitionem patris fierent exquirebant:tunicamq; qua uenerat indutus ad eos Ioſeph quam abſtulerant dum eum in lacum deponerent:placuit eis diſcerpere:& hirci ſanguine maculatam portare: patrique monſtrare ut ei uideretur quaſi a beſtiis deuoratus. Quod facientes uenerunt ad ſenem. Et cum ab eis de filii cognitione inquireret:dicebant ſe quidem Ioſeph neque uidiſſe, neque ſi qua calamitas ei accidiſſet nouiſſe illam uero tunicam inueniſſe ſe ſanguine maculatam atq; diruptam & arbitrari ſe q; incidens in beſtias interiiſſet:ſi tamen ex tunica agnoſceretur:& ſi hac indutus fuiſſet de domo proficiſcens. Iacob autem cum prius in leuiori ſpe fuiſſet:tanquam ſorte prædato ſuo filio:hanc ſpem deſeruit:cum tunica eius mortis indicium ei faceret manifeſtum. Cognouerat enĩ eum ipſa ueſtitum cum propperaret ad fratres: & uelut ſuper mortuum decætero uidebatur afflictus adoleſcentem lugens:& tanquam ſi unius filii pater eſſet: aliorumq; conſolatione priuaretur: ſic erat apud ſemetipſum male:prius fratribus eum eſtimans comparatum qui a beſtiis credebatur

esse comsumptus. Sedebat sacco uestitus: tristitia grauissimus: ut neq; a filiis consolationem sumeret leuior fuisset: neq; laborando doloribus interdicere prævaleret. Ioseph autem uenditum a negociatoribus comparans Putiphares uir ægyptius qui erat super coquos regis pharaonis: habebat in omni honore: doctrinamq; liberalium edocebat: & ali eum meliori cibo quam conueniret: seruili fortunæ iubebat: commisitq; ei domesticam curam. Ille uero cum his frueretur: uirtutem humilitatis quæ circa eum erat: neq; hac mutatione dereliquit: sed ostendit prudentiam cum certissime affuerit prævalere posse rebus in uita difficilimis: nec fœlicitatibus solummodo temporalibus inhærere. Itaq; dum uxor eius domini propter pulchritudinem & opportunitatem actuum eius: esset illius amore confecta: & putaret quia si hoc ei faceret: manifestum facile eum suaderet uenire ad suum concubitum: quasi ille iudicaret fœlicitatem eo q; ei domina supplicaret: & ad figuram illius tunc seruitii: & non ad modum respiceret castitatis: desiderium suum ei prodit: & uerba de permixtione fecit. Cuius respuebat ille preces: dicendo non esse iustum huiusmodi sibi imponi seruitium. unde emptorem a quo tanta dignitate fuerat honoratus: iniquitatis contigeret iniuriam sustinere: sed rogabat eam comprimere passionem: desperationem quippe ei huius desiderii præponens: quia si non esset spes: hoc ei facile possit auferri: se uero omnia potius ferre dicebat quam in hoc quodammodo consentire. Nam si seruum inquit domine sue nihil facere oportet aduersum: contra hæc precepta maxime conuenit resultare. Illius autem amor potius augebatur: eo q; non speraret omnino deuiare Ioseph. Et dum uehementer obsideretur a passione: secundum rursus fecit experimentum. Igitur dum festiuitas publice celebrationis instaret: in qua ad cerimonias etiam mulieres interessent: ægritudinem marito simulauit: captans ob hoc solitudinem atq; silentium: ut exoraret Ioseph. Qui dum accessisset uberiores prioribus obtulit ei sermones: quia bonum quidem fuisset ut precibus priscis flecteretur: nec in aliquo contradiceret propter reuerentiam dominæ deposcentis: & excellentiam passionis: qua cogeretur domina de sua dignitate descendere: se nunc melius ageret: si quæ pridem contempserat emendaret. Nam si secundas preces expectaret: hoc illa etiam studio maiore se fecisse referebat: ægritudinem simulasse: & festiuitati uel cerimoniis præposuisse eius amplexum: sibi autem q; primis sermonibus non credendo resultauerat: nulla factum fuisse malicia iudicaret: signumq; crederet utilitatis bonorum præsentium: q; ipsa in ea uoluntate persisteret: quæ bona iam quasi possideret si eius amore flecteretur: & maioribus frueretur obediēs uindictam uero & odium eum asserens susceptorum: si eius contemneret dignitatem: sed etiam dominæ castitatem conferre uideretur. Neq; enim hoc illum iuuare posse dicebat: sed ipsa ad accusationem accederet illius: & tentatam se ab illo marito proprio mentiretur: magisq; creditorum uxoris sermonibus quam illius: licet eos ex ueritate proferret. Hæc dicente muliere: simul & flente: nec misericordia eum recedere a castitate suasit: nec metus coegit: sed & preces respuit: & minis nō cessit: metuens iniusticiam sustinere: & pati magis quodlibet sæuius elegit: quam lætus uti præsentibus: in quibus etiam conscius esset perditionis suæ. Commemorabat autem eam nuptias: & uiri societatem: & his potiora distribuenda: quam tēporalis ardoris libidini supplicabat: nam talibus perpetratis: quæ pœnitentiam magis augerent: dolorem sumeret & nequaq; quod deliquerat emendaret: & timorem nimium esset habitura: quando causa huius mali nullatenus possit abscondi: uiri autem suæ societatis adoptionem habitura sine periculo: insuper magnam conscientiæ apud deum fiduciam simul & apud homines: tanquam in eius manens amplexibus munda & apud eum dominæ potestatem: non pro peccato habitura confusionem: multoque melius esse habere fiduciam in bonis quæ cognoscuntur: quam in malis quæ timore celatur. Hæc dicens: & his multo maiora: ardorem mulieris retinere: eiusq; passionem conuertere ratione nitebatur. Illa uero studio suo uehementius incitata immittens manus: cum uerbis suadere desperasset: eum cogere tentabat. Cunq; fugisset iratus Ioseph: illa eius tenente uestem qua se exuerat: exiliuit domo. Quæ in formidine cōstituta: ne uiro suo hoc diceret: iniuriamq; uolens præuenire: quatenus aduersus Ioseph mentiretur: excogitauit: ut hoc modo ulciseretur iniuriam: quæ fuerat ita superbe contempta. Præcedere uero in accusatione sapientissimum fore simul & mulierebre credens: sedebat quidem deiecta atq; confusa ob tristitiam qua cupiditate sua fuerat decepta: temptamentum corruptionis suæ cum irā frangens alias iungens. Veniente autem uiro: uultu turbato causamq; consulenti fecit ioseph ac cusationis initium: & uelut mortua dixit marito. Seruum nequā cubile tuū uiolare uolētē castiga qui neq; qualis in domum nostram uenerit recordatus timuit: neq; quantum ex tua bonitate promeruit: mente percepit: sed pro his cum rebus omnibus bonum se præbere debuisset: insidiatus nobis est: ut lectum tuum contumeliis afficeret: & hæc i festiuitate captans absentiam tuam. Qui licet humilis primitus uideretur: propter tuum quiescebat metum non quia eēt natura benignus. Hoc autem factum est: eo q; indigene: & præter spem ad honorem accesserit. Q ui dū fidē tori⁹ possessionis tuæ & dispensationem obtinere prævaluisset. & senioribus famulis præpositus esset: tuam quoq; uiolare tentauit uxorem. Dum uero quieuisset in uerbis: oñdebat ei uestem quasi dum tētasset ei uim facere reliquisset eam. Putiphares neq; lachrymis uxoris: neq; his q̄ dicebat illa: uel uidebat ipse discernens: & eius amori cuncta distribuens: examinationem quidem ueritatis fieri non

permiſit:uxori tribuens caſtitatem Ioſeph uero nequam eſſe decernens: & illum quidem malignorum miſit in carcerem uxori uero potius caſtitatis ornamentum ineſſe teſtificatus eſt. Ioſeph itaq; deo omnia ſua cõmittẽs: neque ad ſatiſfactionem:neque ad integram factorum manifeſtationem conuerſus eſt:ſed uinculis & neceſſit ate tacitus manſueruſq; ſuccubuit: meliorem eſſe confidens deum: cauſam calamitatis:& ueritatem ſcientem:quam illos:qui eum iniuſte pœne contraderẽt:cuius prouidentiæ experimenta repente ſuſcepit. Cuſtos nanq; carceris diligentiam fidemque eius: conſiderans:& uidens dignitatem eius formæ ſubſtraxit uincula. & quod erat peſſimum leuius ei fecit ciboque eum uti quam uinctis conueniebat:meliore præcepit. His uero qui in eiſdem calamitatibus erant:dum ab enumnarum onere ceſſarent:ad colloquium ut aſſolet communionis & ſimilis calamitatis uenientibus:& adinuicem cauſas pro quibus condemnati fuerant requirẽtibus:pincerna regis & ab eo uehementer honoratus:eiuſq; effectu deuinctus & cum Ioſeph habens compedes. Familiarior ei magis effectus eſt. Sapientia nanq; ei uidebatur excellere:cũque ſomnium uidiſſet expoſuit:petens: ut quid ſignificaret: inſinuaret: accuſans quia ſupra mala regis adhuc ei diuinitas ſollicitudinem apponeret ſomniorum. Dicebat ergo ſe uidiſſe trium palmitum natos botros: ex unoquoq; pendere:grandes iam:& ad uindemiandum ſpecioſos: eoſq; ſe comprimere in poculo regis muſtumq; offerre bibituro:& illum grate ſuſcipere. Quod ergo uiderat:hoc eſſe dicebat: poſcebatq; ut quæcunq; Ioſeph in his ſortiretur intellectum:ei ſuo manifeſtaret eloquio. Ille uero exhortabatur eum confidere:& ſperare in diebus ſe tribus a uinculo abſoluendum: rege deſiderante miniſterium eius:& rurſum in eo eſſe conſtituẽdum. Fructum enim uineæ ſignificauit in bonum deum hominibus præbuiſſe: quod etiam ipſi libatur: & fidem hominibus amicitiamq; paſcitur. Soluit ergo lites paſſioneſq; & triſtitiam aufert his quibus offertur:& ad delectationes ſpe conuertit. Hoc ergo quod dicis inquit ex tribus compreſſum botris manibus ſuſcepiſſe regem tuis: bona uiſionem ſcito tibi futuram & præſentis neceſſitatis indulgentiam in tot diebus prænunciantem de quantis palmitibus fructum uiſus es per ſomnium uindemiaſſe. Sed memor eſto mei cum fueris hæc expertus: qui tibi pronunciaui bona:& in poteſtate conſtitutus:non obliuiſcaris in quibus nos derelinquis. Nihil enim peccãtes ad uincula uenimus:ſed pro cauſa ueritatis & caſtitatis: ea quæ reorum ſunt ſuſtinere damnati ſumus:quando nec in propria delatione eum qui nobis hæc intulit iniuriam ſuſtinere uoluimus. Et pincernæ quidem ut aſſolet audiente huiuſmodi expoſitionem ſomni gaudium erat:expectabatq; interpretationis finem: Seruus autem quidam ſupra piſtores cõſtitutus:cum pincerna uinctus in carcere:cum talem Ioſeph protuliſſet de illius uiſione ſententiam:in ſpe bona conſtitutus: cum & ipſe ſomnium uidiſſet: petit Ioſeph: ut & illi quæ præterita nocte uiderat:quid uellent ſignificare depromeret. Erat enim inquit huiuſmodi. Caniſtra tria ſuper caput meum ferre me uidi: duo quidem panibus plena:tertium obſonio:uariiſq; cibis: & qualia ſolent regibus miniſtrari: ſupernolantes autem alites: omnia conſumpſiſſe. Et ille quidem credebat ſibi ſimilem expoſitionem futuram:quam pincernæ dixerat. Ioſeph autem concipiẽs animo ſomnium: dixit ad eum:uẽlle quidem ſe interpretem ei fore bonorum:& non talium: qualium uiſio demonſtraret: duas inquit ei uitæ ſupereſſe dies: hoc dicẽs caniſtra ſignificare: tertia uero eum crucifigendum: cibumq; uolatilium eſſe futurum: nihilque fore: quod ei auxilium poſſet ferre. Hæc ergo ſimilem terminum in ambobus ut Ioſeph dixerat ſuſceperunt. Prædicto nanq; die cum natalis eſſet regis: non ſicut Rex agens: piſtorem quidem crucifixit:pincernam uero uinculis abſoluens: in proprium miniſterium reuocauit. Ioſeph uero cum duobus annis uinculorum mala ſuſtineret: nihilq; a pincerna prædictorum memoraretur:deus eripere eum uolens de carcere: huiuſmodi ei machinatus eſt libertatem. Rex Pharao una nocte uiſiones ſomniorum duas uidens:& cum his utriuſq; expoſitionem:interpretationem qdem oblitus uiſiones recoluit: afflictuſq; in his quæ uiderat: nempe cum ei triſtia uiderentur: die facto conuocauit ſapientes ægyptiorum: uolens agnoſcere ſomniorum diſcretionem. Hæſit antibus autem illis rex potius turbabatur. Pincerna uero regis uidente confuſionem: memoria reddita eſt Ioſeph: eiuſq; circa ſomnia ſapientiæ: & accedens ad regem: indicauit ei de Ioſeph: & uiſionem quam ipſe uidiſſet in carcere: pariter & euentum:& quia ipſe dixerit crucifigendum ea die piſtorem: & ſibi omnia ſecundum interprætationem ſomnii eueniſſe prædicente Ioſeph:unctumq; eum afferens a Putiphare principe cocorum ut ſeruum:cum diceret ſemetipſum non humilis hebræorum eſſe generis:nec gloriæ patris. Hunc inquit euocans:nec propter modernam culpam eum calumnians: quæ tuis ſomniis indicantur agnoſcens. Iubente rege Ioſeph ad ſuum uultum adduci:obediunt famuli diligentia ei præcepto regis adhibita Rex uero eius dextram apprehendens: inuenis inquit:tu mihi nunc optimus:& prudentia digniſſimus teſtimonio mei famuli nunciatus es. His ergo bonis quibus iſte participatus eſt: etiam fac me eſſe conſortem: pandens quæcunq; mihi ſomniorum prænunciant uiſiones. Nolo autem te ullo terrore conſtrictum:blandiri ſermone fallaci: & delectationem facere: ſi reuera ſit triſte quod uidi. Putabam circa fluuiũ ambulans uidere me boues pinguiſſimas: ſimul & magnitudine præcipuas numero ſeptem gradientes de paſcuis ad paludem:alias uero tantas numero perſpexi maximas de palude concurrere ualde tenuiſſimas & ad uidendum formes. Quæ

dum deuoraſſent pingues & magnas:nihil adiute ſunt:crudeli fame detẽtæ. Et poſt hãc uiſionem de ſomnis ſurgens: & turbatus quid eſſet hæc uiſio apud me conſideranssrurſus in ſoporem ſolutus ſum:& uidi ſecundum ſomnium multo mirabilius priori: quæ etiam me tenerent potius atque conturbant. Spicas.vii. uidi ex una radice natas capite grauatas & reclinatas a fructu: & aptas ad meſſem:& ad hæc alias ſeptem ſpicas inanes:& infirmas nimia ſiccitate. Quæ conuerſæ ut conſumerent & comederent ſpicas ſpecioſas:ſtuporem mihi fecerunt Ioſeph autem reſpondens ait. Viſio quidem iſta rex licet duabus formis apparuit unum terminum tamen eundemq; ſignificat futurorum. Quod enim boues uidiſti animal in aratri labore fortiſſimum a peioribus deuoratas:& ſpicas a minoribus fuiſſe conſumptas:famem & ſterilitatem ægypto totidem annis prænunciat: e quibus ſcilicet primo temporibus fœlicitatem ferentibus quorum ubertas totidem poſteriorum annorum ſterilitate conſumitur. Erit ergo rerum difficultas neceſſarium: quæ inemendabilis uehemẽter exiſtat. Signum autem hoc eſt:quo modo exhauſtæ boues meliores cõſumpſerunt: ſaciariq; minime ualuerunt. Deus tamen non ut triſtificet:futura prædicit hominibus:ſed ut præſcientibus leuiora faciat experimenta prænunciatarum rerum. Tu ſiquidem cõgregans bona tempore primo futura facias:ut calamitatem uenturam:ægyptiorum terra non ſentiat. Mirante itaq; rege prudentiam ſapientiamq; Ioſeph:& conſulente quemadmodũ ubertatis tempora diſpenſarentur: ut poſterior ſterilitas leuior eſſe uideretur huiuſmodi conſilium dedit:ut frugum parcitas haberetur:& non affluenter ægyptios his uti permitteret: ſed quantum ſufficeret ad pabulum erogaret:quæ uero ſupereſſent ſterilitatis in tempore ſeruari: recondiq; monebat triticum ab agricolis perceptum:ut ad fata tantummodo miniſtrarentur expenſa alimentorum. Pharao utrunq; in Ioſeph miratur: & diſcretionem ſomnii pariter & conſilium: diſpenſationemq; eius rei ipſi commiſit: quatenus ageret ea:quæ populo ægyptiorum & regi ſciret utilia:inuentorem ſcilicet huiuſmodi:uitæ etiam diſpenſatorem optimum eſſe confidens. Ille uero poteſtate ſibi a rege collata: ita ut eius frueretur ſignaculo: & purpura ueſtiretur: per uniuerſam terram ductus: in curru uehebatur: frumentumq; agricolis ſufficiens ad ſemen:& pabulum ſingulis mentiẽs: nulli ſignificabat cauſam: pro qua talia peragebat. Triginta ſiquidem ætatis iam annos tranſierat: & omni honore fruebatur ſibimet a rege collato:quem appellauit pſothonphanecum:uidens eius intellectum inopinabilem. Significat aũt hoc nomen inuẽtorum abſconditorum. Duxit autem uxorem ualde digniſſimam: filiam Peteſres: qui unus fuit heliopolitanorum ſacerdos:adhuc uirginem:nomine Aſeneth: cooperante ſibimet rege. Ex hac fuerunt ei filii duo:ante ſterilitatis tempus: Manaſſes quidem ſenior: quod nomen ſignificat obliuionem eo q; per fœlicitatem obliuio ei infœlicitatis acceſſerit: iunior uero Effraim: quod reſtitutiõem ſignificat:eo q; eſſet redditus libertati maiori. In ægypto ſiquidem ſecundum ſomniorum expoſitionem Ioſeph ſeptem annis beatiſſime tranſeunte:fames annum iam tangebat octauum: & ex eo q; non præſenſiſſent caſurum ſuper ſe malum laborantes in eo crudeliter omnes ad regis ianuas confluebant. Ille uero Ioſeph uocabat:qui eis frumentum uendidit. factus multitudinis ſine dubitatione ſaluator: & mercedem omnium non comprouincialibus tantummodo faciens:ſed etiam paratus uendere peregrinis:omneſq; homines ſecundum cognationes ſuas: ſolatium merebantur. Ioſeph fœlicitate eius utentes. His ita geſtis dum Chananæa fame crudeliter uexaretur omnem deniq; terram hæc peſtis inuaſerat: miſit etiam Iacob filios uniuerſos in ægyptum comparaturos frumentum:confidens licere tritici commertium fieri peregrinis:Beniamin tantum modo retinens qui ei ex Rachel fuerat generatus:& erat Ioſeph conſanguineus. Illi in ægyptum uenientes adierunt Ioſeph:frumentum emere ſupplicantes. Nihil enim erat: quod non illius conſilio gereretur:nam miniſtratio regia tunc utilis erat hominibus:quando Ioſeph exhiberetur honor. Qui dum cognouiſſet fratres nihil de ſe cogitantes: eo q; adoloſcens quidem ab eis acceſſerit: ad hanc uero ætatem ita peruenerat:ut figura etiam eis ignotus eſſe uideretur:eũ magnitudine quoq; dignitatis eis neque ſuſpectio proueniret:tentabat eos ut dicerent: quam haberent de rebus omnibus uoluntatem. Quibus frumenta quidem non uenundabat exploratores uero rerum principis eſſe dicebat: & ex multis quidem locis eos eſſe congregatos: exculationis uero cauſa ſe cognatos aſſereret:impoſſibile dicens eſſe uiro idiotæ tales filios: & forma ita clariſſimos enutrire: cum regibus tot filiorum copia eſſet ualde difficilis: ut per hæc etiam de patre quæ proueniſſent latenter agnoſceret: ſimiliter & ut de fratre ſuo beniamin audiret. Metuebat enim ne forſitan & in illum ut in ſe peccauerunt:aliquid deliquiſſent. Illi nanq; erant in tumultu pariter & timore maximo cõſtituti:periculum putantes ſibimet imminere:nihilq; de fratre mente ſua percipientes: & aſtantes reddebant de ſingulis rationem:Ruben ita concionante primitus:qui eorum ſenior exiſtebat. Nos inquit non pro leſione uenimus huc:neq; regis negotiis aliqua mala facturi: ſed egentes ſalute & negocio:& malorum refugio: quæ noſtram regionem obtinere noſcuntur: ueſtram utiq; ſcientes clementiam:quos non ſolum ſubuenire ciuibus propriis: ſed etiam peregrinis mercimonium audiuimus propoſuiſſe frumenti: ut omnibus indigentibus ſalutem maximam præſtaretis. Quia uero ſumus fratres:& communis nobis eſt ſanguis: clarum quidem hoc facit etiam familiaritas formæ non ualde mutatæ. Pater autem eſt nobis Iacob uir hebræus:cuius extitimus filii duodecim

ex mulieribus quattuor:quibus omnibus uiuentibus fœlices eramus uno uero fratre noſtro moriente Ioſeph:res noſtræ ad peiora conuerſæ ſunt. Nam & pater immenſum in eo trahit luctum: & nos ex calamitate defuncti:& ærumna ſenis affligimur. Venimus igitur pro comparatione frumenti:curamq; patris & noſtroꝝ prouidentiam Beniamin iuniorem fratrem reliquimus. Poteris adhuc mittendo ad noſtram domum agnoſcere ſi quicquam dicimus mentientes. Et Ruben quidem huiuſmodi uerbis tẽtabat perſuadere Ioſeph ut de eis meliora decerneret. Ille uero Iacob cognoſcẽs uiuere:fratremq; Beniamin minime deperiſſe:tunc equidem in carcerẽ eos quaſi de uacantia alias die uacanti diſcutiendos iniecit. Tertia die deducens eos:quomodo inquit aſſeretis neq; pro malignitate rerum principis huc ueniſſe & eſſe fratres:& unius patris filios de quo dicitis:hæc ita eẽ mihi manifeſtabitis:ſi relinquentes quidem unum ex uobis apud me:nihil iniuriabile paſſurum:portanteſq; pabula genitori:denuo reuerſi fueritis ad me: fratrem quem reliquiſſe uos uobiſcũ pariter adducentes:hoc enim erit ſignum ueritatis. Illi in maioribus malis adducti flebant inter alterutros de calamitate Ioſeph frequenter ingemiſcentes: tanquam propter id quod in illum cogitauerant deo ulciſcente in eis:talia ſuſtinerent. Ruben autem nimius erat: & eos in eiuſmodi ſermonibus pœnitentiæ increpabat: ex qua nulla quidem generaretur utilitas de Ioſeph illos uero quicquid mali ſuſtinerent pro uindicta illius faciente deo: fortiter tolerare poſcebat. Hæc autem dicebant ad inuicem non credentes ſuam linguam Ioſeph intelligere. Omnes autem Ruben increpante: habebat delectio: & pœnitentia rerum geſtarum:cum ipſi non cogitaſſent illo tempore:pro quibus eũ tunc punirent:iudicabant deum eſſe iuſtiſſimum. Videns autem eos Ioſeph ſic eſtuãtes per compaſſionem ceſſit in lachrymas:molenſq; fratribus apparere diſceſſit. Et poſtquã reliquit eos iterum uenit ad eos. Et retinens obſidem Simeon:pro reuerſione fratrum: illos ſumentes mercimonium tritici:abire præcepit:iubens miniſtros:ut pecuniam quam pro emptione frumenti detulerant: oneribus eorum latenter immittens dimitteret eos:illam pecuniam pariter portaturos. Et ille quidem imperata perficit. Iacob autem filii uenientes in Chananæam:nũciauerunt patri quæ eis in ægypto contigerant:& quia quaſi exploratores regis illuc ueniſſent ſunt crediti:dicentibuſq; ſe fratres eẽ undecimum apud patrem domi reliquiſſe:creditum eis non ſit: & quomodo Simeon reliquerunt apud principem militiæ donec Beniamin iret:& fidem de his quæ a ſe apud eum dicta fuerant perficeret: rogabantq; patrem nihil metuentem: ut cum eis iuuenculum deſtinaret. Iacob uero nihil omnino placebat ex his quæ a filiis ſuis geſta ſunt: & dum de Simeon detentione grauiter ferret: ſtultiſſimum iudicabat: Beniamin quoq; his malis adiicere. Et ille quidem neq; Ruben ſermonibus ſupplicantis flexus eſt: ſuos filios tradentis: ut ſi quid Beniamin in itinere pateretur: eos occideret auus: Illos hæſitantes in his malis: potius conturbabat argentum: quod in ſaccis miſſum latenter inuenerant. Tritico uero quod delatum fuerat iam deficiente: fame magis inualeſcente: coactus neceſſitate Iacob: Beniamin deliberauit cum fratribus deſtinare. Non enim poterant in ægyptum uenire:niſi cum ſua promiſſione pergerent. Cũq; famem quottidie augeri conſpiceret: filiis ſupplicantibus: quod aliud de præſenti faceret non habebat. Iudas autem cum eſſet & in aliis uir audax:& in his apud eum fiducialiter uſus eſt: dicens: non eum debere de fratre metuere: neq; aliquid aduerſum ſuſpectionem conſpicere:quomodo nihil circa eum agendum foret: ubi deus adeſſet: & quia ei quicquid immineret etiam apud eum manenti omnino contingeret: eos autem ſic palam in perditione pueri adiicere non debere: nec alimentum ex ubertate Pharaonis permiſſum:propter puerum irrationabiliter auferendum: cogitandum uero de ſalute Simeon: ne dum parceretur profectui Beniamin: ille perimeretur: deo autem eſſe credendum de illo. Quo exhortante atq; dicente: aut ſaluum reuocare filium:aut ſe cum eo remanſurum atq; uicturum: credens ei Iacob:tradidit Beniamin:& duplex tritici præcium:ſimul & quæ apud Chananæos naſcũtur: unguenta balſami:& ſtacten:& therebintum:& mel:munera Ioſeph direxit eſſe portãda. Multæ uero a patre in egreſſione filiorum effunduntur lachrymæ: pariter & ab illis. Ille nanq; ſi filios ſaluos de itinere ſuo reciperet cogitabat illi uero ſi fratrem incolumem repperirent:nihilq; pro eorum triſtitia mali perpeſſum: quotidieq; eis meror ingerebatur. Et ſenior quidem feſſus tolerebat: illi uero ibant in ægyptum: ſpe meliori triſtia rebus curaturi præſentibus. Cum uero ægyptum peruteniſſent:ſeceſſerunt quidem apud Ioſeph. Timor autem eos non fortuitus perturbabat ne propter tritici precium crimini ſubiacerent: uelut & ipſi furtum ſub calliditate egiſſent: & apud præpoſitum Ioſeph multis ſatiſfactionibus utebantur: domi in ſuis ſaccis dicentes ſe inueniſſe pecuniam:eamq; nunc reportaſſe. Illo itaq; reſpondente: & ſe iam quid dicerent ignorare: releuati ſunt a timore: ſoluenſq; repente Simeon: cum fratribus eſſe permiſit. Veniente autem Ioſeph a miniſterio regis: ei munera proferrebant & ſciſcitanti de patre: dicebant: q̃ eum incolumen reliquiſſent. Ille quoq; cognoſcens ſupereſſe Beniamin: ſi is eſſet iunior frater interrogabat quem utiq; in præſenti cerneret. Quibus reſpondentibus eum eſſe: ait deum ſemper omnium ei eſſe ſuffragatorem. Ipſe uero paſſione motus ad lachrymas diſcedebat: nolens ſemetipſum fratribus demonſtrari: ſumptoſq; eos ad cibos fecit diſcumbere: ſicut erant ſoliti apud patrem. Qui dum circa cunctos recumbentes benignus exiſteret: Beniamin partibus duplicibus hono-

rabat. Dum uero poſt cænam fuiſſent in ſoporem conuerſi: iuſſit præpoſito ut eis triticum menſura tum traderet: preciũq; rurſum in eorum ſaccis abſcõderet in onere uero Beniamin etiam poculum argentum quo bibere cõgaudebat immitteret. Hæc itaq; faciebat: experimentum fratrum ſumere uolens: utrum auxilium aliquãdo ferrẽt beniamin pro furto detento: & patienti periculum an certe relinquentes eum: tanquá ipſi nihil gerentes mali: ad paterna limina remearẽt. Cum uero famulus mandata feciſſet: die facto: Iacob filii nihil horum ſcientes diſcedebant: recipientes etiam Simeon: & duplici gaudio congaudentes: tam propter eum: quã etiam Beniamin reuocantes: ſicut promiſerant patri. Qui dum abirent: inſequebantur eos equites: ducentes famulum: a quo in ſacco Beniamin poculum uidebatur immiſſum: & inopinabili equeſtrum inuaſiõe turbatos: cauſamque ſciſcitantes: pro qua ſic ueniſſent: illi maleuolos eos appellabant qui dum honore & muneribus potiti a domino ſuo fuiſſent: neque munerum: neq; hoſpitalitatis. Ioſeph memoriam retinẽtes: præſumpſerint in eum iniqua committere & ſcyphum quo ille in conuiuio bibere congauderet auferentes: iniuſta lucra ſecum portarent: amicitiamq; Ioſeph: ſuumq; periculum ſi inuenirentur in fraude ſecundo loco ponentes. minabanturq; eis ſupplicium eſſe uenturum. quia nec deũ latuerint. nec cum furto fugientes euaſerint: licet miniſterii famulum latuiſſent. Cognoſcetis igitur dicebant: quid ignorantes de poculo paſſi fuerimus: ſcituri tamen repente uos eſſe puniendos. Hæc & his maiora in eo dicens famulus increpabat. Illi uero neſcientes factum eius uerba irridebant: leuitatemq; uerborum illius famuli mirabantur: quod talem cauſam præſumeret uiris inferre: qui dum precium in ſuis ſaccis inuentum nequaquã retinuiſſent: ſed quod geſtum fuerat nullo ſciente reuocaſſent: multo potius ab huius maleficii uoluntate diſcederent: & quia rei ꝓcrutationem negatione iudicabãt eſſe fideliorẽ: reqrere famulum imperabant: & ſi quiſquam rapuiſſet: cum reperiret omnes eſſe puniẽdos. Nihil enim ſibi conſcii: fiduciam habebant: ut putabant omni periculo carituram. Illi uero inquiſitionẽ fieri exigebãt: uniuſq; fore ſuppliciũ: qui in furto fuiſſet inuẽtus. Et dum quererẽt omneſq; iam ceteros pertranſiſſent: ſecũdum modum inquiſitiõis Beniamin nouiſſime puenerũt: non ignorantes: quomodo in illius ſacculo poculum abſcondiſſent: ſed ſubtilẽ inquiſitionem ſe facere ſimulantes: aliiq; de ſuo timore liberati: uidebantur eſſe ſolliciti de Beniamin: confidebant tamen: quia nec in illo poſſent maleficium inuenire: increpabantq; eos qui fuerant perſecuti: uelut eis multum proceſſuris impedimentum itineris attuliſſent. Cum uero ſcrutãtes onus: de ſaculo Beniamin inuentum poculum protuliſſent: in luctum & gemitum omnes repente conuerſi ſunt: & indumẽta rũpentes: flebant fratrem ſuum pro furti crimine puniendum: ſeq; mentitos patri de ſalute Beniamin. Creſcebat autem eis hoc malum: eo ꝙ iam ſe credentes triſtitiam deuitaſſe: rurſus in fratris ſui malis inciderent: & paternæ ſuper illos triſtitiæ cauſam ſe fore dicẽtes: qui uim patri feciſſent: ut eũ cum eis una dirigeret. Equites ergo ſumentes Beniamin: ad Ioſeph adduxerunt: fratreſq; pariter ſequebantur. Ipſe dum cerneret illum in cuſtodia poſitum: illud autem luctuoſo ſchemate ceratos: quod ait: o maligni aut de mea clementia: aut de prouidentia dei cogitantes: talia in peregrinũ & beneſactorem facere præſumſiſtis. Illis autem in ſupplicium ſe tradentibus pro ſalute Beniamin: & rurſus recordantibus dicentibusq; beatiorem eſſe Ioſeph: qui ſi quidem mortuus eſſet: & a uitæ triſtitia liber exiſteret: ſi uero uiueret: certum: quia pro illo ſuper eos deus uindictam inferret: aſſerentibus ſe eſſe amaritudinem patris: quia triſtitiæ quam pro illo haberet hactenus: etiam de Beniamin ipſi ei rurſus adiicerent: Ruben eos etiam uehementer increpante. Ioſeph ergo dicente: illos quidem a ſe abſoluit: a quibus in nullo fuerat Ieſus: ſolamq; ei ſufficere pœnam fratris: neq; iuſtum eſſe illum propter eos dimitti qui in nullo delinquerant: neq; illos cum fure puniendos: ſed etiam abeuntibus præbere ſe ſecuritatem: omnes quidem tenuit ſtupor: & dolore huiuſmodi paſſionis obmutuerunt. Iudas autem qui etiam patri perſuaſerat: ut adoleſcentulum dirigeret: & in aliis erat uir efficax: pro fratris ſalute ſe decreuit opponere. Licet crudelia inquit opera commiſerimus in te. & ſupplicio digna: iuſtumq; ſit omnes nos ſubiacere tormento. licet non ſit iniquitas omnium ſed unius iunioris: tamen deſperantibus de eius ſalute: ſpes relicta eſt nobis de tua benignitate & euadendi nobis te pollicente periculum. Et nunc non ad nos reſpiciens: neq; malefacta conſiderans: ſed ad tuam naturam conuerſus: uirtutem propicius exerce non iam: qua alii cum in fortitudine pari ſint: non in maximis ſolummodo: ſed etiam in fortuitis ſumentes utuntur. Tu eſto magnanimus: neq; uincaris ab ira: ut eos perimas: qui neque ſuam potuerint tueri ſalutem: ſed a te ſumere eam popoſcerunt. Non enim modo eam primitus nobis donas: ſed dum frumẽtoq; ueniſſemus ad emptionem: uelociter & opulentiam donaſti ciborum: & noſtris familiaribus ubertime deferenda præbuiſti: quæ periculum ſuſtinentes a peſte famis eripuerunt. Ne deſpicias pereuntes egeſtate rerum neceſſarium nec punias qui uidentur deliquiſſe: & circa beneficium quod a te nobis ſplendidiſſime collatum eſt: inuidiæ calamitate damnati ſunt. Permaneat tua gratia: alio modo tantum data. Saluabis enim: quos ob hoc etiam nutriſti: animaſque quas fame laborare non paſſus es: a morte tuis muneribus liberabis: quatenus hoc ita miſerabile ſit & magnum: ut & animas nobis dones: præbeaſque unde poſſint indigentibus permanere. Reor enim deum cauſam hanc præparaſſe. uirtutem tuam circa nos uolentem cunctis oſtendere:

noſq; in hac ærumna conſtituiſſe: ut iniquitatibus in te peccantium uideaꝛis ignoſcere: & non ſolis ob aliam cauſam indigentibus tuæ clementiæ amminicula condonares: quanquam & hoc magnum eſt: ſi bene fiat inopibus: principale tamen exiſtet: ſaluare quenquam eos qui pro delicto commiſſo in ſe pœnas debeant exoluere. Nam ſi paruas leſiones dimittere delinquẽtibus laudem attulit multis: iracundiam cohibere in his: pro quibus uita peccantium ſit obnoxia: diuinæ cognoſcitur eſſe naturæ. Et ego quidem niſi ſcirem patrem quemadmodum in amiſſione filiorum affligatur: propter Ioſeph mortem: nequaquam quantum ad nos attinet ſalutis uerba pferrem niſi forſan tuis moribus hoc donaſſem: quoꝝ eſt ppriũ etiam hos ſaluare: qui tribulantur i huius morte: ſed etiam præberemus nos paſſuros quæcunq; uelles. Nunc autem non noſtri miſerantes licet iuuenes ſimus: & nondum fruentes uitæ bonis moriamur: ſed de patre ea cogitantes: & ſenectutis illius miſerantes: has tibi præces offerimus: & commendamus animas noſtras: quas tibi malignitas noſtra tradidit ad ſupplicia perferenda. Nam non ille malignus eſt: neq; tales nos futuros genuit: ſed cum ſit benignus: & ut experiatur talia non ſit iuſtum etiam nunc nobis ſuſpectus affligitur. Cum autem audierit perditos: etiam cauſam mortis amariſſime ſuſtinebit: & ob hoc multo citius uitam ſuam derelinquet: ita ut eum conuerſationis noſtræ turpitudo corrumpat: peſſimumq; faciat de præſenti luce diſceſſum: & dũ ad alios ſtuderet noſtra bona plantare: ut noſtri actus neq; ſentiantur efficiet. In hac ergo ratione conſtitutus licet te noſtra mala commoueant: tuam iuſtitiam dona patrꝝ: ut propter illius miſericordiam maiora poſſis quam cogeris facere pro noſtra malicia: ne ſenectus eius in deſolatione conſiſtat: aut noſtra perditione deficiat. Verere patrum nomina hoc eis condonans munus. In hoc itaq; & tuum honorabis genitorem: tibiq; præſtabis: cum iam hac appellatione potiaris: & in ea ſine paſſione ſeruaberis a deo patre cunctorum: in qua per communionem huius nominis pie agere comprobaueris: noſtri patris habẽdo miſericordiam: ne fraudatus filiis aliquid patiatur. Tua ſunt ergo quæ nobis præbuit deus: habens utiq; poteſtatem & auferre & dare: nihilq; ab eius gratia differs. Nam dum quilibet in utrunque habueri t poteſtatem: optimum eſt: ut hac in bonis utatur: & poteſtatem quæ in malo eſt tanquam ſi non ſit obliuiſcatur: quaſi hoc ſolum conceſſum ſit ut de ſalute ſit cogitandum. Tu uero omnes nos ſaluabis ignoſcendo fratri: in quibus infœliciter egit neque enim uita nobis eſt hoc punito: quo defuncto: ad patrem non licet remeare. Supplicamus igitur domine: ut ſi decreueris fratrem noſtrum occidi: cum eo nos pariter punias: tanquam delicti participes. Non enim patimur noſipſos quaſi propter mortui tribulationem afficere: ſed tanquam ſimiles eius maliciæ exiſtentes ita debemus interimi. Et quoniam ut iuuenis deliquit & non prudentia roboratus: & humanum erat talibus ueniam tribui: hoc tibi relinquo: & ulterius uerba proferre ceſſabo: & ſi quidem nos condemnare uolueris: ea quæ dicta non ſunt non uidebuntur nos ad triſtitiam deducere: ſi uero abſolueris illa etiam in tuæ benignitatis conſcientia reuoluens: non ſolummodo nos ſaluabis: ſed etiam uitam redonabis: per quod potius iuſtior appareas: quando plus a nobiſipſis probaris de noſtra ſalute ſollicitus. Si autem caſtigare culpam mauis: me magis pro illo caſtigans: hunc patri remitte: ſi uero aliquem tibi retinendum iudicas ſeruum: ergo utilitatibus tuis potior ero miniſter: quanto aptior ad utraſq; paſſiones ſicut uides exiſto. Iudas itaque omnia ſuſtinere pro fratris ſalute libenter habẽs: proſtrauit ſemetipſum ante pedes Ioſeph: ſi quomodo eius iram flectere potuiſſet. Proſtrati ſunt etiam fratres uniuerſi flentes ſemetipſos pro anima Beniamin tradentes neci. Ioſeph aũt animi ſui paſſionibus uictus: & nequaquam ualens ire tolerare ſignentũ iuſſit quidẽ abire præſentes: ut fratribus ſe tantũmodo demonſtraret. Diſcedentibus igitur eis ſemetipſũ fratribus indicauit dicens. Virtutem quidẽ ueſtrã atq; fauorẽ circa fratrẽ ueſtrum collaudo: & meliores ẽ ſperabam ex his quæ in me cogitaſtis iuenio. Hæc aũt eis feci experiri uolẽs amorẽ uſæ fraternitatis. Naturaliter aũt neq; circa me malignos uos arbitror extiſſe: ſed dei uolũtate factum: quo bonorum etiam nunc adeptio: & in futuro ſi propitius deus nobis fuerit: conferenda ſit. Patris ergo ſalutem inopinatam cognoſcens: taleſq; uos circa fratrẽ inueniẽs: neq; illorum quæ in me commiſiſſe putamini ulterius recordabor. Ceſſabo aũt & ab odio malignitatis quod ſup his habebam: & tanq; fuerint uoluntate dei completa: & in rebus pſẽtibus uos mihi eritis occaſio gratiã me habere profiteor: uoſq; ipſos uolo illorum etiam obliuionẽ ſumentes delectari magis in illo quod tunc iconſiderate feciſtis: dum ad huius termini qualitatẽ cauſa peruenerit: quam confuſionẽ graniter ferre propter hæc quæ putamini deliquiſſe. Non ergo uideatur uos contriſtare: q; aduerſũ me malignam protuliſtis ſententiam: nec pœnitentiam eius uos afficiat: quando impleri non potuerunt quæ fuerant cogitata. Exultantes ergo in his quæ a deo facta ſunt: ite hæc nunciantes patri: nec etiam pro ueſtra conſumptus ſollicitudine: ſplendorem meæ fœlicitatis obſcuret: ſi antequam ad meum ueniens ualtum: præſentiumque rerum potius: hac luce priuetur. Ipſum ergo ueſtraſque coniuges: liberoſque: & cunctam cognationem ſumentes: huc migrate. Non enim abſentes bonorum meorum oportet mihi chariſſimos eſſe: inſuper & fame annis adhuc quinque menſura. Hæc cum dixiſſet Ioſeph amplexus eſt fratres. Illi uero in lachrymis & triſtitia conſtituti: ſuper hoc quod cogitauerant contra illum: potius eis uidebatur eſſe ſupplicium bona uoluntas fratris. Et tunc quidem erant in epulis. Rex autem audiens uenisse ad Ioſeph fratres lætatus eſt exi-

mie:& tanquam in propriis bonis affectus præbenda eis uehicula tritico plena:aurumq; simul & a ę gentũ portandũ patri decreuit:sumentesq; dona regis:illi & amplioꝝ fratris:alia qdem patri ferenda:alia uero sibi singuli donata gaudebãt:maioribusq; munerib⁹ dõato Beniamin exultãtes abibãt.

Iacob audito quia Ioseph uiueret in Egypto:& clarus ibi haberetur:descendit ad eum cum tota domo sua. CAP. IIII.

CVm ergo reuertentibus filiis:Iacob de Ioseph agnouisset:quia non solũ euasisset mortem pro qua degebat in luctu:sed etiam uiueret clare fœlicitate:& cum rege tota ægyptum sua prouidentia gubernaret:nihil quidem horum quæ ei nunciata fuerant incredibile iudicabat:cogitans de maxis operibus dei:& ipsius equitate:& licet multo tempore afflictione defecisse:repente tamen profectus est ad Ioseph. Et cũ uenisset ad iuramenti puteum:sacrificans ibi deo:metuensq; ne propter fœlicitatẽ ægypti filiis amantib⁹ habitationẽ prouinciæ:nequaquam ad chananæam soboles eorum reuersa teneret eam sicut deus promiserat:aut ne præter dei uoluntatẽ in ægyptũ eoꝝ aduentus oriret:formidans quoq; ne prius a uia recederet:quam Ioseph faciem peruẽiret dum has haberet cogitationes in sopore resolutus est:astititq; ei deus:& secundo nomine uocans respodenti quis esset:ait. Non est iustum te ignorare deum :qui semper præsidio tuis maioribus fuit:& post eos etiam tibi. Nam cum te & pater primatu priuasset: hunc tibi ego restitui:& meo fauore in mesopotamiam missus solus:& bonas nuptias adeptus es: & filiorum multitudine pecuniarumq; plenus ad propria remeasti : permansitq; tibi omne genus prouidentia mea salubre:& Ioseph filium quem te perdidisse putabas:ad maiorem bonorum adoptionem culmenq; perduxi:& ægypto dominum ut paululum uideatur a rege differre constitui. Adsum uero nunc dux tibi futurus in hac uia:uitamq; tuam in manibus Ioseph finiendam esse nunciaturus:longũq; sæculum tuam sobolem in principatu & gloria fore prænuncians : eamq; in terrã quam promisi constituendam. In hac igitur uisione confidens:promior in ægyptum cum filiis & eorum omnibus properabat. Erant ergo omnes septuaginta. Nomina uero eorum significare mihi non uidetur:& præcipue propter difficultatem eorum. Attamen attendens eos qui non arbitrantur nos de Mesopotamia esse:sed ex Aegypto:necessarium iudicaui nominum quoq; ferre memoriam Iacob quidem filii erant duodecim:quorum Ioseph iam prius abierat. Eos uero qui post eum profecti sunt:eorumq; sobolem demonstrabo. Ruben itaq; fuerunt quattuor filii: Enoch. Phallu: Esrom:Charmi. Simeon autem sex habuit:Iam uel:Iamin:Aoth:Iachim: Saber:Saul:Leui filii tres fuerũt Gerson: Chaath:Merari. Iudæ autem filii fuerũt tres:Sylõ Phares:Zare. Duo uero nati de Phares:Esrom:& amor. Issachar quattuor habuit. Tholas:Furas:Iob:semron. Tres uero Zabulon habuit filios:Sarat:Ilon:Iachili:Hoc ergo genus de lya descendit cum qua ascenderat etiam filia eius Dina. Sunt ergo isti omnes trigintatres. Rachel filii fuerunt duo: quorum Ioseph quidem fuerunt filii: Manasses:& Effraim. Beniamin autem decem bella:Bechor: Albelus: Iera: Naama: Ysar: Mobim:Ophim:Areth:Ros. isti decem superioribus additi:fiunt numero quadragintaseptem:& legitimum quidem Iacob genus hoc fuit. De Bala uero famula Rachel:fuerunt Dan:& Neptalim : quẽ sequebantur filii quattuor:Enol:Gunis:Saris:& Sylim. Dan autem habuit unigenitum Vsan. His itaq; additis supet illos quos diximus:quinquagintaquattuor adimpletur numerus. Gad autem & Aser nati sunt de Zelpha:quæ fuit famula Lyæ. fueruntque filii Gad septem: Gophoron Iaphim: Vnin:Zabron:Aurim:Rothin:Ariel. Aser autem fuit filia Sara & masculi numero sex:quorum nomina sunt:Iomnis:Isus:Iose:Vbbares:Aben:& Melchel:isti cum sint sedecim :adiectis eis prædictis quinquagintaquattuor memoratus numerus completur:reputato cum eis Iaçob Cognoscens autem Ioseph aduenire patrem nam Iudas præcedens:eius nunciauerat aduentum : occursurus egressus est:eique in ciuitate quæ heroum uocatur apparuit. Ille ex ĩopinata magnaque letitia pene usq; ad defectum mortis peruenit:sed eum recreauit Ioseph : licet nec ipse retinere alias retinere potuerit:ut propter nimiam leticiam talia minime sustineret:non tamen qua pater passione deuictus est. Deinceps illum quidem cum quiete uenire iubens:ipse quinque fratrum secum suorum sumens:pergebat ad regem : dicturus ei aduenisse genitorem suum Iacob. Ille lætus hoc audiuit :iussitq; Ioseph :ut dicere eis:quam uitam habere delectarentur:ut eos degere ita decerneret. Ille uero optimos eos esse pastores respondit:nihilq; aliud præter hoc solummodo uelle:ut non separatim sed ut omnes pariter habitarent:atq; prouidentiam facerent patris:quatenus & ægyptiis gratus esset:& nihil quod illorum esset istis imponeretur. Egyptiis enim erat abominabilis conuersatio pastoralis. Veniente uero Iacob ad regem:& salutante pariter & pro regno eius orante: Pharao sciscitabatur:quanto tempore iam uixisset. Illo centum triginta annorum se esse dicente : longinquitatem uitæ Iacob miratus est. Cum uero dixisset : quia pauciores annos uixerit quam eius maiores: cõcessit ei ut cum filiis suis in heliopolitana urbe conuersaretur. Illic enim pascua etiam pastores eius habuerunt . Fames ergo ægyptiis augebatur : & pestis eos potius inopes faciebat : cum neque fluuius terram irrigaret : non ei crescebat ut mos erat :neque pluerat deus : cum utique per ignorantiam futura prouideri nequiuerint. Ioseph autem ad pecunias dante frumenta : cum eis etiam hæ deficerent : de suis opibus & mancipiis triticum comparabant:& quibuscunq; esset pars

aliqua terræ hanc pro ꝑcio alimenti cedebant. Sic itaq; rege omniū paſſionū domino facto: alii alibi migrauerunt: quatenus regiones eoꝝ fierent firma poſſeſſio regi præter ſolummodo ſacerdotū. His enim regio ſua ſeruata eſt. Non ſolum ergo eorum corpora ad ſeruitutē peſtis adduxit: ſed etiā mentes: ita ut decetero ad turpem egeſtatem alimentorum uenire cogerentur. Imminuente uero ſe fame: & fluuio terras inundante: & fructus abundanter ea ſerente: Ioſeph ad unamquanq; ueniens ciuitatem: eiuſq; multitudine congregata: eandem terram quam ipſis cedentibus rex habere potebat: ſoluſq; frui in toto redonabat & uelut poſſeſſionis proprie laborem eos amare poſcebat: quintam partem frugum ſolummodo regi ſoluturos pro terra quam illis dabat. Illos ergo in opinate terræ dominos conſtitutos lætitia comprehendit ob quam rem præcepta quoq; ſunt conſtituta. Hoc igitur mō dignitas apud ægyptios Ioſeph potior: habebatur: maiorq; fauor ab eis regi collatus eſt: & ut quintā frugum partem ꝓſoluere deberent: etiā apud reges poſteros lex iſta permanſit.

De morte Iacob & de ſepultura qua ſepultus eſt in ebron a filiis: de morte quoq; Ioſeph & fratrū eius. CAP. V.

IAcob autem decimo ſeptimoq; anno in ægypto commoratus: & languore confectus præſentibus ibi filiis: cum optaſſet aliis quidē poſſeſſionem bonorum & prædixiſſet per prophetiam quemadmodum ex eorum generatione habituri eſſēt poſteri chananæam: quod etiam multis poſt temporibus eſt effectum: cunq; Ioſeph magnis præconiis ꝓtuliſſet: quia malorum memoriam circa fratres non habuerit: ſed benignus potius fuerit in eos: & donauerit bonis inumeris: quæ nec benefactoribus ſoleant repenſari: ꝓcepit quoq; filiis ſuis: ut Ioſeph natos Ephraim & Manaſſe in numerum ſuum reciperent: diuiſuri cū eis chananæam de quibus poſt hæc loquemur: popoſcitq; ſimul: ut ei ſepultura fieret in Ebron & mortuꝰ ē cum uixiſſet omnes annos ſeptem & quadraginta ſimul & centum: in nullo maiorum ſuorum cultu diuinæ pietatis inferior: retributionemq; promeruit: quam iuſtum erat ita benignum accipe. Ioſeph concedente ſibimet rege: patris corpus in Ebron reducens: multa largitate ſepeliuit. Fratribus autem reuerti nolentibus cum eo: cum eos terror haberet: ne illos patre mortuo caſtigaret: propter nequitiam quam ei fecerant: nec ulterius circa eos mitis exiſteret: ſatiſſecit eis: ut nihil metuerent: neq; talium habere deberent ſuſpectionē: multaq; bona quæ ſecum detulerat donauit nihilq; qđ circa eos benigne debuiſſet impendere dereliquit. Mortuus eſt autem & ipſe cum uixiſſet annos centum & decem uirtute mirabilis: & omnia ratione diſponens: poteſtatemq; ſuam humiliter agens quod utiq; huiuſmodi fœlicitatis cauſa fuit ei apud ægyptios: & aliunde ſcilicet ueniente: & talem qualē dudum diximus paſſum calumniam. Mortui ſunt etiam eius fratres in ægypto fœliciter coniuentes: quorum corpora in Ebron poſt mortem reportantes poſteri ſepelierunt. Oſſa uero Ioſeph nouiſſime quando hæbrei egreſſi ſunt ex ægypto in chananeam reportauerunt: ſic enim eos coniurauerat Ioſeph. Horum igitur unuſquiſq; qualiter ſe habuerit: quibuſq; laboribus obtinuerint chananæam ſignificabo: cauſamq; narrabo primus: pro qua ægyptum deſeruiſſe uideantur.

De oppreſſiōe filiorum iſrahel in ægypto per Pharaonem: & de natiuitate Moyſi quem educauit filia Pharaonis & adoptauit ſibi in filium: & de ſacroꝝ ſcriba qui uoluit interficere puerum conculcantem coronam regis: quam puero rex impoſuerat. CAP. VI.

AEgyptiis ſiquidē delicatis: & deſidioſis in labore exiſtentibus: & aliis libidinibus ualde ſubiectis: etiam propter amorē lucri contigit ut peſſime circa hæbreos inuidia eoꝝ fœlicitatis afficerentur. Videntes enim iſrahelitarum genus augeri: & propter uirtutē & laboris ingenium diuitiarum affluentia ualde nobilitatos: contra ſe eos augeri ſuſpicabantur: nobilitq; bonorum propter longinquitatem temporum quæ meruerant ꝑ Ioſeph: regnoq; tranſlato ad aliam domum: crudeliter opprimentes iſrahelitas: ſtudebant eis uarias inferre miſerias. Fluuium nanq; eos ꝑ multas deriuationes diuidere: muroſq; ciuitatibus edificare & foſſata circunducere ut eas inundare fluuius non ualuiſſet: & piramidas edificare: præcipiebant ut noſtrum hoc modo genus atereret. Omnes artes ergo efficientes & in laboribus aſſueti quadringentorum annorum tempus in his miſeriis extiterunt: eratq; hæc inter eos pugna: ut ægyptii quidem laboribus uellent iſrahelitas expēdere: illos uero meliores ſemper eorum ſe præceptionibus exhiberent. Dum uero in his eſſent rebus utriq; cauſa pro qua potius ſtuderent in exterminatione generis noſtri ſemper ægyptiis huiuſmodi fuit. Quidam ſacrorum ſcriba: cum ſint experti de futuris prædicere uentatem: enunciauit regi pariendum quendam illo tempore inter iſrahelitas qui humiliaret quidem ægypti principatum. Augeret autem ſuo cremento iſrahelitarum genus: uirtuteque tranſcenderet uniuerſos: & gloriam in perpetuum memorabilem poſſideret. Cuius conſilio iuſſit ut omne maſculinum quod ex iſrahelitis naſceretur: iactantes in fluuio conſumerent. Cuſtodienteſque conceptus mulierum hebræarum: & partus earum obſeruare præcipiens ægyptias obſtetrices. Ab eis enim hoc officium iubebat impendi: quas ꝓpter cognationem credebat regis non tranſcendere iuſſionem. Eis autem qui contemnerent hoc præceptum: & partum earum occulte ſaluare præſumerent: perimi cum ſua generatione præcepit. Hāc ergo illi ſuſtinebāt crudeliter paſſionem: & non tantum dolentes ꝙ filiis priuarentur: aut quia dum parentes eſſent

ad perditionem filiorum ſibi naſcentium miniſtrarent:ſed etiam ex illa cogitatione qua eorum de leretur genus:quando quidem nati eorum necabantur:ipſi uero paulatim redigebantur ad nihilū. Et illi quidem erant in illo malo iacentes:contra dei uero uoluntatem nemo poterat prævalere & ſi inūeris hoc artibus exercerent. Puer itaq; quem prædixerat ille ſacer ſcriba:latenter regia cautela nutritus eſt:& uerax in his quæ per eum facta ſunt ille qui prædixit inuentus eſt:quod hoc modo geſtum eſt. Amaramis unus hæbreorum nobilis:cum metueret pro cuncta gente:ne defectio in nutrienda iuuentute proueniret:& grauiter hoc ferret ne eius uxor pareret:dumq; in heſitatione cō ſiſteret:ad dei ſupplicationem conuerſus eſt rogans:ut aliquam miſerationem haberet:qui in nullo eius religionem præuaricaſſe uiderentur:daretq; eis rerum libertatem:pro quibus illo nati affligebantur in tempore. Deus autem miſericordiam eius habens:& ad ſupplicationem aures inclinās aſtitit ei p ſomnium: & nequaquam eum deſperare de futuris exhortabatur:pietatiſq; eorum ſe dicebat habere memoriam. Et propterea retributionem eſſe præbiturum:& dudum quidem eorum donaſſe maioribus:ut ex paucis magna eorum fieret multitudo. Et Abraam quidem ſolum de meſopotamia in chananæam ueniſſe:factumq; locupletem:& inter alia dum uxor eius ad genus primitus fuiſſe ſterilis:deinde eius uolūtate ad hoc habilis facta genuiſſet filium:& reliquiſſet Iſmaheli quidem & qui ex eo erant arabiam regionem:Ceture autem filiis Troglodytem:Yſaac uero chananæam. Qui dum meo fortiter pugnaſſet auxilio:ſemp uicit:Iacob etiam contribulibus fuit ignotus qui deinceps magnitudinem fœlicitatis qua uixit:ſuis poſteris dereliquit. Quo cum ſeptuaginta ſolummodo in ægyptum ueniente:ultra ſexcenta milia iam eſtis effecti. Nunc autem me utilitatis ueſtræ & tuæ gloriæ ſcito prouidentiam communiter habiturum. Is enim puer cuius generationē metuētes ægyptii:cūcta perdere decreuerūt:quæ ex iſrahelitico ſemine generantur:tuus erit:& diſperdet quidem eos qui eius interitum intendebant:nutrituſq; mirabiliter:hæbreorum quidem genus ab ægyptiorum neceſſitate liberabit:eritq; eius memoria quantiſcunq; temporibus uixerit uniuerſa apud homines:non ſolum hebræos:ſed etiam alienigenas gentes:me utiq; & alia præbēte tibi:& his qui de te naſcituri ſunt. Erit autem ei etiam frater huiuſmodi:qui meum habeat ſacerdotium:& ipſe & qui de eo fuerint cuncto tempore procreati. Dum ergo hæc uiſio illi oſtenſa fuiſſet: ſurgens Amaramis indicauit hoc Iohuel cōiugi ſuæ:maiorq; timor eis alloquio huiuſmodi uiſionis inſtabat. Non enim de filio ſolummodo eſſe uidebatur eis formido:ſed etiam pro magnitudine futuræ fœlicitatis. His tamen quæ prænunciata fuerant a deo: fidem partus præbuit mulieris: qui cuſtodes latuit per conceptus ſui ſilentium:ex eo q; non uehementer ei dolores inſiſterent. Et tribus quidem menſibus apud ſemetipſos occulte nutriere infantem. Deinceps autem metuēs Amaramis ne captus regie iræ ſuccumberet:& ipſe cum puero deperiret:& dei prouidentiam excluderet deliberauit potius hoc modo pueri conſulere ſaluti prouidentiamq; latendi eſſe hanc iudicauit. Nā illud erat incertum:cum periculum immineret non ſolum puero qui occulte nutriebatur: ſed etiā nutrienti:deumq; iudicauit omnium habiturum cautelam:quatenus in nullo q̄ ꝑmiſerat eſſet mēdax. Hæc cogitantes:uas rotundum ex uimine complicitū:uelut alueoli magnitūdine præparārūt: qđ ſufficeret ut infans ſpacioſe ibi iaceret deide unxerūt illud bitumine:natura enī bituminis eſt:ut in uiminalibus uaſculis acceſſum poſſit aquæ coercere. Illic ergo infantem mittentes:& circa fluuiū ponentes eius ſalutem deo reliquerunt. Et fluuius quidem eum ſuſcipiens deportabat. Maria uero pueri ſoror matris iuſſionem cuſtodiebat:quo illud uaſculum deportaret intēdens. Tunc itaq; deo oſtendit non humana prouidentia:ſed omnia quæcunq; uult ipſe fieri:effectum optimum protinus adipſci:nec prævalere quidem eos qui pro cautela ſua alios condemnare nituntur interitu multoq; ſtudio hoc implere conantur:cum inopinabiliter illi ſaluentur:& pœnitus de medio malorum inueniant periculorum ereptionem dei ſolius uoluntate. Tale aliquid ergo circa hunc infantem geſtum aperta uirtute dei probatum eſt. Thermut igitur erat filia regis quæ dum circa litus fluminis luderet:portari a fluuio illud uas conſpiciens præcepit ut ad ſe ille alueus portaretur. Venientibus autem qui ad hoc fuerant deſtinati cum alueo uidens infantem ualde gauiſa eſt propter magnitudinem & ſpeciem eius. Tanto ergo ſtudio deus circa Moyſen uſus eſt ut ab ipſis qui propter natiuitatem eius decreuerunt interimer genus hebræorum:alimento & cura dignus haberetur:iuſſitq; mulierem adduci. Thermut regis filia quæ daret infanti mamillam. Quo non accedēte ad illius ubera:ſed euitante:& hoc in multis mulieribus faciente:Maria aſſiſtens his quæ fiebāt:non ut quaſi uideretur ex operibus: ſed inter alias aſtare ait. Fruſtra o regina has mulieres ad nutrimentum infantis uocas:quæ nullam ad eam cognationem habent. Si uero quandam hebraicarum mulierum adduci præceperis:puto tanquā contribulæ ſuæ poterit ubera excipere. Cumq; putaretur benedixiſſe iuſſit:hanc ire ut aliquam quæ lactare eum poſſit adduceret. Illa uero accepta huiuſmodi poteſtate reuerſa eſt agens matri ſoli cognitum: infanſque grate quodammodo acceſſit ad eius ubera: & ſupplicante regina commiſſum ē ei cum omni diligentia pueri nutrimentum. Cui ſecundum euentum rerum nomen impoſitum eſt: eo quod de flumine ſit ſaluatus. Aquam enim ægyptii mos uocant yſes:uero ſaluatus. Componentes itaq; hæc ex ambobus:Moyſes ei nomen impoſuerunt: ideſt ex aqua ſaluatus. Et erat indubitanter ſecundum dei proloquium prudentiæ ma-

gnitudine & laboribus ſapientū hebræorū nimiū induſtrius. Huic igit Abraam pater ſeptimus erat. Erat.n iſte filius Amaranis:q fuit de patre Chaath:q natus eſt de Leui: Leui uero de Iacob q fuit ex Yſaac filio abraā. Erat aūt ei ſapiētia non p ætate cōceſſa:ſed ſua mēſura multo ſupior:& ſeniorē huius rei facultatē in infantia demōſtrabat:maioréq ſpem actio eius tā tunc q uiri pfecti gerebat. Et cū trimus fuiſſet effectus deus mirabiliter eius ſtaturæ eleuauit ſpacium. Nam quātum ad ſpeciem nullus erat ita ſeuerus:ut uidens moyſen:eius pulchritudinem non amaret:multiſq contingebat dum eū cernerent p plateā ferri:ut conuerterent quidē ad aſpectū pueri:& ea in quib' uidebant ſtudium hēre deſererēt:delectati potius eius uiſione. Erat.n.in eo multa infantilis gratia:& excellenter decens terq circa eum exiſtēs:retinebat inſpiciētes. Hūc ergo cū talis eſſet:Thermut ſibi filiū adoptauit:dū ſobolem legitimā non hret. Et cum aliqñ eū portaſſet ad prem:oñdit eū q̄ſi de ſucceſſiōe non cogitaret:ſed uolūtate dei ppriū filiū nō hret dicebatq. Nutriui infantē forma diuinū:& prudentia ualde fortiſſimum:mirabiliterq de fluminis gratia condonatū:quem meum quidem filium eſſe decreui: tui impii ſucceſſorē. Hæc dicens:poſuit in manib' patris infantē. Ille uero ſumens eū:& ad pectus applicās p amorē p filiæ gratia ipoſuit ei diadema. Moyſes aūt cōuoluēs illud iecit i terra:q̄ſi p infantiam cōculcauitq ſuis pedibus:qd regi auguriū ferre uidebat. Cōtēplatus aūt ille ſacer ſcriba:q ei' natiuitatē pdixerat:ita futuꝝ ad humiliandū principatum ægypti:impetum fecit ut eum occideret: & terribiliter clamans ait. Hic eſt puer ille o rex quem deus nobis occidendum oſtendit:ut de cætero timore careamus. Teſtimoniis enim oſtenditur quia tum inuaſurus eſt principatum. Iſto nanq perempto:ægyptiis quidem eius timor tolletur:hebræis autem ſpes cōfidentiæ quam propter eum habere creduntur auferetur. Quod cum dixiſſet:uix prævalebat eum abripere Thermut:cum etiam rex ſenior eſſet ad eius necem:deo huiuſmodi propter prouidentiā ſalutis Moſaycæ faciente. Alebatur itaq multa ſollicitudine:& hebræis quidem in eo erat ſpes optima circa cuncta:ſuſpitionis uero eius crementum generabat ægyptiis. Et cum nullus eſſet certus:ut uel ſi occideret rex infantem & cognatum propter adoptionem:aut aliorum quilibet:quid amplius ad ægypti utilitatem pdeſſet: quo iam non metuerent de præſentia futurorum abſtinebant omnes ab eius nece.

Poſtq creuit moyſes iniunctum eſt ei bellum æthiopicum:ubi copulata eſt filia regis æthiopum in matrimonio. Vnde odium & inuidiam magnam contraxit ægyptiorum. CAP. VII.

MOyſes itaq prædicto modo natus & nutritus:& tranſiens ad ætatē pfectam:ægyptiis formam ſuæ uirtutis oſtendit:& ad humiliationem quidem illorum:augmentum uero hebræorum factum eſt:ut huiuſmodi occaſio prouēiret. Aethiopes cum ſint pximi ægyptiis:negocia ſua in eoꝝ regionē portabāt:& referebant ægyptioꝝ. Illi irati caſtra metati ſunt:uidicaturi cōceptū:plioq cōmiſſo deuictii:alii ceciderūt:alii uero turpiter domi reuertentes euadere potuerūt. Secuti aūt æthiopes & arbitrātes defeciſſe illos:p ſumptiōe ſua ōēm ægypti puincia optinere potius exarſerunt:guſtanteſq eoꝝ bona:ab eis ſe nō abſtinebāt. Cūq uicinas partes adeuntibus non præſumerent repugnare:acceſſerunt uſq ad memphin: & mare nulla ciuitate.ſ. reſiſtere prævalente. His ergo malis obſtricti:ad reſponſa & diuinationes ægyptii ſunt cōuerſi:& deo eis præbente conſilium:ut auxiliatore uterentur hebræo:iuſſit rex filiæ ut daret Moyſen ducem a ſe conſtituendum. Illa ſacramentis præbitis:ut nihil ei fieret mali: tradidit Moyſen: pro magno quidem beneficio iudicans eius auxilium:& admihilans ſacerdotes: qui eum uelut hoſtem prædixerant:occidendum:quaſi neſcientes q aliquando utile foret eius auxilium. Moyſes uero a Thermut exoratus pariter & a rege:libenter hoc ſuſcepit opus. Gaudebant ergo ſacri utriuſq gentis ſcribæ:ægyptiorum quidem tanquam eius uirtute hoſtes deuincerentur:& Moyſen ipſo dolo comprimerent:hebræorum autem tanquam hæc eis occaſio foret:ægyptios oīno diffugere: quo Moyſes eorum dux eſſet. Ille anteq hoſtes cognoſcerent eius inuaſionem ſumēs ducebat exercitum:non per fluuium iter faciens:ſed per terram:ubi ſapientiæ quoq ſuæ mirabile fecit indicium. Nam cum terra ualde ſit ſæua iter agētibus:propter reptilium multitudinem:quia illic hæc omnia naſcuntur: ita ut etiam quæ apud alios non ſunt:ſola illa terra nutriat uirtute atq malicia:& aſpectu ſolito differentia:quorum ſunt aliqua etiam uolatilia:ut cum de terra nocere nequeant:ſuperuolando nō prouidentes occidant:pro cautela exercitus & itinere eorum innoxio:hoc mirabiliter adinuenit. Plectas ex papiro fecit in modum arcarum:eaſq complēs de hibicibus ſecum portabat. Hoc autem animal ſerpentibus inimicum eſt:fugiunt enim eas aduenientes:& cum ſe celare uoluerint: uelut flatu ceruorum ab repte deuorantur. Hibices ualde ſunt manſuetæ:& generi tātum ſerpentino feroces. Et de his quidem prætereo nunc ſcribere:non ignorantibus græcis quale ſit genus hibicis. Dum uero ad terram nutricem beſtiarum ueniſſent:per eas ut dixi naturam ſerpentum expugnabant: eiſque uelut aduerſus hoſtes utebantur. Hoc ergo modo iter agens:antequam æthiopes agnoſcerent ſuperuenit:& congreſſus cum eis pugna:deuicit:ſpēq quam habebant contra ægyptios & eorum ciuitates abſtulit:ibatq ſubuertens omnia:& terram ethiopum maxima uirtute deuaſtabat. Tunc p fœlicitatem:moyſeos cum de labore ſuo guſtaſſet:ægyptiorum exercitus fatigatiōem minime ſentiebat:tanquam præter eum ſeruitutem & nouiſſimum ſubuerſionis periculum potuiſſent ægyptii ſuſtinere. Poſt hæc autem inſequentibus ægyptiis cunctos æthiopes in Saba ciuitate regia ethiopiæ

quam poſtea Cambyſes Meroen denominauit:a ſororis ſuæ nomine obſidebãtur. Erat eni ſexpugnabilis locus ille cũ & Nilus circũdaret:eũ & circũcluderet:& alia flumina Aſtabus & Aſtabuſras: fluctus difficiles obiicerentur eis:qui illic tranſire tentarent. Ciuitas enim interior exiſtens habitabatur:ut inſula muro circundata uallo fortiſſimo:& contra hoſtes quidem ꝓpoſitus haberet fluuios. Foſſata uero grandia inter muros & flumina ſunt:quatenus fundari non poſſit ciuitas:aquæ illic uiolentia deportata:Hæc res illa flumina tranſeuntib⁹ difficilẽ faciebant ciuitatis inuaſionem. Cum ergo grauiter ferret Moyſes ſegnitiem exercitus: quando hoſtiis nequaq̃ uenire præſumeret ad manus tũc aliquid tale prouenit. Tharbis filia regis æthiopum fuit. Quæ dũ Moyſẽ circa muros exercitum applicãtem:fortiterq; uideret pugnantẽ eis efficatiam expientiáq; mirata:& deſpãtib⁹ iã pridem ægyptiis:libertatis autorem eum exſtitiſſe bonos ſuæ euentus fœlicitatis exſtimãs: æthiopibus. ſ. exultantibus:in his quæ circa eos geſſerãt:eũq; tũc periculis ĩherere cõſpiciẽs ĩ amorẽ ei⁹ ẽ lapſa crudeliter. Et cum paſſio præualeret:miſit ad eũ fideliſſimos ſeruoꝝ:ut ei de nuptiis loquerent. Illo uero ſermonem eius ſuſcipiente:ut traderet ciuitatem:præbitiſque ſedentibus:ut & uxorem eam duceret & ciuitatem obtinens:nequaq̃ pacta tranſcenderet:effectus uerba præuenit:& poſt necem æthiopum gratias agens deo Moyſes:nuptias celebrauit:& ægyptios in propriam terram reduxit. Illi uero ex quibus ſaluabantur a Moyſe:ex his odium aduerſus eum habebãt & ſeruentioribus aduerſus eum conſiliis utebantur arbitrantes:non propter bonos actus eum in ægypto ita creuiſſe:innotuerunt q; regi:quid de facta cæde prouenerit. Ille itaque apud ſe induſtriam uiri continuit:inuidia uero ducatus Moyſeos:& oppreſſionis ſuæ formidine tactus compulſuſq; a ſacris ſcribis:nitebatur in Moyſeos cæde graſſari.

Moyſes cognitis inſidiis regis ægypti latenter effugit & ueniens in Madian:habitauit cum Raguele ſacerdote:cuius filiam accepit uxorem. ¶ CAP. VIII.

QVi dum cognouiſſet inſidias eius latenter effugit:& itineribus obſeſſis:ꝑ deſertũ fugã expleuit. Cũq; ei ciboꝝ eſſet ĩopia:uiribus tolerãtiæ præualebat:eueniẽſq; ad ciuitatẽ Madian circa mare rubrum poſitã:cognomẽ habẽtẽ ab uno filiorũ Abraã de cethura progenito ſedens ſup quẽdã puteũ:ex labore atq; miſeria quieſcebat exiſtẽte meridie nõ ꝓcul a ciuitate. Quo ei actus acceſſit huiuſmodi ex uſu ꝓuincialiũ cumulũ eius uirtutis oſtẽdẽs:& occaſionẽ ad meliora ꝓbẽs. Nã cũ ſint loca iaquoſa ꝓcedebãt paſtores ne forte a puteis aquæ exhauriretur ab aliis:& oues potu neceſſario priuarentur. Aſtiterũt itaq; tunc ad puteũ ſeptem uirgines ſorores:Raguelis filiæ ſacerdotis:qui multo honore apud prouinciales habebatur. Quæ gregũ patris curã agentes eo ꝙ hoc miniſteriũ etiam mulieribus regionũ ſit Troglodytarũ ſufficientem aquam de puteo leuauerũt:expectantes ut greges ſuos abundanti irrigatione ſatiarẽt. Superueniẽtibus uero paſtoribus & uirgines expellẽtibus:ut aquã ipſi occuparent. Moyſes crudele iudicans puellas deſpicire iniuſticiam patiẽtes:uiolẽtiáq; uiroꝝ ſinere potiorẽ q̃ uirginũ:illos qdẽ ꝓhibuit uiolẽtos eẽ:uirginibus autem opportunũ præbuit adiutoriũ. Quæ beneficio ĩperato:uenerunt ad patrem:iniunamq; paſtoꝝ narrantes:& ſolatium ſibi præbitum peregrini rogabant ne eius beneficium eſſet uacuum:ne retributione debita priuaretur. Ille autem & filias approbauit cita benefactorem ita ſtudentes:& Moyſen ad uultum ſuum iuſſit adduci:iuſtiſſime gratiæ ꝓmia merituꝝ. Cũq; ueniſſet & filiaꝝ teſtimonium ei de ſuo ſolatio declararetur:eis uirtutem admiratus: nõ fore eius auxilium ſine bona repẽſatione dicebat:ſed idoneũ ſe ad reddẽdã gratiã:ita ut magnitudine repenſationis:menſurã poſſit trãſcẽdere benefacti. Fecitq; eũ quaſi filium:& unã filiarũ ei dedit uxorem:gregũq; ſuorũ in quibus omnis erat antiquis barbaris poſſeſſio:eum uoluit habere curam & dominum. Et Moyſes quidem dum hæc impetraret a gechegleth iethro hoc enim cognomen erat Ragueli:degebat ibi paſcendo eius græges.

De rubo q uidebat Moyſi q̃ſi arderet:q tamen nõ cõburebatur:ubi audiuit mãdatũ diuinũ ut reuertẽs in ægyptum:liberaret filios iſrahel de oppreſſione ægptioꝝ. ¶ CAPI. IX.

POſt hæc autẽ tempora dum paſceret grægem ĩ mõte q uocatur Sina:ducebat oues q̃ mons eſt excelſus:& ad paſturas egregius optimas herbas habens. Hic dũ eẽt opinio habitare deum:primitus nemo paſcebat:qa paſtores illic minime ambulare præſumẽbant quo tamẽ prodigium ei mirabile nimis apparuit. Ignis nãq; depaſcẽs rubii uiridi tatẽ:eiuſq; floreẽ trãſit inoxius:fructiferoſq; ramos nullo icendio diſſipauit:Cũq; flamma uehemẽs & uelociſſima eẽt:ille etiã ipam uiſionẽ iopinabilẽ formidat⁹ obſtupuit:& poti⁹ dũ uocẽ ignis emitteret:& noíe eius uocaret uerbaq; facere uideret:qbus etiam eius fiduciam præſumẽtis ad loca accedere ubi nullus hominum primitus ambulaſſet:eo ꝙ eſſent diuina redarguit eiq; ſuaſit: ut procul ab igne recederet:& ut ſufficerent ei quæ uiderat:cum eſſet bonus uir magnorumq; proles uirorum nihil amplius indagaret. Prædicatq; ei futuram gloriam & honorem apud hoíes præſente deo:iuſſitq; ut cũ fiducia abiret in ægyptũ:dux & priceps futurus multitudinis hebræorum:& cognatos proprios ab illorum iniuria liberaturus. Nam & terram inqt hitabunt hanc fœlicẽ:quam hitauerat pater ueſter Abraam:oĩbuſq; adepturi ſunt bonis:ad hæc utiq; te eos tuaq; ſapiẽtia deducẽte:iuſſitq; ut educẽs hebræos ex ægypto ſacrificium gratiaꝝ actiõis ueniẽs ad illa loca celebraret.

Hæc ergo ex illo igne diuina uoce prolata ſunt Moſyes ergo obſtupeſcens in his quæ uiderat:mul
to potius quæ audierat:uirtuti ingt tuæ nō credere domie:quā & ipſe colo:& maioribus meis apte
apparuiſſe nō dubito:uæſaniſſimū ſecundū meā ſapiam eē puto. Verūtamē hæſito quēadmodū uir
ignarus & nullius uirtutis idoneus:aut ſuadeā uerbis:quatenus cognati relīquētes terram quā nūc
habitāt:me ſequātur ad quā eos ipſe deducam:aut uel ſi ipſis ſatiſfiat:qūo porro exigere Pharaonē
ut dimittat hebræos:quoꝝ laboribus & opibus uirtus eius fœlicitatis augetur. Deus autē eū in oī-
bus confidere ſeq; adeſſe pmittens:& ubi qdē opus eēt ſuaſione:uerba præbituꝝ:ubi aūt opibus:uir
tutem miniſtratuꝝ:iuſſit ut baculo i terrā proiecto fieret ſerpens:quo ſigno crederet pmiſſa ſe perce
ptuꝝ. Hoc dū feciſſet:draco cōuolutus repebat ſpiris ingentibus:& tāq; cōtra ſe pſequētes ſuū caput
ſæuiſſimū inſurgebat:q deinceps factus ē uirga. Poſt hoc uero mittere eū dextrā in ſinū ꝑcepit:obe-
dienq; eā cādidā & uelut coloris niuei protulit:poſt qd tamē ad ſolitū eſt reuerſa. Iuſſus iteꝝ aquā
de proximo ſumere:eā in terram proiicere:uidit colore ſanguineo factam:mirantemq; in his con-
fidere prædicebat deus:& adiutorem ſibi eū noſſe maximū:& ſignis his ad credendū apud omnes
uſuꝝ:dicebatq; miſſus ame:ſecundum mea mandata facies uniuerſa. Iubeo ergo te in nullo te tar
dantē:ad ægyptum feſtinare:die noctuq; laborātē:ne tua tarditas maius tēpus faciat hebræos in ſer
uitutē conſiſtere. Moyſes autem nō diffidens in his quæ diuinitas promittebat:inſpectorq; talium
indiciorū:& auditor factus orabat:ut hac uirtute eodem modo expiretur in ægypto:ſupplicabatq;
ne nominis ſui deus noticiam ei celaret:ut dū uoci eius participatus ſuiſſet pariter & aſpectus:ſuper
agnoſceret & uocabulū:quatenus ſacrificans nominatī eū adeſſe hoſtiis ſupplicaret. Et deus quidē
ei ſuā ſignificauit appellationē:quā primitus hoīes nequaq; uidebantur audiſſe :de qua mihi fas di
cere non ē. Moyſes itaq; illa ſigna nō tūc ſolūmodo:ſed ſēp &:ubicūq; cōtingeret faciebat. Ex qui
bus oībus plus maiorem ueritatē ſignis diſtribuens:deūq; ꝓpiciū & ſuffragatorē habiturum ſe cre
dens:& domeſticos ſe ſaluare ſperabat:& ægyptios malis afficere.

Moyſes regreſſus eſt in ægyptum ſecundum mandatum dominiſubi faciens ſigna & prodigia
maxima eduxit filios iſrahel de ægypto in manu ualida. CAPI. X.

AVdiens quoq; ægyptioꝝ regē Pharaonē fuiſſe defūctū:ſub quo ipſe deſugerat:petiit
raguel ut eius pmiſſu pro unitate cognatoꝝ iret in ægyptū:ſumenſq; Sephorā uxorē
filiā Raguelis:& filios quos habebat ex ea Geſſā & eliezer:terē dit ad ægyptum. Nomi
nū uero horū Geſſa quidē hebræa līgua ſignificat i terra peregrina. Eliezer aūt q adiu
tore patrio deo uſus:ægyptios effūgiſſet. Cū uero ueniſſet iuxta mōtē:frater Aarō deo
iubēte occurrit ei. Cui moyſes ſignificauit quæ in monte cōtigerūt:pariter & diuina mādata. Proce
dēntibus aūtē eis:occurrebāt nobiles hebræoꝝ eius præſentiam cognoſcētes. Quibus Moyſes qūo
uerbis ſuadere non poterat:ſigna ſibimet oſtenſa moſtrabat. Illi ſtupore eorum quæ inopinabili-
ter inſpiciebāt:omnino credebant:& ex omnibus erant in ſpe maxima cōſtituti:deo ſcilicet eorum
prouidente ſecuritatem. Dum uero iā obediētes haberet hebræos moyſes:ꝑmittentes ſecuros ſe q
iuberet:libertatemq; reſpicere:uenit ad regem illū q nup ſuſcepat principatū:& in quocūq; iuuerat
olym ægyptios ab æthiopibus compꝛeſſos: cū fuiſſet eorū direpta prouintia declarauit:& quia mili-
tia & laboribus magnis uſus tanquā pro ſuis:poſt diuerſa pericula non dignam retributionem ac-
ceperit intimauit:pariter etiam quæ illi in monte Syna contingerant:deiq; uoces:& ſigna ſingula
ab eo moſtrata propter fidem rerum decenter expoſuit:rogauitq; ne diſcredens i his:impedimentū
faceret dei uoluntati. Deridente uero rege:Moyſes opere fecit:ut conſpiceret ſigna quæ fuerant
in monte Syna monſtrata. Ille ergo dedignatus:illum quidē maligniſſimū appellauit:& prius ægy
ptiorum fugiſſe ſeruitium:& nunc pro ſeductione remeaſſe :& prodigiorum opus ſtuporemq; fac
tum magicarum artium appetiſſe remedia. Cumq; hæc dixiſſet:iuſſit ſacerdotes eaſdem quas ille
facere uiſiones:tanquam ægyptii etiam in hac diſciplina ſapientes exiſterent:& quaſi nō ſolus moy
ſes peritus eſſet rerum:quas ipſe per deum poſſit explere:ut qd erat ualde mirabile:ſi etiam ab aliis
fieret oſtenderetur:quomodo humana doctrina conſtaret. Et ponentibus illis uirgas :dracones fa-
cti ſunt Moyſes autem non expauit ſed ait. Nec ego quidem o rex ægyptiorum deſpitio ſapientiam
ſed tanto melius hæc ame q̄ horum magica arte ſunt facta:quanto humanis diuina eſſe conſtat
meliora. oſtendam uero non artibus magicis:nec errore:ſed ſubſiſtere ueritate: quæ mihi ſunt dei
prouidētia & uirtute pateſacta. Cūq; hæc dixiſſet:proiecit in terram uirgam:iuſſitq; eam ut eam i co
lubrum uerteretur. Illa obediens etiam ægyptiorum uirgas quæ uidebantur eſſe dracones deuo-
rauit:inſiliens donec conſumeret uniuerſas. Quam in ſuo ſchemate redeūtem:ſumpſit denuo moy
ſes. Rex autem nihil maius in hoc actu ſe uidiſſe ſimulauit:ſed iratus:& in nullo eum præferri di-
cens ægyptiorum ſapientiæ & integritati iuſſit ei qui ſuper hebræos uidebatur eſſe cōſtitutus ut
nullam eis præberet requiem:ſed maioribus q̄ prius eos malis affligeret. Ille ergo cū prius eis præ-
beret paleas ad lateres:nihil ulterius dedit:ſed die quidem opibus eos faciebat affligi:nocte uero pa
leas congregare. Cum eis duplex hoc malum exiſteret:& ærumna per illū crudelior inſtituiſſet: Ille
neq; minis regis ſatiatus eſt neq; increpationibus ceſſit hebræoꝝ:ſed animam ſuam cōſtituit ad
utraque:ut & laboraret:& libertatem cognatis acquireret:uenienſq; rurſum ad regem ſuadebat ei

ut dimitteret hebræos ad mõtẽ Syna:ſacrificaturus deo. Hoc ei præcepiſſe dominum dicebat:& in nullo contradiendũ illius iuſſioni exorabat:deũq; propicium fore cunctis:ſi eos dimitteret egredi ne prohibẽdo illos ſibimet reputaret patiendum quæcũq; patiunt qui præceptiõibus dei contradi cũt:quando eis qui iram in ſe cõmouerint diuinã in omnibus obortiuntur aduerſa. Ex quibus utiq; neq; terra:neq; aer ſuauis exiſtit:nec ſoboles eorum naturali modo progrediť:ſed inimica omnia & aduerſa ſentire ægyptios edicebat:& hebræorũ populum abire ex illorũ ꝓuincia etiam illis nolenti bus affirmabat. Rege uero Moyſes deſpiciente ſermones:nullãq; conuerſionem ſui ad talia facien te paſſiones peſſime quas ſingulas explanabo ægyptios inuaſerunt:nec prius flectebant quam eoꝝ experimenta perciperent ſimul & quia uellet deus Moyſen in nullo eorum quæ prædixerat mon ſtrari mendacem:& quia prodeſſet hoĩbus:ut diſcerent obſeruare & facere ea:in quibus non poſſet offendi diuinitas:ne ad iracundiam conuerſus:in eorum iniquitatibus ulciſcatur Fluuius enim eis ſanguineus dei uoluntate profuit:& qui bibi non poſſet:cum fontem aquarum aliũ non haberent: non colore ſolũmodo talis erat:ſed etiã ſe cõtingentibus doloris amari gemitũ inferebat:eratq; ta lis ægyptiis:hebræis aũt dulcis & potabilis exiſtebat:licet naturaliter uideret eẽ mutatus. In hoc mi raculo rex timens. atq; hæſitans ꝓpter ægyptos:abire ꝓmiſit hebræos. Cũq; malũ fuiſſet aliquomo do releuatũ rurſus ſniam ꝓmutauit:nec eos abire ꝓmiſit. Deus aũt illo cõtemnẽte poſt calamitatis ablationẽ:& nolente a ſua malicia tẽperare aliã intulit ægyptiis plagam. Ranaꝝ nãq; infinita multi tudo eorum terrã late depaſta eſt:plenuſq; erat his etiam fluuius:& polluebatur eoꝝ potus:& aĩalĩ bus ibi putreſcẽtibus:fetor cũctis noxius exalabat ex aqua:eratq; cũcta regio huiuſmodi malo plẽa: ebulliẽtibus ranis & morientibus:quæ etiam domeſtica eoꝝ habitacula ualde uexabãt:dum in cibis ſepius inuenirent & poculis:& in cubilibus eoꝝ inambulantes:fetorq; crudelis erat:& abominabĩ lis:moriẽtibus ranis ac putreſcẽtibus. Dũ his ergo malis ægyptii præmerẽtur:iuſſit rex Moyſen tol lentem hebræos abſcedere. Cunq; dixiſſet hoc:repente ranarum exterminata eſt multitudo:& ter ra ſimul & fluuius in ſuam reuerſi ſunt naturam. Pharao uero mox ut paſſionibus terra priuata eſt: oblitus calamitatis illius:rurſus retinuit hebræos:& tanquam ſi plurimas paſſiones experiri uelit:ne quaquam dimiſit Moyſen populũq; diſcedere:quẽ prius timore potiuſq; prudenti animo abire de creuerat. Rurſus ergo alterius mali percuſſione eius fallaciam diuinitas uulnerauit. Pedunculorum nanq; infinita multitudo ægyptiis pullulauit:ex interioribus ebulliens:ex quibus mali male conſu mebantur:neq; lauacris:neq; medicamentorũ unguentis genus hoc exterminare prævalentes. Ob hanc ergo peſtẽ Aegypti rex turbatus:metuenſq; ſimul peſtem ſui populi:licet fatue uerecundiam ſe deuicti uiri putaret habiturum:cogebatur tamen a malo tẽperare:hebræiſq; conceſſit egreſſionem. Cũq; hoc iterũ leuigareť:filios obſides & uxores reuerſionis ſuæ eos relinquere ſanciebat. Vnde ir ritauit potius deum:credens ſe eius quoq; prouidẽtiam falleresicut Moyſen. Sed illũ latere non po tuit ægyptũ punientẽ propter hebræos. Beſtiis nãq; multigenis & multimodis quorum aſpectibus nullus occurrit:eoꝝ prius impleuit regionẽ:quibus & ipſi conſumebanť: & terra agricolarum cul tura nudabať. Si quis enim primaꝝ paſſionũ perditionem euaderet:hoc langore & interitu hoĩum talia ſuſtinentiũ ſuccũbebat. Cũq; Pharao neq; ſic dei iuſſionibus obediret:ſed uxores qdẽ abire cũ uiris diceret:relinquendos uero filios poſtularet:nõ defuit deo:unde calliditatẽ eius diuerſis malis & maioribus denuo ſuꝑuenientibus caſtigaret. Crudeliter nãq; eoꝝ corpora uulnerabanť interius corrupta. Ita paſſim ægyptioꝝ multitudo conſumebať. Rege uero neq; hac plaga temperante gran do uehemens:cũ neq; prius in ægypto aer aliquid tale ꝓtulerit:neq; ſimilis apud eos hiemis tempo re deſcenderet:maiorq; q̃ apud habitatores boreæ patris & ſeptentrionalis aeris rigore deferreť ef fluxit & fructus earum uſquequaq; confregit. Deinde genus locuſtarum germen quod non fuerat uexatum grãdine deuorauit:ut eis generaliter ſpes terrenoꝝ fructuum deperiret. Sufficiebat nanq; quẽlibet ſine calliditate fatuũ:etiã ea quæ ꝑdicta ſunt mala ad ĩtellectum & cogitationem utilitatis adducere. Pharao itaq; tantũ ĩprudens quantũ malignus ſentiens cãm:deo tamẽ cõtradicebat: iuſ ſitq; Moyſen cũ uxoribus ſuis hæbreos abducere:facultatẽ uero eius deſereť:eoꝝ depopulãdas do mus. Moyſe uero nõ acquieſcẽte ita dimitti eos:quos oporteret deo ſacrificiũ de ſuis rebus offerre: cum ꝓpter hanc cãm multo tẽpore morarenť:tenebræ ꝓfundiſſimæ & ꝓtem luminis non habentes: ægyptiis ſunt diffuſæ:ꝑ qbus & uiſus eoꝝ aeris craſſitudine clauſi ſunt:eoſq; mori miſerabiliter cõ pulerunt. Metuebant enim ne caligine ſimul abſorberenť. Deĩde his excuſſis poſt tres dies totidẽq; noctes:dum nullatenus pœnitentiã ageret Pharao ꝓpter egreſſum hæbræorũ:accedẽs ad eũ Moy ſes ait. Quouſq; iobediẽs es uoluntati dei? Iube dimitti hæbreos:nõ enĩ poteritis ab his malis eri pi:niſi hæc uolueritis implere. Rex aũt iratus ĩ his quæ fuerant dicta:minatur eius ſe caput auferre:ſi ad eũ ob hác ĩportunitatẽ denuo remearet. Tunc Moyſes nequaq̃ ſe de his uerba factuꝝ dixit: ſed il lum ipſum cũ ꝓceribus ægyptioꝝ deprecaturꝝ fore:ut hæbrei diſcederẽt. Et ille quidẽ cum hæc di xiſſet abſceſſit. Deus aũt oñdens adhuc una plaga feriendos ægyptios:ut dimitterent hæbreos:iuſ ſit Moyſen præcipere populo:ut ſacrificiũ paratũ haberẽt:eẽntq; ꝑſtructi a decia die Xãthici mẽſis: uſq; ad quartãdecimã q̃ apud ægyptios qdem Parmuthi:apud hæbreos aut Niſan uocať:macedões uero Xanthicũ eum appellant. Et egreſſuros hebræos oĩaq; portaturos aſſeruit. Et ille quidem iam

præparatos habēs ad egreſſionem hæbreos: & cōſtitutos per tribus ibidem retinebat. Cum autem inſtaret quartuſdecimus dies: omnes ad egreſſionem tendentes & immolantes ſanguinem: domus proprias yſſopi frondibus emundabāt. Cunq; cœnaſſent. reliquas carnium tanquam egreſſuri con cremauerunt. Vnde hactenus ſecundum hunc morē ita ſacrificamus. Illāq; feſtiuitatem paſca uoca uerunt: quod ſignificat trāſcēſionē: eo q; illa die deus trāſcēdere eos peſtem uoluit: quæ. ſ. ægyptios uiſitauit. Mors enim primogenitorū ita ægyptiis facta eſt: ut plurimi procerum congregati circa re galia Phataoni pſuaderēt: quatenus hæbreos ſub uelocitate dimitteret. Q ui uocatū Moyſen abire præcepit: arbitratus: ut ſi de prouincia recederēt: iminentē ægyptiorū caſtigatiōem ceſſare: mulieri buſq; honorabant hæbreos: alii quidē ut citius egrederētur: alii uero, ppter uicinitatis eorum cōſue tudinē. Et illi quidē egrediebantur: flētibus ægyptiis & pœnitētiā agētibus: eo q; fuerint eis ſic cru deles tēdebantq; ad ciuitatem noīe Licus: quæ tūc erat deſerta: ubi Babylon poſtea fabricata eſt: dū eambiſes ægyptum deuaſtaret: celeriterq; agētes iter ad locū Beelſephon: tertia die ad rubrū mare deuenerūt. Et propter deſertū nihil de terra poſſent habere ciborū: fermētata farina azymis panib⁹ ex modico tempore tantūmodo coagulatis ueſcebātur: hiſq; triginta ſūt uſi diebus: longiori enim tempore eis nō ſuffecerūt quæ tulerunt ex ægypto: cum etiam is cibus ſub neceſſitate cuſtoditetur: nec ad ſatietatem eodem uterentur. Vnde ad memoriam illius inopiæ: feſtiuitatē octo dierum agi mus quæ dicitur azymorum. Omnis itaq; multitudo mulierum pariter & infantum egreſſorū con ſiderantibus ineſtimabilis erat. Qui uero ætatē habebant aptam ad expeditū: ſexcenta milia fuerūt: reliqueruntq; ægyptū: menſe xanthico: luna. xv. poſt annos. xxx. &. cccc. q̄ pater noſter abraā ueniſ ſet in chananæam: poſt Iacob autem aduentum in ægypto: anno. cc. & quinto. Moyſes aūt erat qui dem anno iam. lxxx. frater aūt eius aaron tribus annis maior extabat. Portabant etiam oſſa Ioſeph: dum hæc ille ſuos filios facere præcepiſſet.

Quomodo ægyptii pœnitentia ducti q; dimiſiſſent filios Iſrahel: inſecuti ſunt eos uſq; ad mare ru brum: quod diuiſum uirga Moyſi præcipiēte domino: ingreſſi ſunt filii iſrahel: & ſicco ueſtigio trā ſierunt illud ægyptii autem perſequentes ingreſſi ſunt poſt eos: ſed reuertente mare in ſeipſum ſuf focati ſunt fluctibus. CAPI. XI.

POrro cum ægyptios hæbreos; peniteret egreſſus: rexq; grauiter ferret: tāquam ueneficiis Moyſeos ſigna illa facta fuiſſent: deliberauerūt ſuper eos: irruere. Et ſumētes arma pſequebantur: tanquam reuocaturi eos ſubicūq; cōpræhēdiſſent: nec eos ulterius deo dimitterent: ſeq; contra eos facillime præualere iudicabant: cum & inermes eſſent illi: & itinere fatigati. Et a ſingulis occurrentibus requirentes quo abirent: perſequi cū ſtu dio feſtinabant licet moleſta ſit illa terra iter agentibus: non ſolum expeditis: ſed etiam ſingulariter ambulātibus. Moyſes autem per ea loca prouide ducebat hæbreos: ut ſiquidē pœniteret ægyptios & perſequi uellent hæbreos: ſupplicium maliciæ ſuæ: & tranſgreſſionis indubitanter exoluerent. Per palæſtinam uero grauiter ferebat trāſire: propter antiquam moleſtiam: uolebatq; quolibet mo do latere pergens. Confinis enim eſt ægyptiorum hæc prouincia: & propterea uia quidem ducente ad palæſtinam populum non eduxit: per deſertum uero multum iter agens: malaq; perpeſſus innu mera: ad chananæam ſtuduit peruenire: inſuper & propter mandata dei iubentis adduci populū ad montem Syna: ſacrificium illic oblaturos. Apprehenſis ergo hæbreis ægyptii ad prælium parabant & multa uirtute proſecuti: cōcluſerant eos in paruulo quodam loco. Sexcenti enim currus eos per ſequebantur: & equites quinquaginta milia: & ducenta milia pariter armatorum. Et itinera quidē clauſerunt quibus hæbreos fugere iudicabant: inter rupes intranſgreſſibiles eos & mare claudentes: ubi terminatur mons ex aſperitate uiarum: nimis immenſus. Et fugam eis penitus amputantes: a maritima & montis cōgreſſione hæbreos militibus obſederūt: os ipſum fuge claudentes: ut egreſſum eis ad cāpeſtria denegarēt. Non itaq; tolerabant obſeſſionis modū hæbrei: ppter egeſtatem ne ceſſariorū: neq; fugæ facultatē habētes: armiſq; priuati qui licē ii pugnare uellēt: eis ſpes rerum omnium amiſſa uideret: niſi ſemetipſos traderent uoluntati ægyptiorum. His ita factis: moyſen in omnibus culpabant: oblitiq; ſignorum quæ eis fuerāt a deo pro ſua libertate monſtrata: uſq; ad hoc uenerunt: ut etiam prophetam qui eis ſalutis dona promiſerat: pro incredulitate lapidibus niterentur obruere: ſeq; tradere cogitarent: eratq; luctus & gemitus mulierum & infantum: ante oculos habentium mortem: montibuſq; ſe & mari claudentibus ſimul & hoſtibus & fugam nullatenus ex iſtis inuenientibus. Moyſes autem licet eſſet in eum exaſperata multitudo: ipſe tamen circa prouidentiam eorum non ceſſabat: ſed hæc omnia iactabat in deum: qui eis etiam iam alia quæ prædixerat pro eorum libertate contulerat: & neq; in hoc reliquendos eſſe inimicis dicebat: neq; ſeruituros: neq; perituros: ſtanſq; in medio ait. Nec hominibus quidem bene conuerſantibus circa nos iuſtum erat non credere: de dei uero prouidentia uos deſperare opus non eſt: a quo uobis omnia prouenerunt quæcunq; per me ad ſalutem & libertatem ſeruitutis ueſtræ neq; ſperantibus promiſit: cum potius in hæſitatione ſicut putaſtis uenientes: oporteret nos adiutorum dei ſuſtinere: cuius opus erit etiam nunc in tali nos difficultate concluſos: ex deſperatione ſicut uos creditis habituros ſalutem: & ex hoſtibus li b ertatem: qui fortitudinem utiq; ſuam circa nos eſt oſtenſurus: & prouidentiam factū

rus. Non enim in paruis diuinitas auxilium ſui fauoris ſolet accõmodare:ſed potius in quibus humanam ſpem ad meliora nõ uidet accedere. Vnde tali auxiliatori credentes: cui uirtus eſt etiam parua grandia facere:& tãtarum infirmitatem rerum ſuo munimine roborare Nolite ægyptiorum arma metuere:nec quia mare & poſteri montes uiam fugæ prohibẽt:propterea ſaluris ſpacia deſperare:fient enim uobis hæc quaſi campi dei prouidentia: & pelagus conuertetur in terram. Cunq; hæc dixiſſet:ducebat eos ad mare ægyptiis intuentibus. Erant enim e diuerſo poſiti: & labore perſecutionis affecti:in craſtinum differre prælium utile fore credebant. Dum uero Moyſes peruenisſet ad litus ſumens uirgam rogabat deum:& auxiliatorem atq; adiutorem inuocabat dicens. Neq; tu quidem ignoras quia effugere nobis mala præſentia:nec fortitudine: nec auxilio licet humano: ſed tu præbe aliquod ſalutare exercitui:tua uoluntate ægyptum relinquenti. Tuum eſt enim nos eripere:quia nunc omni ſpe & conſilio deſolati ad tua ſolius ſubſidia conuolamus: & quicquid ex prouidentia tua nobis acceſſerit: quod nos ab ægyptiorum ira liberare nunc poſſit inſpiciamus: uelociterq; tuam nobis oſtende uirtutem:& populum deſperatione ruentem in peius:ad ſecuritatẽ dignare & ad fiduciam pietatis perducere. Non enim in extraneis ſumus:ſed tuum quidem eſt mare:tuus eſt & mons qui nos circundat: ita ut hic aperiri te præcipiente:& mare conuerti poſſit in terram. Valebimus etiam effugere per deſertum: ſed tuæ placeat uirtuti hac etiam nos parte ſaluare. Talia ſiquidem cum oraſſet:percuſſit uirga mare. Quod repente percuſſione inciſum: & in ſe diuiſum terram reliquit nudam:ut hæbreis uia eſſet & fuga. Moyſes autem uidens ad deſtinationem dei & pelagus ceſſiſſe eis:propriam terram primus intrauit:& hæbreos diuino itinere facto propter periculum præſentium hoſtium ſequi ſe præcepit. Qui delectabãtur in hoc: agebantq; deo gratias: propter ſalutem quæ per eum ultra modum rationis acceſſerat:quos iam nequaquam tardãtes: ſed cum feſtinatione pergẽtes: uelut ſibi præſente deo:ueſanos quidem ægyptii primitus iudicabãt:& tanquã ad interminationẽ manifeſtæ mõrtis intẽtos. Cũ uero uidiſſent eos illeſos ab ira:nullũq; impedimẽtũ eis nec difficultatẽ aliquã obuiare:ſequi eos aggreſſi ſunt:tanquã & illis pelagus ita quetum exiſteret. Præordinantes ergo equos:ingrediebatur totus exercitus in mare. Hæbrei uero illis ſe armantibus atq; tardantibus:ad terram contra poſitã peruenerunt:ſine aliqua paſſione illos effugientes Quapropter illi audaciores effecti perſequebantur:tanquam nec ipſi aliquid eſſent paſſuri: cum neſcirent hæbreis proprie factam:& non eſſe cõmunem uiam. Quæ utiq; pro ſalute periculum patientiũ fuiſſet oſtenſa: & non propter eos qui ad perditionem eorum accedere feſtinabant. Dum ergo ægyptiorum exercitus omnis in mare intraſſet:rurſum effuſum eſt: & deſcendens uentorum procella:omnes ægyptios comprehẽdit:imbreſq; ſimul & tonitrua ualde grauiſſima e cælo deſcenderunt:choruſcationeſq; lãpadantes: nihilq; fuit rerum euenientium per iram dei ad perditionem hominum qui eis nimie tunc non acceſſit. Nox caliginoſa inſuper & fluctuoſa apprehendit. Et iſti quidem ita ſunt perditi: ut nemo ex eis reliqueretur. hæbrei uero neq; retinere poterant gaudium inopinabilis ſuæ ſalutis: & hoſtium perditione firmiſſimæ libertatis: quando defecerunt qui eos ſeruire cogebant:deumq; ſic aperte ſuum adiutorem inſpiciebant. Et illi quidem periculum ita effugientes inſuper & inimicos punitos ſic eſſe reſpicientes ut nulli unquam priorum hominum poterant reminiſci:hymnum tota nocte dixerunt. Moyſes autem canticum in deum & laudem gratiarumq; actionem propiciationis eius:exhametro compoſuit. Ego itaq; ut inueni in ſacris libris ita hæc ſingula quæq; tradidi. Nulius uero diſcredat uerbi miraculum: ſi antiquis hominibus & malicia priuatis uia ſalutis licet per mare facta eſt ſiue uoluntate dei:ſiue ſponte reuelata: dum & eis q cũ Alexandro rege macedonæ fuerunt olim antiquitus reſiſtẽtibus panphilicum mare diuiſum ſit: & cum aliud non eſſet iter tranſitum præbuit eis:uolente deo per eũ deſtruere perſarum principatum: hocq; confitentur oẽs:qui actus alexandri cõſcripſerũt. De his itaq; ſicut placuerit cuilibet æſtimet. Poſtea uero armis ægyptioꝝ perfluctus uiolẽtia uentoꝝ allatis:exercitui hæbreoꝝ: moyſes & hoc arbitratus dei ꝓmiſſione factũ:ut neq; armis egerẽt:hæc exiit colligẽs:hæbreoſq; his muniẽs: duxit eos per deſertũ ad montẽ Synai:illic imolatus deo:& pro ſalute multitudinis hæbreoꝝ ut dictũ fuerat munera redditurus in pace.

Incipit tertius liber antiquitatis iudaicæ.

Quõ Moyſes populũ ex ægypto ſumẽs duxit ad montẽ Syna:multo itinere fatigatũ. ¶ CA. I.

IGitur inopinabiliter hæbreos tali ſalutem donatos grauiter iterũ contriſtabat dum Syna ducerẽtur in montẽ:eſſetq; regio ualde deſerta:& neceſſariis alimẽtis egena:& aquæ difficilis:quæ non ſolum ut præberet aliquid hominibus indigebat:ſed ẽt nec aliqua aialia ut aleret erat idonea. Eſt enim ſterilis nulluſq; nouus fructus ex ea ualet oriri. Per huiuſmodi ſiquidem regiõem neceſſarie ꝓperabant. unde quãdo irent ad aliam nõ habebãt. Portabatur autem aquæ ex locis iã trãſactis duce iubẽte:& ea expẽſa ad effodiẽdos puteos cum labore ꝓ terræ duriciã accedebãt:& cũ iuẽiret erat ioptabilis:ſed amara ſimul & parua. Hoc itaq; mõ faciẽtes circa meridiana iter:ueſpe uenerũt i locũ quẽ ꝓ aq̃ maliciã Mara noiauerũt. Amaritudo enim hæbraica lĩgua ſic dicit. Ibi fatigati itineris uiolẽtia: indigẽtiaq; ciboꝝ q eis de-

ſecerãt omnino mãſerunt. Erat ibi puteus ualde durus: qui nec ſufficere quidem tãto exercitui poterat: paruã tamẽ eis cõſolationem præbebat: q̃ in illis locis fuiſſet inuentus. Audierant enim ab exploratoribus: quia nihil ambulantes ulterius inuenirent. Illa ſiquidem aqua amara grauiter non ſolum hoĩbus: ſed etiã ſubiugalibus exiſtebat. Videns itaq; Moyſes populũ in anguſtia cõſtitutũ: & ſimul cauſam cui cõſultari nõ poterat: neq; n. inimicus erat hoſtis: quatenus uim iſerenti de neceſſitate potuiſſet ſua fortitudine reſiſtere. Et dũ iſto mõ eoꝝ deficeret uirtus: infantũq; & mulierũ multitudo debilior: nihilq; prodeſſet doctrina uerborum: calamitatem omnium ſuam Moyſes propriã faciebat. In unum itaq; cõcurrebant: eiq; cuncti inſtabant: mulieres quidẽ pro paruulis. uiri aũt pro ſemetipſis ne eorum utilitatem ſperneret: ſed eoꝝ ſaluti quocũq; ordine ꝓuideret. Ad hoc ergo cõuerſus eſt: ut ſolũmodo deo ſupplicaret: ut aquã ex malicia præſenti cõuerteret: eãq; illis potabilem cõdonaret. Et cõcedẽte deo tãtam gratiã: ſumens ſummitatẽ uirgæ quã in præſenti gerebat diuiſit ꝑ medium: & in longitudine ipſam inciſionẽ faciens: deinceps iactauit in puteũ: ſatisfaciens hæbreis: eo q̃ deus eius orationes audiſſet: & promiſiſſet aquam ſe eis qualẽ cõcupiſcerẽt præbituꝝ: ſi tamen iuſſis eius nõ ſegniter ſed promptiſſime miniſtrarent. Illis uero dicẽtibus qd uellet ſe facturos ſi aqua cõuerteret in melius: iuſſit eos qui iuuentute ualebãt haurire dicẽs: q̃ prius effuſa plurima q̃ ultima remaneret aqua poſſit eis eſſe potabilis. Illi qdem laudauerunt dictum: & aqua frequentibus contuſionibus exercitata: purgataq; facta eſt potabilis. Hinc itaq; caſtrametati: uenerunt in Helim: quæ procul quidẽ bona uidebatur aſpectu. Habebat enim palmarum arbores. De proximo aũt ma ligna cõprobabatur. Nam palmæ ille ſeptuginta non amplius erãt ĩcreſcibiles: nec multum eminẽtes a terra: propter aquæ ĩopiã: quia dum eẽt locus oĩs harenoſus: neq; eis ex duodecim fontibꝰ humectatio quedã: aut ad rigãdum ſpes utilis habebatur: ſed dum germinare nõ poſſent: ſteriles erãt indubitanter & paucæ. Cũq; ꝑ harenã diſcurrerẽt: nihil eis occurrebat: uel ſi paucum aquæ in manibus ſumerent: inutile inueniebant atq; cenoſum. Fructum uero ferre erant ille arbores nimis inualidæ: propter aquæ ut dixi ſterilitatẽ. Pro hac ergo cauſa culpabãt ducẽ: clamabantq; ſuã eẽ miſeriam: experimẽtũq; maloꝝ ꝑ eũ ſe pati dicebant: triginta dierũ ambulãtes uiam. Quæcũq; n. portabant cõſumpſerant: & nihil pœnitus ĩueniẽtes: erant in deſperatione rerum cũctaꝝ. In ꝑſenti nanq; malo aĩum habẽtes & nõ recordãtes quanta eis fuiſſent a deo & Moyſeos uirtute ſapiẽtiaq; collata: iraſcebantur aduerſus ducẽ: & lapidare eũ ſimul aggreſſi ſũt: quaſi ipſe cauſa tãtæ calamitatis exiſteret. Ille uero ita multitudine prouocata: & cõtra eum amare commota: de deo confidens: & conſciẽtia pura prouidentiæ ſuæ: quã gerebat contra contribules ſuos: ſemetipſum dedit in medium: & cõclamantes atq; ad lapides manus habentibus: cum eſſet ille aſpectu gratiſſimus: & ad loquendum multitudinem ſuaſibilis: mitigare cepit iras eorum: neq; eis priorum beneficiorum obliuionem habere poſcebat: propter recordationem malorum præſentium: nec quia nunc laborarent: ideo deberent perpetua dei munera proiicere: quorum iam magna & ĩopinabilia meruiſſent. Sed ſperare potius etiam de præſenti anxietate ſe dei prouidentia liberandos: qui eorum uirtutẽ probare uellet: ſi haberent tolerantiam: & animo bono præcedentia retinerent. Quia ſi nõ ad illa bona propter præſentia mala reſpicerent: exercerentur in malis: & arguerentur non eſſe boni. Neq; circa patientiam: neq; circa priſcorum bonorum memoriam: cum ita deum eiuſq; uoluntatem cõtemnerent: per quã ægyptum reliquiſſent & ita circa eundem miniſtrum eius affecti eſſe uiderẽtur: cum in nullo fuiſſet mentitus de quibus dicendum aut faciendum dei mãdato iuberet. Enumerabat igitur omnia: quẽadmodũ perempti fuiſſent ægyptii qui eos contra domini cõpreſſerant uolũtatem: & quẽadmodũ idẽ fluuius illis quidã ſanguineus eſſet: ipſis uero potabilis atq; dulcis: & quomodo ꝑ mare ne longius fugiẽtes nouã uiam aggreſſi ipſi quidẽ ex illo ſaluati ſunt: inimici autem eorum prorſus abſorpti: & quia dum arma non haberent: etiam hoc eis deus abunde præbuerit: & alia quæcunq; ad perdendos inimicos: ipſoſq; ſaluãdos neceſſaria fuiſſent: eis ultra ſpẽ uirtutis ſuæ more contulerit. Non ergo debetis inquit etiam in præſenti de eius prouidentia deſperare: ſed ſine iracundia ſuſtinere: & cogitare eius auxilium non quidẽ tardũ eſſe: ſed ideo nũc differri ut uos hac difficultate ꝓbet utiq; credentes deum non per defectum eſſe ſegnem: ſed pro experimento uirtutis ueſtræ & deſiderio libertatis: & cognoſcat utrum & ciborum inopiam: & ſterilitatem aquæ pro eo fortiter ferre poſſitis: an ſeruire potius eligatis: ſicut iumenta domniantibus ſibi: & eis qui propter miniſterium ſuũ hæc pinguiſſime uirtute conſueuerũt adiiciens ſuper hæc: dicebat non ſe tantum de ſua ſalute metuere: quando utiq; nihil mali pateret: ſi moriret iniuſte: ſed potius ꝑ illis cogitare: ne ꝑ lapides quos mitterẽt ſup eũ deũ iudicarẽtur cõtẽnere. Sic itaq; mitigauit illos: & ab impetu lapidationis abſtinere fecit: & ad pœnitentiã ſceleris cõuertit: dicẽs eos nõ hoc rationabiliter: ſed neceſſitate feciſſet: cogitauitq; oportere: ut ad diuinã ſupplicationẽ preceſq; ueniret. Et aſcẽdens quẽdam ſcopulum: depoſcebat: ut queſtum populo auferret deus: & eos ab inopia liberaret: in ipſo enim eſſe ſalutem ſuã: & in nullo alio: atq; cõcederet ueniam his quæ in præſenti fuerant neceſſitate populi geſta: cum generi hominum res oportunæ prouenientes: & difficile placeant: & eius accuſatio ſit amica. Deus aũtẽ & prouiſuꝝ ſe cõpromiſit: & occaſiones: eorum deſideriis præbituꝝ. Moyſes uero a deo hæc audiens deſcendit ad plebem. Illi cum uiderẽt eum promiſſionibus lætum: a meſtitia ad hilaritatem

conuerſi ſunt:ſteteritq; ille in medio: ueniſſe ſe a deo dicens: & portare eis pro hæſitationibus præſentibus libertatē. Et poſt paululum ortygum multitudo quas præcipue nutrit ſinus arabicus: trāſeenſo medio maris ſuperuolauit: & poſt laborem uolatus quaſi ad terrenam requiem deſcendit inter hæbreos. Illi ergo tanquam alimentum ſibi a deo collocatum comprehēderunt eas. Tūc Moyſes ad orationes dei repente conuerſus eſt:qui promiſſionis ſuæ compleuit auxilium. Mox autem poſt occaſionem cibi prioris:etiam ſecundum eis deus emiſit. Extendente nanq; Moyſe manus ad orationem: ros deſcendit ex aere. Cunq; fuiſſet eius manibus illinitus. Moyſes arbitratus eſt etiam hoc ad cibum eorum a deo fuiſſe collatum:guſtauitq;:& lætus effectus:ignorante multitudine:imbrem eſſe credente:& temporis eſſe pluuiarum quod agebatur. Ille docebat eos: q̄ non ſecundum eorum opinionem ros e cælo deſcenderet:ſed ad ſalutem eorum cibumq; ueniſſet. Et cum guſtaret fidem credendi præbebat eis. Illi uero imitantes ducem:delectabantur in cibo. Melius enim dulcedinem & delectationem habebat ualde ſuauem. Simile autem erat aromatibus præcipuis: & magnitudo eius ſimilis ſemini coriandri. Feſtinabant quoq; ſinguli colligere uehementer. Quibus præcipiebatur: ut omnes ex æquo per dies ſingulos aſſarii menſuram colligerent: nec eſſet ille cibus in craſtinum relinquendus:hocq; fiebat:ne debilibus colligendi difficultas exiſteret:uirtute ualentium:& hoc ad necem accederent. Qui tamen plus a præcepta menſura collegiſſent: nihil amplius quam labores habebant cum maius nihil illic quā aſſarium inuenirēt:& quod remaneret in craſtinum:nulli utilitati proficeret: quando uermes illud & amaritudo conſumeret. Sic ergo erat ille cibus diuinus & inopinabilis: & huiuſmodi ultio fiebat ipſarum rerum priuationes ſeruantibus. Hactenus autem ſic rigatur imbribus locus ille:ſicut etiam tunc a Moyſe præſtandum diuinitas miſit hunc cibum. Vocant autem hæbrei hunc cibum Manna. Manna itaq; interrogatio eſt in noſtra lingua dicentis:quid eſt hoc. Illi igitur gaudium in his quæ eis fuerant celitus miſſa celebrabant. Quo cibo. xl. annis uſi ſunt quanto tempore in deſerto fuerunt. Cum uero inde migraſſent: uenerunt in Raſidin:paſſi nouiſſimas pro intolerabili ſiti miſerias. Nam cum præcedentibus diebus paucam aquæ difficultatem habuiſſent:tunc omnino comperientes terram inaquoſam:in malis erant: rurſuſq; iraſcebantur in ducem. Ille ergo paululum multitudinis impetum deuitans:dei conuertebatur ad præces rogans ut ſicut cibum eis indigentibus præbuit:ſic etiam potum daret:cum peteret eis gratiam cibi non exiſtente potu. Qui donum diu non diſtulit: ſed præbiturum ſe Moyſi tantam aquæ multitudinem unde non poſſit ſperare promiſit:iuſſitq; ut uirga percuteret petram quæ ibidem erat appoſita:& ex ea ſumeret abundantiam rerum quibus egerent. Curabat enim ut neq; cum labore potius eis adeſſet. Hæc ergo Moyſes a deo ſumens ueniebat ad populum ſuſtinentem & in eum conſpicientem:uiderant nanq; iam eum de monte deſcendere. Cum uero ueniſſet: liberaturum eos etiam de hac neceſſitate dicebat deum:donatamq; ſalutem non ſperatam:& de petra eis fluuium manare promiſſum. Quibus obſtupeſcentibus hunc auditum:ſi eis ſiti & itinere fatigatis neceſſitas ad hæc fieret:ut petram icideret:Moyſes uirga percuſſit petrā: illaq; ſciſſa: aqua manauit copioſa & ualde perſpicua. Illi igitur inopinabile factum mirati ſunt. Quod cum uiderent:iam eis etiam ipſa ſitis cupiditas eſt ablata:bibentibuſq;. dulcis & ſuauiſſimus erat potus: & quale donum eſſe deo donante uideretur. Tunc ergo Moyſen mirati ſunt:qui a deo ſic fuerat honorarus: & ſacrificia pro dei prouidentia collata ſibimet impendebat. Declarat autem ſcriptura in templo repoſita: eo q̄ deus prædixerit Moyſi aquam hoc modo de petra manaturam.

Quomodo pugnantes cum hæbreis amalechitæ & qui cum eis erant deuicti ſunt:& iſrahel prædam hoſtium perceperunt. CAPI. II.

CVm uero hæbreorum nomen iam ualde ubiq; diuulgaretur:& de his ſermo creſceret in timore non paruo prouinciales erant:& mittentes legatos adinuicem ſolatia deposcebāt:ut ſimul uiros illos interimere niterentur. Erant autem in hoc inſtātes:qui Gobothe petram inhabitāt. Qui uocātur quidē Amalechitæ pugnatores autem maximi illarum tunc gentium exiſtebant. Quorum quinq; reges inuicem ſemetipſos:& circūhabitantes ad bella contra hæbreos rogabāt dicentes exercitum alienū & ægyptiorum ſeruitia fugientem:ſibi inuaſiones inferre:nec bonum ſibi fore ſi tale factum deſpicerēt: ſed ut antequam eorū fortitudo ad maiorem tenderet poteſtatem:& ipſi magis pugnare inciperent confidentes:eo q̄ illis nullus reſiſteret:deſtruendos eos eſſe cautiſſimum atq; ſapientiſſimum edicebant. Et pœnam etiam de deſerto & actibus quos illic geſſerant exigendā:q̄ nō ita poſſit euenire:cum ciuitatibus: atq; bonis eorum manus iniicerent. Alii ergo inchoantem inimicorum uirtutem mollire & deicere optimum eſſe:magiſq̄ iam proficientem prohibere credebant. Alii uero hoc ſuperfluum putabant. Alii nullā occaſionē eis aduerſus ſe fieri permittebāt. Hæc & his ſimilia per multas prouincias adinuicē legationibus agitantes:deliberauerant aduerſus hæbreos bella ſuſcipere. Moyſes itaq; cū nihil belli ſperaret hæſitationem & turbam habuit repente prouincialium: & ad congreſſionem iam præparatam:ſubitaq; pericula hæbreorum multitudinem perturbabant: quia licet omnium rerum haberent inopiam: potiorem tamen neceſſitatem pugnandi cum hominibus qui eſſent rebus omnibus bene conditi putabant. Moyſes autem conſolari cœpit eoſq; confidere depoſcebat: decretoq;

dei credere quo ſæpe fuerant liberati. Et quia debellarent eos etiam qui eorum hoſtes exiſterent: arbitrari exercitū quidē multū & omnibus armis inſtructum: ſed pecunias. alimēta: aliaſq; res in q. bus ſolent homines confiſi pugnare: in auxilio diuino conſiſtere: & ſibi per deū oīa hæc adeſſe. Inimicoꝝ uero manū paruā: inermem debilem: tanquā nō fuerint quæ iſtos habere conſtaret: deo uolente facile ſuperari. Scire autem eos oportere dicebat: qualis eorum auxiliator fuiſſet in multis iam experimentis & grauioribus. Et quia in præſenti quidem bello haberent laborem aduerſus homines: cū uero fuerat eis ſitis & famis inopia: & in montibus atq; mari periculum: ubi fugam inuenire non poterant: hæc omnia diuino ſolatio deuiciſſent. Ergo rogabat eos promptiores eſſe: tanquam omnium rerum facultas eis eſſet: ita ut hoſtibus præualerent. Et moyſes quidē populum huiuſmodi uerbis exacuens: ad prælium conuocauit tribuum principes. Et poſtea ſingulos adinuicem. Iuuenes quidem exorabat ſenioribus obedire. Illos autem ut uerba ducis audirent. Erant autem eorum animæ in periculo cōſtitutæ: & ad preſentia preparatæ ſperabantq; aliquādo a malis huiuſmodi liberati. Iubebant quoq; moyſen: ut ad bella p̄iret neq; tardaret: ne dilatio eorum fiduciam ipediret. Ille uero ex multitudine pugnacem eligens iuuentutem: ſuper eos inſtituit Ieſum naue filiū de tribu effraim:ualde robuſtum: & labores tolerare fortiſſimum: ad cogitandum ſimilis & loquendum nimis idoneum qui noſſet decēter deum & Moyſen colere doctorem pietate: eſſetq; apud hæbreos aptus. Paucos uero circa aquā conſtituit. Plurimos autē totius exercitus circa infantum mulierūq; cuſtodiam: & tota nocte erant p̄parati: quæcūq; fecerāt arma ſumētes: & duces proprios intēdentes tanq̄ plium aggreſſuri dū eis p̄ciperēt: Inuigilabat aūt & Moyſes Ieſum docēdo: quēadmodū exercitum collocaret. Incipiente uero die iā pandi: rurſus poſcebat Ieſum ne minor inueniretur in ope q̄ circa eū ſpes eſſet uniuerſorum: gloriam præſentis militiæ in futuris nationibus poſſeſſurus. Hæbreoꝝ uero nobiliſſimos ſeorſum rogabat: cunctāq; piter multitudinē exhortabaſ armatā. Et ille qdē cū ita cōſtituiſſet exercitum ſermonibus & opeꝝ p̄parationibus: diſceſſit ad montē: deoq; ſimīlis & Ieſum credidit expeditū. Miſcebātur itaq; hoſtes: & in manibus erat bellū: fiduciaq; & uiribus utebantur in inuicem. Deniq; donec Moyſes manus extendebat ad cælum: hæbrei comprimebant Amalechitas. Cūq; laborē ex defectu manuū Moyſes ferre non poſſet: qa quotiens manus depone bat: totiens hæbreos p̄dere cōtingebat: iuſſit fratrē Aaron & ſororis Mariæ uirum noīe Vir ſibi aſſiſtere: eiuſq; manus utroq; latere cōtinere. & adiuuātes eū nō p̄mitterēt laborare. Quo facto hæbrei Amalechitas fortiter deuicerunt: & oēs interiſſent utiq; niſi nocte ſupueniente: populus receſſiſſet a cæde. Victoriā quoq; optimā atq; p̄fectā noſtri habuere maiores: iferenteſq; ſibi bellum uicerunt: & circūhabitantes deterruerunt. abūdantiāq; potiti ſunt magnorūq; bonoꝝ quæ ſuis laboribus hūerunt. Deuincentes nāq; exercitū hoſtiū: maximas diuitias & publice & priuatim poſſederunt oēs: cum primitus etiā alimentis neceſſariis indigerent. Fuit aūt eis nō ſolum in p̄ſentu: ſed ēt in futuro bonoꝝ cā huius quā p̄diximus pugnæ p̄fectio. Nō tātūmodo enim corpora hoſtium ſeruitio ſubdiderūt: ſed ēt mētes: & cunctis circūhabitātibus poſt illoꝝ deuictionem affuere terribiles: eiſq; diuitiarum maximū culmen adiectū eſt. Nam fugientes inimici: magnam copiam argenti ſimilis & auri reliquerunt in caſtris: & uaſa erea qbus ad ueſcendum utebantur multāq; & inſignē abundantiam utrarūq; rerum: deſt ornamentorum textilium pariter & armorum: & aliorum quæ præparabantur ad prælium: diuerſaq; iumenta: & quæcunq; moris eſt ſequi iter agentem exercitum: prudētiaq; repleti ſunt hæbrei ope fortitudinis: & multum deſiderium uirtutis erat in eis. Semper enim laboribus inſiſtebāt: omnia ſe capere iudicātes. Huius ergo belli hic extitit finis. Poſtea uero Moyſes exuebat mortuos hoſtium: & arma fugientium colligebat: & hæc uiris pugnatoribus exhibebat ducemq; militiæ Ieſum præconiis attollebat: exercitu teſtificante cuncta quæ geſſerat. Nemo ergo hæbreorum mortuus eſt: hoſtium uero tanti: quantos neq; numero compræhēdi poſſibile eſt. Pro gratiarum uero actione Moyſes ſacrificans: altare conſtruit: qđ dei uictoriam nominauit: propheta uitq; omnes fore perituros Amalechitas: nihilq; eorum in futuro relinquendum: eo q; cōtra hæbreos inſolitudine dimicaſſent: & nequaq̄ poſitis in calamitatibus pepercīſſent. Tunc exercitū feſſum cōuiuiorum opulentia reparauit. Hoc ergo bello contra hoſtes ſuos poſt egreſſus ex ægypto primitus ita pugnauerunt. Cum uero pacificas poſt uictoriam Moyſes hoſtias obtuliſſet: feciſſetq; nō paucis diebus hæbreos ceſſare poſt pugnam: produxit ordinatum exercitum: multa nāq; eis iam copia erat armorum. Et procedens pauliſper tribus menſibus poſtq̄ mouit ex ægypto: uenit ad montem Syna: ubi ei circa rubum multas uiſiones factas fuiſſe prædiximus.

Quia ſoceꝝ ſuū ietro moyſes ad ſe uenīētē ad montē ſyna libēter excepit. CAP. III.

QVæ Raguel ſocer audiens eius fœlicitatem: libēter occurrit. Et Moyſes excipiēs cū eo ſephora uxorē ſuā & filios: delectatus aduētu eius: facto ſacrificio epulas copioſiſſimas populo miniſtrabat iuxta rubū qui flāmas euaſerat: & multitudo quoq; p cognatiōes epulis ueſcebaſ. Aaron aūt ſumens Raguel & qui cū eo erāt: hymnos canebant in deū q eius ſalutis & libertatis & egreſſiōis auctor extiterat. Simulq; laudabāt ducē: q̄ſi eius uirtute cuncta eis proſpera cōtigiſſent. Et Raguel quidem preconia multa plebis apud Moyſen de eoꝝ fortitudine dixit: quia pro cunctorum ſalute ſic laborauerint uniuerſi.

Quomodo perſuaſit ei ut diſtribueret populum per millenarios: & cẽtenarios qui prius inordinatus erat. CAP. IIII.

DEinde uidẽs Raguel Moyſen ĩ reꝝ multitudine cõſtitutũ: cũctis ad eum eũtibus ut lites decideret poſtulãtibus: & tantũmodo ſe iuſtitiã ĩpetrare credẽtibus: ſi ille eis arbiter iudicaret: eis enim q uĩcebant leuius eẽ ꝑdere uidebat ꝑ iuſtitiã Moyſeos: q̃ uictores ſnĩam cuiuſlibet auaricia ſuſtinere: tũc equidẽ tacuit nolẽs ĩpedire uolẽtibus ducis uti uirtute. Cum uero qeuiſſet a turba: ſumens eũ ſolũ ſeorſum: dicebat eum oporteret facere: conſiliũq; dabat quatenus minorẽ qdẽ reꝝ curã aliis cõmitteret. De maioribus aũt & ſalute plebis ipſe tantũmodo ꝓuideret. Nam ad iudicãdũ ẽt alios hæbreoꝝ dignos inueniri dicebat: cogitare uero pro ſalute tantoꝝ nõ queq̃ alĩũ niſi Moyſen poſſe ſolũmodo. Sciens inqt uirtutẽ tuã & q̃lis fueris in miniſterio dei ad ſaluandũ populũ: reꝝ arbitriũ cõmitte aliis examinandũ. Tu uero ad ſolũ dei miniſteriũ retine temetiꝑm: in cogitãdo & reqrẽdo quẽadmodũ populũ ab hac poſſis inopia liberare. Meis ergo cõſiliis utere de rebus humanis: & exercitũ ꝑfecte diſpone ꝑ dena milia uiros: deinde ꝑ mille: ita poſt hæc diuides eos ꝑ quingẽtos: & rurſus in centum: deĩde quĩquagenos: & iudices cõſtituẽs ſup eos. Qui ꝑ triginta rurſum diuiſi: ꝑ uicenos & denos hẽbunt ꝓprios iudices: eoꝝ negocia finiẽtes. Sit aũt aliqs ſup iſtos unꝰ uocabulũ a prĩcipio numeri ſumẽs. Et hi ſiquidem ſint approbati ex oĩ plebe: boni & iuſti: qui diuerſis rebus iudicẽt eos: & ſi quid ẽ ſupra & maius. ad maiores ueniat dignitates: qd̃ uero etiam apud eos difficile fuerit: hoc deducaſ ad te. Sic enim fiet utrunq;: quatenus & hæbrei iuſtitiam impetrare mereantur: & tu ſolis deo miniſtrando facias eum exercitui eſſe propitium.

Quomodo hæc ſingula fecit Moyſes ſocero monente. ¶ CAPI. V.

HAec aũt monẽte Raguel: Moyſes libenter excepit: & ſecũdum eiuſmodi dictum fecit: nõ celans cõſiliũ eius: nec ſuã faciẽs illius ſuaſionẽ: ſed inuẽtorẽ huius rei omni populo manifeſtãs. Nã in libris ſuis Raguelẽ cõſcripſit iuentorẽ predictæ rei: optimum eſſe credẽs ut oĩbꝰ notã faceret ueritatẽ: licet ei ſoli potuiſſent præbere gloriã: q̃ ab alio ſũt inuẽta. Factũ eſt itaq; quatenꝰ uirtus Moyſi potuiſſet ẽt ex hac uolũtate cognoſci. Sed de his qdẽ oportune in ſcriptura alia declarabimus. Moyſes uero cõuocata multitudine: ipſe qdem ad montẽ Syna ituꝝ ſe eſſe dicebat: tanq̃ cũ deo mãſurꝰ: & aliqd ab eo utile ꝓcipiẽs: ad eos ſit remeaturus: illos uero præcepit iuxta montem tabernacula ſua ponere: & uicinitatẽm dei tenere.

Quomodo Moyſes aſcẽdit in Syna montẽ: acceptaſq; a deo leges: hæbreis dedit. ¶ CAP. VI.

HAec cũ dixiſſet aſcẽdebat ĩ mõtẽ Syna: q excellẽtiſſimus ẽ in illis regiõibus: & pp altitudinẽ magnitudinis ſuæ & ſcopuloꝝ ꝑceritatẽ: nõ ſolũ hoĩbus ĩacceſſibilis: ſed ẽt q ujderi ſine aſpectus labore nõ poſſit. Et cũ ſermo eẽt circa eũ deũ hitare: terribilis oĩbꝰ & inadibilis erat uniuerſis hæbreis. Siqdẽ ſcdm Moyſi mandata tabernacula mutauerũt: & radicẽ mõtis apꝑhẽderũt: eleuãtes manꝰ ſuas ad deũ: tãq̃ cũ ꝓmiſſione bonoꝝ q̃ eis ꝓmiſerat Moyſes reuerteret a deo; & feſtiuitatẽ celebrãtes ſuſtinebãt ducẽ: purgantes ſemetipſos alia purgatõe: nec nõ & a coitu mulieꝝ tribꝰ diebꝰ ſicut eis ipſe ꝑdixerat abſtinẽtes: rogabant deũ ut placide ſuſcipet Moyſen: & dona ꝑpararet qbus decetero uiuere bñ poſſint. Vtebanꝰ ergo cõuiuiis opulẽtis: & ornamẽto decẽter cũ cõiugibus & filiis abſtinebãt: & duobus qdẽ diebus erãt in epulis cõſtituti. Tertia uero die anteq̃ ſol oriret: nubes opuit cunctũ hæbreoꝝ exercitum: & locum ubi tabernacula fixerãt oẽm circũdedit: & fulgura facta ſũt uẽtiq; uehemẽtes pluuiã nimĩã cõcitantes undiq; ferebanꝰ: & choruſcatiões erãt uidẽtibus ualde terribiles: & fulgura crebro dimiſſa: dei ꝑſentiã oĩbus ĩdicabãt. Et de his qdẽ unuſqſq; legẽtium ſapiat ut uoluerit: mihi uero neceſſitas ẽ hæc referre ſicut in ſacris libris ſcripta ſunt. Hæbreos itaq; ea q̃ uiſa fuerant: & clãgor auribus redditus ualde terrebat: etiam ſermo quo ferebaꝰ qa deus habitaret in mõte: retinebãtq; ſemetipſos in tabernaculis ſuis afflicti. Sed de Moyſen ira dei periſſe putabãt: & de ipſo ſimilia ſuſtinebat. Cũ uero ita conſiſtẽret: apparuit Moyſes lætꝰ & nimis exultãs: q & formidinem eis abſtulit: & de futuro meliora ꝓmiſit: ſerenuſq; repẽte aer & prius q ante paululũ fuerat cõturbatꝰ: Moyſe aduenĩẽte reuerſus ẽ. Igiꝭ inter hæc cõuocabat populũ in eccleſiã: ut audirẽt q̃ dixiſſet deus. Quibus collectis: ſtans in excelſiori loco unde eũ oẽs audirẽt ait ad hæbreos. Deus equidem ſicut & prius propicius me ſuſcepit: uitamq; uobis ꝓmittens fœlicẽ: & cõuerſationis ornatũ: etiã nũc ipſe aſſiſtet in exercitu. Eum ſiqdẽ & opa q̃ pp illũ nobis ſunt facta cõſiderãtes nõ deſpiciatis ea q̃ dicunꝰ: nec me q hæc dico reſpiciẽtes: nec qa per me lĩgua hũana deus uobis loqtur attẽdatis: ſed uirtutẽ eius conſiderate: & magnitudinẽ eius excellẽtiæ quoq; cognoſcetis: & qũo pro utilitate cũctoꝝ ad me loq dignatus ẽ. Nõ enim me reſpiciatis Moyſen Amarami filiũ & Iochabel: ſed eũ q Nilũ ꝓ uobis cõuerti fecit in ſanguinẽ: uariiſq; plagis domuit ægyptioꝝ aſtuciã q ꝑ mare iter nobis oſtẽdit: quiq; cibũ de cælo fecit heſitantibus aduenire: q potũ de petra eſtuantibus manare fecit: ꝑ quẽ adã de fructibus terræ mariſq; comedit: ꝑ quẽ Noe ex imbribus eſt erept: ꝑ quẽ Abraam ꝓgenitor noſter obtinuit terrã chanaã: ꝑ quẽ Yſaac de ſenioribus parentibus ẽ editus: ꝑ quẽ Iacob. xii. filioꝝ uirtutibus eſt ornatus: ꝑ quẽ Ioſeph ptãtis ægyptiorũ dñs eſt factus. ille uobis me interprete hæc dignaꝰ uerba proferre. Fiãt itaq; uobis ama-

biliora:quã uxores & filii. Fœlicẽ nãq; hẽbitis uitã ista ſeruantes: terrãq; eritis potituri fructiferam ſine fluctibus maris:& ꝑple filioꝝ naturaliter naſcẽdorum:& hoſtibus ualde terribiles. Ad dei nanq; ego ueniẽs uultũ:incorrupte uocis auditor effectus ſum:ille pro ueſtro genere ſp eius eſt æternitate ſollicitus. Cũq; hæc dixiſſet:eduxit populum cum mulieribus & ĩfantibus:ut deũ ipm ſibi loquentẽ de rebus agendis audirẽt ne uilior uideret dictoꝝ uirtus ad aures eoꝝ hũana ligua pueniẽs. Oẽſq; audiebant uocẽ ex alto ueniẽtẽ ad uniuerſos:ita ut nullũ effugeret. Et uerba quidem quæ Moyſes in duabus talibus de reliquit:fas nobis nõ eſt ſecũdũ unũquẽq; ſermonẽ apte depromere: uirtutes aũt eoꝝ inſinuabimus. Docet itaq; nos primus ſermo:qa deus eſt unus & dic ſolũmodo ẽ colẽdus. Secũdus aũt iubet:nullius aĩalis ſactã imaginẽ penitus adorãdã. Tertius: ut ꝑ deũ ĩ nulla re debeat aliqs fruſtra iurare. Quartus:ut ſeruãdæ ſint ſeptimanæ:& ab oĩ ope ceſſandũ. Quintus:parẽtes honorãdos. Sextus:abſtinẽdũ a cæde. Septimus:nõ adulterãdũ. Octauus:furtũ nõ faciẽdũ. Nonus:falſum teſtimoniũ nõ dicẽdũ. Decimus ãt:nullius alieni rei habẽdã eẽ cõcupiſcẽtiã. Et plebs qdẽ cũ hæc audiſſet ꝑcipiẽtẽ ipm de rebus qbus Moyſes fuerat locutus:gaudẽs i his q̃ ꝑdicta ſũt a congregatiõe diſceſſit. Succedẽtibus aũt diebus aduenientes ad tabernaculũ:poſcebat ab eo etiã leges ſibi a deo debere ꝑferri. Ille uero & iſtas poſuit:& de oĩbus quocũq; mõ gerẽda forẽt teliqs tpibus ſingula deſignauit:quoꝝ memoriã oportuno tpe ero facturus. Plurimas autem leges in alia ſcriptura diſponã ſeorſum de ipſis expoſiturus. Igiſ cũ circa eos ita res agerent:Moyſes iteꝝ ĩ mõtẽ Syna cõſcẽdit ꝑdicẽs hæbreis:eiſq; uidẽtibus aſcẽdebat. Cũq; illic tardaret:qm̃.xl. diebus eis abſuit:timor inuaſit hæbreos:ne Moyſes aliqd ptuliſſet:& iter mala diuerſa nihil eos ſic affligebat: quã q̃ putarẽt ſe ꝑdidiſſe ducẽ. Erat.n. tumultus iter hoĩes:aliis qdẽ dicẽtibus eũ piſſe in beſtias icidentẽ & maxie illi hæc dicebãt. q circa eũ odiũ hẽre uidebant:alii uero ad deũ eũ ſeceſſiſſe narrabãt. Prudẽtes ãt & nihil hoꝝ q̃ dicebant a populo pro ſua delectatione ſuſcipiẽtes:ſed & beſtiis incidẽtẽ piſſe humanum putãtes:aut certo:a deo tranſlatũ ꝑ uirtutẽ ꝑpriam ueriſimile iudicantes: minus qdẽ hæc ferre rõ faciebat:ſed ꝑſule ſe deſolatos arbitrari:atq; tutore qualẽ aliũ hẽre nõ poſſent:uehemẽter affligebant:& neq; opinari poterant in tanta mora uiro bono qd accidiſſet: neq; ſine triſticia aut deiectiõe degere ꝑualebãt:exercitũ uero nequaq̃ ꝑmouere confidebãt cũ Moyſes eos ꝑdixiſſet ibidẽ ſuſtinere. Cũq; iã quadragita trãſiſſent dies:totidẽq; noctes:Moyſes aſtitit: nullo cibo hoĩbus conſueto participatus: & gaudio apparens:totũ cõpleuit exercitũ:puidẽtiãq; dei quã circa eos hẽret expoſuit:ſimul & ordinẽ ſcdm quẽ uiuẽtes eſſent hituri fœlicitatẽ:dicẽs oſtẽſum ſibi ꝑ hos dies & tabernaculum:quale ſibi deus uellet fieri in quo deſcẽdẽs ad eos ipſe ueniret:ut ẽt migrãtes exinde illud portarent:& nequaq̃ ad montẽ Syna egerent aſcendere:quando ad eos ipſe deſcẽderet deus:ut eorum adeſſet orationibus. Fiat inqt tabernaculũ mẽſuris & opibus q̃ ipſe monſtrauit: uobis utiq; ad hoc opus inſegniter accedentibus. Et cũ hoc dixiſſet:duas tabulas oſtendit eis:habentes ſcripta illa decẽ ꝑcepta:in utraq; ꝙna. Erat in ea ſcriptio manus dei. Illi uero gaudẽtes in his q̃ uidebant & audiebant a principe:quo poſſent eũ laudare ſtudii ſui munificẽtia non ceſſabãt:ſed deferebant argentum & aurum:ſimul & es:ligna q; & magnã ualde materiã:quæ nequaq̃ potuiſſet putredine uiolari: caprarũq; pilos:& ouiũ pelles:alias qdẽ hyacynthino:alias uero coccino:alias purpureo flore tinctas alias albũ colorẽ ꝑbẽtes:lanaſq; ꝑdictis ſucatas coloribus & limũ byſſinũ:lapideſq; inſertos auro: qbus hoĩes ornamenti gratia ſolent uti:pecudũq; multitudinẽ offerebãt piter. Ex tali nanq; materia tabernaculum fabricatum eſt:qd migratũ: & p loca diuerſa deuectũ:nihil differebat a templo. His itaq; a ſingulis cũ magno ſtudio oblatis:ſupra modũ uniuſcuiuſq; uirtutis: atq; donatis architecto: mandato dei in his conſtituuntur operibus:quos populus elegerat ſibi poteſtate collata quorũ nomina hæc ſunt:quæ ſacris inſcripta libris inueniuntur. Beſeleel Viri filius de tribu Iuda:& Mariæ ſororis Moyſi:& Heliphas Ifamach filius de tribu Dan. Et populus ſiquidem tanto ſtudio in cũctis rebus obediebat:ut etiam Moyſes eos ſuſpenderet:dicens ſufficere ea q̃ data fuiſſent. Hoc etiam artifices iam ꝑdixerant abundare. Accedebãt ergo ad opus tabernaculi faciẽdum:& Moyſes eos ſingulam quãq; menſurã ſecũdum oſtenſiones dei ſimul & magnitudinem:quantaq; oporteret fieri uaſa ſacrificiis miniſtratura diuinis edocebat. Mulieres autem largitatem ſuam circa ſacra uelamina: & circa alia quæcunq; huiuſmodi operibus erant neceſſaria:pp deum in ornamento & ꝑciosis lapidibus offerebant. Oĩbus itaq; in ꝑparatione iã cõſtitutis auro:argento:& ære & textilibus rebus:prædicens feſtiuitatem Moyſes:& ſacrificia ꝑ uniuſcuiuſq; uirtute faciẽda: ad inſtituendum tabernaculi opus acceſſit:& atrium prius menſus eſt ita.

De tabernaculo qd fecit Moyſes in deſerto ad honorẽ dei:ut tẽplũ eſſe uideret. CAP. VII.

LAtitudinẽ qdẽ qnquagita cubitoꝝ cẽtũ uero lõgitudinẽ: tabulaſq; ad iſtar colũnarũ ſtatuit æreas qnq; cubitoꝝ habẽtes altitudinẽ:i utroq; latere tabernaculi.xx.p lõgũ:p latũ uero.x. Anuli tabulis ſingulis ierãt:& capita tabularũ argẽtea. Baſes aũt deauratæ & celatæ per circuitũ:& in terra cõfixæ:ptingebãtq; funes ab anulis ducti uſq; ad capita clauoꝝ æneoꝝ q erant magnitudine cubiti:& p ſingulas tabulas i terra ualide poſiti:ut ex uiolentia uentorum tabernaculum immobile cuſtodirent. Cortina uero molliſſima ex byſſo per omnia undiq; pendebat a capite tabularũ deſcẽdens ad baſem uſq; diffuſa: & cõcludẽs oẽm

per circuitum locum:ut nihil a pariete differre uideretur.Sic itaq; habuerunt tria latera atrii per circuitum:quarum uero latus fuit quinquaginta cubitorum:quod frons erat totius operis:ubi.xx.quidem cubiti erant aperti:quattuor habentes tabulas in modum portarum:omnesq; opere argenti factas præter baſes erantq; eneæ. Ex utroq; enim latere portarū ternæ erant tabulæ conſtitutæ: & pp portaꝝ fortitudinē incaſtratæ:& per eas cortina byſſina circūibat.Et cum eſſent portæ.xx.cubitoꝝ longitudine:altitudie uero qnq;:uelū in eis erat ex purpura:& cocco:hyacyntho:& byſſo factū multis floribus & uariis:exceptis animalium figuris ornatum.Intra ianuas aūt aſperſorū erat eneum:ſimilem habēs baſen:ex quo ſacerdotibus manus diluere:pedeſq; pfundere moris erat: & ambitus qdem atrii erat ornatus hoc modo.Tabernaculū aūt ſtatuit in medio eius loco cōuerſum ad orientē ut mox cum ſol oriret:in eum radios ſuos emitteret.Cuius longitudo qdem.xxx.cubitorū erat: latitudo uero.x.cubitoꝝ habebat ſpaciū:& alter qdem paries erat auſtralis:alter uero cōuerſus ad aqlonē:poſt tergū uero eius relinquebat occaſus:cuius altitudinē tantā oportebat aſcēdere: quātā latitudinem eſſe cōſtabat.Erantq; tabulæ ex ligno:ex utroq; latere.xx.cubitorum ſchemate quadrangulo factæ latitudine qdem unius & dimidii cubiti:altitudine uero quattuor digitorum. Laminæ autem factæ ex auro erant per interiorem exterioremq; partem:quibus ſingulis tabulis erant cardines bini immiſſi per duas baſes quæ erant argenteæ & in ſuis foraminibus tabularum cardines ſuſcipiebant.Parietis uero occidentalis tabulæ ſex erant quidem alterutris omnes perfectiſſime copulatæ.ut aptiſſime his cōpaginatis: unus earum paries eſſe uideretur:intrinſecus & extrinſecus deauratæ.Ex lateribus autē erant tabulæ numero.xx.quarū latitudo habebat menſuram unius & dimidii cubiti:altitudo tertiam partem palmæ:& ita.xxx.cubitos adimplebant. Poſterioris uero parietis.viiii.cubitos ſex tabulæ faciebant: quibus coniunctæ ſunt aliæ duæ tabulæ ex medio cubito factæ:quas angulares poſuerunt ad inſtar maiorum tabulaꝝ. Singulæ uero tabulæ anulos habebant aureos per exteriores partes eminentes: uelut quibuſdam radicibus confixos per ordinem:adinuicem per circuitum reſpicientes:& per eos deaurati uectes immiſſit: unoquoq; habente magnitudinem cubitorum.v.erantq; ad coniunctionē tabularum:intrabatq; caput uectis uniuſcuiuſq; in alio uectis capite:ueluti in modum cocleæ & poſt tergum parietum in longitudine poſitorū unus erat ordo:per tabulas omnes uadens:quo per uncinos utriuſq; parietis latera continebantur incaſtrationibus factis & immiſſis adinuicem.Quod propterea ſic exquiſitum eſt: ut neq; a uentis moueretur neq; alia cauſa tabernaculum cōturbaret:ſed immobile ſecura quiete ſeruaretur. Intrinſecus autem longitudinem eius tripartite diuiſit:ideſt decem cubitos ad iteriorem partem ꝓfuturos diſtribuit. Quibus dimenſis:in medio quattuor tabulas ſimiliter operatas ſtatuit paululum abinuicem diſiunctas ab alterutris:quæ ſeperarēt.x.cubitos a reliquis xx.& quod interius erat eorum aditus uocabatur:reliquum uero tabernaculum ſacerdotum erat. Hanc itaq; tabernaculi dimenſionem ad inſtar rerum naturæ conſtituit.Tertia ſiquidem pars eius quæ erat intra quattuor tabulas: quæ ſacerdotibus intranſgreſſibilis uidebatur: uelut cælum dei erat relinqui uero. xx. cubiti ſicut terra & mare greſſibilis eſt hominibus:ita ſoli ſacerdotibus adiacebat. Per frontem uero unde ingreſſus erat factus:columnæ ſtabant ex auro factæ:& æneis baſibus ſuperpoſitæ numero.v. Tegebatur autem tabernaculum cortina & biſſino & purpureo:& hyacynthino:& coccineo coloribus facta. Et cortina quidem prima cubitorum erat decem & undiq; eas tabulas obtegebat: quæ diuidentes templum: introitum interius habebant: & hoc erat quod faciebat:ut a nullo uideretur.Et omne quidem templum ſanctum uocabatur: quod uero erat interius & inacceſſibile:ultra quattuor tabulas ſanctum dei.Cortina autem erat ſpecioſa:quaſi floribus uniuerſis de terra germinantibus uariata:aliiſq; omnibus intexta quæcunq; præter animalium formas poterāt exornare picture. Alia uero huic & magnitudine:& textu & colore uicina.v.colūnas in ingreſſu poſitas obtegebat: ab angulo ſummitatis uniuſcuiuſq; colūnæ cortina:anulis cōtinētibus uſq; ad medietatē colūnæ depoſitā. Reliquū uero ingreſſus erat ſacerdotibus accedentibus:ſup q̄ linea erat alia cortina eiuſdē magnitudinis:funibus eam per anulos ducentibus ac retrahentibus:ut tegeret omnia: & impediret aſpectum intuendi ſacrificia & maxime in diebus inſignibus.Nam & in reliquis diebus:& præcipue quando uideret nubilum:textus eius tegminis fortis erat:& laborem facilem ſuſtinebat. Vnde permanſit iſta conſuetudo etiam edificantibus nobis templum: quatenus uelum huiuſmodi in ingreſſu appendatur. Decem uero aliæ cortinæ erant ſingulæ latitudine cubitorum quattuor:longitudine uero octo. &.xx.aureos habentes uncinos: ad copulandum alterutris uncinis & anulis: ut coniunctæ ſimul: unam uiderentur efficere. Quæ extenſæ: templum & quod erat deſuper obtegebant & parietes a lateribus & a tergo ſtantes a terra uno pede ſuſpenſe.Eiuſdem uero latitudinis & aliæ cortinæ una plus numero.i.xi.erant:longitudine tamen excellentes. Erant enim iſte.xxx.pedum:textæ uero de pellibus: ſicut illæ de lana: ſimiles omnes ſigillata uarietate contextæ erant uſq; ad terram tegmine ſuo diffuſæ: ad inſtar thalami culmen uelaminis exhibentes: una cortina ante frontem pendente. Vndecima nanq; cortina ad hoc erat aſſumpta:aliæ ſuper hac ex pellibus faſtæ:pro tegmine & adiutorio deſuper erant impoſitæ:propter æſtum:aut imbrium certe diffuſionem. Multos itaq; ſtupor habebat inſpicientes a longe:nam colorem eius in nullo differre putabant cælo. Hæ

uero ex pilis & pellibus factæ pẽdebãt:ſicut illud uelũ portaꝛe:& æſtuũ pariter & imbriũ iniuriis repugnantes. Hoc ergo modo tabernaculum conſtitutũ eſt.

De arca qualiter facta ſit:in qua tabulas legis collocauit. CAP. VIII.

FActa eſt aũt & arca deo ex lignis natura fortiſſimis:& quæ nequaq̃ putredinẽ ſuſtineret:quæ hæbraica lingua uocant ſethim. Cuius conſtructio erat huiuſmodi:longitudinis qdẽ.v.cubitoꝝ:latitudinis triũ ex auro puriſſimo. Intrinſecus aũt & extrinſecus ſic tegebat:ut eius ligna celarent & aureis cardinibus tegmẽ cõpaginatum habuit ualde mirabile:& undiq; ſimul eq̃le:nullaq; pars eius compaginationẽ poterat uiolare. Per utrũq; uero latus longitudinis eius anuli erãt aurei bini:totũ lignũ penetrantes & p eos uectes deaurati imiſſibiles p utrũq; latus:ut quotiẽs opus eẽt p eos arca moueret. Nõ enim in uehiculo:ſed a ſacerdotibus portabat. Sup tegmẽ uero eius erãt figuratiões duæ:quas hæbrei cherubĩ appellãt. Sũt enim aĩalia uolatilẽ habentia figurã:quæ a nullo hominũ ẽ ſpecta. Hæc dixit Moyſes ſe uidiſſe in dei ſede figurata. In hac ergo arca duas tabulas recõdidit in qbus fuerãt decẽ uerba conſcripta:qna qdẽ p ſingulas tabulas binas:ſemis aũt p unãquãq; paginulã:& has in aditu collocauit.

De mẽſa ꝓpoſitiõis:in q̃ omni ſeptimana duodecim panes azymi ponebant. CAPI. IX.

IN tẽplo uero mẽſam poſuit ꝓxime uelut delphicam:habẽtem lõgitudinẽ duos cubitos:latitudinẽ uero unũ:& altitudinẽ triũ palmoꝝ. Erãt aũt pedes eius ex medietate ĩferioris partis:facti p circuitũ rotũdi & tornatiles:qd uero ad ſuperiora tẽdebat:q̃drãguli operis erat:habebatq; p circuitũ uniuſcuiuſq; lateris labiũ exornatũ:uelut q̃ttuor digitis alto ligno circumeũtẽ ſuperiorẽ & inferiorẽ eius corporis partẽ:& p ſingulos eius pedes ſuperius labio erãt anuli:p quos uectes deaurati mittebant in ligno qd eminebat. Sinum enim habebant:ubi anuli erant cõmiſſi:& his p uiam portabat. Ponebat aũt in tẽplo ad aqlonẽ cõuerſa:nõ lõge ab aditu:&.xii.panes azymos in ea ponebãt:ſenos per partes mũdos ualde: ex farina duoꝝ aſſariorũ:quæ mẽſura hæbraica.vii.cotylas atticas hẽt. Sup panes aũt ponebant duæ phialæ aureæ thure plenæ. Poſt dies aũt.vii. iteꝝ panes alii portabant: die qui a nobis ſabbatum appellat. Septimanam ſiquidem noſtri ſabbatum uocant. Cauſam uero huius rei in aliis edicemus.

De candelabro aureo:& altari interiori & exteriori. CAPI. X.

COntra facĩẽ uero mẽſæ reſpicientis ad parietẽ meridianũ cõſtitutũ erat candelabrum ex auro factũ fuſile:põdus habẽs minas cẽtũ qd hæbrei dicũt cincharas:qd græca lingua iterꝑtatũ:talẽtũ nũcupat. Fecit ãt & ſpærulas: & lilia:cũ calamis:& ſcyphis: erãtq; oĩa.lxx. ex qbus in una baſe cõpoſitum erat oẽ candelabrũ in altitudine:& intantas cõſtitutum partes:in quantas diſtribuunt planetas & ſolem. Conſumaturq; in.vii.capita alterutra p ordinem conſtituta:in quibus lucernæ ponunt ſeptem imitantes ſingulas planetaꝝ reſpiciuntq; ad orientem & meridiem:candelabro obliquo poſito. Inter qd candelabrum & menſam interiorẽ ſicut dixi thuribulũ erat & altare:de ligno quidẽ unde & priora ſunt fabricata imputribili & forti:ex uno quoq; latere cubitum latitudinis habens:altitudinẽ uero duplicẽ:eratq; craticula aurea in ea:facta habebatq; p ſingulos angulos coronas aureas puriſſimas ſex:& anuli:& uectes inerãt quibus p itinera a ſacerdotibus portabat. Erat aũt & altare ante tabernaculum conſtitutũ: & ipſum quoq; de ligno:mẽſuram uniuſcuiuſq; lateris quinq; cubitoꝝ:altitudine uero trium:ſimiliter exornatum:& ex laminis aureis alias æreis adoptum:cui ſuberat craticula in modũ rhetiaꝝ factum. Suſcipiebat enim terra ignem qui de craticula ferebat:quia baſes ei non erant ſubiectæ. Diuerſæ autẽ ponebant ſuſcinulæ:& phialæ: forcipes & ſcyphi:& quæcunq; alia uaſa ad ſacrificium fuerant facta: oĩa erant ærea:& tabernaculum quidem huiuſmodi erat:necnon & eius uaſa.

Quæ ſunt ueſtimenta ſacerdotum & pontificis. CAPI. XI.

FActæ ſunt ẽt ſacerdotibus ueſtes oĩbus aliis quas chananeas uocant pariter & principi ſacerdotum:quem anarabachen appellant quod ſignificat principem ſacerdotũ. Quotiens aũt ſacrificia ſacerdos adiret purificabatur. Lex enim purificationem fieri iuſſit:& aliorum quidẽ ſacerdotum ueſtes erant huiuſmodi. Primum quidem induebat mana chaſſin:quod conſtrictorium poterat dici. Eſt aũt cinctorium circa fœmora ſubtile ex byſſo contorto contextum: ingredientibus per eum pedibus uelut deuaſtrapis. Scinditur uero ultra medietatem deorſum:& uſq; ad lumbos aſtringitur. Super hoc autem lineo indumento duplicis ſindonis biſſine ueſtitur: quod cethomone quidem uocatur hæbraica lingua: ſignificat uero lineum nos enim lineum cethon appellamus. Eſt autem hæc ueſtis tunica uſq; ad talos: corpus omne complectens: & manicis brachia ualde conſtringens: accinguntur circa pectus modice ſuper illum zonam circunducente latam: quaſi digitis quattuor uarie ita contextam: ut uideatur: pellis eſſe uiperea: in qua flores intexti ſunt coccinei purpureiq; cum hyacyntho & byſſo commixti. Si tamen eius zonæ eſt ſolummodo byſſus: & ſumens initium cinctura a pectore: & circundare dicitur iterum ante pectus: & uſq; ad crura dimittitur: donec ſacerdos nihil operiat. Pro decore nanq; uidentium eſt ita compoſitum. Cum uero ad ſtudia ſacrificiorum: & miniſterium præparatur: ne impediatur: opus in leuo humero eam portat. Quod Moyſes quidem arrabanech

appellauit:nos autem a babyloniis diſcentes: hemſa neam uocamus ſic enim apud eos hæc tunica nuncupatur. Sinum uero nuſq̃ habet hæc ueſtis:ſed larga eſt ad collum eius apertura:& naſtali ex utraq; parte oram eiuſdem ueſtimenti a parte pectoris:& ſcapularum aſtringunt:hoc etiam baſſaba zan uocatur.Super caput autem geſtat pileum in modum paruuli calamaci:aut caſſidis quod extẽditur ſuper ſummitatẽ capitis & modice uerticis medietatem excedit:uocaturq; maſnemphtis:& tale eſt ut uideatur ex lini factum textura uitias:quæ ĩuolutæ ſepius cõnectuntur:ne facile dilabatur. Deinde aliud unum uelamen deſup circundatur:deſcendens uſq; ad inferiora barbæ:celans pillei illius ligaturam:& totam capitis ſupficiem:aptaturq; pfecte ne laborante ſacerdote circa ſacrificia corruat. Quales ſint cæterorum ſacerdotum ueſtes declarabimus.Princeps ſacerdotum ornatur qdẽ & iſtis:nihil ex prædictis ueſtibus derelinquens:ſuperinduit aũt tunica de hyacyntho facta:quæ & ipa talaris eſt:uocaturq; mechir ſecũdum linguam noſtrã:quæ zona conſtringitur:coloribus prædictis & floribus exornata:auro contexto uariata:ornatuſq; ĩ fimbris eius ineſt uelut malo; granatorum & tintĩnabulo; aureo; multo decore factorum:ita ut inter duo tintĩnabula malum granatũ habeatur:itemq; inter duo mala granata tintĩnabulũ.Eſt aũt hæc tunica ex duabus inciſionibus:ut ſit ſuta ſuper humeros:& p latera:ſed uno uelo in longũ undiq; cirũtexta ad collum habens tantummõ ſectioné non e latere: ſed in longum fiſſam a pectore ad medias ſcapulas.Vitta aũt ei conſuta eſt:ne poſſit eius aptio turpiter appere.Similiter & unde manus egrediuntur apertũ eſt. Ad hæc aũt tertio induitur ueſtimento:qd dicitur ephot.Simile ẽ aũt ſuphumerali græco;.Fit enim hoc modo ut ſit textus eius magnitudine cubiti de cunctis coloribus:auroq; uariatus:amplectẽs omnem pectoris locũ:& ad manus eiiciendas apertũ ẽ:& omni ſchemate tunice ſimile ẽ.Huic ueſtimẽto locus uacuus in medio pectore magnitudine palmi dimittitur ubi inſerit eſſin:quod græca lingua logion: latina rõnale ſignificat:& complet totũ ephot:hoc ẽ illum locũ quẽ texẽtes ,pterea reliquerunt uacuũ:uniturq; ephot:cũ rõnali:anulis aureis p circulos ſingulos ſub equalitate cõmiſſis p uittam hyacynthinam:quæ ĩmittitur pro ligaturis & conſertionibus alterutris anulorum.Ne autem uacua eſſet medietas anulorum:& rationalis:filis hyacynthinis adinuentum eſt ut ea loca conſeruent.Super humerale uero duo ſardonici lapides infibulabant per ſingulos humeros auro clauſi:habentes per extremitatẽ circellos aureos: in quibus ſuſcipiunt rationales ligaturas. His lapidibus inſcripta ſunt nomina filiorum iacob prouincialibus litteris lingua noſtra ſena per lapidem:ſeniores autẽ in humero dextro ſunt.Inſerti ſunt autẽ in eſſin:id eſt in rationale duodecim lapides:magnitudine & decore præcipui.Hoc ornamentum propter eminentiam eius honoris ab hominibus poſſideri nõ poteſt.Iſti ſiquidem lapides per quatuor ordines terni;per ſingulos ordines conſtituti ſunt:habẽtes aureas per circuitum coronas:quibus incluſi conſertiq; ſunt:ne poſſit quocunq; modo textura corrupta defluere.Et in primo quidẽ ordine trium lapidum:inchoat ſardonix:topazius:ſmaragdus. In ſecundo habet carbũculum ĩaſpidem:ſaphirum.In tertio inchoat ligurius:deinde amethyſtus.achates eſt tertius:qui & poſt alios eſt nonus.In quarto ordine tenet chriſolitus principatum:poſt quem onix:deinde berillus:qui eſt ultimus omnium.Litteræ autem in omnibus iſtis ſculptæ ſunt nominibus filiorum iacob:quos tribuum principes arbitramur:ſinguliſq; utiq; lapidibus eorum nomina referentibus ſecundum ordinem:quo nati eſſe noſcuntur. Cum ergo per ſe illi quos diximus anuli ſint infirmi:nec poſſint pondus lapidum ſuſtinere:alii duo maiores in extremitate rationalis quæ reſpicit ad collum eminentes:ipſam texturam faciunt qui inſpiciant catenas aureas opere plectili uenientes per fiſtulas quaſdam ab extremitatibus humerorum : quarum catenarum ſumitas aſcendens perducitur poſt tergum:& in circulo qui eſt ad dorſum in ſuperhumerali conſeritur: & hoc eſt rationalis munimen eximium : ne poſſit aliqua parte diſrumpi. Zona uero rationalis conſuitur de coloribus prædictis auro conſerta:quæ ex utroque latere circunducta:& iterum : reuoluta ante pectus ex ambabus ſummitatibus pendere dimittitur: & habet quaſdam fimbrias ex aureis fiſtulis miro decore compoſitas in utraque zonæ ſummitate pendentes.Pilleum autem priori ſimilitudine operatum habet pontifex: ſicut reliqui ſacerdotes :& alium conſutum ex hyacyntho uariatum. Circundatur uero ei & aurea corona : tribus uerſibus facta:ſupra quam ſurgit in media frõte quaſi caliculus quidam aureus : ſimilis herbæ:quæ apud nos acoras nuncupatur: quam græci hyoſcyamos dicunt. Ne quis autem cum non uiderit hanc herbam per ignorantiam natuam eius ignoret: ſignifico huiuſmodi hominibus eius modum.Hec herba frequenter ultra tres palmos oritur:radicem uero rotundam habet:& quaſi rapæ ſimilem:folia uero eius mentæ propinqua ſũt. De ramis autem eius oriuntur caliculi rotundi: & in circuitu habet oculos:unde fructus egredi tur. Calicem ergo quem diximus ſupra coronam auream poſitum habet magnitudinem digiti minoris:cuius cauatio rotunda eſt:quaſi crateris quem tamen latius condiſcipulis explanabo. Eſt autem quaſi ſpæra diuiſa:& circa fundum aliam habet inciſionem a radice rotundatam. Deinde paulatim cauatura colligitur:& a ſuperiore denuo decenter aperitur:& ĩ labio ita colligitur ut proprie uideatur hemiſpærium mira rotunditate ornatum . Super hunc iterum oriuntur inciſiones quaſi extremitates malogranatorum ſpinoſe:& in acutiſſimum deficientes cacumen : quia ſemper ſeruat:& fructum huius caliculi ſuperpoſitio ſeminis ſyderiditis uicium. Habet autem florem

ſimilē plantaginis& per circuitum tota corona his floribus eſt celata:ab occipitio uſque ad utrunq; tempus. A fronte uero hoc qnidem non habet:ſed lamina eſt aurea:ſacriſq; litteris nomē dei habet in ſcriptum. Hoc igitur ē pontificis ornamētum. Mirari ſiquidē quilibet poterit odium hoīum qđ circa nos habere non deſinūt:quaſi nobis hoc modo diuinitatē deridētibus quam ipſi nō quieſcūt colere. Siquis enim tabernaculi poſitionē conſideret:& ſacerdotalē iſpiciat ueſtē & uaſa quibus utimur ad ſacrificia celebranda:& legiſlatorē uirum ſacrū agnoſcet & fruſtra nos ab aliis blaſphemari pcipiet. Nā ſingula quæq; hoꝛ ad ſimilitudinē & formam rerum facta reperiet:ſi abſq; inuidia hæc ſapienterq; uelit conſiderare. Tabernaculum nanq; triginta cubitorum trine diuiſum:in quo duas partes ſacerdotibus cūctis diſtribuit:quaſi profanum quēdam cōmunēq; locum terrā & mare ſignificat. Hæc utiq; greſſibilia cūctis ſūt. Tertiam partem ſoli dicauit deo eo ꝙ cælum ingreſſibile ſit hominibus. Super mēſam duodecim panes poſiti:ſignificant ānum menſium quantitate tanta diuiſū. Per candelabrum de partibus ſeptuaginta cōpoſitū:ſeptē planetaꝝ decatemoria tetigit. Et ſup illud ſeptē lucernæ ipſorum planetaꝝ curſum oſtēdit. Tantæ nāq; ſūt numero. Cortinæ ex quattuor coloribus cōtextæ:elemētorum deſignant naturā. Biſſus terram declarat:eo ꝙ linum oriatur ex ea:pur pura uero mare:eo ꝙ piſciū ſanguine coloraſ. Aerem uoluit ſignificari per hyacynthū :coccus uero eſt ignis indicium. Significat autem & pōtificis linea tunica totam terram. hyacynthina uero ueſtis polum quæ per malogranata corruſcationes:per tintinabulorum ſonitum tonitrua īdicare dignoſcitur. Superhumerale etiam ad ſimilitudinem naturæ totius eſt:quādo & illud deo placuit ex quattuor coloribus fieri:auroq; contextum propter ſplendorem reor:qui mūdo diffunditur. Rationale uero in medio ſuperhumerali in modum terræ conſtituit. Hoc undiq; nāq; tenēs medium locū zonæ circulo ſignificat occeanum:qui utiq; cuncta ſuo limbo circundat. Indicat autem ſolem & lunā uterque ſardonix quos pontifex portat in humeris. Duodecim uero lapides ſeu menſes:quis intelligere poteſt numerum ſtellarum:quem zodiacum circulum græci uocant. Pileus uidetur mihi cælum imitari:cum ſit ex hyacyntho:non enim aliter poterit ſuperponi ei nomen dei. Et in corona deſignatur & in lamina aurea ſplendor quo diuinitas præcipue gaudet. Et hæc quidem tantūmodo declarata ſufficiant:cum ſepius & in multis uirtus legiſlatoris oportune poſſit exponi.

Quomō aaron eligiſ in ſacerdotē:& quomō moyſes purificauerit tabernaculū & ſacerdotes:& quēadmodū de feſtiuitatibus:& ſingulis diebus fuerit conſtitutū. ¶CAP. XII.

IGitur cum prædicarum rerum terminus euenīſſe:nondum miniſtris ſacris muneribus dedicatis:aſtitit deus Moyſi:& ſacerdotium Aaron fratri ſuo eum dare præcepit:qui propter uirturis opus omnibus honore iuſtior haberetur. Tum ille colligens in eccleſiam multitudinē:uirtutē eius & ſtudiū edicebat:& ꝓpter eos pericula paſſurū eſſe. Cumque in omnibus eum populus teſtaretur:& eius ſtudiū ualde laudaret:Moyſes ait. Viri iſrahelite:fabrica quidem iam perfecta eſt:ſicut ipſi deo gratum fuit:nobiſq; poſſibile. Quia uero tabernaculum oportet iam dedicari:decet prius fieri ſacerdotem ſacrificiis miniſtraturum:& pro nobis orationes facturum. Et ego quidem hac deliberatione mihi conceſſa:meipſum dignum hoc honore iudicabam: eo quod natura omnes ſui potius amatores exiſtant:& maxime: quia multum mihi ſum conſcius pro ueſtra ſalute laboraſſe. Nunc autem ipſe deus Aaron dignum hoc eſſe honore decreuit: & hunc ſacerdotem nobis credidit iuſtiorem: ſciens quia dignus induetur ſtola deo deuota: & curam habebit altaris: & ad hoſtias offerendas & orationes faciēdas pro nobis libenter auditurus:qui curam habet generis noſtri:uirum quem ipſe magis elegiſſe dinoſcitur. Hæbreis itaq; placuere quæ dicta ſunt:& ordinationi dei præbuere conſenſum. Erat enim Aaron propter genus:& prophetiam & uirtutem fratris: honore hoc dignior uniuerſis:habebatque filios illo tempore quattuor:Nadab:Abiud:Eleazar:Ithamar. Quæcunque uero ad fabricam tabernaculi præparata ſuperauerant:hæc iuſſit ad tegmen cortinæ ipſius tabernaculi:& lucernæ: & thuribuli:aliorumque uaſorum expendi: quatenus hæc per iter neque pluuia neque puluere uexarentur: & populum denuo colligens: ſingulos ad oblationem iuſſit offerre dimidium ſicli. Siclus autem hæbreorum numiſma quattuor dragmas atticas habet. Illi libenter quæ iuſſerat Moyſes oſferebat:eratque offerentium multitudo ſexcentorum quinque milium & quingentorum quinquaginta uirorum: offerebantque argenti libras uiginti: ætate uſque ad quinquaginta annos cōſtituti: oblatumque circa tabernaculi opus expendebatur. Purificauit autem & tabernaculum & ſacerdotes hoc modo. Myrrham electam ſiclos quingentos: & totidem ireos cinamomi & calami. Eſt autem & hæc ſpecies ſuauis odoris: priorem menſuram & medietatem: iuſſit horum cō tuſa miſceri:oleique oliuarum pondus menſuræ prouintiæ quæ dicitur bin: duas coas atticas capiens. Quibus permixtis: & coactis: facta eſt arte unguentariorum unctio ſuauiſſima. Deinde ſumens ipſos ſacerdotes: & omne tabernaculum unguens purificauit: offerens hoſtias multas & uarias in tabernaculo: deinde aureum thuribulum: quod magni erat oneris: & reliqua quorum prætereo narrare naturam: ne multiloquium fiat legētibus. Secundo autem die: ideſt ante ſolis ortum & occaſum incenſum fieri oportebat omnino: oleumque purgantes: ad luminaria conſeruabant. Quarum tres equidem lucernæ ſuper ſacrum candelabrum deo tota die lu-

cebant:reliquæ uero accedebantur ad uesperum Omniũq; quæ facta sunt:optimi opifices Beseleel: & Heliab fuerunt.Nam & prioribus artificibus ipsi præpositi fuerant ad melioré operationé iugiter exercendam:& intelligentiá rerum:quarum instructionem primitus ignorabant.Horum itaq; Beseleel meliorem contigit iudicari.Igitur omne tempus ad opus faciendum transiit in mensibus septem:& post hoc ex quo ægyptum reliquerant primus annus impletus est.Inchoante ergo anno secundo:mẽse xanticho secundum macedonas:nisan uero secundum hæbreos:in nono mense tabernaculum consecrarunt:& omnia uasa eius quæ iam declarata sunt.Ostendit autem deus se gauisũ i operibus hæbreorum:& non frustra eos laborasse in pulchritudine illius edificii:sed accessit & habitauit in eo templo.Præsentiam suam nanq; hoc modo fecit.Cælum siquidem mundum erat:super tabernaculum uero solummodo caligo facta est:non alta nube:satis autẽ densa circundãs illud:ut tẽpestas putaretur esse:neq; rursus ita subtilis fuit:ut ualeret p eam aspectus aliquid cõtueri:gratusq; ros ex inde defluebat:pandebatq; dei præsentiam his qui & uolebant & credebant.Moyses autem cum artifices qui talia fuerant operati dignis muneribus honorasset : sacrificauit in tabernaculi uestibulo secundum mãdatum dei taurum:& arietem:& hædum pro peccatis. Dicturus autem de his quæ ad sacrificia pertinẽt:etiam de his quæ circa sacrificia celebrantur indicaturus sũm simul & de quibus iussit holocausta fieri:& quæ comedẽda tanq̃ cibos laxauit.Mactatis igitur animalibus quæ prædixi ex eorum sanguine uestẽ Aaron ipsumq; cum filiis aspergebat:purgans eos fontium aquis & unguento:ut dei fierẽt sacerdotes.Septem itaq; diebus hoc modo ipsos & eorum uestes curabat: tabernaculum simul & eius uasa ex oleo prælibato sicut iam dixi:& sanguine hircorum & taurorum immolatorum per singulos dies id est unoquoq; secundum genus.Octauam ergo festiuitatem denunciauit populo : & quenq̃ secundum uirtutem immolare pcepit.Illi uero alterutros æmulati:& sacrificiis superare semetipsos certantes:singuli festinanter dictis obediebant.Impositis autẽ hostiis super altare:repente ex eis spontaneus ignis accensus est:& similis flãma fulguri corruscationis emicuit:& omnia quæ erant super altare consumpsit.Contigit autem post hæc & Aaron calamitas quædam:ut tanq̃ homo simul & pater de ea cogitaret:quam tamen fortiter tolerauit:quomodo & circa casus animo fortis erat:& hoc uoluntate domini prouenisse iudicabat.Ex quattuor nanq; filiis eius quos iam dixi duo seniores Nadab & Abiuth portantes sup arã hostias:non quas prædixerat Moyses:sed quibus primitus utebantur subito cremati sunt super eos igne magno impetu ueniente: & pectora faciesq; eorum inflãmante:ita ut nullus eum ualeret extinguere:& illi quidem ita defuncti sunt. Moyses ergo iussit patrem eorum & fratres portare corpora extra castra deducentes:honore congruo sepelire luxitq; plebs eos nimis amare propter mortem quæ eis sic inopinabiliter accessisset. Solos autem fratres eorum & patrem non cogitare ex hac tribulatione Moyses exorauit:cum deberent præponere dei honorem suæ tribulationi.Iam enim Aaron sacerdotii stola uidebatur indutus. Itaq; Moyses omnem honorem respuens:quem sibi omnem multitudinem uidebat offerre:solum dei ministerium celebrabat:& aliquando quidem ad montem Syna ibat:aliquando uero tabernaculum ingrediẽs responsa poscebat:de quibus seorsum rogabat deum:& stola priuatus:& aliis se cunctis publicum demonstrabat:in nullo ab aliis differre studebat:nisi ut eorum curam prouidere uideretur.Insuper scribebat leges secundum quas deo grati uiuerent:& in nullo alterutros accusarent quas tamen dei præcepto constituit. Nunc igitur de conuersatione eorum & legibus exponam. Quod uero de ueste pontificis prætermisi:uolo proferre nullo modo enim malignitatibus detrahentium reliqui occasionem.Si qui tamen tales sint:ut contemnant dignitatem dei cognoscere: oipotentem deũ scire negligentes derelinquunt:siue ad sacra ueniant:siue adesse nolint: & hoc non solum hæbreis uoluit esse manifestum:sed etiam peregrinis ista legentibus.Lapides autẽ quos ferre super humerum prædixi pontificem erant sardonices. Eorum naturam puto amplius omnium ad humanã notitiam uenientiũ effulgere.Dum ergo & sacrificiis deus adesset:alter quum dextro humero portabat micabat:& ex eo ita splẽdor exilebat:ut etiã pcul positis apparere:cũ prius hoc lapidi non inesset.Et hoc itaq; mirabile est:his tamẽ q sapiẽtiam nõ adiectionẽ diuinorum operum nãsciscuntur.Quod uero est mirabilius dicã.Per duodecĩ enim lapides quos supra pectus pontifex in essim sutos.i.in rationale portat:uictoriã pugnaturis deus pnunciauit.Tãtus ergo splendor fulgebat in eis:cũ nõdum exercitus moueret:ut omni fieret multitudini manifestum eorum auxiliis adesse deũ.Vnde græci qui nostras solẽnitates honorãt:eo q nihil in his contradicere ualeãt:essim rationale uocant.Cessauit itaq; & essin:& sardonix splendescere annis ducentis anteq̃ hæc ego conscriberem:cum deus molestẽ ferret trãsgressiones legum:de quibus sub oportunitate dicemus Nũc autem ad consequentia uerba conuertar.Tabernaculo iam dicato & ornatis sacerdotum rebus populus deum apud se esse cũ tabernaculo iudicauit:& ad sacrificia simul & requiẽ est conuersus:quasi omnẽ iã molestiã respuisset:& de futuris meliora desiderantes munera deo alia quidem cõmuniter alia uero seorsũ de singulis tribubus offerebant.Principes enĩ tribuũ bini & bini cõueniẽtes uehiculum:& duos boues offerebant:erantq; uehicula sex:& ita tabernaculum in itineribus deuehebant. Ad hæc autem unusquisq; eorum phialam:thuribulumque portabat:& capsam capientem daricos decẽ:plenã thymiamatibus.Thuribula uero & phialæ argenteæ erant:habẽtia utraq; siclos ducen-

tos. In phiala tamen ſeptuaginta ſolummodo ſunt expenſi. Hæc erant plena farina. oleo conſperſa: q̃ bus iuuãtur ad ſacrificia. Sup illas aũt oblationes uitulum & arietẽ cũ agno anniculo ad holocauſtũ ideſt totum incẽdẽdum: & cum his hircum pro oblatione peccatorũ offerebant ſinguli principum ſed & alia ſacrificia quæ ſalutaria appellantur per ſingulos dies boues duos: & arietes quinque cum agnis anniculis & hædis. Iſti enim ſacrificabant per duodecim dies: unus in tota die. Moyſes aũt ne quaq̃ aſcendebat in montẽ Syna: ſed ingrediẽs tabernaculum cõſulebat deũ de actu legũq; diſpoſitione: quas humanam ſapiẽtiam præcellẽtes: oporteret firmiſſime omni tempore cuſtodiri: & donũ dei eſſe cunctis oſtẽdit: taleſq; fore ut eas hæbrei nec in pace per epulas: nec in bellica neceſſitate trãſcenderẽt. Sed de his quidem legibus dicere ſuperpono aliam ſcriptionẽ facturus: nunc tamen quarundam memorabor paucarũ: de purgatione & ſacrificiis poſitarum. Etenim ſermo mihi de ſacrificiis faciẽdus eſt. Duo ſunt ſacrificia: quorũ aliud quidẽ ab uno quoq; priore: aliud uero celebratur a plebe: & hæc quidẽ duobus mõis efficiuntur: aliud quando totum quod imolat icẽdit: & ꝓpterea etiam nomẽ holocauſtomatis hẽt: ideſt totum incẽſum: aliud uero qđ ꝓ gratiarũ actione pſoluit: & ad imolationẽ epularũ exhibet. De priori nãq; narrabo. Vir priuatus holocauſtũ faciẽs: imolat bouẽ: & agnum: & hedum: hæc qdẽ ãnicula. Boues aũt pmittuntur imolare etiã iam maiores: ſed hæc oĩa maſculini generis fiant holocauſta. His ceſis: limbũ altaris ſanguine pfundunt ſacerdotes: deinde purgantes eam mẽbrati incidunt & oĩa ſup altare imponunt: lignis inſtructũ: & ſubiecto igne in flãmatum. Pedes cum iecore purgantes: & interim pinguedinẽ una cum aliis offerũt: pelleſq; ſacerdotes accipiũt. Et holocauſtomatis quidẽ iſte ẽ modus. Pro gratiarũ uero actione hoſtias celebrantes hæc aĩalia ſacrificant: matura quidẽ & anniculis grandiora: maſculina tantũ fœminis combinata: imolanteſq; hæc fũdunt quidẽ ſanguinẽ ſup arã: renes aũt & adipes: & oẽm pinguedinẽ cũ reticulis iecorũ: & cum his caudas agni ſupponunt are. Pectora aũt & crura dextra ſacerdotibus præbẽt & duobus diebus de reliquis carnibus epulantur. Quæcunq; uero remanſerint: concremantur. Similiter prædicto modo ſacrificii etiam ꝓ peccatis hoſtiæ celebrantur. Qui uero maiora ſacrificia non habẽt: offerunt columbas aut turtures duos: quorum alius: quidẽ fit in holocauſtũ deo: alius ſacerdotibus datur ad cibum. Certius aũt de ſacrificiis horũ aĩalium in ſacrificiorũ ſermone dicemus. Qui enĩ p ignorantiam in peccatum inciderit: agnam & hedum fœminas eorũdẽ ánorũ offert: & ſanguinẽ quidẽ fundit ſacerdos in arã: non ſicut prius: ſed angulorũ tangit extremitates: & renes aliumq; adipẽ cum reticulo iecoris ſup altare ĩponit. Sacerdotes aũt tollunt & pelles: & adipes: & carnes ea die conſumẽdas in tẽplo: lex enim in cras relinqui non ſinit. Qui uero peccarit: ſibiq; cõſcius ẽ: & nullũ habet qui eum poſſit arguere: arietẽ imolat lege præcipiẽte: cuius carnes i tẽplo ſacerdotes ſimiliter comedunt ea die. Principes in quibus peccant ſacrificantes: ea quidẽ offerunt quæ priuati: placãt uero deum offerẽdo ad ſacrificia taurum & hædum maſculos. Lex aut* præcepit in publicis priuatiſq; ſacrificiis etiam farinam mundiſſimam adiici: in agno quidẽ aſſarii mẽſuram: in ariete uero duorũ: in tauro trium: & hoc ſanctificant ſup altare oleo mixtũ. Nam & oleũ offertur ab imolantibus: ſi bouẽ quidẽ hin medietatẽ: in ariete autẽ huius mẽſuræ tertiam partẽ: & quartam in agno. Hin autem menſura hæbreorum antiqua fert choas articos duos: ſecundum quam menſuram oleum offerebant & uinum. Vinum autẽ circa aram libant. Siquis ſacrificium non celebrans pro uoto ſimile primitias offerat: unam dragmam ſup aram mittit: reliquam uero ad ueſcendum ſacerdotes accipiant aut ad coquendum. Nam & oleo fermentatur aut certe ad faciendos panes ſacerdoti tollent: quodcũq; ex ea ad holocauſtum neceſſarium eſt. Prohibet autem lex immolari alio die natum una cum genitrice: ſed nec aliter immolari permittit: niſi cum octaua dies nati tranſierit. Fiũt & alia ſacrificia pro languoribus euitandis: aut pro aliis cauſis: & equalia libamina cum hoſtiis expẽdũtur: quorum in craſtinum aliquid remanere lex prohibet: ſacerdotibus ſcilicet propriam ſumẽtibus partẽ. Ex publico autem ſumptu lex eſt: agnum anniculum ſingulis diebus occidi: inchoante die & terminante. Septima uero quæ ſabbatum nuncupatur duos occidunt: eodẽ ſacrificantes modo. In initio mẽſis & quotidiana ſacrificia: & duos boues cum agnis anniculis ſeptẽ & arietẽ mactant: hædum uero p declinatione peccatorum: ſi forte per caſum obliuionis eueniant. Septimo mẽſe quẽ macedones hyperetheum uocant: adiicientes his quæ prædicta ſunt taurum & arietẽ: & agnas .vii. immolant: & hædum pro peccatis. Offerunt ſuper hæc duos hædos: quorum alter quidam unus ultra terminos diſerti dimittitur: futurus pro toto populo expiatio & declinatio peccatorum: alterum uero in ſuburbanis in locum puriſſimum deducentes: cum ipſa pelle totum incendunt: nihil omnino purgantes. Concrematur autem ſimul taurus non oblatus a populo: ſed ex proprio ſumptu pontificis præparatus. Quo interfecto & allato in templum eius ſanguine ſimul & hirci: aſpergit digito contra menſam ſepties. Eodem autem numero & pauimẽtum & totiens templum & auream aram: & reliquum quod eſt circa maius ueſtibulum: portans ſuper hæc extremitates & renes: & adipem cum reticulo iecoris ſuperimponunt altari. Præbet & arietem deo pontifex ad holocauſtum. Quinta uero eiuſdem menſis & decima: tempore ad hyemem uergente: tabernacula figere iuſſit ſingulos per familias: metuentes frigus pro anni cuſtodia. Dumq; patriam peruenirent: in illa ciuitate quam ꝓpter templum metropolim haberent: feſtiuitatẽ eos ſeptem diebus agere & holocauſta facere: &

trificare deo:& pacifícas offerre præcepit:utq; in manibus portarent ramos mirthæ & ſalicis: ſum mitateſq; palmarum:& uirgulas maliperſici. Prima itaq; dierum in his fit holocauſtum hoſtiarum ex tribus & decem bobus & agno uno aut pluribus:& arietibus duobus:adiecto hirco pro declinatione peccatorum. Sex autem diebus ipſe quidem numerus agnorum & arietum cum hirco ſacrificatur:ſubtrahitur uero ſingulis diebus unus bos:donec ad ſeptimum ueniatur:& ab omni tempore die octaua requieſcũt:& deo ſicut prædiximus uitulum ímolant & arietẽ:& agnas ſeptẽ:& hircum pro declinatione peccatorum. Hæc quidem hæbreis tabernacula figentibus celebrare patrii moris eſt. Menſe uero xanthico qui apud nos niſan appellatur ideſt anni principium quartadecima luna ſole oppoſito in ariete quo mẽſe liberati ſumus a ſeruitute ægyptiorum:ſacrificium quod tũc egrediẽtes ex ægypto fecerunt ímolare nos annis ſingulis quod paſca dicitur:celebrareq; ſanciuit:& utq; celebramus illud per tribus noſtras:nihil ímolatoꝝ in craſtinum reſeruantes. Quintadecima ſuccedit feſtiuitas azymoꝝ:quæ ſeptem diebus celebratur in qua azimis ueſcuntur:& ſingulis diebus tauri occiduntur duo & aries unus:agni ſeptem:& hæc holocauſta fiunt:hircus quoq; pro peccato adiicitur:per dies ſingulos ad epulum ſacerdotum. Secunda uero azymorum die quæ eſt ſexta & decima frugum primitias quas metunt anteq; ex eis ueſcantur:deum indicantes iuſtum eẽ primitus honorari:quo ſint hac ubertate completi offerunt iſto modo. Siccantes ſpicarum manipulum:& contundentes:& munda ad coquendum ordea facientes:aræ dei aſſarium offerunt & unam dragmam ex eo mittentes:reliquum ſacerdotum uſui relinquunt: & tunc iam licebit omnibus pro ſua metere uoluntate. Immolant autem in principiis frugum agnum in olocauſtum deo Septima uero ſeptimana tranſacta poſt hoc ſacrificium quorum ſeptẽ ebdomadarum dies ſunt quadraginta & nouem:pentecoſte celebratur:quam hæbrei aſartha uocãt:quod ſignificat penthecoſten id ẽ quinquageſimam. In qua offerunt deo panes de alphita ſiccata factos cum fermento aſſariorum duorum: & ad mactandum agnas duas. Hæc quidem duo offeruntur ſolummodo. Nam cœnam ſacerdotibus præparant:nihilq; ex his in craſtinum relinqui permittitur. Immolant autem ad holocauſtum uitulos tres. & arietes duos & agnas quattuordecim duoſq; pro peccato hircos. Nulla uero feſtiuitas eſt in qua holocauſtum non faciant:aut in qua ex operibus laborum requiem non habeant:ſed in omnibus & legitima ímolationis ſpecies:& certus uocationis modus eſt:& eorum quæ adepulandum ímolantur:ex cõmuni tamen ſimila coacta fermento carens datur aſſarioꝝ uigintiquattuor:& ad panes faciendos expenduntur. Coquẽtur enim duo diuiſi ante ſabbatum:& ſabbato mane oblati ſuper ſacram menſam ponuntur ſibi ab alterutris conuerſi duabus patenis aureis ſuperpoſitis:thure plenis qui permanent uſq; ad aliud ſabbatum:& tunc pro illis alii deportantur:illi uero ſacerdotibus exibent:& thure incenſo in igne ſacro in quo omnia holocauſta fiunt:aliud thus ſuper alios panes abiicitur. Immolat uero ſacerdos de propriis expenſis ſecundo per diem farinam oleo mixtam & modica coctione duratam:quo fit menſura unius aſſarii:cuius medietatem quidẽ mane:aliam uero medietatem meridie igni ſolent offerre. De his itaq; integriorem denuo non declarabo ſermonem:ſufficienter uero mihi etiam nunc de his uideor enarraſſe. Moyſes autem tribum Leui a cõmunione populi ſegregans:ſacram utiq; futuram ſanctificauit fontium aquis ualde putiſſimis:& ſacrificia pro talibus deo legitima præbens:tabernaculum eis ſacrataq; uaſa:& reliqua quæcunq; ad tegmen tabernaculi uidebantur feciſe contradidit:quatenus præſidentibus & dicatis iam deo ſacerdotibus miniſtrarent. Et de animalibus diſcreuit ſingula quæ cõmederentur:& a quibus ſe penitus abſtinerent. De quibus cum nobis occaſio huius ſcripturæ prouenerit dicemus adiicientes & cauſas:pro quibus motus:alia quidem nobis ad cibum eſſe præcepit:ab aliis autem abſtinere imperauit. Sanguinis autem totius uſum ad ueſcendum modis omnibus interdixit:animam illum & ſpiritũ eſſe putans. Sed & carnes ſponte mortui animalis ab eſu omnino prohibuit: & ab adipe & rheticulo caprino:& ouino:& bubalino:abſtinendũ eſſe prædixit. Expulit aũt a ciuitate etiam leproſo corpore maculatos:& ſemine defluentes:ſed & mulieres quibus fit purgatio naturalis:remoueri iuſſit uſq; ad ſeptimam diem:poſt quam diem:quaſi purgatas remeare permiſit. Si militer aũt & mortuo facientes exequias:poſt totidem dies legitimum eſt redire. Eos autem q ſup numerum hoꝝ dieꝝ in pollutione conſiſtunt: ſacrificare legitimum eſt agnas duas:quaꝝ alteram quidem ſanctificare conuenit:alterã uero ſacerdotes accipiunt. Similiter aũt ímolant:& p eo cuius defluit ſemen:quotiens hoc p ſomniũ patit:deſcendẽte eo prius in aquam frigidã. Idẽ facit qui cũ legitima uxore concũbit. Leproſos autem oino expulit de ciuitate:cum nullo penitus cõuenientes: & nihil a mortuis differentes. Si uero quilibet ſupplicando deo hac egritudine liberatur:ſanioq; colorem aliquando recipiat:diuerſa deo ſacrificia compenſabit de quibus poſt hæc dicemus. Vnde ẽt quilibet irridebit eos:qui dicunt Moyſen lepra fatigatum:& propter hanc cauſam ſimilium prolectorum ducem factum in chananæam ueniſſe cum eis. Si hoc fuiſſet uerum:nequaquam Moyſes ad iniuriam ſuã hæc ſanxiſſet cum magis rationabiliter ẽt aliis hoc introducentibus contradicere præualeret:quando & apud gentes multas leproſi ſint:& fruãtur honore præcipuo & non ſolum iniuria:& expulſatiõe priuent:ſed etiam milicias mereãtur inſignes:& ciuilia eis ſingula cõmitant & in ſacris:& in templis ingrediendi habeant poteſtatem. Quapropter in nullo proibeatur Moy-

ſes ſi aliqua huiuſmodi paſſione circa colorem ipſe aut multitudo quæ cum eo erat nexaret. de iſtis melióra ſancire nullumq; detrimentum huiuſmodi paſſionibus cogebatur inferre. Sed palam eſt: quomodo hæc de nobis inuidia concitati loquuntur. Moyſes autem ab his mundus exiſtens: etiã mundis contribulibus conſtitutis: de languentibus hoc modo ſanciuit: & hoc pro dei honore decreuit. Sed de his equidem unuſquiſq; cogitet ut uoluerit. Mulieres uero quando pariunt: intrare in templum prohibuit: ſacrificia contingere non permiſit uſq; ad quadrageſimum diem: ſi maſculus ſit qui pariatur: duplicibuſque diebus: ſi fœminam generare contigerit. Ingredientes ergo poſt predictæ dilationis tempus ſacrificia celebrabunt: quæ ſacerdotes ſolenniter deo diſtribuunt. Siq; adulteram ſuam ſuſpicat ur uxorem offert tarinæ ordeaceæ aſſarium: & unum pugillũ ex ea mittens in altare: reliquum dat ſacerdotibus ad edendum. Mulierem uero conſtituat aliquis ſacerdotum ad ianuas quæ ſunt conuerſæ ad templum: & uelamen capitis eius detrahens: ſuperſcribi in mẽbrano dei uocabulum iubeat ipſamq; iurare nihil uiro nocuiſſe: nec pudicitiæ uinculum diſrupiſſe quod ſi commiſit: ut fœmore dextro diſiuncto uteroq; putrefacto moriatur: ſi uero amore nimio & huius rei zelo petulanter maritus hac ſuſpitione moueatur: ut menſe decimo ei puer maſculus generetur: perfectoq; iureiurando: dei nomen diluens e membrana: in phiala exprimat: ſumenſque terrã de templo circa parietem iacentem: & ſuperaſpergens mulieri dabit bibendum. Illa uero ſiquidem iniuſte accuſata eſt: concipit: & partus eius nutritur in utero: ſi autem de thoro maritali mentitur etiam deo: cum confuſione uitam relinquam ſuſtinebit. Nam & fœmur eius putreſcit: & uenter uertitur in hydropem. Et de ſacrificiis quidem & purgationibus eorum Moyſes contribulibus ſuis ita proſpexit: leges autem eis tales expoſuit. Adulterium quidem omnino prohibuit: fœliciſſimum eſſe credens: uiros circa thorum eſſe ſecuros: & ciuitatibus ſimul & domibus expedire filios eſſe ueraces. Sed & matribus miſceri tanquam malum maximum lex negauit. Similiter uxori paternæ & nutricibus & uxoribus: & ſororibus coire quemquam filiorum tanquam prauam iniuſticiam mi mis odiuit. Prohibuit autem & mulieri naturaliter pollutæ miſceri: & iumentis & maſculis: eo q; hæc libido nequiſſima uideatur: & aduerſus eos qui hæc præſumunt: mortis ſupplicium prouenire decreuit. Sacerdotum uero duplicem fecit purgationem. Nam & ab iſtis ſimiliter eos abſtinuit: & ſuper hæc neq; meretrices neq; concubinas eos habere permiſit: neq; ancillam: neq; captiuam eis nubere uoluit: ſed & eas quæ de cauponibus & pandochiis uitam agunt: & quæ prius maritos habentes: & pro cauſis quibuſcunq; dimiſſæ ſunt: ab eorum coniunctione prohibuit. Summum pontificem neq; mortui uiri pmiſit uxorem habere: licet hoc aliis conceſſiſſet: huic ſoli dedit nubere uirginem eamq; ſeruare. Vnde neq; ad mortuum ſummus ſacerdos accedit: cum reliqui non prohibeantur ſolennia fratribus & parentibus & omnibus ſuis mortuis exhibere: quos eſſe oportet ſimplices: omni uera ſimplicitate. Qui inter ſacerdotes integer non eſt: paſci quidem de oblationibus ſacerdotis conceſſit: aſcendere autem ad altare in templumq; introire prohibuit. Hos itaq; non ſolum circa ſacrificia mundos: ſed etiã circa conuiuia & cultũ ſuum ſtudioſos: & inculpabiles eſſe præcepit. Ob quam cauſam ſtola ſacerdotali ueſtiti immaculati & circa omnia mundi ſunt: & ſapientes exiſtunt. Bibere uinum donec ſtola ueſtiti ſunt prohibentur: inſuper & oues integras immolant: & in nullo pollutas. Hæc igitur et iam in tempore uitæ ſuæ geſta tradidit Moyſes: quorum quædam & in deſerto degens adinuenit: quatenus dum terram chananæam perciperent: hæc ſeruarent: ideſt ut anno ſeptimo requiem terræ præbeant: ab aratro & plantationibus ſicut & ipſos ſeptima die ab operibus ceſſare ſanciuit: & ut quæ ſponte oriuntur de terra: eſſent uolentibus in uſum communia & contribulis & extraneis: nihilque ex eis ſeruarent. Hoc autem fieri poſt ſeptimam annorum ſeptimanam iuſſit: qui ſunt anni quinquaginta: uocaturque ab hæbreis hic annus quinquageſimus iubileus: in quo & debitores a credito relaxantur: & ſerui liberi dimittuntur: quia dum eſſent contribuli pro quadam trãſgreſſione legum eos ſeruitii ſchemate caſtigauit: mortemque ſuſtinere prohibuit. Inſtante ſiquidem iubileo quod nomẽ ſignificat libertatem reſtituunt etiam agros antiquis dominis iſto modo. Conueniunt uenditor agri ſimul & emptor & reputantes fructus & expenſas in agro factas fructus exuberaſſe compertas: uenditor recipit agrum. Cum uero expenſæ tranſcendunt: hoc quod deeſt recipiens emptor: a poſſeſſione diſcedit connumeratis ſcilicet ex equo fructibus & expenſis prioribus poſſeſſoribus reddit agrum. Eandem legem uoluit etiam in domibus obtinere: quæ per uicos quoſque uenduntur. Nam de his quæ in ciuitatibus uenundantur aliter definiuit. Siquidem antequam impleatur annus recipiat pecunias: reddere domum cogit emptorem: ſi uero completus annus fuerit poſſeſſionem confirmat emptori. Hanc igitur Moyſes legum conſtitutionem dum ſub monte Syna moraretur exercitus a deo cognouit: & hæbreis ſcriptam contradidit. Cum circa legiſlationem iam putaret iſta ſufficere: ad exercitii militaris iura conuerſus eſt: habens in animo bellicas cauſas attingere: præcepitque principibus tribuum præter tribum leui: ut numerum pugnare ualentium perfecte cognoſcerent. Leuitæ ſacrati erant: & miniſterio alio fungi non poterant. Examinatione itaque facta: inuenta ſunt milia ſexcenta & tria: & ſexcenti quinquaginta: qui potuiſſent arma producere a uigeſimo anno uſq; ad quinquageſimum. Pro Leui tamen elegit inter principes tribũ Manaſſe filii Ioſeph: & effrai

pro ipſo ioſeph. Hæc autem fuit ſupplicatio Iacob ad Ioſeph: dum feciſſet filios eius ſibi præberi ſicut prædixi. Figentes autem caſtra tabernaculum in medio ſtatuebãt: & terne tribus per latera ſingula tabernaculi commanebant. & plateas per medium habebant: eratq; ornatus quaſi fori rerumq; uenalium ſingulis in ordine conſtitutis & opifices artium ſingularũ in ſtationibus erant: nulliq; alii loco: quã ciuitati cõpetẽter edificatæ & collocatæ ſimilis erat. Ea ſiqdẽ q̃ circa tabernaculũ erãt ſacerdotes tenebant deinde cuncta leuitæ. Exquiſiti enim ſunt leuitæ maſculi: qui ultra uiginti annorum eſſent: inuentiq; ſunt uigintiduo milia: octingenti octoginta. Quotiens ſuper tabernaculum nebulam ſtare contingebat: tanquam deo ibidem commorante quieſcebant: cum uero cõuerteretur: procedebant. Adinuenit autem & modum tubæ: ex argento factæ: qui eſt huiuſmodi: longitudinem habens pene cubiti. Eſt autem anguſta fiſtula cantatoria calamo capacior: præbens latitudinẽ: que conueniat ori ad ſuſceptionẽ ſpiritus: & claſſice ſono uicina: quæ hæbraica lingua uocatur aſoſra. Factæ ſunt tales duæ: & una quidem utebantur ad iuſſionem & collectionem populi in eccleſiis celebrandam: altera uero: cum oporteret ad cogitandum de rebus neceſſariis principes cõuenire: ambabus autem multitudo colligebatur. Cunq; tabernaculum moueretur hæc fiebant: & ſonante priore: hi qui habitabant ad orientalem tabernaculi partẽ ſurgebant: cum uero ſecunda ſonuiſſet: qui ad auſtrum reſidebant parabantur & ita in thecam inuoluta tabernaculi medietas: præcedentibus ſex tribun⁹ portabatur: & alia media ſequẽtibus ſex: leuite uero omnes circa tabernaculum erant. Tertia ſonante pars quæ conuerſa erat ad occidentem ferebatur: & quarta: q̃ circa ſeptẽtrionẽ. Vtebantur his tubis etiam in ſacrificiis hoſtias offerẽtes: & ſabbatis: & cæteris diebus. Sacrificauit autem tunc prius pro diſceſſu ex ægypto: quod paſca dicitur in deſerto.

Quia Moyſes procedẽs a monte Syna cum populo: eduxit eum ad locum qui dicitur Eſerioth: ubi murmurantibus filiis Iſrael pro deſiderio carnium dominus immiſit coturnices: & de plaga quæ ſecuta eſt eſum carnium. CAPI. XIII.

ET poſt paululum ꝓcedẽs a monte Syna: & loca quædam cõmutans de quibus dicem⁹ ad locũ qui dicit Eſerioth uẽit. Vbi multitudo rurſus ſeditionẽ fecit: accuſando Moyſen: & neceſſitatem ꝓfectus ſui: dicendo: & quia de terra bona eis ſuaſiſſet exire: & cum illã ꝓdiderunt ꝓ fœlicitate quã eis ſe ꝓmiſerat præbiturũ: diuerſis miſeriis tenerentur aſtricti: & aqua priuati: & ſi contingeret ut & manna deficeret: eſſent ſine conſolatiõe pituri. Cũq; multa leuiora in illum edicerẽt: unus quidẽ monebat eos: ut neq; Moyſeos laborũq; eius ꝓ cũctorum ſalute exhibitorum ĩmemores eſſe deberẽt: neq; de dei adiutorio deſperare. Plebs aũt ad hoc potius eſt cõmota: & contra Moyſen maior turba conſurgẽs erat. Moyſes itaq; cõfortãs eos tali deſperatione deiectos: licet turpiter ab eis fuiſſet cõtumeliã paſſus: tamẽ ꝓmiſit carniũ eis multitudinẽ ſe præbiturũ: non una die ſed plurimis. Illis aũt nõ credẽtibus: & dicente quodã unde poſſet hæc tantis milibus quæ ꝓdixerat miniſtrare: deus ĩquit & ego licet mala audiẽtes a uobis nõ tamẽ recedimus opantes ꝓ uobis: & iſtud nõ tarde ꝓueniet. Cũq; hæc dixiſſet: coturnicibus repletꝰ ẽ omnis exercitus: colligebantq; eas circũſtãtes. Deus autem nõ tarde hãc reddidit hæbreis iniuriã & maledictũ in ſe cõmiſſum. Non ꝓua ſiquidẽ multitudo eorũ mortua ẽ: & hactenus locus ipſe cognominatur Cabrothalia: quod interpretari poteſt deſiderii ſepultura.

Quomodo exide Moyſes duxit populũ ad fines chananæorũ: unde miſit exploratores .xii. q cõſiderarẽt eorũ regiones & ciuitates qui reuerſi poſt quadraginta dies: terrorẽ & metũ incuſſerunt filiis Iſrael: quaſi non poſſent expugnare chananæos: unde illi indeſperationẽ adducti conſilio inito decreuerunt redire in ægyptũ: Moyſe: & Aaron interẽpto quare iratus non eos ſed filios eorũ terrã repromiſſionis itraturos: ipſos aũt ꝓ xl. ãnos ĩ deſerto ꝓdixit eẽ morituros. CAPI. XIIII.

DUcẽs ergo eos exinde Moyſes in terrã quæ uocat conuallis iuſta chananæorũ terminos exiſtentẽ & ad habitandũ difficilẽ populũ ĩ eccleſiã cõgregauit eiſq; ĩ contiõe locutus eſt dicẽs. Cũ deus nobis duo bona ꝓmiſerit: libertatẽ: & fœlicis terræ poſſeſſionẽ: aliud deo dante iã poſſidetis: aliud eſtis percepturi celeriter. In finibus ſedemus chananeorũ: arcebitq; nos de cetero ꝓcedẽtes: neq; rex: neq; ciuitas: ſed neq; oẽs eorũ gentes. Exercitũ ergo præparamus: ad bellũ. non enĩ ſine labore nobis hæc terra cõcedit: ſed maximis eam prælĩis obtinebimus. Mittamus aũt exploratores qui huius terræ bona conſiderẽt: & quæ uirtus in ea ſit habitantium. Ante oĩa uero unanimes ſimus: & deum q eſt ĩ oĩbus nobis adiutor: & pugnãdi ſocius honorem⁹. Hæc cum dixiſſet Moyſes: multitudo ei honorem exhibuit: elegitq; exploratores duodecim notiſſimos uiros: unum de unaquaq; tribu. Qui circum euntes omnẽ terrã chananeorũ a patribus circa ægyptum iacẽtib⁹ uſq; ad ciuitatẽ Emathin: ad mõtẽ libanum puenerunt naturamq; terræ & incolarũ hoĩum cõſiderãtes ualidã reuerſi ſũt: quadragĩta dieb⁹ oẽ hoc opus explerẽt inſuper & fructus quos ꝓferebat illa terra portantes: eorũq; abũdãtiã & multitudinẽ bonorũ terram illam habere narrabãt & a uolũtate bellandi populũ ſuſpendebant metuẽtes ẽt ſuæ paupertatis inopiã: dicenteſq; flumina ĩpoſſibilia trãſituros: & eſſe mõtes ĩſuperabiles iter agẽtibus & ciuitates muris ualde fortiſſimis: & ambitus eaꝝ grandi munimine roboratos. In Ebron aũt & gigantum prolẽ ſe iueniſſe dicebãt. Et exploratores qdẽ uidẽtes: qa cũctis quos ab egypto egrediẽtes

inſpexerant:maiores eſſent chananei.& ipſi tabuerunt:& multitudinem hoc credere cõpulerũt·Illi aũt ex his quæ audierant poſſeſſionẽ terræ illius difficilẽ ſibi iudicabãt:ſoluto cõcilio:cũ uxorib⁹ & filiis lugentes degebãt:tanquã eis deus nihil ope:ſed tantũ uerbo ꝓmitteret. Rurſũ Moyſẽ increpabãt:& inclamabãt ei:eiuſq; fratri atq; põtifici:& peſſimã qdẽ licet cũ illorũ blaſphemiis habuerunt noctẽ. Mane uero cõcurrerunt ad eccleſiã deliberationẽ habẽtes:iterfecto Moyſe & aaraõ:ad ægyptũ denuo remeare. Vnus aũt exploratorũ Ieſus filius Naue de tribu effraim & calep de tribu iuda:metuentes in mediũ ꝓceſſerunt:tenebantq; multitudinẽ:confidere ſupplicãtes eã:& neq; deũ falſitatis arguere:neq; credere his quæ pro terrore nõ uere dicebãt de chananæis:ſed ſibi potius qui ad fœlicitatẽ & poſſeſſionẽ bonorũ eos decentius inuitarent:quãdo nec mõtiũ magnitudo:nec altitudo fluuiorũ:uirtutẽ colẽtibus effectum ꝓpediret:maxime cũ deus ſecuritatẽ ꝓbeat:& eorũ ꝓpugnator exiſtat. Pergamus ergo inquꝫ ſimul ad hoſtes:nullã timoris ſuſpitionẽ habẽtes:ſed duci credite deo noſq; ſequimini quo uocamur. Et ille qdẽ dicẽtes hæc:nitebant irã populi mitigare. Moyſes aũt & Aaron in terrã ꝓſtrati:rogabãt deũ non ꝓ ſalute ſua:ſed ut quieſcere ignorãtẽ faceret plebẽ:eorumq; ſedaret animos põtis heſitatõis paſſiõe turbatos. Aſtitit ergo & nubes:& iſtans ſupra tabernaculũ ſignificauit dei præſẽtiam. Moyſes uero iã cõfidens:in media aſtitit multitudine deũq; ꝓ motum pro eorũ ꝓcabatur iniuria:percepturoſq; fore ſupplicium:nõ quidem delicto dignum:ſed quale patres ꝓ correptiõe inferũt filiis. Cumq; tranſiſſent i tabernaculum coram deo pro futura eorũ perditione deflebãt:cõmemorabãtq; populũ quæ paſſi ſunt ab eo:& quantis beneficiis participati:ingrati circa eum exiſterẽt:quãdo ẽt nunc exploratorũ terrore decepti:ſermones illorũ potius quã ꝓ miſſiõẽs dei iudicarent ueriores:& ob hanc cãm nõ equidẽ perderet:oẽs:neq; eorũ exterminaret genus:qd oĩbus hoĩbus potius apud ſe harẽt honoratũ:chananæorũ uero terra non eos eẽ potituros:neq; eius fœlicitate lætaturos:ſed ẽt ſine domibus & ciuitatibus in deſerto quadraginta ãnis eſſe uicturos:& hanc pœnã eos ꝓ iniqtate ſoluturos filiis aũt ueſtris dicebat:deus terram datuꝝ ſe ꝓmiſit illoſq; participaturos bõis:& dominos eorũ fore quæ uoſipſi uobis inuidiſtis accipere. Cũ hæc itaq; Moyſes dei uoluntate dixiſſet:in triſtitiã & erũnã conuerſa ẽ multitudo:rogabãtq; Moyſen:ut ꝓpitium eis faceret deum:& a deſerto libertatis ꝓberet urbes. Ille aũt dicebat deũ huiuſmodi nõ habeꝛ conſiliũ:neq; ſecũdũ leuitatẽ humanã ductũ circa indignationẽ eorũ:ſed habita deliberatiõe in eos ſentẽtiam protuliſſe. Nõ itaq; iudicãdũ ẽ oportere hæc diſcredi:ſi Moyſes cũ uir unus eẽt tantam militiam hominũ iraſcẽtiũ potuit mitigare:& ad mãſuetudinis uota reducere. Deus enĩ aſiſtens eĩ ſermonibus eius uinci multitudinẽ ꝓparauit:quippe cũ ſæpius inobediẽtes iutilem ſibimet inobedientiam fuiſſe cognouiſſẽt:in calamitatibus utiq; incidentes. Mirabilis itaq; uirtute & fortitudine fuit uir ille ad credendũ ſibi de quibus cũq; populuſ audiret:& hoc nõ ſolũ tpe quo uixit:ſed etiam nunc eſt. Nullus enim eſt hæbreorũ qꝫ non tanquã ꝓſente eo:& caſtigãte ſi forte ſit moribus inconpoſitus obediat ſanctionibus eius:licet alios latere poſſit. Et alia quidem indicia ultra humanã uirtutem eius exiſtunt. Olim enĩ quidã trans euphratẽ fluuiũ habitantiũ:quatuor mẽſiũ itinere ueniẽtes ꝓp honorẽ noſtri ſacrificii cum multis piculis ſimul & ſũptibus:ſacrificãteſq; nõ ualuerũt immolatione participari:iterdicẽte hoc Moyſe qbuſlibet:qui nõ ſint noſtris legib⁹ eruditi:neq; nobis ex paterna traditione coniuncti. Et alii quidẽ nec ſacrificarunt:alii uero ſemiplene ſacrificãtes reliquerunt. alii aũt neq; initium ingrediẽdi in tẽplũ ualentes facere diſceſſerũt:obedire Moyſeos ꝓceptis potius quã ſuã uoluntatẽ facere ꝓponẽtes:& cũ ꝓhibentẽ ſe de talibus nõ metuerẽt:ſolã tamẽ conſciẽtiam formidarũt. Sic legiſlatio q̃ uidebatur dei:fecit illum uiꝝ meliorẽ ſua natura putari. Sed ẽt ãte tẽpus modicũ huius belli. Claudio romanis iperãte:Yſmaele apd nos exiſtẽte põtifice: cũ fames noſtrã regionẽ talis obtinuiſſet:ut quatuor dragmis uẽderet aſſiriũ:allata faria ad feſtiuitatem azimorũ in choris ſeptuagita qui modii quidem ſinguli ſunt unus & triginta:attici autem quadraginta & unus:nullus ſacerdotum præſumpſit comedere cum ſcilicet terram inopia tanta detineret:quippe cum metuerent legem & iram:quã etiã ſuper iniquitates hoĩbus occultas ſolet inferre diuinitas. Igitur non oportet admirari de his quæ tunc geſta ſunt:quando etiã nunc litteræ a Moyſe derelictæ:tantã uirtutem habent ut etiam inimici noſtri fateantur:quia is conſtituit rempublicam noſtram per Moyſen eiuſq; uirtutem:deus eſt. Sed de his quidẽ ut placuerit unicuiq; conſideret.

¶ Hic liber continet tempus annorum quadraginta·

Bellum hæbreorum abſq; noticia moyſes contra chananeos geſtũ atq; deuictũ. CAP. .I

¶ Incipit liber quartus antiquitatis iudaicæ.

Aebræos itaq; deſerti moleſtia atq; difficultas cogebat etiã prohibẽte deo ad chananæos accedere. Non enim Moyſes ſermonibus acqeſcebãt obedire:ſed etiã præter illius uoluntatẽ ſuperare ſe hoſtes exiſtimantes:illum qdem accuſabant ſuſpitionem habentes:eo ꝙ eorum negociaretur inopia m:& ut ſemp eĩ⁹ uiderentur egere ſolatio. Prælio uero aggreſſi ſunt chananæos:dicẽtes deũ nõ propter Moyſen eis auxiliari:ſed cõmuniter gẽti ſuæ ferre ſolatiũ propter maiores eorum ſuamq; uirtutem quorum ſemper prouidentiã habuiſſe uidebaꝛ

& quō qui prius libertatem præbuiſſet:etiam tunc laborare uolentibus ferre ſolatia non tardaret: dicebantq; etiam ſolos ſe poſſe hoſtibus præualere:licet uelit Moyſes deum ab eis alienare:omnibuſq; hoc expediret ut ipſi ſui rectores eſſent:& non ab ægyptiorum iniuria digreſſi:Moyſeos tyrannidem denuo ſuſtinerent:& ſecundum eius uoluntatem uiuerent:nec deciperentur quaſi diuinitas ei ſoli utilia pro eius deuotione prædiceret: tanquam non omnes eſſent de genere Abraam: ſed unus eſſet his auctor omnium:cui deus omnia noſſe futura præberet:qui uiderentur ſapere ſi ei⁹ ſuperbiam contemnentes & deo credentes:obtinerent terram quam eis uolentibus promiſerat: & non propter prædictam cauſam ſub dei nomine reſpicerēt prohibentem. Ergo cogitantes inopiam atq; deſertum propter quæ ad hoc potius urgebantur:ad chananæorum bella ſunt profecti: deum ducem exiſtimantes: & non ad legiſlatorem ſolatium ſuſtinentes:donec ſibi meliora fore decernerent. Quo facto hoſtes aggreſſi ſunt. Illi autem eorum non expaueſcentes inuaſionem ſeu multitudinem eos fortiter exceperunt:& hæbreorum multitudo eſt interempta. Reliqua uero militia cohortis eorum ſoluta eſt:ſectatiq; in tabernaculum turpiter confugerunt:& eo q; præter ſpem tantæ calamitati occubuiſſent: omnino deicti ſunt: & nihil utile decetero ſperabant: cogitantes q; hæc per dei iracundiam eueniſſent:accedentibus ad bellum contra eius uoluntatem Moyſes ergo uidens ſuos perditione compreſſos. & metuens ne uictoria confidētes inimici:& appetentes maiora ſuper eos accederent:iudicauit exercitū in deſertū procul a chananæis educere. Cūq; multitudo ei conſentiret:quæ utiq; cognouerat:q; ablq; præceptionib⁹ eius prouidentiæ preualere non poſſet:eleuato exercitu abiit in heremum:faciens eos ibi quieſcere:nec prius chananæos adire: donec ad hoc oportunum tempus a deo acciperet. Igitur quod in magno contigit exercitu:& præcipue apud eos qui in ærumnis calumniatores & inobedientes exiſtunt:hoc etiam iudæis:euenit. Nam dum eſſent ſexcenta milia:& forte præ multitudine conſiliis melioribus ſe minime ſubiecerent:inopia potius & ærumnis iraſcebantur:& aduerſus alterutros:& aduerſus ducem. Seditio enī talis:qualem nec apud græcos:nec apud barbaros factam audiuimus tunc eos apprehendit: per quam omnes deferendos a deo atq; perditionis periculum ſuſcepturos eripuit Moyſes:oblitus malorum: licet paulominus ab eis tuiſſet occiſus. Pro cuius præcibus deus nihil mali eos ſuſtinere permiſit:licet legiſlatorem ſuum contumeliis affeciſſent: & mandata quæ ipſe per moyſen dederat deſpexiſſent:eripuit tamen eos:quando eis pro ſeditione ſua mala prouenire potuiſſent:niſi ipſe eorum periculo proſpexiſſet. Seditionem uero & quemadmodum poſtea Moyſes cōuerſatus eſt narrabo:prædicens cauſam propter quam talia ſunt commiſſa.

Seditio chore & plebis contra Moyſen & fratrē eius de ſacerdotio. CAPI. II.

CHore hæbreo⁹ ex genere nobilis:& abundans diuitiis:& lingua facilis:ac ad pſuadēdū plurimis idoneus:uidens Moyſen in maximo honore conſtitutū p inuidiā grauiter hoc ferebat:Nam cum eſſet ex ea tribu erat & eius cognatus:& mordebat quaſi iuſtus eſſet:ut eam gloriā ipſe obtineret:q & ditior illo:& genere apud leuitas nō uideret eſſe deterior clamabatq; dicēs eſſe crudelē Moyſen:gloriāq; ſibimet occupaſſe:& hāc p calliditatem quæſiſſe ſub occaſione:quaſi uideret deū:& cōtra leges Aaron fratri ſacerdotiū dederit non cōi placito plebis:ſed ſuo iuditio:& ſup hæc modo tyrannico honores quibus uellet:impenderet. Sæuus autem eſſe dicebat:& ultra uiolentiā:qa leſionē:niteretur iferre latēter:quādo nō ſolū nolentibus:ſed neq; intelligentibus inſidias eius honores auferre contenderet: qa cū ſcierint inquit hoies nō ſe poſſe uiolentia preualere:hanc quidem uolentes boni uideri non inferunt:doloſa tamen arte machinantur:quatenus deſideratum perueniant:ad effectum. His & ſimilibus ſuadebat plebi: quia utile foret ut dum adhuc huiuſmodi latere ſe crederent:punirent:nec ſinerent ad potiorem accedere cumulum ne manifeſte fierent inimici:adiiciebatq; dicens. Quam rationē reddere poterit Moyſes: ut Aaron & eius filiis daret ſacerdotium. Si enim ex tribu Leui deus honorē alicui præbēdū eſſe decreuit:ego hunc iuſtior ſum accipere genere quidē ipſo cōſiſtens quo Moyſes diuitiis aūt & forma potentior. Si uero maior tribus quēt:dignū eſt ut Ruben tribus poti honoret:& hūc accipiāt Dathan:& Abyron & Falas. Iſti enim ſeniores erant in illa tribu:& potentes facultate pecuniaꝝ. Hæc itaq; Chore dicens:uolebat uideri quidē cōi utilitate prodeſſe:opere uero agebat ut honorem hunc in ſe populi ſuffragatione tranſferret. Et ille quidē hæc maliuole plebi cū doloſo dicebat eloquio procedente uero ſermone:paulatim ad multos & creſcentibus adiutoribus:contra derogationē Aaron oīs exercitus eſt agitatus. Erāt enim concordantes cum Chore ducenti & quinquaginta priores uiri:ſtudentes quatenus fratrem Moyſeos ſacerdotii iure priuarent:& p hoc eum exhonorarēt. Tūc itaq; populus:ut etiam Moyſen lapidaret agreſſus ē:& in eccleſiā iordinate & turbuleter cōueniebāt:& ante tabernaculū clamabāt oēs. Exeat tyrānus:& populus ab eius ſeruitio libereſ:qui ſub occaſione dei uiolēta mādata p̄cepit. Dicebāt enī. Quod ſi deus ipſe ſacerdotē futuꝝ eligeret:dignißimum ad hunc honorē p̄ueheret & nō eū multis iferiorem daret & ſi decreuiſſet hunc Aaron dari corā populo faceret:& nō in fratris hoc poteſtate reliqueret. Moyſes ergo cū derogationē Chore iam ex multo p̄ſiret:etiam irritatū populū nō expauit:ſed confidēs rebus quas fideli deuotione tractabat: & ſciens fratrē dei uoluntate ſacerdotiū:& non ſuo munere meruiſſe ad

concilium uenit:& multitudini quidem nihil omnino locutus eſt: ad Chore autem clamans: cum eſſet dexter etiam in aliis:& ad loquendum nimis ingenioſus: mihi inquit o Chore & tu: & unuſquiſque horum:oſtendebat autem ducentos & quinquaginta uiros:honore digni eſſe uidemini:& totum exercitum huiuſmodi honore non priuo:licet non habeant quæ uobis ex diuitiis & culmine aliæ dignitates exiſtunt. Igitur ſacerdotium Aaron non eo quot diuitiis præcellat:cum tu ambos nos pecuniarum multitudine uidearis ſuperare neq; propter genus: quando commune nobis hoc fecit deus:eundem progenitorem dans nobis:neq; propter fraternum amorem: quot iuſtius alter habere potuiſſet:ego hoc contuli fratri. Nam ſi non cogitarem de dei legibus:hunc honorem mihi potius præbuiſſem:quando plus mihi ego ſum uicinus quã alter: & mihi magis quã alteri familiaris exiſto:neque ſapiens conſilium erat memet periculis ſubdere:& alii ex tali cauſa fœlicitatis dona conferre. Sed a malitia ego ſum remotus:deus uero ſe contemni non deſpexit:neq; uos ignorare uoluit:ſed hoc facientes ei præſtatis:& ipſe eligens ſacerdotem futurum ſibi a querela uos huiuſmodi liberauit. Non enim Aaron gratia mea hoc:ſed iudicio diuino ſortitus eſt. Vnde ponat hoc deus in medio quaſi ad diſceptandum:ut nunc qui dignus ad hoc inuenitur: accedat. Quod dedit deus non delinquimus:ſi uolentes accepiſſe iudicamur:cum ſit impium:honorem quem ille præbet non adire:& nimis irrationabile uniuerſo tempore ſecuritatem promittente deo contemnere. Sed & nunc iterum probare uult eum qui pro uobis ei debeat hoſtias immolare:& præſul pietatis exiſtere. Incongruum nanq; eſt o Chore ut quilibet appetens honorem:deo hunc prebendi cui uoluerit auferat poteſtatem. Igitur a ſeditione & huiuſmodi murmure quieſcite:mane uero omnes qui ſacerdotium quæritis thuribula ſingula portantes a neſtris domibus cũ thymiamate & igne uenite. Sed & tu Chore cede deo iudicium:& in his eius expecta ſententiam & nõ temetipſum deo uelis facere meliorem:ſed potius ad eſto:de hoc honore taliter iudicandus:necnõ & Abiron arbitror intereſſe iudicandum cum & eiuſdem ſit generis:& in nullo poſſit de rebus ſacerdotii iuſte culpari: conueniente ſq; pariter coram omni populo incenſum facite:& cuiuſcunq; ueſtrum ſacrificium ſuaue iudicauerit deus:hic uobis ordinabitur ſacerdos:& ita derogatione fraterna tanquam ei honorẽ ſacerdotii ego donauerim liberabor. Hæc Moyſe dicente:& a turba:& a ſua ſuſpitiõe multitudo ceſſauit & laudauerunt cuncti quæ dicta ſunt. Erat enim uir optimus:& loqui utilia uidebatur. Tunc ſi quidem concilium eſt ſolutum. Altera autem die cuncti congregati ſunt in eccleſia:ut adeſſent ſacrificio & electioni de ſacerdotio concertantium:eratq; populus conturbatus:cum eſſet multitudo ſuſpenſa ſpe futurorum:& alii delectabantur:ſi Moyſes malignus oſtenderetur:ſapiẽtes uero ſi huiuſmodi ſeditione liberarentur. Metuebant enim:ne procedẽte turba ordinator eorum diſciplinæ potius deperiret. Omne ſiquidem uulgus cum naturaliter queri congaudeat de eis q in poteſtate ſunt conſtituti:ad ea quæ forte placuerunt ſummopere ſententiam tumultus efficiebat. Moyſes autem miſſis ad Dathan & Abiron miniſtris:eos ſecundum conſtitutum uenire iuſſit & ſacerdotium expectare. Cum uero nec obedire eos nuncii retuliſſent:nec uelle dicerent Moyſi quaſi contra omnem populum malignitate creſcente ſuccumbere:audiens hæc ab eis Moyſes ſequi ſe maiores natu præcipiens:ibat ad Dathan & Abiron:nec indignum eſſe putabat ad ſuperos accedere. Illi uero nihil contradicentes ſecuti ſunt. Dathan autem & qui cum eo erant cognoſcentes Moyſen cum nobilibus populi ad ſe uenire: accedentes cum uxoribus & filiis ante tabernaculum reſpiciebant quæ Moyſes eſſet acturus: erantque circa eos conſtituti famuli:ut ſi uellet aliquam uiolentiam Moyſes facere:uindicarent. Ille uero cum ueniſſet in proximum:manus ad cælos tendens:multumque clamans ita: ut populus cunctus audiret ait. Domine cæli & terræ: & maris:tu enim mihi meorum actuum fideliſſimus teſtis exiſtis:quomodo omnia tua uoluntate feci: tu fugientibus præbuiſti obuiam miſericordiam: in omnibus ſatiſfaciens neceſſitatibus hæbreorum:eſto meus & in his uerbis auditor. Tibi nanque nec quod agitatur:nec quod cogitatur abſconſum eſt & ideo neque comprimis ueritatem:ut horum contra me uelis defenſare ingratitudinem. Antiquitatem meæ generationis tu noſti certiſſime: non auditu cognoſcens: ſed uiſu his quæ facta ſunt tunc aſſiſtens. In his ergo quæ de me licet ueritatem aperte ſcientes iniuſte ſuſpicantur: te teſtem mihi præcor exiſtere. Et ego uitam ſimplicem habens:mea quidem uoluntate tua uero uirtute: hanc mihi Raguel relinquente ſocero:bonorum illorum adeptionem deferentes:me ipſum tradidi pro iſtorum ærumnis:& primo pro libertate eorum:nunc uero pro ſalute maximos labores toleraui:omnique periculo me pro eis ſubieci. Nunc uero quoniam ut malignus in ſuſpitione ſum uiris:quorum uita meo labore ſubſiſtit: tu qui mihi locutus es in monte Syna & tuæ tunc uocis auditorem eſſe uoluiſti: & inſpectorem prodigiorum quæ in illo loco feciſti: & iuſſiſti ad Aegyptum properare: & tuam uoluntatem his innoteſcere: qui ægyptiorum mouiſti fœlicitatem: & a ſeruitute his præbuiſti refugium: mihique poteſtatem Pharaonis paruulam demonſtraſti: & in terram neſcientibus itinera nobis pelagus conuertiſti permixtumque mare ægyptiorum necibus conturbaſti qui nudis armorum munimina contuliſti:qui corruptos fontes nimis heſitantibus potabiles feciſti: potumque nobis ex lapidibus produxiſti: qui a terrænis cibis inopes:maritimis ſatiaſti: qui etiam cibum celeſtem præbuiſti primitus non inſpectum:qui legum modum condidiſti:& ordinem noſtræ reipu-

blicæ demonſtraſti:ueni domine omniũ iudex & teſtis meus:ad quem ſuffragia ulla non redimũt: m noſti q̃ nullum munus contra iuſticiam ab hæbreis accepi nec contemſi propter diuitias pauper tatem:nec contra uniuerſitatis leſionem conuerſatus ſum qui nũc inextraneas meorum ſtudiorum ſuſpitiones incurri:tanquam te non iubente:ſed mea potius uoluntate ſacerdotiũ Aaron dederim: oſtende nunc:quia omnia tua prouidentia gubernanť & nihil fortuitu:ſed tuæ uoluntatis interpoſitione proueniũt ad effectũ:& qũo geris ſollicitudinem generis hebræoꝝ:uidica in Abiron & Dathan:q̃ de inſenſibilitate te contemnũt:quaſi mea uideãť arte compreſſi. Fac itaq̃ ſuper eos apertum iudicium prouenire:ita contra tuam gloriam ſæuientium:non eos cõi modo faciens tranſire de uita:nec humana lege morientes:ſæculo præſenti facias recedere:ſed deglutiat eos ſimul & generationem & ſubſtantiam eoꝝ terra quam calcant. Hæc enim erit tuæ uirtutis oſtenſio:atq̃ doctrina cunctoꝝ:ſic eos caſtigabis:qui talia de te non bene ſuſpicanť: ſic ego miniſter p̃ceptoꝝ tuoꝝ fidelis oĩb⁹ apparebo. Si aũt uere contra me derogaſſe noſcunť illos qdem inoxios ab omni leſione ſeruato: ne cem uero quam illis optaui facito meam: & pœnam ab eo exige qui tuam uoluit nocere plebem: ut decetero pax concordiaq̃ ſuccedat. Sana multitudinem tuis preceptis obedientem: illeſam cuſtodiens eam:& a pœna peccati huius exortem. Tu ſiquidem noſti:quoniam iuſtum non eſt ſuppliciũ p eoꝝ malicia cõiter ſuſtinere cunctos iſtahelitas. Hæc eo dicente ſimul & flente:repẽte terra commota eſt:& ueluti uiolentia uenti turbatis fluctibus agitata. Populus autem cunctus expauit: grauiq̃ & duriſſimo ſtrepitu:per eorum tabernaculum concitato:terra ſciſſa eſt:& omnia quæ erant illis gratiſſima:in ea ſunt prorſus abſorpta. Quibus ſic exterminatis:ut ne occurrerent quidem illud agnoſcere:mox apertio terræ ſuper eos reducta eſt:& ita reintegrata:quaſi nihil hoꝝ quæ prædicta ſũt facta eſſe uideret inſpicientibus. Et illi ita perierũt. Probatione uero diuinæ uirtutis effecta:cognati quidem illorum dolebant non ſolum calamitatem quæ digna gemitu uideret:ſed etiam pximitatis affecti. Sapientes aũt quos euidenter uoluntas latebat illorum euentus iudicii certos fecit:& decernẽtes:quia ueluti erratici deperiſſent:qui fuerant cum Dathan:de eoꝝ nece non contriſtabanť. Igitur Moyſes euocauit eos qui de ſacerdotio contendebant ad ſacerdotum probationem:ut ſcirent cui⁹ ſacrificium deus ſuſciperet:& illum conſtitui ſacerdotem. Conuenientibus autem ducẽtis quinquaginta uiris:qui & propter patꝝ uirtutem honorabanť a populo:& propter ſuam illos etiam tranſcendebant:proceſſerunt quoq̃ Aaron & Chore:& ante tabernaculum omnes ſanctificauit in thuribulis quæ ferebant. Ignis uero repente tantus effulſit:quantum nullus opifex uidit:nec de terra prolatus:uel concurſione fluctuũ:aut uiolentia ſpiritum materia adinuicem percuſſa ſpõte aliquando uiſus eſt exilire:ſed qualis potuit dei uoluntate ſuccendi:clarus & flameus:quo ueniente ſuper eos cũcti ducenti quinquaginta extincti ſunt:& Chore ſimul:ita ut nec corpora eorum alicubi uiderentur. Solus autem liberatus eſt Aaron nihil ex igne læſus:qui utiq̃ a deo uidebatur electus. Moyſes igitur his pereuntibus:uolens pœnam eorum reſeruari memoriæ:& futuros agnoſcere:iuſſit Eleazarum filium Aaron thuribula eorum circa altare æneum collocare: ut in memoriam eſſent futuro generi: quæ illi ſunt paſſi qui putabant uirtutem dei ſe poſſe deludere. Et Aaron quidem iam non munere Moyſeos ſacerdotium ſe habere credebat:ſed dei iudicio pateſactor:cum filiis firme ipſo honore fruebatur. Seditio tamen neque ita ceſſauit:ſed multo magis augebatur:& crudelius accreſcebat:erat tu multus malde deterior:& nunquam hoc malum finiri putabatur:ſed longo tempore permanere. Homines nanque iam nihil præter dei prouidentiam geri credentes:& hæc abſq̃ dei gratia circa Moyſen geſta minime iudicantes:culpabant Moyſen:eo q̃ tanta ira dei non tam propter iniuſticiam punitorum:quam propter fauorem Moyſi proueneriť. Illos enim periſſe dicebant: nihil delinquentes niſi q̃ circa dei religionem ſtudium haberent:Moyſen uero in interitu talium uirorum & omnium optimoꝝ populum deleuiſſe:inſuper & fratri ſacerdotium dediſſe quod auferri nequiret:nullumq̃ alium ad hoc ulterius promoueri:cũ priores uiderẽt ita periſſe. Super hæc etiam & a cognatis extinctorum ſupplicatio multa fiebat ad populũ:ut gloria Moyſeos minueretur:hoc enim ad ſuã cautelã accidere iudicabant. Moyſes autem diu in tumultu populũ conſtitutũ patienter audiebat:metuẽſq̃ ne quid iterum ſeditionis emergeret:& magnũ malũ aliquod proueniret in eccleſiam congregauit multitudinem:& ſuſtinens audiebat:nec ad ſatiſfactionem ueniebat:ne magis uulgus exacueretur auditu. Hoc uero ſolum principibus tribuũ prædixit:ut noĩa tribuũ ſuis uirgis inſcripta portarent. Illum enim ſacerdotium dicebat habituꝝ in cuius uirga deus indicium gloriæ deſignaſſet. Portauerũt ergo omnes alii uirgas:& Aaron ſcribens in uirga ſua tribũ leui:eaſq̃ Moyſes in tabernaculo dei collocauit. Altera uero die protulit uirgas:erant enim cognitæ. Cum uero omnes eas ſinguli uiri ſignaſſent:& coram multitudine deportaſſent:alias quidem in quo ſchemate eas moyſes accepit: in eo permanſiſſe uidebant:de Aaron autem uirga germen & ramos orros:& fructum ſpecioſum amigdale ex eo ligno proceſſiſſe mirabantur. Tunc obſtupeſcentes huiuſmodi uiſionem:& licet aliquod fuiſſet odium circa Moyſen & Aaron:linquentes hoc continuo:mirariq̃ cœperunt in illis dei iudicium & decetero placito diuino fauentes. ſinebant Aaron pontificatum habere. Ille ſiquidem tertio iam eum deum ordinante:hunc honorem firmiſſime poſſidebat. Hæbreorum itaq̃ ſeditio licet multo tempore uiguerit:hoc tamen modo quieuit.

Quẽadmodũ Moyſes inſtituit decimas dare leuitis & ſacerdotibus:& de morte Mariæ & Aaron primi ſacerdotis domini:cui ſucceſſit Eleazarus filius ipſius. CAPI. .III.

IGitur Moyſes leuitarum tribum ſeruiturã deo .a ꝑlis & malitia ſegregauit:ne pp inopiam aut quæſtum neceſſarium ad uitam præſentem eſſent circa ſacrificia negligẽtes iuſſitq; ut deũ ſecundũ dei uolũtatẽ chananæã optinerent hebræi: leuitis octo & quadraginta ciuitates bonas & præcipuas diſtribuerent: ſed & terrã ante muros duorum miliũ cubitoꝝ ad eos ptinere deſcripſit. Sup hæc aũt & populũ cõſtituit ánoꝝ fructuum decimas ipſis leuitis ſacerdotibuſq; præbere. Hæc enim ſũt quæ accepit hæc tribus a populo. Neceſſarium aũt iudicauit:ipſoꝝ ſacerdotũ quæ ſint propria declarare. Quadragintaocto qdẽ ciuitatũ: tredecim ex eis leuitis cedere precepit:& decimaꝝ quas a populo per ánũ accipiunt decimas eis diuidi inſuper etiam primitias omnium frugum:de terra naſcentium :deo populum iuſtum eſſe offerre ſanciuit. Quadrupedum quæ ſacrificiis offeruntur quod primitus naſcitur:ſi maſculus ſit immolandum præberi ſacerdotibus iuſſit:& ut ipſi cum domo tota epularentur in ciuitate. Sacratorum: uero quæ comedi non poſſunt ab eis ſecundum patrias leges:dominus ſiclum & dimidium eis præberi fecit:pro hominis uero primogenito quinque ſiclos. Sunt autem eis primitie etiam tonſionis ouium & meſſium :unde panes facti eis ſolenniter miniſtrantur. Si quis eorum uouerit quos nazareos appellãt comam nutrire:& uino non uti:iſti dum capillos ſuos dedicãt propter ſacrificia uenientes ad ſacerdotes corban offerunt deo:quod ſignificat: munus:mulier quidem triginta ſiclos uir autem quinquaginta. De his uero qui eo ſunt egeni pecuniis:ſacerdotibus licet ut uoluerint iudicare:ſed etiam his qui domibus immolant epulationis cauſa non religionis:neceſſe eſt offerre ſacerdotibus pectus & dextrum brachium pecoris. Et ſacerdotibꝰ quidem Moyſes ex his quæ pro peccatis populus ſacrificans præbet ſicut in precedenti libro ſignificauimus:hoc dari conſtituit:omnium uero quæ ſacerdotibus offeruntur:participari conſtituit: & ſeruos & filios: & mulieres:abſque hoſtiis quæ offeruntur pro peccatis. Illa enim in templo ſoli maſculi ſacerdotes ea die conſumunt. Cum hæc Moyſes conſtituiſſet:ſurgẽs cum omni exercitu ad terminos idumeæ uenit:& legatos ad regem idumeorum miſit:poſcens uiam ſibi concedi:quam ſe confidebat accipere:& illum cum nihil lederetur ſine dubitatione præbere. Neceſſaria nanque exercitui ſe miniſtrare dicebat:& aquæ precium eos iubebat accipere. Ille uero his quæ Moyſes petebat non conſentiens neq; uiam cedens:ſed caſtrametatus occurrit :prohibiturus eos qui tranſire uiolenter præſumerent. Moyſes autem cum deus pugnæ initium fieri non iuſſiſſet recedebat:per deſertum iter faciens. Tunc itaque ſororem eius Mariam finis uitæ accepit:cum quadrageſimum expleſſet annum ex quo ægyptum dereliquit:decimi xanthici menſis initio ſecundum lunam:ſepelierunt; eã publice nimis ſplendide:ſuper quendam montem qui uocatur Sin:& poſt triginta dies a fletu populum Moyſes hoc modo:purgauit. Vitulam fœminam aratro & cultura inexpertam:totamque rubeam paululum ab exercitu procul ductam:in loco mundiſſimo pontifex immolauit:& eius ſanguine ſepties digito aſperſi tabernaculum dei:deinde incenſa:ut erat tota uitula cum pelle atque uiſceribus:lignum cedrinum in medium ignem miſerunt:& hyſopum & lanam coccineam:colligenſq; omnẽ cinerẽ uitule uir mundus:poſuit in locum puriſſimum. Hi ergo qui morte polluti erant:paululũ ĩ fontẽ cineris mittẽtes & hyſopum baptizantes:& hoc cinere ſpargentes tertia & ſeptima dierum:erant ĩ reliquo mundi. Hoc etiam uenturos ad promiſſam ſortem ſeruare præcepit. poſtq; uero ꝓpter luctũ ſororis ĩ exercitu huiuſmodí purgatio facta eſt:duxit populum per deſertum & per arabiam:uenitq; ad locũ quem arabes metropolim ſuam putant:primo quidem Archim nominatũ:qui nunc Petra uocitat. Hic itaq; cum eſſet excelſus mons:aſcendens in eum Aaron Moyſe ſibi manifeſtante quia moritur eſſet:uidente cuncto populo:erat enim e diuerſo locus:ubi erat populus conſtitutus:exutus pontificali ſtola:tradit eam eleazaro filio ad quem propter ætatem pontificatus uenit:& mortuus eſt populo eum uidente:ipſo quidem anno quo ſoror uidebatur eſſe defuncta:cum uixiſſet annis tribus &.xx:& centum. Defunctus autem eſt ſecunda luna initio menſis qui uocatur apud athenienſes hecatombæon apud macedones autem lochis:apud hebræos uero ſedebat apud romãos nũcupat auguſtus. Cunq; luctus ſuper eum diebus triginta fuiſſet expletus poſt hæc ceſſauit.

Quemadmodũ cõmiſerũt Seon& Ogreges amorreoꝝ bellũ: uicitq; eos Moyſes & filii iſrahel terras eoꝝ & ciuitates tenẽtes & hæreditate poſſidentes. CAPI. IIII.

SVmens igitur Moyſes exinde exercitum uenit ad fluuiũ Arnon:qui de mõtibꝰ arabiæ deſcendens:& per totum deſertum fluens in ſtagnum alfatiten erumpit:diuidens moabitidem:& amonitidem. Hæc autem terra eſt fructifera:& hoĩum multitudine nobilis:alere bonis ibi naſcentibus copioſa. Ad Seon itaq; regem illius regionis Moyſes miſit:populo uiã petẽs:ut fœderibꝰ qbus:uellet ille crederet factis:q; ĩ nullo lederẽtur: neq; terra :neq; qui ſub eo conſtituti eſſe uidebantur:ſed etiam uenalia populo ſub precio fore uendenda ſicut:illorum procuraret utilitas:& aquam peregrinis ut uellent eos uenundare depoſcens. Seon autem hæc negans propriũ armauit exercitum:ut hebræos Arnon fluuiũ tranſire prohiberet. Tunc Moyſes uidens hoſtiliter Amoreum inſiſtere:non paſſus ut hebræis per inertiam proueniret

Inopia:primitus acceſſit ad eos: & cum eſſet difficile ut prævaleret aduerſus Seon:conſuluit deum:ſi eum pugnare permitteret.cũq; deus victoriam promiſiſſet:fiducialiter ipſe ad certamen uenit & exercitum totum exacuit:dicens eos bellandi nunc deſiderio potituros: quod diuinitas jubebat. Illi uero ut deſiderabant poteſtate percepta:ſummentes arma ad prælia repente profecti ſunt. Amorreus itaque inſiſtentibus populis cum iam non eſſet equalis:ipſe quidem obſtupuit hebræos: exercitum autem eius fortem ſe non opere ſed timore reſpondit. Primam ergo congreſſionem non tollerantes:nec ſuſtinere hebræos ualentes in fugam conuerſi ſunt:hæc ſibi potius pro ſalute quam pugnare utile iudicantes. Confidebant enim in ciuitatibus ualde munitis:in quibus cum recluſi fuiſſent:nihil profuit eis. Hebræi nanque dum eos:fuga declinare reſpicerent inſiſtebant:& irrumpentes eorum aciem: eos inſecutione perterruerunt. Illi ſiquidem diſrupti fugiebant ad ciuitates; hebræi uero perſequentes nequaquam fatigabantur: quando & ad labores præparati: & uti fundibulis experti :& in omnibus iaculis propter facilitatem armorum ad perſequendum uidebantur aptiſſimi:ita ut dum hoſtes longius eſſent:fundibulis & iaculis ſternerentur ut proximi. Multa ergo cedes effecta tunc noſcitur quando etiam fugientes uulneribus uexabantur: laborabantque potius propter ſitim quam propter pugnam. Erat.n.tẽpus eſtatis. Et cum multi ſitis deſiderio ad fluuium concurrerẽt fugientes circundantes eos .Hebræi percutiebant:omneſq; illos iaculatos ſagittatoſq; peremerunt:ita ut etiam Seon eorum rex ſimul extingueretur. Hebræi uero mortuos ſpoliabant: prædamque ſummebant:multamque copiam habuerunt ex illa terra : cum eſſet adhuc fructibus plena. Tunc igitur exercitus ſine terrore iam captis hoſtibus egrediebatur ad epulas. Nullum enim eis erat impedimẽtum pugnæ:cum omnes pariter deperiſſent. Amorreos ſiquidem huiuſmodi peremptio comprehendit:qui nec prudentia uidebantur aſtuti:nec opere neceſſario boni quorum hebræi terram late ceperunt. Eſt autem hic locus inter tria flumina poſitus:quaſi naturam inſulæ tenens. Quem locum Arnus quidem a meridiana parte circundat. Iaboch ſeptentrionis circuit latus qui in Iordanis fluuium deſcendens illi etiam nomen tradidit. Occidentalem uero partem eius regionis:Iordanis ripa concludi. Cum ergo res ille ita conſiſterent: iſrahelitis inſtabat Og galadene & galanitidis rex:ducens exercitum copioſum:& feſtinans tanquam ſolacium amico Seon præbiturus. Cum uero eum iam cognouiſſet extinctum:etiam tunc deliberauit congredi cum hebræis: putans ſe prævalere:eorumque uirtutem experimento cognoſcere. Cumque fuiſſet ſpe ſua deceptus & ipſe bello mortuus & omnis eius exercitus eſt peremptus. Moyſes autem Iaboch fluuium tranſiens regnũ Og regis perambulabat:ciuitates deſtruens:& omnes habitatores eius occidẽs:qui & diuitiis omnibus in illa terra:& uirtutibus & opulentiæ :magnitudine præcellebat. Og igitur regis magnitudo & pulchritudo uehemens erat:qualis eſt paucorum. Erat enim manu uir fortis:ut operibus uirtutis magnitudo & pulchritudo corporis uideretur equalis. Fortitudinis uero & magnitudinis eius ſunt experti:qui lectum eius uiderunt in ciuitate Rabbatha regni ammanitidum factũ ex ferro:quatuor cubitorum latitudinem habentem longitudinem duplicem:& uno cubito fortiorem. Hoc igitur cadente non ad præſens ſolummodo hebræis rerum fiducia eſt conceſſa:ſed etiam in futuro eis cauſa bonorum moriens eſt effectus. Nam urbes ſexaginta clare nimis munitas illiq; ſubditas tenuerunt:prædamque copioſam & ſeorſum ſinguli & communiter omnes adepti ſunt.

De Balach Moabitarum rege :ſeu de balaam propheta cuius aſina humana loquela uſa eſt: quiq; poſt benedictiones quibus benedixit filiis iſrahel conſilium dedit balach qualiter ſeduceret populũ p mulieres madianitas:& de ultione quæ ſecuta eſt:& ſeductos hebræos:& ſeductores madianitas & ubi Moyſes Ioſue ſucceſſorem ſibi conſtituit. CAPI. .V.

MOyſes itaque caſtrametatus:deduxit exercittũ ad Iordanem circa magna campeſtria contra hierico ciuitatem opulentiſſimam:& palmas atq; balſamum quæ ſolet ferre copioſe. Cœperunt autem proni eſſe iſrahelite:& deſiderium habere bellandi. Porro Moyſes cum paucis diebus deo pacificas:hoſtias immolaſſent populumq; epulari feciſſet partem quãdam armatorũ miſit:qui terrã madianitarũ explorarent:& eorũ patrias obſiderent. Cauſa uero bellandi aduerſus eos huiuſmodi fuit. Balach moabitarum rex cum amicitias paternas haberet:atque ſocietatem circa madianitas:& iſrahelitas uideret tãto cremento proficere: etiam de rebus ſuis in formidine nimis erat conſtitutus. Denique non credebat terram aliam hebræos querere niſi ſuam: cum promiſiſſet utique deus chananæam illos fore poſſeſſuros:uelociterque ſtuduit amicos de hac re ſuis temptare ſermonibus:& pugnare quidem ipſe in fœlicitate conſtitutus:contra illos qui obſtringerẽt ærũniſ non iudicauit:ſed phibere magis eos:ne potiores efficerẽt deliberauitq; legationem p eis ad madianitas primus deſtinare. At illi dum eſſent qdam ab euſrate propheta pclarus illoꝝ tẽporum:eiſq; nimis:amicus ad hunc miſerũt cũ legatis Balach uiros de ſuis fide digniſſimos:rogantes ut ueniret ille propheta: q̃tenus p perditione iſrahelitarũ maledictiões efficeret. Qui ueniẽtes legatos ſuſcepit:& largitatẽ eis hoſpitalitatis exhibuit Cũq; cenaſſet:dei uoluntatẽ cõſuluit:qui forent de quibus Madianite rogarent. Cum uero deus impedimentum eorum uoluntati feciſſet :ad legatos rediit:deſiderium quidem ſuum & ſtudium eis oſtendens circa ea

quæ ab eo requirerent: ſed deum reſiſtere ſuæ uoluntati dixit qui eum ad tantam gloriam propter uerit atis eloquium perduxiſſet:exercitumque pro quo maledicendo eum uenire rogarent:eſſe nimis deo amabilem:ſuadebatque eis ſimul:ut propter hanc cauſam inimicitias ſuas ab iſrahelitarum gente ſuſpenderent. Cunque hæc dixiſſet:legatos dimiſit. Madianitæ uero Balach uehementer inſiſtente:& preces maximas offerente: miſerunt iterum ad Balaam. Tunc ille ſtudens aliquid uiris illis præſtare:denuo conſuluit deum. Qui uolens eum rem experimento probare:iuſſit ne legatis in aliquo contradiceret:ſed cum eis iret. Qui arbitratus deum hæc ei non pro deceptione iuſſiſſe: cum legatis mox ibat:Angelo ſancto occurrente ei per uiam quodam anguſtiſſimo loco:quierat accinctus gladio bis acuto. Aſina autem in qua Balaam ſedebat intelligens ſpiritum diuinum eſſe: declinauit Balaam ad unam maceriam: non ſentiens plagas. quas ei Balaam inferrebat: dum percuſſus ad maceriam alias a maceria uexaretur. Cum uero angelus inſiſteret.aſina percuſſa uoluntate dei:uocem loquentis emiſit: Balaam accuſans uelut iniuſtum: quia dum prioribus miniſteriis nihil quod de ea quæreretur haberet:tunc ei plagas inferret:non intelligens:quomodo uoluntate dei prohiberetur ab his quæ feſtinaret implere. Cunque Balaam humana loquente aſina perturbaretur: palam etiam Angelus apparuit eumque increpare de plagis aſinæ cepit: tanquam non eſſet hæc culpa iumenti ſed ꝙ eius iter contra dei uoluntatem fieri prohiberetur: Metuens autem Balaam:ſtuduit remeare: ſed deus eum confortauit ut iret: præcipiens: ut quicquid eius in mente poneret:hoc ille manifeſtaret. Et ille quidem: cum hæc deus iuſſiſſet: uenit ad Balach. Rege uero recenter ualde eum ſuſcipiente:petebat ut ductus ad quendam montium:conſideraret quemadmodum hebræorum exercitus eſſet conſtitutus. Balach autem ipſe per ſe deduxit prophetam cum regio miniſterio in montem qui ſupra eorum caput uidebatur exiſtere:aberat enim ab exercitu ſtadiis ſexaginta. Videnſque eos ille:præcepit:ut ſeptem aras rex conſtitueret:& totidem tauros & arietes adduci iuberet: Cunque rex celerime miniſtraret:ille hæc immolauit holocauſta. Quo facto cepit e diuerſo benedicere dicens. Hic populus fœlix:cui dabit deus multorum poſſeſſionem bonorum:eritque eius auxiliator in omnibus:& præſulem: prouidentia ſua ei cõcedit:ita ut nullum humanum genus ſit:quod non uirtutem eius & ſtudia iudicet optima. & ab omni malitia ſegregata. Hæc itaque & uos inquit habebitis:& melioribus filiis relinquetis. Deo quippe uos ſolos homines intendente: & ubicunque fueritis in omni terra ſub ſole poſita fœliciores habente: terram in quam uos ipſe uiſit obtinebitis:ſeruituram ſemper filiis ueſtris:quorum gloria complebitur omnis terra ſimul & mare:& ſic abundabitis in orbe terrarum:ut omni terræ habitatores ex ueſtro genere præbeatis. O admirandum te atque beatum exercitum qui tantus ex uno patre creatus es. Sed nunc quidem uos adhuc paucos chananæorum terra ſuſcipiet:ſcituri orbem terrarum ueſtrum fore habitaculum in eternum. Nam multitudo ueſtra ita & in inſulas dilabitur: & in omnes terras ſicut nec in celo numerus eſt ſtellarum. Et cum tanti fueritis:nec ubertatem uobis negabit deus:in pace omnia bona miniſtrando:& uictoriam atque potentiam in bello largietur: & filios inimicorum qui contra uos aliqua præſumptione contenderint ſubiugabit. Non enim ultra reuerteretur aduerſarius noſter uictor:qui filios ſuos letari faciat aut uxores. Tanta uobis fortitudo prouidentia dei præſtabitur:cui grandia minuere uirtus eſt:& latius augere quæ parua ſunt. Talia ſiquidem ille ſua ſacratione proferrebat: cum non eſſet in ſemetipſo:ſed dei potius ſpiritu uinceretur. Balach autem contriſtato & proclamante:eo ꝙ pacta traſcenderet: quibus fuiſſet a ſuis amicis magnis muneribus inuitatus:& cum uenifſet pro maledictione hoſtium: eos dicaret:& beatiores omnium hominum oſtenderet:ait ad eum Balaam. O balach:de cunctis rebus cogitare putas in nobis eſſe:de talibus quicquam dicere ſeu tacere: quando dum nos ſpiritus dei percipiet: uoces & uerba quæ ipſe uult nihil ſcientibus nobis emittit. Ego uero recordor: qũo tu & Madianitæ ſupplicantes me deſiderabiliter huc adduxiſtis:propterea ueni:fuitque mihi uotiuum: in nullo tuum deſiderium uiolare. Sed melior deus: eſt horum quam quæ ego tibi præſtare credebar. Nimis enim inſani ſunt:qui præſentiam humanarum rerum apud ſemetipſos ita ſuſcipiunt: quatenus non ea quæ diuinitas dictat edicant:ſed magis illius uiolentiam faciant uoluntati. Ego ſiquidem hunc exercitum neque laudare propoſui:nec in quibus bonis genus eorum deus habiturus ſit aperire:ſed deus propicius eis exiſtens:& feſtinans eis fœlicem uitam gloriamq; prebere perpetuam:hæc mihi uerba promiſſionum talium miniſtrauit. Nunc autem quomodo mihi uotum eſt:tibi & Madianitis præſtare: quorum preces repellere me nimis indecens eſt:ueni rurſus erigamus aras alias:& ſacrificia proxima prioribus celebremus:ſi forte flectere poſſem deum:ut me permittat hos omnes maledictionibus obligare. Cumque Balach fieri permiſiſſet: & ſecundo ſacrificanti nequaquam diuinitas ut iſrahelitas malediceret annuiſſet:cadens pronus in terram:prædicebat regibus affuturas paſſiones & quæcunque ciuitatibus erant euentura eximiis: quarum aliquas quidem nec habitari contingeret.

Quæ etiam facta ſunt: dum hæc temporibus priſcis per terram: ſiue per mare uſque ad memoriam meam hominibus euenifſent. Et cum hæc omnia talem terminum exceperint: qualem ille prædixit:quilibet coniicere poteſt:quomodo & in futuro ſic erit: quemadmodum præfatus eſt ille. Balach autem indignatus eo ꝙ non maledicti eſſent Iſrahelitæ:remiſit Balaam:nullo honore re-

mmeratum. Ille uero iam deſcendens & circa tranſitum euſratis ueniens: & Balach principibuſque Madianitarum uale dicens ait. O balach & Madianitæ præſentes: oportet me hæc & præter uoluntatem dei præſtare uobis. Hebræorum quidem genus nulla peſtis penitus apprehendit: nec bellum nec aliqua neceſſitas: nec ſterilitas fructuum terrenorum: nec alia quælibet eos ueſſania corrumpit. Eſt enim cura deo liberare eos ab omni malo: nullamque permittere ſuper eos uenire huiuſmodi paſſionem quatenus omnes debeant deperire. Euenient autem eis pauca: & ad modicum tempus: quibus humiliari uidebuntur. Sed deinde intelligent: q̃ pro timore fuerit illa eis talis uexatio. Vos quaſdam uictorias ad breue tempus aduerſus eos deſideratis: quod imperantibus: ſi hæc quæ moneo feceritis: filiarum ueſtrarum ſpecioſas præcipue uirgines: quibus ſubdi & deludi caſtitas poſſit inſpicientium propter pulchritudinis honeſtatem: circa exercitum eorum proxime deſtinate: & ſupplicantibus eorum iuuenibus: ut earum amplexibus miſceantur præcipites: quatenus dum eos concupiſcentia obligatos uiderint: deſerant rogantibuſque manere eas: non primitus audiant: quam eos patrias leges relinquere iubeant: ſimul & honorem dei qui eas poſuit eis: & Madianitarum atque Moabitarum colere ritum cogant. Sic enim illis indignabitur deus. Cũq; hæc ille dixiſſet: abſceſſit. Madianite uero dum miſiſſent filias ſuas ſicut ille moyerat: hebræorum iuuenes decepti ſunt pulchritudine puellarum: & ad earum colloquia uenientes: rogabant quatenus earum pulchritudine fruerentur: nec conſuetudinis proximitate recederent. At ille libenter hæc uerba ſuſcipientes conſenſerunt eis: obligantes eos amore ſuo. Quibus dum concupiſcentia creuiſſet: eos illæ cepere deſerere. Dumque illos anguſtia de mulierum diſceſſione crudeliter iuuaſiſſet: uberrimis fletibus exorabant: ne eos illæ deſererent: ſed futuras uxores & dominas omnium poſſeſſionum uel ſubſtantiarum ſuarum manere poſcebant. Hæc autem cum iuriſiurandi religione firmabant: deumque mediatorem in promiſſione faciebant flentes: & undique ſemetipſos miſericordia dignos oſtendentes mulieribus. Illæ uero dum eos ſeruitute iam captos eſſe cognoſcerent & omni uinculo fœdæ conſuetudinis obligatos: eis talia cœperunt dicere. Nobis quidem ô fortiſſimi iuuenes domus paternæ ſunt: & magna poſſeſſio bonorum parentum atque domeſticorum fauor & dilectio: nihilque horum egentes: uenimus ad ueſtrum eloquium: nec queſtum ſpecioſi corporis requirentes: ueſtram nobilitatem adiuimus: ſed uiros bonos & iuſtos exiſtimantes: honorare uos xeniis quibus indigetis aduenimus. Nunc quomodo dictis circa nos habere dilectionem: & noſtro contriſtari diſceſſu: neque nos ueſtras preces abiicimus: ſed tantummodo fidem uolumus fauoris ueſtri percipere: per quam nos credere digniſſimum iudicamus: ut ueſtram conuerſationem uidentes: uxores eſſe poſſumus. Formidamus & enim: nedum fueritis ſatietate noſtræ conſuetudinis adimpleti: deinceps contumeliis affectas: ad parentes non proprios remittatis. Rogantibus autem illis: & ut uellent fidem daturos ſe pollicentibus: & ob amorem in nullo contradicentibus: dixerunt illæ. Quomodo hæc quidem uobis placent: moribus & uita utimini: ut ab omnibus alienati populis ſitis: ita ut etiam cibos proprios habeatis: & pocula cum nullo communia: neceſſe erit uolentibus uobis habitare nobiſcum: etiam deos colere noſtros nec erit indicium circa nos illud ueſtri fauoris: niſi eoſdem deos quos uos adoretis: nulluſque culpabit uos: ſi terræ ad quam ueniſtis: eius collatis & numina: cum dii noſtri ſint communes omnibus: ueſter uero in nullo ſit talis: dicebantque eis. ut aut quæ eſſent omnium ea facerent: ut aliam quererent terram: in qua poſſent legibus propriis conuerſari. Illi autem amore earum deuicti: optima illas dicere iudicantes: & ſemetipſos tradere uoluptatibus earum: patria iura tranſgreſſi ſunt: deoſque plurimos iam putantes: immolare eis lege prouinciæ proponentes: cibis etiam extraneis congaudebant: & omnes ad libidinem mulierum contra leges proprias inſurgebant: ita ut etiam per omnem exercitum iuuenes agerent contra legem: & ſeditio priore multo peior incideret: cum omnino ſolennitates iam propriæ deperirent. Nam dum ſemel iuuenes mores attigiſſent extraneos: eos uberius appetebant. Sed & ſi qui priorum uirorum propter uirtutes patrum nobiles erant: cum eis uitio ſubiacebant. Denique. Samarias princeps tribus Simeon: dum haberet: Chorami madianitidem mulierem: ducis cuiuſdam filiam: uiri inter illos ualde potentis: uxore iuuente ante ſolennitates moſaycas quod illam magis delectaret: effecit: non immolando lege patria: ſed alienigenæ nuptias eligendo. Et dum hæc ita gererentur: Moyſes metuens ne quid peius accideret: congregans populum in eccleſiam nullum equidem nominatim culpauit: nolens quemquam deſperatione deiicere: qa dum lateret poterant pœnitere. Dicebant aũt: quomodo non agerent digna ſe: aut ſuis partibus oportuna: dum libidinem deo preponerent: & ei placentia uiolarent: oportere tamen: ut dum adhuc bene eis eſſet: reuerterentur ad fortitudinem: arbitrantes non ad uim inferẽdam leges eſſe poſitas: ſed ad concupiſcẽtiam repellendam. Super hæc adiiciebat non eſſe rationabile ut qui caſti fuiſſent in heremo: nunc conſtituti inter bona tanta peccarẽt: & rerum quas adepti fuerant per indigentiam tempore ubertatis amitterẽt. Et ille quidem hæc dicẽs: conabatur emendare iuuenculos: & ad pœnitentiam eorum quæ geſſerant reuocare. Poſt quẽ ſurgens Samarias: ait. Tu quidem Moyſes utere legibus quas poſuiſti: ex ipſa conſuetudine eis firmitatem: attribuẽs: & quomodo iam frequenter caſtigaſti hæbreos qui non bene ſeducuntur me in his

quæ tyrannice imperas non habebis obnoxium. Non enim aliud quicquam hactenus ſub figmento legum dei: quam iugum ſeruitutis nobis inferre machinaris: & tibimet defendere principatum: auferendo nobis deſiderium: & proprium uiuendi arbitrium: quod eſt liberorum & dominum non habentium. Itaque crudelior circa hæbreos ut ſolus eris ægyptiorum: caſtigare nos uolens: & ſecundum leges tibi placitas ſingulorum uoluntates aſtringere. Sed multo iuſtius eſt: ut tu potius puniaris: quando ea quæ omnibus indubitanter bene ſe habere uidentur: ſolus exterminare contendis: & contra omnium placita tuam ualere ſententiam. Mulierem itaque peregrinam ſicut aſſeris duxiſſe me fateor. A me enim audies meos actus ſicut a libero. Non enim latere propoſui: nec pro me alter delator erit. Et ſacrificaui diis: quibus ſacrificandum non iudicatis iuſtum exiſtimans per multos me debere acquirere ueritatem: & non uelut ſub tyranno uiuere & omnem ſpem ſemper ex unius conuerſatione pendere. Dum hæc autem Samarias de his quæ ipſe: & alii male geſſerant edixiſſet: populus equidem quieſcebat formidine futurorum legiſlatorem intendens: nolentem illius ſuperbiam ex aduerſo litigio prouocare. Metuebat enim ne multi propter luxuriam uerborum eius imitatores facti multitudinem perturbarent: & in his quidem dimiſere conuentum: ſed cauſa mali potius augebatur. Cumque Samarias ex tali cauſa mortuus non fuiſſet: Phines uir & in aliis quidem rebus melior exiſtens multorum iuuenum & dignitate patris tranſcendens coetaneos uniuerſos: Eleazari ſacerdotis filios & fratres: Moyſeos nepos: dolens in his quæ geſſerat Samarias: & antequam per licentiam ſortior efficeretur iniuria: opere uolens ultionem inferre: & iniquitatem ne creſceret amplius prohibere: dum adhuc qui hæc arripuerant minime punirentur: animo ſimul & corpore ſic audacia confortatus eſt: ut non prius decertare quieſceret quam uictoriam in eo facto perciperet. Tunc ad tabernaculum Samariæ ueniens: ipſum euaginato gladio & Chorami ſimul extinxit. Iuuenes autem omnes quibus erat uirtutis amor: & Phines imitatores eſſe uidebantur: prohibebant eos qui in culpa Samariæ ſimiles exiſtebant. Multi ſiquidem inique gerentium horum uirtute perempti ſunt: omneſque peſtilentia perierunt: deo illis poſt hæc immittente languorem: & quicunque eorum cognati fuerant: & cum prohibere deberent: magis ad iniuriam dei eos exacuerant pariter ſunt extincti. Perempti ſunt itaque ex eorum cetibus: non minus quatuordecim milia uirorum. Hac itaque cauſa exaggeratus Moyſes ad interitū Madianitarum miſit exercitum: de quorum prælio poſt paululum edicemus: narrantes primitus quod reliquimus. Iuſtum nanque eſt legiſlatoris uoluntatem: nequaquam in hoc ſine laude tranſire. Balaam enim qui peritus fuerat a Madianitis: ut malediceret hæbreis: & hoc quidem complere diuina prouidentia non prævaluit: ſed conſilium dedit: quo hoſtes utentes: hæbreorum populum pene conſumerent: Moyſes magnifice nimis honorauit eius diuinationis uerba deſcribens: cum poſſet huius gloriam propriam facere: quando nullus qui mendacium probans argueret teſtis extaret. Illi nanque teſtimonium reddidit: & eum memoria dignum fecit. Et hæc quidem ſi uoluerint quicunque conſiderent. Moyſes itaque pro quibus prædixi rebus ad terram madianitarum miſit exercitum ex una quaq; tribu: duodecim milia uiros eligens: quorum ducem ſtatuit Phines: cuius fecimus pauloante memoriam: qui leges cuſtodiuit hæbraicas: & Zamariam tranſgredientem eas ipſe percuſſit. Madianitæ uero uidētes exercitum contra ſe uenire & quantus nunquam aduerſus eos acceſſerat: congregantes prouinciæ multitudinem expectabant hoſtes: & undique muniti excipiebant eos. Venientibus autem eis congreſſione facta: Madianitarum cecidit multitudo quæ computari non poſſet: numerumq; tranſcenderet. Sed & reges eorum quinque pariter ſunt perempti: quorum nomina erant Och: & Sur: Obet: & Huir: Quintus uero rex eſt Arach: de cuius cognomine ciuitas in terra arabum conſtituta: hactenus ab omnibus de nomine regis edificantis Arachen uocatur: quæ apud græcos dicitur patras. Hoſtibus igitur effugatis: hæbrei eorum tenuere prouianciam: multamq; ſumentes prædam: & poſſeſſores cum mulieribus perimentes: ſolas uirgines reliquerūt. Hoc enim Moyſes dici Phines iuſſerat. Qui reuerſus: incolumen reduxit exercitum: & prædam ualde copioſam: ideſt boues quinquaginta duo milia: & ſexaginta ſeptem: aſinos autem ſexaginta milia: auri uero & argenti uaſa innumeræ multitudinis quibus utebantur in domo. Nam per longam fœlicitatem erant ualde locupletes. Deductæ ſunt autem & uirgines: quaſi triginta milia. Moyſes itaque diuiſa in duas partes præda: alterius quidem quinquageſimam partem Eleazaro dedit & ſacerdotibus: leuitis autem alterius quinquageſimam: reliquam uero uniuerſo populo diſtribuit. Viuebantque deceteto ualde fœliciter: eratq; eis per uirtutem omnium bonorum copia: nullaque triſticia eorum uoluptates impediebat. Moyſes igitur cum eſſet ſenex: Ioſue ſucceſſorem ſibi conſtituit: ad prophetias: & ad miliciæ principatum: licubi neceſſarium foret iubente deo: ut iterum teneret imperium. Ioſue autem omni doctrina legum: diuiniſque miniſteriis Moyſe dicente erat inſtructus. Inter hæc duæ tribus: Gad: & Ruben: & manaſſe dimidia quadrupedium multitudine & omnibus allis ualde diuites: habentes commune conſilium: rogabant Moxſen: ut eis præcipue Amorream concederet: quæ paſcuis optima uidebatur. Ille uero exiſtimans eos timuiſſe chananæorum pugnam: & occaſionem honeſtam quaſi pro paſcuarum diligētia requiſiſſe: malignos eos appellabat: & turpem occaſionem timoris adinueniſſe: ipſoſq; uelle ſine labore delicate uiuere: dum omnes adhuc in ærumna conſiſterēt: &

terram ideo peterent obtinere:ne decetero cum eis laborarent:quibus terram traditurum se deus promiserat.trans Iordanem & aduersas gentes interempturum Illi ergo conspiciētes iratum ducem & contra se iustissime prouocatum: respondentes satis faciebant non pro timore periculorum neque propter laboris defectum hoc perere:sed ut prædam in oportunis constituētes locis:expediti ad certamen & ad bella uenire possent:dicebantq; se præparatos:ut dum possiderent ciuitates ad custodiam filiorum & uxorum & facultatis suæ:ubiq; cum exercitu properarent.Porro Moysi dum iste sermo placuisset:uocans eleazarum sacerdotem & Iesum:& ad ultimum uniuersos:concessit eis Amorream:ita ut auxilia conferrent cognatis suis:donec omnia complerentur. Accipientes itaq; ista conditione prouinciam:& ciuitates fortissimas possidentes filios & coniuges:& alia quæcunq; poterāt circuneuntibus impedimentum facere in eis apte constituerunt.Edificauit autem & Moyses decem ciuitates: quæ in numero quadraginta nouem forent:quarum tres distribuit:ut ad eas qui nolentes facerent homicidium confugerent: & tempus fugæ constituit habentes potestatem scilicet perempti cognati occidere homicidam:si eum extra terminos ciuitatis ad quam fugerat iueniſſent: quod nulli alii permissum est perpetrare.Hæ siquidem ciuitates fugacibus distributæ sunt:Bosor quidem in arabiæ finibus: Arimnan autem in terra galaditorum:galalim uero in bataltidem regionem. Cunque etiam chananæorum terram obtinerent: tres alias ciuitates inter urbes leuitarum Moyses fabricandas ad habitaculum fugacium delegauit. Moyses autem adeuntibus eum maioribus natu tribus Manasse:& dicentibus uirum insignem in tribu sua fuisse defunctum nomine Orophatim:& filios quidem masculos non reliquisse sed filias:& consulentibus si earum fuisset hæreditas:ait siquidem aliquos de tribu sua ducerent:cum hereditate ad eos irēt:si uero ex alia tribu alicubi nuberent: hereditatem in paterna tribu relinquerent: & tunc manere uniuscuiusq; hereditatem in propria tribu constituit.

¶Moyses alloquitur populum ante mortem suam:& tradidit ei librum legis: & quemadmodum ab hominibus est ablatus. CAPI. VI.

CVm uero iam quadraginta minus triginta dies implerentur:Moyses congregans ad Iordanē:ubi nunc ciuitas est Abilal:locusq; palmarum conuentum: uniuerso populo ita locutus est.O uiri cōmilitones:& sicut deo placuit calamitatis longe participes:cētum uiginti annis senectute cōfectum oportet me ab hac uita discedere. In his quæ gerēda sunt trans Iordanē:iam nō ero uester adiutor:neq; pugnabo uobiscum:a deo phibitus.Iustum igitur credidi neque nunc meam deponere pro uestra fœlicitate curam:sed propriam iudicare uestræ ubertatis adoptionem:& memoriam meam in abundantia bonorum referre uestrorum. Nunc igitur explanans: quemadmodum uos fœlices eritis: uestris filiis bonorum uestrorum relicturi possessionem ab hac uita discedo:dignusque sum:ut mihi fides habeatur:& propter pristinas uirtutes & eo:quod animæ ad uitæ huius terminum uenientes:cum omni loquantur integritate. O filii Israhel cunctis hominibus causa bonæ possessionis propicius deus est. Hic enim solus dignis hoc distribuere:& auferre in se delinquentibus potest:cui uos exhibētes quales uos ipse uult esse:simul & ego uoluntatem eius sciens:aperte uos moneo. Non enim eritis beatissimi:& omnibus mutabiles aut fœlices:si ex illius mandatis aliquando cessaueritis. Possessio nanque bonorum quam nunc tenetis:firma manebit:& præsentium rerum celerrimam securitatem habebitis:si solum modo quæ uos deus uult sequi obediatis:neq; legum alienarum ordinem proponatis:neque pietatem quam nunc circa deum geritis spernentes:admodum alium conuertamini. Hæc autem agentes:fortissimi cunctorum eritis bella ferre:& inimicorum nulli succumbere. Deo enim uobis auxiliatore presente:cunctos suos postponere rationis non est: præmia siquidem magna uirtutis uobis sunt posita:quæ omni uita possideatis. Virtus & enim primitus bonarum causarum est præmium: deinceps etiam aliarum rerum præstat augmentū:ita ut dum inter uos ea usi fueritis:magnam conferat uobis uitam:& inter alienigenas glorioſos efficiat:& apud posteros eminentes ostendat.Hæc itaque poteritis adipisci:si legibus quas dictante mihi deo cōstitui obediatis:easq; custodiatis:& earum sapientiam meditemini. Ego gaudens discedo in uestris bonis:commendans uos castitatis legi:& bonæ conuersationis ornatui:uirtutibusque ducum:qui prouidentiam uestræ utilitatis exhibebunt. Deus autem qui hactenus uestri præsul extitit pro cuius uoluntate & ego uobis utilis fui: non usque ad præsens stare faciet prouidentiam suam:sed quanto tempore ipsi uolueritis eum habere patrocinantem:in uirtutis studiis permanentes tanto præsidium eius habebitis.Consilia nanque uobis præbebunt optima:quæ sequentes:fœlices eritis:pontifex Eleazarus & Iesus:necnon & seniores: & principes tribuum quos audire uos conuenit:scientes quoniam omnes qui bene sub principe consistunt: & principatum tenere: & libertati præesse possunt: nec indignemini in his quæ uos agere duces uestri poposcerint. Nunc & enim ut benefacientibus iniuriam faciatis in hoc fiduciam ponetis: quod decætero declinantes meliores causas habebitis: nec huiusmodi iram aliquando sumatis quali circa me uti sæpius præsumpsistis.Nostis enim quod frequenter peiora a uobis quam ab hostibus mortis pericula sustinui.Et hæc non improperia ferens uobis edico:nō enim in exitu uitæ dolentes contra me relinquere uolens hæc ad memoriam reuoco: quando nec tem-

pore quo hæc patiebar iratus agnoſcor:ſed ut de futuro a talibus temperetis:& in nullo ueſtris præſulibus iniuriam propter diuitias faciatis:quæ uobis Iordanem tranſeuntibus & Chananæam obtinentibus affluenter aduenient. Nam ſi procaces fueritis contemptores effecti:& uirtutem deuotionemq; perdideritis:quam circa deum geritis:eum primitus habebitis inimicum:& terram quam armis obtinuiſtis iterum cum magnis obprobriis amittetis:totumq; diſperſi per orbē: ueſtro ſeruitio omnem terram & mare complebitis:eritq; uobis dum horum omnium experti fueritis inutilis iam penitentiæ memoria legum non ſeruatarum. Vnde ſi uultis hæc apud uos permanere:dum hoſtib⁹ præualueritis:nullum relinquatis ex eis:ſed omnes perire decernite:ne uiuentibus eis illorum ſtudia deguſtantes a conuerſatione paterna recedatis. Sed & aras & lucos & templa quæcunq; habuerint deſtruenda commoneo:& genus & memoriam eorum igne conſumi. Sic & enim bonorum ueſtro rum uobis erit firma ſecuritas. Ne uero per ignorātiam melioris rei natura ueſtra ad peiora declinet & leges uobis dictante mihi deo compoſui:& ordinem bonæ conuerſationis inſtitui:cuius ſeruantes ornatum:fœliciſſimi eritis omnium rerum. Hæc dicens:dedit eis in libro leges: & conuerſationis modum ibi conſcriptum. Illi uero flebant:& multum quærebantur ducem memoriam periculorum eius habentes:& quanta pro eorum ſalute geſſiſſet:deſperantes etiam de futuris:quaſi nullus ei princeps ſimilis foret:minuſq; iam deum ſui curam prouidere credētes:eo q; Moyſes eum potius exoraſſet. Tunc eorum quæ in deſerto ei cum ira locuti fuerant penitentiam agentes ingemiſcebāt: ita ut omnis populus in lachrymas prorumperet:& pluſquam ſermōe dici poteſt:gemitus cum dolore proferret. Moyſes autem conſolabatur eos:& licet dignus utq; magna uterentur conuerſatiōe poſcebat. Tunc ergo conuentus ira dimiſſus eſt.

CAPI. VI.

VOlo autē conuerſationē dicere primū Moyſeos:eiuſq; dignitatis uirtutes exponere: ut qui hæc legerint:agnoſcāt:qualia initia noſtri habuere maiores:& ſic ad aliarū rerū uenire narrationē. Scripta ſunt hæc oīa ſicut ille reliquit nihil nobis adiicientibus ad ornatū:qd'a Moyſe relictum non eſt. Hoc tantū nobis placuit mō nouitatis inducere: ut ſecūdum genus nobis ſingula diſponātur:diſpoſæ quæ ab illo in ſcriptis relicta ſūt: & quēadmodū deum in ſingulis quibuſq; cōſuluit. Propterea nāq; neceſſariom iudicaui hæc prædicere:ne aliq̄ nobis a cōtribulibus hāc ſcripturam legētibus quæſtio gñetur. Hic ergo ordo eſt legū in noſtra cōuerſatione conſpetētium. Quas autē nobis cōmuniter ad alterutros dereliquit:has de moribus & cauſis explanare & referre diſtuli:ſed adiuuante deo poſt nobis inſinuare propoſitū eſt.

Ait enim. Dum chananæorum terram poſſideritis:& ad uſum bonorum peruenerit:& ciuitates iam edificare ceperitis:ea facientes quæ deo placita ſunt:fortiſſimumque pignus fœlicitatis habebitis:ſit uobis una ciuitas ſacra in terra chananæorum in loco optimo & uirtute præclaro quamcunq; deus ſibi per prophetam elegerit:& templum unum in ea ſit:& altare unum ex lapidibus non manu dolatis:ſed paſſim iacentibus qui dealbati erunt:& ad decorem ualde puriſſimi: acceſſus autem ad eum ſit non per gradus. In alia uero ciuitate:nec altare:nec templum ſit. Deus enim un⁹ & genus hæbreorum eſt unum. Qui blaſphemauerit deum:lapidatus ſuſpendatur per diem:& ſine honore: turpiterq; ſepeliatur. Conueniant autem in ciuitatem in qua templum conſtruūt ter in anno a finibus terræ quam hæbrei tenuerint:quatenus deo & pro illis quæ poſſident gratias referant: & de futuris preces effundant:& conuenientes adinuicem:tunc epulantes amici ſint. Bonum eſt enim:ut ſemetipſos alterutrum contribuli non ignorent:ſed ſua ſtudia ſibi communicent. Hoc autem eis ex hac ſocietate proueniet:ut & aſpectu:& loquela memoriam ſui ſemper obtineant. Si enim alterutris impermixti ſunt extranei ſibimet putabuntur. Sit & decima exceptio frugum uobis præter eam quam diſtribuit dominus ſacerdotibus & leuitis dare: quæ uendatur quidem per prouincias & ad epulas miniſtret & hoſtias:quæ in ſacra urbe ſunt celebrandæ. Iuſtum eſt.n.ex his quæ de terra naſcuntur quam deus nos poſſidere conceſſerit:ut ad honorem eius qui hæc tribuit perfruantur. Ex mercede mulieris fornicariæ non ſunt ſacrificia celebranda. Nunq̄ enim ex his quæ de contumelia procedūt diuinitas delectatur. Nihil nimiꝝ confuſiōe corpoꝝ peius eſt. Similiter aūt ſiquis pro coitu carnis: aut uenatu:aut cuſtodis gregum mercedem acceperit:nunquam exinde deo ſacrificandum eſt. Nullus blaſphemet eos quos principes aliæ ciuitatis eſſe putant. Sacra peregrina non ſunt curanda:neq; uas denominatum alicui deo eſt ſumendum. Nullus ueſtrum texta ex lana & lino tunica ueſtiatur. Hæc enim ſolūmodo ſacerdotibus eſt conceſſa. Conueniēte uero multitudine in urbe ſacra ad immolandum:poſt.vii.annos iſtante feſtiuitate quæ uocatur ſcenophegia.i.tabernaculorum defixio: ſummus ſacerdos ſtans in excelſo tribunali unde poſſit audiri legationibus leges:& neq; uxor:neq; filii audire prohibeant:ſed neq; ſerui. Bonum eſt enim:ut a manibus iſcriptæ leges:etiam memoria cō ſeruentur:qua nunquam deleri poſſint. Sic ergo neq; peccabunt:non uolentes dicere:eo q; decreta legum ignorare uideantur. Leges itaq; multā habebūt contra peccantes audaciā: utiq; prædicentes eis quæ ſint paſſuri delinquentes:& a iab⁹ eoꝝ inſcribētes quæ præcipiūt per auditum: quatenus oīno in itenoribus eorum cōſiſtat uolūtas legum:in qua cum deficiunt:auctores ipſi ſuæ leſionis exiſtūt Diſcant etiam pueri primum leges:quæ eſt doctrina optima:& cauſa fœlicitatis eximia. Secūdo autē per ſingulos dies mane & ueſpere teſtificanda ſunt dona dei: quæ liberatis de terra ægyptiaca

cõceſſit. Iuſta eſt. n. naturaliter gratiarũ actio quæ referẽ: & p cõpenſatione rerũ iam factarũ: & pro inuitatione futurorũ. Inſcribenda uero in ianuis ea in quibus eis deus beneſecerit & brachiis ſingula quæq; declaranda: quæ uirtutẽ dei ualeãt deſignare: & fauorẽ eius circa uos oſtendere: quatenus un diq; circa eos illuceat dei fauor. Principes aũt ſint in unaquæq; ciuitate uiri. vii. qui & uirtute & iuſticiæ ſtudio ſint. exempti: unicuiq; uero principatui duo uiri miniſtri præbeantur ex tribu leuitarum.

In oĩbus honorẽ qui in urbibus iudicare conſtituti fuerint habeant ita: ut illis pñtibus neq; blaſphemare: neq; aſpe agere liceat aliqbus: ſic utiq; reſpicientibus pudorem dignorum hoĩum: tanquam ſibi deũ in illis contẽnere uideanť. Iudices aũt ptãtem hẽant, pnunciandi: quodcunq; uidetur eis: niſi ſorte pecunias eos quilibet accepiſſe, p iudicii diuerſitate demonſtret: ut aliã cauſam, pferat: p quam eos non bñ iudicaſſe cõuincat. Non. n. lucrũ attendentes: aut dignitatem conuenit iudicare: ſed iuſticiã rebus oĩbus pponẽtes. Nam hoc non agẽs: deum qlibet contẽnere putať: eũq; ifirmiorem credere quam illos: qbus cõtra iuſtitiã timore ptãtis ſniam, ppriam pſtare contendit. Dei. n. uirtus iuſtitia eſt. Quiſquis igiť pſtat eis qui aut nõ iuſte q̃runt aliquod: aut nõ iuſte in dignitate ſunt cõſtituti: illos potius deo potiores facit. Si uero iudices nõ intelligunt de rebus ſibi creditis iudicare: quãdo multa talia ſolẽt hoĩbus, penire: integrã cauſam in urbe ſacra remittãt: & cõuenientes põtifex & ppheta: & ſeniores q̃ eis uidenť iuſta: pronuncient. Vni teſti non credať: ſed tribus: aut ultimum duobus: quorũ teſtimoniũ ueritatẽ faciat uita prior. Mulierũ teſtimonium nequaq̃ recipiendum, ppter leuitatem: & procacitatem generis earũ. Sed neq; ſerui teſtimonium phibeãt: pp ignobilitatẽ animi: quos aut, ppter lucrũ: aut pp timorem ueriſſime poteſt credi: non poſſe uere teſtari. Siquis autẽ falſe teſtatus: eſt conuictus: ea patiať q̃ paſſurus eẽt is: cõtra quẽ teſtimoniũ dixit. Si homicidio facto in aliqua regione: nõ inueniať hic qui fecit: ne in ſuſpitiõe ſit aliqs: q̃ſi p odiũ ppetrauit: q̃ratur quidem homicida cum multo ſtudio: & de eo nunciãdo, ponanť edicta. Cũ uero nullus eũ nũciauerit: principes ciuitatũ uicinarũ regionis illius in qua cædes facta eſt: & ſeniores conuenientes: metianť a loco ubi iacet mortuus regionem: & pars quæ fuerit uicinior ciuitati: populi eius ementes uitulam: & deferẽtes eam ad uallem: & in locum inutilem aratro & plantationibus: incidant ceruices bouis: & ſumentes aquam lauẽt manus ſuas ſupra caput bouis ſacerdotes & leuite ſimul: & ſeniores illius ciuitatis: & exclament ab homicidio mũdas ſe manus habere: neq; geſſiſſe: neq; factori cõicare: & iuocent deum ſibi propicium fore: & nunq̃ tam malam paſſionem in illa terra contingere. Optima inquit eſt huiuſmodi diſpoſitio: & conuerſatio talis: nec uobis alterius reipublicæ ſit affectus: ſed hanc diligite: dominas leges habentes: & ſecundum ea omnia facientes: ſatis eſt enim: ut deus ſit ueſtri prĩceps. Si adheſerit uobis regis amor: ſit quidem iſte contribulis: ſitq; ei iuſtitiæ prouidentia ſemper: & uirtutis alterius magnitudo. Sciat autem is legibus atq; deo plurimum ineſſe ſapientiam: nihilq; gerat præter pontificis ſeniorumq; ſententiam: nec multas nuptias uſurpet: neq; abundantiam ſectetur pecuniarum: nec ornatus equorum: quibus rebus ſibi collatis ultra leges ſuperbus erit. Prohibeatur etiam ſi quis horum ſtudium habuerit fieri: ultra modum utilitatis ueſtræ potentior. Terminos terræ moueri non licet: nec proprie nec aliene: per quos uobis ſeruabiť pax: ſed habeanť firmi ineternũ poſiti ſicut diuina ſententia: tanquam præliis ex hoc & ſeditionibus mundus uexatur: dum accedere ultra terminos auari uoluerunt. Nanq; procul non eſt: ut tranſcendat leges qui terminos uoluerit permutare. Qui in terra plantauerit: ſi ante quartum annum fructum attulerit: neq; deo ex hoc primitias offerat: nec ipſe comedat. Non enim ſecundum tempus hoc illatum eſt: dum naturæ præter tempus uim feciſſe uideatur. Vnde hoc neque deo: neq; proprio domino competit ad utendum.

Quarto uero anno uindemiet omne quod naſcitur tunc enim maturum eſt: colligenſq; ad ſacram deportet urbem: & cum decimis aliarum frugum expendat cum amicis propriis epulando: & cum pupillis & uiduis. Quinto autem anno: ſint domini ſui quæ fuerint nata. Qui terram uineis plantat non ſeminet eam: ſatis eſt enim hanc enutrire hoc germen: laboribuſq; aratri eſſe priuatam. Bobus terra aranda eſt: & nulla cum eis altera animalia iungenda ſunt: ſed proprium hoc genus ſit ad arandum. Semina uero ſint munda & impermixta: & non duobus aut tribus generibus ſeminetur: non enim communione diſſimilium natura lætatur neq; iumenta permiſceantur: quæcunq; cognata nõ ſunt. Metuebat enim legiſlator. ne per hoc iniuria tranſiret ad homines: initium a minoribus & turpibus primo ſumens. Nihil ergo huiuſmodi debet eſſe licitum: ex quo per ſimilitudinem conuerſio quædam in communibus rebus habere poſſit acceſſum. Quapropter neq; de rebus uilibus legis negligentiam habuerunt: ſcientes omnibus prouidere: ne in aliquo uiderentur eſſe culpabiles. Metentes inquit & manipulos colligentes non omnem decet meſſem excutere: ſed relinquere aliquos manipulos: qui ſint egentibus alimentum. Similiter autem & de uinea ramuſculos paupibus relinquẽdos: & oliuarum quendam fructum reſeruandũ colligentibus: & eſcam propriam non habentibus. Non enim tanta abundantia ex nimia colligendi diligentia domino utilis erit: quanta gratia ex indigentium ſatietate proueniet. Tunc diuinitas terram ad illationem fructuum proniorem efficiet: eorum qui non ſuæ tantummodo utilitate proſpiciunt. ſed etiam pro aliorum cibo cogitare noſcũtur. Sed & boum ora dum ſpicas terunt in area non ſunt liganda. Non enim iuſtum eſt: ut qui ſimul laborauerunt in fructu & circa natiuitatem eius fatigati ſunt: participare prohibeanť. Neq; po-

ma matura contingere iter agentes arcendi ſunt: ſed tanquam de propriis eos debēt permittere ſatiari: ſiue prouinciales ſiue ſint peregrini: & cum gaudio præbendum eſt eis ad comedendum portare uero eis nihil liceat. Neq; uindemiantes ex his quæ ad torcular portant gustare prohibeant ſibimet occurrentes. Iniuſtum eſt enim: bona quæ dei uoluntate ad utendum data ſunt: inuidere deſiderantibus ea comedere: dum pomum ſit in maturitate ſicut deo placuit: & mox abire feſtinet. Et licet per uerecundiam aliqui contingere non præſumant: rogãtes eos cum ſint quidem iſrahelitæ tãquã ſocii: & propter cognitionem alias cognationem pariter domi: & ex loco alio uenientes: ut munera ſuſcipiant deprecandi ſunt: quæ deus eos uidere conceſſit. Damna ſiquidem iudicanda non ſunt quæcunque per benignitatem tranſeuntibus conferuntur: quando deus ubertatem bonorum præſtat hominibus: non ut utantur ſoli: ſed ut etiam aliis largiantur: uolens hoc modo fauorem ſuum circa iſrahelitícum populum & fœlicitatis eorum adminiſtrationem aliis apparere: cum eos ſuam abundantiam aliis participare præcepit. Qui uero præter hæc fecerit .xl. minus una plagas habena publica accipere uoluit: & liberum pœnam hanc turpiſſimam ſuſtinere: quia dum lucro ſeruit: ſe sit iniunam dignitati. Bene inquit uobis erit expertis erumnarum ægyptiarum atq; deſerti: ſi habeatis curam eorum qui nunc in ſimilibus conſtituti ſunt: & adepti diuitias ex miſericordia: & prouidẽtia dei: eaſdem ſimiliter egentibus diuidatis. Super decimas autem duas quas annis ſingulis prædixi celebrandas: aliam quidem leuitis: alteram uero ad epulationes: tertiam quoq; per annum tertiũ expedit fieri: ad diſtributionem inopum: mulierumq; uiduarum: & infantum & pupillorũ. Germia quæcunq; prius naſci contingit: ad templum præferant: & pro terra hæc proferentes quam eis præſtiti poſſidere: deum benedicentes: ſacrificia quæ leges offerre eos iubent celebrantes: horum primitias ſacerdotibus templi diſtribuant. Cum uero hæc quilibet impleuerit: & omnes decimas una cum primitiis quas leuitis: & ad epulandum dari mos eſt obtulerit: diſceſſurus domi: ſtans e diuerſo templi: gratias quidem agat deo: qui eas ab ægyptiorum iniuria liberauit terramq; eis magnã frui multamq; conceſſit: teſtimonium perhibeat: q; & decimas ſecundum leges Moyſeos obtulit: exoret deum ſibi propitium & placidum ſemper eſſe: & cõmuniter cum hebræis omnibus permanere atq; ſeruet bona quæ dedit eis: & addat quæcunq; donare poteſt. Vxores autem ducant nubilium tempore conſtituto: uirgines liberas: bonis parentibus procreatas. Qui uero uirginem ductурus non ẽt: ei non iungatur: quam diſcedere ſuaſit ab alio: neq; contriſtet priorem maritum eius: Ancillas liberi non ducant uxores: nec ii per amorem ad hoc aliqui compellantur. Concupiſcentia nanq; eſt: de corum retinere: & congruum libera dignitate. Sed neq; fornicariæ ſequendæ ſunt nuptiæ, p quib⁹ corporis iniuriis nuptiales hoſtias non ſuſcipit ſumma diuitias. Sic itaq; prudẽtia filiorum erit libera: & ad uirtutem rectitudinis præparata: ſi non fuerit de turpibus nuptiis neq; de cõcupiſcentiis nõ legitime conuenientium procreati. Si quis uírginẽ deſponderit: deinde nõ eã talẽ inueniat cauſam dicturus: ipſe quidem accuſet: utens ad probationem documentis ſuis: reſpondeat autẽ puellæ pater aut frater: aut quicunq; poſt eos genere uicinior eſſe moſtratur: & dum iudicatum fuerit puellam nõ eſſe culpabilem: cum accuſatore permaneat: nullam habente uiro ulterius poteſtatem dimittendi eam: niſi magnæ cauſæ proceſſerint: & contra quas ne reſpondere poſſit. Is qui audacter aut petulã terpuellæ cauſam uiciauerit: & derogationes intulerit multas: condemnetur .xl. minus una plaga. & .l. ſiclos patri dare cogatur. Si conuicerit puellam fuiſſe corruptam: ſiquidem popularis ſit: eo q; caſte uirginitatem uſque ad legitimas nuptias non ſeruauerit lapideturſi uero de ſacerdote ſit nata uiua protinus concremetur. Si quis duas uxores habuerit: & alia quidem in honore magno & fauore fuerit: aut propter amorem: aut pulchritudinem: aut ob aliam cauſam: altera uero in minori apud eum parte conſiſtat: ſi ex dilecta filius cum ſit iunior ab illo qui ex alia procreatus eſt petat propter fauorem patris quem circa matrem habet priuilegia ſenioris: quantus duplicem ſubſtantiæ paternæ partem accipiat: ſicut in legibus diffinitum eſt: non ei concedatur. Iniuſtum nãq; eſt: ut qui natiuitate ſenior eſt: eo q; minus mater eius a patre diligitur debita parte fraudetur. Qui puellã corruperit ali deſponſatam: ſiquidem ſuadens ei & ad corruptionem ſibi conſentientẽ habuerit: cũ ea moriat. Maligni enim ſunt utiq; : ille quidem eo q; turpitudinem puellam uoluntarie ſuſtinere ſuaſerit: & nuptiis liberis hæc mala præferre cogerit: illa uero q; ſemetipſam propter libidinem propriam aut propter lucrum ad contumeliam perſuaſam præbuerit. Si alicubi eam ſolam inueniẽs: nullo adiutore præſente compreſſerit: ſolus ipſe moriatur. Qui uirginem corruperit nondũ alicui deſponſatam: ipſe eam ducat uxorem. Si uero puellæ non placeat ut habeat eum: patri .l. ſiclos præcium iniuriæ ſoluat. Ab uxore copulata ſibi uolens diſiungi propter quãſcunque cauſas: quæ multimode hominibus prouenire noſcuntur: ex ſcripto eo q; nũquam poſtea cũ ea conueniat cõpromittat. Sic enim habebit poteſtatem ali copulari: nam prius illa alteri iungi non poteſt. Si autem & illo mo riente uoluerit eam prior uir recipere: non ei liceat. Quæ ſine filiis fuerit a marito derelicta: frater illius eam accipiat: & natum filium mortui nomine uocans: hereditatis nutriat ſucceſſorem. Hoc enim & publicis utilitatibus proderit: domibus minime deſtitutis & cognatis poſſunt ſubſtantiæ conſeruari: & mulieribus reuelatio calamitatis auferri: quando priorum maritorum proximis coniungentur. Si uero noluerit eam ducere frater: ueniens mulier: apud ſeniores teſtimonium hu-

ius rei perhibeat:q; uolentem eam domi manere:& filium ex eo habere non ſuſcepit iniuriam faciens fratris defuncti memoriæ. Requirentibus uero ſenioribus pro qua cauſa nuptiis eius abſtineat:ſiue maximam cauſam ſiue paruam dixerit:ad hoc ueniendum eſt:ut ſoluens uxor fratris caligulas illius uiri:& expuens in faciem eius dicat:hoc dignum eſſe ab ea patiſiniuriam defuncti memoriæ facienti. Et ille quidem a ſenioribus abſcedat:hoc obprobrium habens omni tempore uitæ ſuæ:illa uero ſi uoluerit alio cuilibet ſe petentium nubat. Si quis captiuam ceperit uirginem ſiue iam nuptam: uolens ei copulari :non primitus liceat eius cubile cõmunionemq; contingere:anteq; illa radens caput ſuum:& lugubre ſchema percipiens:parentes defleat:& amicos quos in bello perdiderat:quantus de eorum triſticia ſanata:ſic deinceps ad epulas conuertatur & nuptias. Bonum eſt enim & iuſtum:accepturus de qua filium habiturus eſt:ut eius ſatiſfaciat uoluntati:& non tantummodo libidinem ſequens propriam qđ uxori futuræ eaꝫ poſſit eẽ cõtẽnat. Trigita uero in luctu diebus expletis:ſufficiunt enĩ iſti dies ſapientibus ad lachrymas amatoꝝ:tunc procedat ad nuptias. Si uero cupiditate plenus:habere eam contẽnat uxorem:ad ſeruitium eam deducere non habeat poteſtatem:ſed ubicunq; uoluerit mulier ire diſcedat: hanc libertatem habens. Quicunq; iuuenum contemnunt parentes ſuos:& eis honorem non præbent: aut propter uerecundiam:aut propter inſipientiam iniuriam:facientes eis:primum quidem ſermonibus eos moneãt ipſi parentes:ſufficiunt enim ad hæc huiuſmodi iudices:dicentes nõ ſe pp delectationẽ fuiſſe coitu naturali permixtos:neque pro augmento pecuniaꝝ:dum eſſent facultates parenti utriq; cões:ſed ut ipſi filios haberent:qui eos in ſenectute gubernarent:& quibus egerẽt p eos haberent:qđ dum grato fiet:deo p̃cipue caꝫ ẽ adiiciant etiã hæc uerba dicentes:fouentes ſtudio magno nutriuimus:nulliq; rei pepercimus:quæ ad ſalutem tuam tenderet:& utilitatẽ optime tibi eruditionis afferret:nunc autẽ quoniam decet ueniam tribui iuuenum delictis:monemus te:reſpue in quocunq; pro noſtra exhonoratione minor inuentus es & ad modum temperamenti conuertere:ſciens etiam deum ea quæ contra parentes præſumuntur nimis ingrate ferre:quomodo & ipſe totius humani generis pater eſt:& una cum illis exhonorari uidetur:quĩ eandem appellationem habere noſcuntur. Indignum eſt ergo a filiis hæc ſuis ſuſtinere:cum & lex talium ſit ultrix ineuitabilis:cuius te filii experimentum ſumere non optamus. Et ſi in his uerbis iuuenum temperet audacia:ab obprobriis liberant quæ ex ignorantia proueniũt Sic enim & legiſlator bonus inueniet:& patres fœlices erunt:nõ uidẽtes nec filium puniri nec filiã. Cum uero parentis ſermones atq; doctrina ꝓpter intemperantiam ſuã pro nihilo eſſe uidebuntur inimicas ſine pacis fœdere ſibi faciens legis:cum frequentibus contra parentes preſumptionibus incitatur:hic inquit electus extra urbem:ſequente multitudine:lignoq; ſuſpenſus & permanens tota die ad uiſionem cunctorũ:nocte ſepeliatur:ſicut etiam alii:qui quocunq; modo pimi legibus decernuntur. Sepeliantur autem & hoſtes:& nullus mortuus expers iaceat ſæpulturæ:ſoluẽs pœnã ultra iuſticiam. Nulli hebræoꝝ ad uſuras liceat fenerare neq; cibum neq; potũ. Non enim iuſtũ eſt a cõtribuli redditus ſuſtinere:ſed ſolatium utilitatis eius lucrum eẽ decernere: & gratiaꝝ actionẽ & recompenſationem adeo referendam pro benignitate ſufficere. Qui acceperit ſiue pecunias:ſiue quoſcunq; fructus ſiccos uel humidos reminiſcentes deum hæc cum dilectione reſtituant:tanquam reponentes in propriis loculis:& iterum cum opus fuerit hæc tollentes. Qui uero circa redditionem impudentes extiterunt:non in domos eoꝝ introeũdum eſt:& pignus ſumẽdum:antequam ex hoc cauſa dicatur. pignus enim a foris petendum eſt:& debitor per ſe portare debet nihil reſiſtens ei qui cum auxilio legis ad eum uenit. Si quidem idoneus ſit cui pignus ablatum eſt:teneat illud creditor quouſq; reſtituat quod debetur:ſi uero eſt pauper : reſtituat antequam ſol occumbat:& maxime ſi ueſtis ſit in pignore cõſtituta:ut eam habeat ad ſoporem:quando naturaliter deus pauperi miſereť. Mola uero & uaſa ei congrua non ſunt accipienda pro pignore:ne inſtrumentis neceſſariis ad ciborum alimenta priuentur:& pro egeſtate aliquid peſſimum patiantur. In futuro hoís pœna ſit mortis qui uero aurum aut argentum abſtulerit:condemnetur in duplum. Qui iumentum rapuerit dãno quadrupli condemnetur:præter bouem:pro hoc enim quintuplum ſoluat. Qui ad ſoluenda multa fuerit inops:ſit ſeruus eorũ:quibus eſt condemnatus. Siquis fuerit contribuli uenditus:ſex annis ſeruiat:ſeptimo autem ãno liber abſedat. Si uero filio ei ex ancilla nato apud emptorem ꝓpter affectũ eius ex familiaritatis dilectione ſeruire uoluerit inſtante anno iubileo quem quinquageſimum nominamus:liber efficiatur cum uxore ſimul & filiis. Si quis aũt aurũ uel argentum per uiam iuenerit quærat eum qui perdidit:præconemq; mittens:in quo eum loco inuenit reſtituat:& ex alio damno non bonam utilitatem eſſe decernat. Similiter autem & de pecudibus quaſcũq; in deſerto errare cõperiit:non inuento repente domino apud ſe reſeruet:teſtem habens in his deum:q; noluit aliena lucrari. Nulli liceat ptranſire:cum iumẽtum alicuius tẽpeſtate fatigatũ in luto uiderit cecidiſſe:ſed alleuet illud & proprio adiuuando labore:ei adiutor exiſtat:uias autem ignorãtibus demoſtrãdas:& non riſum aucupantes de eorum errore alienis utilitatibus liceat impedire. Nemo blaſphemet abſentem. Percuſſus in lite quis:ubi non eſt ferrum:repente mactetur:idẽ patiente eo qui pcuſſit q; fecit. Si uero portatus ad ꝓpria qui percuſſus eſt:egrotet diebus multis deinde moriatur ſit innocens qui percuſſit. Sanato aũt illo & multas expenſas in egritudine faciente:reſtituat uniuerſa percuſſor

quæcũq; in uulneris ſanandi tẽpus expendit & quæcũq; medicis erogauit. Qui mulierem ꝓgnan
tem calce percuſſerit:ſiqdẽ abortiuũ fecerit mulier:pecuniis a iudicibus condemnetur:tanquam per
corruptionem uentris:plebis faciens detrimẽtum. Dentur ergo & uiro mulieris ab eo pecuniæ. Mo
riente autẽ ea ex ea plaga:& ipſe moriatur:aia pro anima cenſente lege ponendam. Venenum neq;
mortiferum neq; aliud quod ſit utile leſioni:ullus ifrahelita ꝙ habeat. Si uero inueniatur quiſquam
hoc poſſidere:moriatur hoc patiens:qđ toleraret ille contra quem uenenum ꝓbatur eſſe cõfectum.
Qui cecauerit quẽquã ſimilia patiat:priuet quo priuauerit alios:niſi forte pecunias accipere uolue
rit qui creatus eſt:lege uidelicet illi dante licẽtiam qui paſſus eſt eſtimare paſſionis ſuæ caſum:& cõ
cedente ſi ſeuerior eſſe uoluerit. Bouem eoꝝ percutientem dominus interficiat. Si aliquem interfici
at pcutiens taurus:ipſe quidẽ lapidatus moriat:& neq; ad cibum utilis habeat. Si uero etiam culpa
bilis approbet dominus:præſcius eius naturæ:nec cauens:& ipſe moriat:tanquam ipſe eius qui a bo
ue pemptus:eſt auctor mortis extiterit. Si ſeruũ uel ancillam bos pimat:ipſe quidem lapidetur. xxx.
uero ſiclos eius domino lapidati dominus dari damnet. Bos autem ſi a boue pcuſſus mortuus fue
rit:uendat:& q mortuus eſt & q pcuſſit:& ꝓciũ ambo ꝙ eoꝝ domini ſibi diſtribuant. Qui puteum
ſiue lacũ effodiũt:diligentiã hẽant:ut tabulare illic faciant tegumentũ:nõ ut aliq hauriat,phibeant:
ſed ut nullũ ibi ſit cadẽdi piculũ. Et ſi in huiuſmodi,pfunditatẽ nõ clauſam icidẽs iumentũ alicuius
moriatur:eius precium domino,pprio ſoluat. Circũdãda eſt quoq; maceria in putẽis ſiue lacubus:q̃
pro muro ſit:q̃tenus non ſinat aliquos illic deuolutos extingui. Depoſitũ ſiqs accepit:tãq̃ rem ſacrã
aut diuinam ita cuſtodiat:nulluſq; fraudare creditorẽ ſtudeat neq; uir neq; mulier:nec ſi immenſam
auri lucraturus ſit,quãtitatẽ:ſpernens quaſi nullos ſit:qui eũ poſſit arguere. Generaliter itaq; conue
nit unũquẽq; ſuã cõſcientiã ſciẽtẽ bene agere:& teſtimonio ſuo ſibi ſufficiẽtem uniuerſa agere quæ
ab aliis poſſint laudis premia condonare:& maxime reſpicientem ad deum:quem nullus maligno
rum latere poteſt. Si uero nihil agens doloſe:perdíderit cui creditum eſt depoſitũ:ueniẽs ad ſeptem
iudices:iuret per deũ:q; neq; eius cõſilio uel malitia periit:neq; aliqua rei perditæ parte ſit uſus:& in
culpabilis tũc abſcedat. Si uero uel in aliqua parte uſus fuerit rem ſibi creditã ipſe perdat etiam uni
uerſam:& quæcũq; accepit:reddere condemnetur. Sicut aũt de rebus depoſitis ſancitum eſt:ita & ſi
quis mercedẽ fraudet operantium corporibus ſuis:habeatur odibilis. Vnde non eſt fraudanda ui
ri pauperis merces:ſcientibus uniuerſis: quia pro terra aliiſq; poſſeſſionibus ei de⁹ hoc præſtitit. Sed
neq; differenda ſolutio eſt:ſed ſub die præbenda:tanquam nolẽte deo fraudari quanquã uſu labo
ris ſui. Pro iniuſticia patris non debere filios puniri:ſed propter ſuam potius uirturem eis miſericor
dia præbenda eſt non leſio:quia filii peſſimoꝝ fuere patrũ:neq; odio habendi ſunt ab iniquis nati.
Sed neq; patribus filioꝝ ſunt repenſãda peccata:cum multa iuuenes extra noſtrã doctrinam ſibimet
arrogent per ſupbiam:nolentes quæ ſunt utilia doceri & ꝓpitũ fugere:per quẽ una ſecum & maſcu
li uirtutem & fructum filioꝝ,pcreationis amittunt:quã nobis hoibus ad augmentum generis præ
buit deus:quando in nece futuroꝝ filioꝝ agit:& per hoc eoꝝ exterminat initiũ. Nam ſicut animæ
illoꝝ debilitantur:ita & quæ ſunt corporis permutantur. Similiter aũt quicquid putat eſſe uidenti
bus monſtruoſum:non liceat fieri neq; de hoibus neq; de cæteris animalibus. Hæc ſiqdem uobis le
gum ueſtræ reipublicæ ſit pacifica cõſtitutio:& deus ꝓpicius eius decorẽ inuiolabilem conſeruabit.
Nullumq; fiat tempus quod in aliquo aliquis hæc innouet:& in contrarium mutet. Quia uero ne
ceſſe eſt humanum genus inconſiderata picula aut uolũtarias turbas incidere:ẽt de his breuia collo
quemur quatenus ꝓſciẽtes q̃ oportet fieri:ad opus ſalutis ſitis idonei:& nõ tunc reqrentes quæ nos
conueniat facere:minus inſtructi tẽporibus ſuccumbatis. Terram quã uobis ſine laboribus præbuit
deus:& ſine uirtutum exercitatione cõceſſit:ꝓſtet qdem:ut ea ſine bello fruamini:neq; aliis in ea cõ
tra uos præliãtibus:neq; inteſtina ſeditione concuſſis:p quã cõtraria ueſtris patribus gerentes:quæ
ab illis ſunt cuſtodita pdatis:ſed utẽtes legibus bonis quas uobis deus præbuit pſiſtatis. Si uero ca
ſus belli aut nunc uobis:aut ueſtris filiis poſtea forte prouenerit extra terminos hoc agatur. Bellatu
ri:legationes & præcones mittite ad uoluntarios hoſtes: Ante arma nanque bonum eſt apud eos
uti ſermonibus declarantibus:quoniã & militiã copioſam habentes:& equos et arma:& ante hæc
propicium deũ:& uobiſcũ pariter dimicãtem:tñ petite:ut nequaq̃ cũ eis pugnare debeatis:ne res eo
rum auferre cogamini. Et ſiquidẽ conſentiunt:bonũ uobis eſt ſeruare pacem:ſi uero cõfidẽtes in ſe:
quaſi uirtute præcellant:& uos uexare conentur:exercitum ſup eos inducite:principe quidẽ utentes
omnipotente deo ſub principẽ uero cõſtituite unũ:qui cũctos uirtute præcellat. Multoꝝ nãq; prin
cipatus his qui agere quicquam celeriter compelluntur impedimẽtum eſt:& potius nouit ledere q̃
iuuare. Exercitus aũt ducatur mundus:& iter oẽs corporis robore & animi audacia ualde ꝓpoſitus
timidi uero diſcerendi ſunt:ne dũ circa cõgreſſionẽ belli cõuertunt ad fugã:hoſtibus magis uires
adiiciãt. Eos qui nup edificauerint domos:quibus tps anne le non fuit ad fruẽdum:& qui plantaue
runt:& nequm pticipati ſunt fructib⁹ in,puicia diuittẽdos cẽſ[illegible]us:ſed ẽt eos qui ſpõſi ſunt:& qui
nuper uxores duxerunt ne deſiderio eaꝝ pcentes uitæ & ſeruãtes ſemetipſos:ut illis fruantur: arma
tractare contẽnant. Cum uero caſtra inqt ducitis,puidete ne quid mali geratis. Obſidẽtes ciuitatem
& lignis egentes ad machinationis opus:non incidatis arbores terræ fructiferas:ſed parcite ſciẽtes:

eas a deo ꝓ utilitate hominum eſſe ꝓductas. Quæ ſi uocem haberent iurgium uobis inferrent: quia cum non ſit in eis cauſa belloꝝ: iniquæ ſectionis præiudicia patiantur: & ſi uirtus eis foret: etiam demigrarent: & in aliam terram recederent Vincentes autem in pugna: rebelles occidite: alios uero ad tributa reddenda ſeruate: abſq; gente chananæa. Hos enim cum omni domo cũctos oportet exterminari. Cuſtodite in bello præcipue: ut neq; mulier utatur inſtrumento uirili: nec uir tunica mulieri. Huiuſmodi ſiquidẽ Moyſes hæbreoꝝ rempublicam dereliquit. Leges aũt priꝰ quadrageſimo anno conſcriptas tradidit: de quibus in alia ſum conſcriptione dicturus. Reliquis uero diebus frequentes benedictiones per eccleſias eis dedit: & ſuper eos qui non legittime uiuerent: ſi quæ in eis ſunt definita tranſcenderent maledictiones impoſuit: & deinde hexametrum eis carmen effecit: qđ in libro dereliquit in ſacrario conſeruandũ: eloquium cõtinens futurorum: ſecũdũ qđ omnia facta ſunt atq; fient: nullaq; ueritate priuatur. Hos igitur libros ſimul & arcam in qua decem uerba duabus tabulis conſcripta recondidit: & tabernaculum tradidit ſacerdotibus: & populum adoratus eſt: ut dum obtinerent terram: & collocarentur in ea: A malechitarum non obliuiſcerẽtur iniuriam: ſed caſtrametati ſuper eos: pœnam de eis ſumerent: eo ꝙ eos in deſerto poſitos afflixiſſent. Capta uero terra chananæorum: & omnem eius multitudinem perimi iuſſit & altare erigendum: quod ad ſolis reſpiceret ortum: tum non longe ab urbe Sicimorum iter duos montes: Garizeo quidem a dextris poſito: a leuo autem eo qui Hebal nuncupatur: diuiſoq; exercitu per ſex tribus in duobus mõtibus: & cum eis leuitis & ſacerdotibus: primum quidem eos qui in monte Garizeo eſſent orare ſanciuit: bona ſup eos accidere: q circa religionem dei legumq; cuſtodiã ſtudium haberent: nec offenderẽt in his quæ Moyſes impauit: & his fauere alias tribus: rurſumq; his orãtibus: ſex alias reſpondere benedicentes: deinde tranſgreſſoribus ponere maledicta: & in eorum confirmatione ſibi tribus adinuicẽ conſonare. Conſcripſit autem benedictiones eoꝝ: ut nequaq̃ longo tempore hæc doctrina deficeret. Quas etiã moriẽs in altaris latere utroq; conſcripſit: ſtãte populo: & ſecum ſacrificia & holocauſta celebrante: quod nequaq̃ ulterius fecit. Hæc igitur conſtituit Moyſes: & hebræoꝝ gens hæc mandata ſequendo conſtitit. Altera uero populum cum mulieribus & infantibus in eccleſiam conuocauit: ita ut famuli etiam adeſſent & ei iuſiurandum pro legum cuſtodia celebrarent: ut de dei uoluntate perfecte cogitantes: neq; cognatis fauẽtes: neq; terrore ꝑmoti: neq; aliam quamlibet fortiorem cãm q̃ legum cuſtodiam arbitrantes: eaꝝ ꝑcepta tranſcenderent: ſed ſiue quiſq̃ eorũ conſanguineus temptaret huius conuerſationis iura confundere ſue ciuitas foret: in eis ulciſcerentur & ſingulariter & cõiter: & cum eis præualerẽt: etiam fundamenta ſubuerterent: ut neq; pauimentum cõtemnẽtiũ ſi eẽt poſſibile remaneret: ſi uero nequirent inferre tormentum: hoc ipſum oñderent: quia nõ ſua uoluntate feciſſent. Et in his quidem multitudo iurabat. Docuit aũt eos quemadmodum ſacrificia præcipue deo placerent: & quomodo præliantes digni fierent utentes coniectura lapidum: de qbus primitus declarauimus. Prophetauit uero & Ieſus præſente Moyſe. Igitur Moyſes cuncta quæ forẽt pro populi ſalute facienda in bellis ſimul & in pace tractans: legibuſq; compoſitis: & diſtributis reipublicæ pariter ornamentis dicit: quia ei diuinitas indicauerit ꝙ ſi tranſgrederentur eius religionem hæbrei experirentur aduerſum: ita ut eorum terra armis hoſtium compleretur: & urbes deſtruerẽtur: & concremarentur templum: & uiri uenditi ſeruituri forent nullo eoꝝ calamitatibus miſerante: eoſq; cum talia ſuſtinerent: fruſtra eſſe penituros. Deus tamen inquit qui uos creauit: & ciuitates ciuibꝰ ueſtris templumq; reſtituet: eritq; harum rerum calamitas non ſemel ſed ſæpius affutura. His dictis: exhortans Ieſum ad chananæos exercitum ducere tanquam deo cooperante in his quæcunque tentarent: & omni multitudini benedicens quomodo ego inquit ad noſtros pergo maiores: & deus hoc die me ad illos ire decreuit gratias quidem ei adhuc uiuens uobiſq; præſens refero: propter proui dẽtiam eius: quam non ꝓpter libertatem ſolummodo ueſtram gerens: ſed etiam ꝓ muneribus optimis ſemp exhibuit: laborãtiq; mihi & oẽm ſollicitudinẽ adhibenti pro meliori ueſtra cõuerſatione ſua ſolatia nõ negauit: & in oĩbus placidum nobis præbuit ſemetipſum: magis autem ipſe fuit: q etiam bonã cõuerſationẽ dedit: finẽq; conceſſit: me utens ſub principe pariter & miniſtro: in quo ueſtrum populum uoluit adiuuare. Pro quibus omnibus benedicere uirtuti dei cui cura erit & in futuro cogitare pro uobis. moriens optimum iudicauit: & ipſe utiq; hoc debitum deo reſtituens: & uobis ad memoriam derelinquẽs: quia colere uos ſemper hũc oportet: & honorare: & leges rerum omnium quas præſtitit: placiduſq; permanens adhuc præbebit: tanquam optima dona ſeruaꝝ: quia peſſimus inimicus eſt & homo nequiſſimus: qui legiſlatori facit iniuriam: & leges ipſas fruſtra poſitas arbitratur. Deum ergo non prouoceris ad iracundiam legibus neglectis: quas ipſe generans uobis dedit.

Hæc autẽ Moyſe ad finẽ uitæ dicẽte: & cum bñdictione ſingulis tribubus futura prophetante: populus ceſſit cunctus ad lachrymas: ita ut etiam mulieres tundentes ſua pectora: demonſtrarent in eius morte lugubrẽ paſſionem. Sed & paruuli flentes: cũ adhuc magis ad retinẽdã triſticiã ĩualidi foret declarabãt: quo & ipſi uirtutem eius & magnitudinẽ ultra ipſã ĩfãtiã ſentiebãt. Erat itaq; iuuenibus ac ſenioribus ærũna magnæ triſtitiæ. Alii nãq; ſciẽtes: quali tutore priuarentur: de futuro lugebãt: aliis uero maximus ob hoc erat luctus: quomodo cum nondum bene eius uiderentur deguſtare uirtutem: tali principe fraudabantur. Nimietatẽ uero gemitus populi: atq; doloꝝ: conticere poterit

unuſquiſq; ex eo:q; tũc ipſi legiſlatori ꝓueniſſe dinoſcit. Nam cũ omni tẽpore ſuaderet nõ oportere quemq; ꝓ futura deijci morte:tanq; hãc uolũtate dei & legis natura ferẽte:in his tamẽ q; gerebantur a populo uictus eſt ut defleret. Igit ꝓperantẽ quo erat auferẽdus: cũcti cũ lachrymis ſequebant. Moyſes aũt alios qdẽ manu ſilentiũ faciẽs: ꝓcul q; etos manere ꝓcepit: ꝓximos uero ſuis conſolabat ſermonibus: ne ſequentes lugubrem ei facerent finem. Illi etiã hoc ei præſtandũ iudicantes: ut ꝓpria uolũtate diſcederet: ſemetipſos in aliis locis detinuere flentes: & abeuntẽ lachrymis currentibus intuẽtes: quẽ ſolũmodo ſeniores deduxerũt: & pontifex eleazarus: & princeps Ieſus. Cũq; uenifſet ad montem qui uocat Abarim: qui eſt excelſus & e diuerſo poſitus Hiericho terrã optimã, chananeoꝝ & amplã intuẽtibus ad uiuẽdũ ꝓbens: ſeniores dimiſit: & dum ſalutaret Eleazarꝝ: & Ieſum: eiſq; ad hunc loqueret: nubo ſubito ſup eũ aſtãte: in quadã cõualle ſublatus eſt. Scriptũ eſt aũt in ſacris libris eũ fuiſſe mortuũ pp metum ne pp excellentiã uirtutis q; erat circa eũ ad diuinitatẽ abiiſſe putaretur. Vixit itaq; oẽ tps annoꝝ .xx. & cẽtũ: ex qbus pte tertia priceps fuit: minus uno menſe. Defunctus eũ aũt ultimo menſe anni: q a macedonibus uocat diſtrus: apud nos aũt adari mẽſis initium eſt: ſapĩa cunctos homines qui fuerunt quocunq; tempore ſuperans & optime his quæ intelligebat utens: ad dicendũ uero & ad loquẽdum populo ualde gratiſſimus: & alia multa bona poſſidendo nimis idoneus: ſic quoq; cunctis abſtinens paſſionibus: ut neq; eſſe in eius anima putarentur: ſed ſolum modo eorum noĩa ſciret: & in aliis potius: q; in ſe eſſe conſpiceret. Et dux quidem inter paucos illi ſimilis fuit: propheta uero qualis ille: alter nullus: ita ut qcquid eum contigiſſet loqui: deus putaretur audiri. Luxit hunc populus triginta diebus: & nunq; triſticiæ magnitudo hæbreos tanta detinuit: quãta fuit in tranſitu Moyſeos. Diligebant etenim eum non ſolum qui fuerunt experti: ſed etiam qui eius legebant leges: queſtioneſq; uehementiſſimas faciebant: & eius uirtutem ita conſiderabant. Finis itaq; Moyſeos declaratus a nobis hoc modo ſufficiat.

Incipit liber quintus.

Q ũo Ieſus duxit hæbreoꝝ exercitũ: & dũ pugnaſſet cõtra Chananæos: & deuiciſſet terrã eorum per ſortes funiculoꝝ eſt ꝓtitus: & de morte ipſius Ioſue: & pontificis Eleazari. CAPI. I.

Oyſe itaq; ꝓdicto mõ ab hoĩbus abeunte Ieſus oĩbus iam in eo legitimis finẽ habẽtibus: & luctu qeſcẽte: ꝓcepit ut populus eſſet ꝓparatus ad expeditum: miſitq; exploratores ad Hiericho: q & uirtutẽ eoꝝ: & q ipſi uoluntatẽ habere uiderent: agnoſcerẽt. Ipſe uero diſponebat exercitũ: tanq; iordanem oportuno tempore trãſiturus: & cõuocãs prĩcipes tribuum Ruben & Gad: & ꝓſides Manaſſe: ná & huius tribus mediã ptẽ in arnõ aſcripſerat habitare: quæ eſt Chananæoꝝ terræ ps ſeptima: cõmemorabat eis quæcũq; Moyſi ꝓmiſiſſent: atq; poſcebat: ut ꝓſtantes & illius ꝓuidẽtiæ q neq; dum moreretur circa eos defeciſſet: & utilitati cõmuni ſemetipſos ad ea quæ præcipiebat proniſſimos exhiberent: & cum eqtibus quinquaginta milibus armatorum a loco qui dicitur Abela ad iordanem acceſſit in ſtadiis .lx. Cunq; fuiſſet illic caſtrametatus: repente exploratores aduenerũt nihil hoꝝ q agebant apud Chananæos ignorantes. Latẽter enim prius oẽm urbẽ eoꝝ licẽter cõſiderauerũt ſimul & muros qcũq; fortes: & qui non ita cauti eſſe uiderẽtur: ſed & portas: q dũ eſſent fragiles: oportunũ ꝓberẽt iuaſuris introitũ. Nõ autem curabãt ciues qcũq; uidebãt eos iſta cõſiderare putãtes uiſiõis gratia pegrinos aptiſſima eos ciuitatis loca ſingula ꝓſcrutari: nõ uolũtate tamẽ hoſtili. Cũq; ueſpere factũ fuiſſet: & deſcẽdẽtes in habitaculũ quoddã muro uicinũ ueniſſent in quo cenaturi erãt: effectoq; eis addiſcẽdi cura: nũciatum eſt regi cœnanti: eo q exploratores qdã ex hæbreoꝝ exercitu ueniẽtes eẽnt in Raab habitaculo: cũ multa latẽdi ꝓuidẽtia cõſtituti. Ille uero repẽte eos ꝓcepit cõprehẽſos adduci: ut eos torquens agnoſceret. qd agere uolẽtes adeſſent. Cũq; inuaſionẽ eoꝝ Raab agnouiſſet: nã ſupra murũ ſtipulã lini ſiccabat: exploratores qdẽ illic abſcondit. His aũt q miſſi fuerant a rege dicebat: q; pegrini qdã ignoti fuerint ante paululũ q ſol occũberet apud eã: & cœnãtes abſceſſerũt. Quos ſi timorẽ ciuitati: & regi periculũ ferẽtes ueniſſe putarẽt ſine labore cõprehẽderẽt ꝓſequentes. Illi uero muliere ita loquente nullũ eius ſentiẽtes dolũ abſceſſerũt: neq; ꝓſcrutãtes habitaculũ eius. Cunq; prexiſſent per uias per quas eos ꝓcipue ire credebãt: & q ducerẽt ad uada Iordanis & nullũ ſignũ agnoſcerẽt: a labore quieuerũt. Tumultu aũt ſedato: Raab deducẽs uiros & piculũ ꝓ eoꝝ ſalute faciẽs ſuum: q ſi capi in eorũ occultatiõe potuiſſet: nequaq; ſupplicia regis euaderet: ſed cũ omni domo peſſime deperiſſet rogauit ut haberẽt ſui memoriã: & dum Chananæoꝝ terrã obtinerẽt: huius ſalutis repẽſationẽ eos ſibi cõferre poſcebat. Quo facto: dimiſit abire eos ad ꝓpria: iurantes: ut eã liberarent & quæ cum ea fuerant: dum ueniẽtes in ciuitatẽ uaſtarẽt eã: & oẽs hĩtatores eius: ſecũdũ ſnĩam apud ſe ꝓfinitã una pimerẽt. Hæc enim illa ſcire ſe dicebat ſignis dei uirtute mõſtratis. At illi de ꝓſentibus gratias referentes: & de futuris iurabãt ope ſe: repẽſaturos fore: & ſuadebãt: ut dum ſentiret capiendam ciuitatem: oẽm poſſeſſionem ſuã atq; domeſticos in illo habitaculo reconderet: & ante ianuas coccineum funem appẽderet quatenus ſciens domum priceps ne qd ei mali fieret cuſtodiret. Adiiciebãt eni. Nũ ciamus ei: quia tuo fuerimus ſolatio liberati: Siquis uero pugnando ceciderit tuoꝝ: aut tu: nequaq;

nobis hoc aſcribas:qui pp deum quē iurauimus nunc tibi proponimus ut in nullo debeas quaſi de iuriſiurādi tranſgreſſiōe dubitare. Et illi qdē hæc pmittētes abibāt dimiſſi p mur̄:& ad ſuos perue nientes nūciauerūt q̄cūq; in urbe geſſiſſent. Ieſus aūt pontifici Eleazaro & ſenioribus dixit q̄ fuerāt ab exploratoribus iurata Raab:q iuſiurādū ſua quoq; ſnīa firmauerunt. Metuēte uero duce tranſitū fluminis:cū eſſet grādis eius īpetus & nō pōtibus trāſiret:nā primitus nō erat iūctus: q ēt ſi uellent ei pontē facere:nequaq̄ ſe arbitrabātur pp hoſtes habere permiſſionem iter hæc deus & trāſibilem fluuiū fieri ei pmiſit:magnitudinē eius īminuēs:& duobus trāſactis diebus. Ieſus trāſpoſuit cunctū exercitum:totāq; multitudinē tali mō. Precedebāt eqdē ſacerdotes habētes arcā:deinde Leuitæ ta bernaculū & uaſa q̄ ad ſacrificiū mur̄ miniſteria ſunt neceſſaria deferentes. Sequebat aūt leuitas p trib⁹ ſuas oīs exercitus habēs in medio infantes atq; mulieres. Metuebāt enim pp eos:ne uim paterentur in flumine. Cūq; ſacerdotibus primis ītroeuntibus meabilis iā fluuius uideret:altitudine qdē eius īminuta:alueo uero eo p multus nō eſſet fluctus:q̄ſi ad ſicci pauimēti ſtar expoſito:oēs iā cōfiden ter fluuiū trāſmeabāt & q̄lē eū deus futur̄ eſſe p̄dixerat talē:eſſe cōſpiciebāt. Steterūt aūt in medio ſacerdotes donec turba trāſiret:& ſecuritatē attingeret. Oībus itaq; trāſeūtibus:egreſſi ſūt ſacerdo tes:liber̄ iam fluuiū relīquētes:ut more ſuo decurreret. Et fluuius qdē egreſſus hæbreis denuo cre uit:& magnitudinē ſuā recepit. Illis uero quinquaginta ſtadiis p̄cedētibus exercitus uſq; ad decem ſtadia Hierichūtis acceſſit. Ieſus aūt altare ex lapidibus quos ſinguli p̄cipes tribuū tulerāt de pſun do iordanis iubēte ppheta cōſtituēs p futuro ſigno iterrupti fluminis ſup eū ſacrificauit deo:& feſti uitatē paſcæ in illo loco cūctus populus celebrauit:& oīa q̄ eis deerāt primitus facillime tunc abun dabāt. Nā & meſſem iam maturā Chananæor̄ metebāt:& cætera opulentiſſima poſſidebant. Tūc eis ēt cibus mannæ defecit:ex quo aliti .xl. fuerūt ānis. Cū hæc uero Iſrahelitæ facerēt:& Chananæi nequaq̄ cōtra eos exirēt:ſed clauſi muro qeſcerēt:Ieſus eos obſidere deliberauit. Et pria die feſtiuita tis ferebāt arcā ſacerdotes:p̄cedebātq; ſeptē bucinis ſuis tubas mittētes: rogabantq; ſimul exercitū: ut uiriliter circuirēt mur̄:ſenioribus ſuis ſequētibus:& tubas mittētibus ſolūmodo ſacerdotibus. Quo geſto:ea die nihil amplius facientes ad caſtra reuerſi ſunt. Cunq; hoc .vi. diebus feciſſent, .vii. die oēm populū colligēs armator̄ Ieſus:captiuitatē urbis annūciabat:& qa eis illa die deus eā ſine eor̄ labore cōtraderet:muris eius ſpōte pſtratis:oīa tñ occidēda q̄cūq; aīo placuiſſet hēre p̄cepit:& nullo labore ab hoſtiū nece qeſcēdū:& ut neq; miſericordia cedēdi:neq; circa p̄dā uacādam fugiē tes cōtēnerent inimicos:ſed aīantia cuncta pimerēt:& nihil ad uſum, ppriæ uoluptatis auferrēt:aur̄ uero & argentū quodcūq; iueniret iuſſit auferri:ut deo p̄cipue geſtor̄ primiciæ ſeruarent:q̄ primū fuiſſent ciuitate ſubacta p̄ceptæ:ſolā uero Raab liberādam decreuerūt:& generationē eius eo q̄ ei exploratores p̄buerant iuſiurandum. Hæc dicēs Ieſus:atq; diſponēs exercitū deduxit ad ciuitatem. Circuibant aūt iterum urbē arca p̄cedente:& ſacerdotibus ad opus populum cōmonētibus. Cunq; ſepties circuiſſent:& paulatim qeuiſſent repēte cecidit murus:neq; machina: neq; alia uiolētia mu ro ab hæbreis illata. Illi uero īgrediētes urbē Hiericho oīa in ea peremerūt:inopinabilē muri ruinā obſtupeſcētibus mentibus utiq; eor̄:ad defenſionē ſuam inutilibus ſubito cōſtitutus. Necabantur autem p itinera cōſtipati:& in domibus apprehenſi:nulliq; penitus parcebat: ſed oēs pariter occide bant:uſq; ad mulieres ēt & īfantes:eratq; ciuitas plena mortuor̄ corporibus:& nullus effugit necis incurſum. Ciuitatem quoq; cunctam incenderunt:ſimul & regionem. Raab uero ad illud cœnacu lum cum ſuis cōfugientem exploratores eripuerunt. Quam dum ad ſe Ieſus uenire feciſſet:gratias egit p exploratorum ſalute:& pro tali beneficio dixit nō ſe retributionis fore minorem:donauitq; eam repente multis agris:& rebus maximis honorabat. Siqué locum ciuitatis peruanſiebat: ignis eum deſtruebat:& ſup habitatores eius deiiciebat. Sed & ſiquis uaſtatam poſtea uellet inſtruere ma ledixit quatenus qui fundamenta murorum iaceret:priore filio careret:qui uero perficeret:& nouiſ ſimum ſimul amitteret. Hoc uero maledictum nō neglexit diuinitas:ſed impoſterum dicturus ſum paſſionem quæ pp eam factam aduenerit. Congregata eſt igit̄ innumera multitudo argenti ſimul & auri:necnon & æris:cum nulli placuerit aliquid exinde ſuſtuliſſe nec ad utilitatē propriā ea diri puiſſe. Et hæc quidē Ieſus ſacerdotibus theſauror̄ recondenda contradidit. Hoc ergo modo periit Hiericho. Achar uero Charini filius ex tribu Iuda dum īueniſſet clamidē regiā:totā auro cōtextam habentē auri mazan:hoc eſt ſiclor̄ pondus ducentor̄:crudele iudicans: ſi is q̄ periculum habuerat lucrum inueniēs q̄d in ſua utilitate cōferret:daret hoc deo:& nō magis egenti:foueā faciēs ualde p fundā in ſuo tabernaculo ſupfodiēs eam:latere ſe iudicās deūſicut potuit latere cōmilitones. Vo catus eſt autē locus in quo caſtra metatus eſt Ieſus galgala:q̄d nomē ſignificat libertatē. Trāſeuntes enim fluuiū:iā ſemetipſos ab ægyptiis:& ab ærūnis deſerti cōfidebāt eſſe ſecuros. Poſt paucos ergo dies uaſtationis Hierichō:miſit Ieſus xxx. milia armator̄ in ciuitatē Adan:poſitā ſup hiericho qua tenus dimicarēt. Et cōgreſſis hoſtibus:ceciderunt hæbreor̄ uiri ſex & triginta. Cunq; hoc nuncia tum fuiſſet iſrahelitis:magnā triſticiā & crudelē anguſtiā ptinus habuerunt:& nō tm̄ ppter cogna tos amiſſos:licet oēs uiri boni & nimis exerciti eſſent:quantum pp deſperationē ſuam. Creden tes enim iam ſe terrā:obtinuiſſe:& a prælīis iā exercitū uacare:hoc deo taliter promittente:potiores inopinabiliter uidebant hoſtes:& ſaccos ſupinduentes ſtolis ſuis: tota die erant in luctu & lachry-

mis cõſtitutis:nulla re inhærẽtes:nec cibo caſu ſiqdẽ q cõtigerat grauiſſime uidebant afflicti. Videſ aũt Ieſus exercitũ ita pcuſſum:& ex oĩbus iã reb⁹ peſſima deſpatiõe derectũ:audacter acceſſit ad deũ & ait. Nõ noſtra petulãtia uenimus ut hãc terrã armis ſubiiceremus: ſed Moyſe famulo tuo ad hoc nos adhortante, pceſſimus dum multis ſignis poſſeſſionẽ huius terræ ꝓbituꝝ te nobis eſſe, pmiſeris: exercitũq; armis hoſtiũ facere meliorẽ. Quæ ſunt hæc q̃ nobis repẽte uenerũt. Núc aũt ꝓter ſpẽ decepti uidemur:& tanq̃ nõ firma ſint tua, pmiſſa q̃ Moyſes ꝓdixit afficimur:& deterior núc de futuris metus nos diſpabiles habet:primum expiměto talia ſuſtinentes. Sed tu domine qũo tibi uirtus eſt malis his adhibere medicinã & pñti noſtræ triſticiæ ꝓbere uictoriã:eriã de futura deſperatione tuo fauore nos libera. Sic eqdẽ Ieſus, pnus in terra iacẽs depræcabat deũ. Cui rñſio a deo data eſt:ut ſurgeret & exercitum a ſua pollutiõe purgaret: pp furtũ reꝝ ei dicataꝝ hanc deuictionẽ núc ſuper eos eueniſſe dicẽs:ſi uero reqreret q̃ fecerat ac puniret:uictoria eis ſemp de hoſtibus proueniret. Hæc ergo populo Ieſus enarrabat:& uocans Eleazaꝝ pontificẽ:& principes tribuũ:ſortẽ ſup eos mittebat. Cumq; hoc delictũ in tribu Iuda factũ eſſe declararet:rurſum per genus ſortẽ miſit:& ueritas. huius iniqtatis circa cognationẽ Achar illuxit. Tũc denuo p unũquẽq; uiꝝ iquiſitiõe facta:apprehẽſus ẽ Achar. Ille uero cũ nõ potuiſſet negare deo:dum eũ ita cõſtrinxiſſe, pbabat:furtũ cõfeſſus eſt: & protulit in mediũ ueſtẽ. Et ille qdẽ repẽte peremptus turpẽ pœnã & incũctãter cõgruã ſuæ ꝓſumptiõi promeruit ſepulturã. Ieſus ergo purgatũ exercitũ deduxit ad Adã urbẽ:& nocte circa ciuitatem inſidias conſtituẽs:diluculo hoſtibus eſt congreſſus. Iſrahel aũt cum fiducia pp priorẽ uictoriã ſup eos euntibus:ſimulando ſe recedere populus hæbreoꝝ:hoc modo longius eos perſequẽtes traxit a ciuitate:& tanq̃ de uictoria confidentes. Dum uero reſiliſſet exercitus contra faciem eorum: dediſſetq; ſigna quæ conſtituerat eis:quos in inſidiis collocauerat:eoſq; excitaſſet ad pugnam:tunc illi in ciuitatem ĩgreſſi ſunt. Dũq; eſſent circa muros ciues intẽti:aliqui uero & circa aſpectũ eoꝝ q egreſſi fuerant mẽtibus occupati illi qdẽ ciuitatẽ cœperũt:& oẽs occurrẽtes ſibimet extinxerũt. Ieſus aũt pcedẽtibus illis ad præliũ occurrẽs oẽs cõuertit in fugã. Cũq; refugerẽt quaſi ad ĩtegrã ciuitatẽ:cum & ipſam captã inſpicerẽt:& ĩcenſam cũ mulieribus & filiis agnouiſſent:p agros diſperſi ſunt: defendere ſemetipſos ſolitudine nõ ualentes. Cum talis calamitas hoſtes apprehendiſſet:infantũ turba capta eſt atq; mulierum:& rerum aliarum uaſorumq; ĩnumera multitudo necnon greges pecudũ hæbrei cœperũt ac multas pecunias. Erat enim locus idoneus. Et hæc omnia Ieſus in galgalis poſitis militibus partitus eſt. Gabaonite uero habitantes iuxta Hieroſolymã: uidentes paſſiones quæ prouenerunt Hiericho & Adanitis:& ad ſemetipſos trãſire hãc naſtationẽ exiſtimãtes. Ieſum qdẽ apte rogare noluerũt:neq; enim hoc ĩpetrare ſe quaſi aliquid mediocre putabãt:dum in interitu potius Chananæoꝝ gẽtis eũ pugnare cognoſcerẽt. Cheſeritas aũt & Chiaterimitas q̃ uicini eis erant ad auxiliũ popoſcerũt:dicentes neq; illos ꝑiculũ declinare:ſi iſtos Iſrahelitæ deuincerẽt:adunati uero poſſent magnitudinẽ eoꝝ uirtutis euadere. Et dũ hæc uerba placuiſſent:miſerũt legatos ad Ieſum amicitias poſtulãtes:quos ꝓcipue iudicabãt idoneos:ut agerẽt q̃ oĩbus expedirent. Illi uero confiteri ſe Chananæos ĩcautũ exiſtimãtes:fugere ſe huiuſmodi ꝑiculũ crediderũt ſi dicerent:nihil ſibi cũ Chananæis quolibet modo cõpetere:ſed longiſſime ab his habitare & ueniſſe ſe, p fide uirtutis eoꝝ:ambulãtes itinere multo:& p cõiectura ſermonis huius ueſtimẽta mõſtrabãt. Veſtes enim cum nouæ fuiſſent qñ egrediebant:longo itineris tpe attritas ſibimet aſſerebãt. Cilicinis enĩ ut eoꝝ uerbis crederet ueſtibus utebant. Stantes ergo in medio dicebãt ſe miſſos a Gabaonitis: & uicinis ciuitatib⁹ multum ab ea terra remotis: facturos cum eis pacem: more fœderis patriæ ſuæ: agnoſcentes dei gratia atq; dono Chananæorum terram eis poſſidere conceſſam: his tributarios fore gratanter & ciues eorum fieri promereri. Hæc itaq; illi dicentes: & iudicia itineris oſtendentes: rogabant hæbreos ad pacta amicitiaſq; deſcendere. Ieſus autem dictis eorum credens: quod non eſſent de gente Chananæorum: amicitias fecit cum eis: & Eeleazar pontifex cum ſenioribus præbuit iuſiurandum habituros amicos & ſocios:nihilq; cogitare ſe aduerſus eos iniuſte:populo ſcilicet in iureiurãdo una conſentiente. Et illi quidem quæ uoluerant callido conſilio ꝓmerẽtes ad ſemetipſos ibant. Ieſus uero caſtrametatus contra Chananæos in confinio Gabaonitarum: & agnoſcens non procul ab Hieroſolymis Gabaonitas inhabitare: & Chananæorum generis eſſe:uocans eorum priores de falſitate culpabat. Illis autem non aliam præter hanc ſalutis occaſionem ſe habuiſſe dicentibus: & propterea ad hæc ex neceſſitate ueniſſe: conuocabat pontificem Eleazarum & ſeniores: eiſq; conſentibus publicos eos famulos ne iuſiurandum tranſgrederetur eſſe decretum eſt. Et illi quidem pro calamitate comprehenderant eos: hanc ſui cautelam atq; cuſtodiam inuenerunt. Cum uero rex Hieroſolymorum grauiter ferret: eo quod Gabaonite cum Ieſu pacta feciſſent uicinarum gentium reges contra eos pugnaturos ad ſolacia rogabat. Quibus eis præbentibus: quattuor enim erant: cum eo caſtrametantibus: circa quendam fontem non procul a ciuitate: dum iam pararent obſeſſionem Gabaonitæ auxiliatorem aduocauerunt Ieſum. Ad hoc enim uentum erat ut a ſuis quidem perimi ſe putarent:& ab eis qui ad interitum Chananæorum gentis caſtrametabantur ſaluari ſe propter amicitias exiſtimarent. Ieſus autem cum omni exercitu ad eorum ſolacia properare feſtinans:& die noctuq; perambulans: diluculo uenit ad hoſtes & fugientes ſequebatur: pergens in

deſcenſu Bethoron:ubi etiam dei quoq; operatione cognouit ſignificatam ſibi tonitruis & fulminibus:& grandinis demiſſione maiore quam ſolitum eſt: inſuper etiam die creſcente: ne nox ſuccedens hæbreorum impetum.refrenaret Ieſus reges in quadam ſpelunca celatos circa Maceda uenit: omneſq; puniuit. Quod uero longitudine tunc dies extenſus eſt: & plus ſolito creuit: palam eſt per ſcripturas:quæ ſunt in templo repoſitæ. Sic igitur exterminatis regibus qui eduxerant contra Gabaonitas exercitum:reuerſus eſt rurſum ad Chananææ montana Ieſus:& multa cæde in ea facta ſumens prædam uenit ad exercitum Galgalis conſtitutum. Et cum hæbreorum uirtute per circuitum habitantes ſermo diſcurreret:& ſtupor haberet omnes audientes multitudinem peremptorũ: caſtrametati ſunt ſuper eos reges Chananæi:qui circa montem Libanum habitabant:& Chananæi qui campeſtribus erant:Palæſtinos ſecum ducentes ueneruntq; ad ciuitatem Berothi Galilææ ſuperioris & Deierſe: qui locus non procul a galileis eſt. Totius autem exercitus armatorum erant. ccc.milia & duo milia curruum. Turbabat itaq; hæc multitudo & ipſum Ieſum & iſrahelitas:& ſperare meliora propter timoris magnitudinem dubitabant. Deo uero arguente timorem eorum:& ſi magis ſolatium ab eo quererent: promittente ut deuincerent inimicos: & iubente equos hoſtium ſubneruare:curros incendi:audax in promiſſionibus dei factus fidens perrexit ad inimicos: & quinta die ueniens circa eos: congreſſus eſt pugnaq; fortis effecta eſt & cædes fide potior: quam poſſit audiri.Perſequens autem eos multum perambulauit:& omnem exercitum hoſtium præter paucos: extinxit:regeſq; ceciderunt uniuerſi:deficientibus hominibus ad interficiendos: eo quod Ieſus eorum equos occidit:& curros incendit. Quo facto:prouinciam licentius poſſidebat:nullo preſumente bellum ei inferre:ſed ciuitates obſeſſione capiebat:& quicquid potuiſſet ſumere deuaſtabat.Quintus iam annus tranſierat:& nullus remanſerat Chananæorum:niſi qui munitione murorum effugerant. Ieſus autem de Galgalis denuo caſtrametatus:ſacrum tabernaculum conſtituit circa ciuitatem Sylo:locus enim opportunus pulchritudine uidebatur:donec edificari templum quietis cauſa permitteret. Et inde procedens ad Sicimam cum omni populo altare conſtituit deo: ubi Moyſes quoq; prædixit:& diſtribuens exercitum in monte quidem Garizi conſtituit medium: & in bael dimidium: in quo & altare edificauit: necnon & Leuitas ſacerdoteſq; diuiſit. Sacrificantes uero & maledicta facientes:& eas in ara conſcriptas relinquentes: ad ſyloam denuo ſunt reuerſi. Ieſus autẽ cum eſſet ſenex & chananæorum ciuitates non facile capi uideret: tam propter locorum munitionem:in quibus erant quam propter fortitudinem murorum:quos pro naturali ciuitatum cuſtodia circunduxerant: & credebant hoſtes deſperatione captionis ab obſidione recedere: nam propter ſuum interitum Chananæi cognoſcentes iſrahelitas egreſſos ab ægypto: omni illo tempore erant ad faciendas ciuitates fortiſſimas occupati. Congregari ergo Ieſus,tunc populum in eccleſiam Sylo præcepit. Quibus cum ſummo ſtudio concurrentibus: commemorans eis: & quibus fuerant iam potiti: & actus quos geſſerant:quam eſſent optimi & deo præbente digni:& q̃ uirtute legum quas ſequebantur.xxx.& unum reges præſumentes eis bellum inferre deuicerant: & omnem exercitum quicunq; ſperauerant contra eorum ſe fortitudinem dimicare ita necauerant: ut neque eorum generatio relinqueretur:cum uero ciuitates aliæ quidem iam captæ uiderentur: apud alios autem longo tempore oppreſſione adhuc opus eſſet:propter murorum munitionem: & habitantium in eis audaciam:petebat eos qui trans iordanem erant:ut laborãtes cum eis:& in periculo adiuuantes fratres ſuos fortibus propriis fruerentur:grates utiq; eis pro labore reſtituendas.Túc etiam ſingulos ait per tribus de quibus teſtimonium daretur:eo q̃ uirtute præcellerent dirigẽdos qui terram metientes fideliter: & in nullo malignantes eius magnitudinem ſine dolo renunciarent. Et Ieſus quidem hæc uerba faciens:populum ſibi habuit fauentem:& uiros qui terram eorum deberẽt metiri direxit:dans eis aliquos terræ menſores doctos:quos propter artem ueritas non lateret mandans eis:ut in ea menſuras eſtimarent:& fœlicem terram & quæ minus eſſet idonea. Natura nanque terræ Chananæorum huiuſmodi eſt: ut & planiciem magnam habeat: & fructus ferre ſit copioſa. Quæ comparata quidem aliæ terræ creditur eſſe fœlix cum locis autem Hierichuntis: & Hieroſolymarum eſtimata putatur ualde uiliſſima. Licet omnino hæc ſpacia parua:& eorum multa montana ſint: magnitudine uero fructuum & ad cibos aptorum ex pulchritudine alia ſimilis non eſt: & propterea eſtimandas potius quam metiendas decreuit has ſortes:dum ſepius unum iugerum pro mille ſit dignum. Viri autem qui miſſi fuerant cum eſſent decem circumeuntes & eſtimantes terram:ſeptimo ad eum menſe reuerſi ſunt ad ciuitatem Sylo:ubi tabernaculum conſtituerat. Tunc Ieſus Eleazarum & ſeniores cum principibus tribuum ſumens diuiſit hæc nouem tribubus & dimidiæ tribui manaſſe: ſecundum magnitudinem ſingularum tribuum menſuram efficiens. Cunq; miſiſſet ſortem Iudæ quidem tribus ſorte cadente elegit ſuperiorem Idumæam. Quæ in longum quidem extenditur uſq; hieroſolymam: latitudine uero uſque ad paludem quæ ſodomæ conſtituta eſt.In hac autem ſorte ciuitates erant Aſcalon & Gaza. Simeon uero in ſecunda ſorte prouenit Idumæa quæ circa ægyptum eſt & arabiæ montem. Beniamite uero ſortiti ſunt a iordane quidem flumine uſq; ad mare longitudinem: latitudinem uero quæ Hieroſolymis Bethelíq; terminatur.Hæc ſors anguſtiſſima fuit propter terræ fœlicitatem: Hierichon enim & Hie-

rosolymitanum tulerunt urbes. Effraim autem tribus a Iordane flumine usq; ad Gazara longitudinem habuit: latitudinem uero quamcunq; habuit Bellis quæ usq; ad campum maximum terminatur. Manasse uero medietas a iordane quidem usq; ad ciuitatem Doron: latitudinem autē ad Bithi sanos: q; nunc Scitopolis appellatur. Post hos autem Ysachar carmelum montem: & fluuium in lōgitudine habuit itabirium montem uero in latitudine. Zabulonitæ uero usq; Genesar descendēte circa carmelum & mare sortiti sunt: & conuallem quæ carmelum nuncupatur: eo q; etiam huiusmodi sit. Asseritæ uero omnem terram quæ ad Sidonem conuersa est habuerunt. Ciuitas autem Arce in horum parte fuit: quæ etiam Hactipos nuncupatur. Partem uero ad orientem conuersam usq; ad Damascum ciuitatem: & galileam superiorem Neptalitæ sumpserunt usq; ad montem libanū: sonaeq; Iordanis: quorum de mōtibus est fluctus collectus. Danitæ autem loca conuallis ad oceasum solis posita tenuerunt: Azoto & Doris: determinatiōemq; Iamniam simul & Geth Abethoron usq; ad montem: ex quo tribus iuda pendebat. Sic itaq; diuisit iesus terram: & nouem atq; dimidiæ tribui eam tradidit possidēdā. Nam amorræam quæ & ipsa ab uno Chananæi filio sic uocata est Moyses dudum capiens: tribubus duabus: dimidiæq; distribuit. Hoc autem & primitus indicaui. Loca uero circa Sidonem & Archeos: & Amatheos & Aritheos inculta tunc erant. Iesus autem cum eum iam senectus impediret: ut non posset ea quæ cogitabat efficere: & dum qui post eum erant principatum sumpturi negligenter in communi utilitate conuersarentur: præcepit singulis tribubus ut nullum de Chananæorum genere in terra quam sunt sortite relinquerent. Hanc enim cautelam eis atq; custodiam paternæ solēnitatū fore: hanc etiā Moysen prædixisse cōmemorans: & hoc ei esse credendum dixit: sed & leuitis octo &. xxx. ciuitates eē restituēdas: q iā prius accepānt i amorrea. x. Quarum tres distribuit fugacibus habitandas. i. de tribu Iuda Ebron. Sichen uero ex Effrem: & Cades de Neptalim. Est aūt hic locus supra galileā. Diuisit eis & cūctas præde reliquias. Erat nanq; terra ampla: & magnas diuitias obtinebāt. Abūdabāt enim & cōiter oēs & eorū singuli auro & uestibus: & aliis uasis: & quadrupedū copia: quoꝝ numerus cōprehēdi nō poterat. Post hæc autem exercitu in ecclesiā cōuocato: eis qui super Iordanē in Amorræa constituti erant: quoꝝ exercitus quinquaginta milium armatoꝝ esse uidebatur: ita locutus est. Cum deus pater & dominus generis hebreoꝝ hanc terram nobis possidere concessit: & possessam semp se nobis seruare promisit: p cuius mandato cognatis indigētibus promptissime uos obtulistis ad oīa: iustū est nulla uos difficultate ulterius detinente quiete etiam frui securis utiq; nobis de uoluntate uestra: quia si rursus opus fuerit ad necessaria eam insigniter offeretis: neq; post hos labores eritis aliquando tardiores. Gratias ergo agimus uobis pro periculis in qbus uixistis non mō solum: sed etiā semp acturi sumus: & quia cū sitis boni memoriam habebitis oīum & mente retinebitis quæcunq; p uos puenerunt nobis: & qūo usum bonoꝝ uestroꝝ pp nos distuliſtis: & laborantes primitus in quibus nunc dei fauore consistimus postea uestra sorte frui utile iudicastis. Accesserūt aūt supra uestra bona ex laboribus: quos nobiscum habuistis multæ diuitiæ prædam pciosioꝝ augētes: & aurū & argētū sup hæc omnia quod maius est uester fauor. Ob quā rē ita nos ad quodcūq; uolueritis in repēsatiōe paratos habebitis: q; nequaq; hoꝝ quæ Moyses prædixit estis obliti: illo etiā in oībus certum habetote non est quicq; in quo uobis gratiarum debita non solamus. Gaudentes ergo uos ad sortes uestras dimittimus: & rogamus ut nullū esse terminum nostræ cognationis existimetis: nec quia inter nos iste fluuius est: alteros nos: & nō hæbreos nos esse credatis. Omnes enim sumus ex Abraam q; hic & illic habitamus: unusq; deus q & nostros maiores & uestros ad illorū perduxit uitam: cuius religionis habetote curam & conuersationis: quā per Moysen ipse cōstituit. Perdurantes enim in istis fauorē dei & eius solatium semp habebitis: cōuersis uero uobis ad imitationē gentium externarum auersabitur uestrū genus. Hæc cum dixisset singulos maioꝝ: & cōiter eoꝝ multitudinē salutans: ipse quidem restitit. Deduxit aūt eos populus: non tamen sine lachrymis: & uix semetipsos abinuicem dimiserunt. Transiens aūt fluuium tribus Rubem & Gad: & qcunq; de Manasse piter sequebant: altare sup ripā collocare iordanis decreuerunt: ut memorabile signum generationis futuræ cognationis eorum: q; intra iordanē habitare uidebantur existeret. Audientes aūt qui itra iordanē erāt: quia dimissi ab eis altare constituissent. Et nescientes qua hoc uoluntate fecissent: pro nouitate tamen culturæ deorū peregrinorum hoc celebratum credentes & sacræ religioni derogatum uerisimile iudicantes erāt armati ad ultionem eoꝝ qui collocauerant altare fluuium trāsituri & puniturī eos quasi p paternæ destructione solēnitatum. Non enim uidebat eis iustū ut cognationem respicerēt: aut dignitatē eoꝝ: qui auctores fuerant harum reꝝ: sed dei amplectabant mandata: & commodo honorari congaudebant. Et illi quidem armati sunt p furorem: retinuit aūt eos Iesus & pontifex. Eleazarus: & pariter seniores sermonibus suadentes: ut prius experimenta eoꝝ uoluntatis acciperēt: deinde si malæ uolūtatis agnoscerēt eoꝝ mētes: tūc armis sup eos incederēt. Miserunt itaq; legatos ad eos: Phineen filiū Eleazari: & decē alios apud hæbreos honoratos: cognitūros sapienter cur altare transeuntes super ripā fluminis statuissent. Cūq; illis trāseuntibus: & ad eos ueniētibus fuisset ecclesia cōgregata: stās phines hæc dicebat. Magis equidē deliquistis quam possitis correpti de futuro sermōibus emēdari uemmtamen non secundum magnitudinē iniqtatis nos reddituri uobis ad arma repēte ultionēq;

deſcẽdimus. Cognatos nãq; uerbis prius corripere uolẽtes: hãc celebrauimus legatiõem: quatenus agnoſceremus cauſam ꝓ qua acceſſiſtis: ut altare fabricetis: ne peculãtes uideremur armis adire uos: utrum uoluntate bona feciſtis hoc an re uera culpa conuincatur: unde in uobis iuſtius ulciſcamur. Non enim credimus uos ipſo experimento dei uoluntatem ſæpius agnoſcentes: & auditores legũ: quas ipſe nobis contulit exiſtentes: diuiſos a nobis: & in propriam ſortem uenientes quã dei gratia & ipſius circa uos prouidentia meruiſtis: obliuionem eius habere: & tabernaculum arcã q; deſerẽtes & altare quod nobis eſt proprium: peregrinos introducere dos: Chananæorum mala ſectãtes. Sed nihil inique feciſſe optamus: agentes pœnitentiam: & nequaq; uelanientes ulterius: legũ paternarũ pudorem: memoriam q; ſumentes. Si uero in delicto conſiſtitis: nequaq; laborem pro legibus refutamus: ſed tranſeuntes iordanem defendimus eas: & ante omnia deum nihil uos a Chananæis differre credentes: ſed ſicut ipſos uos quoq; ſimiliter perimentes. Non enim putetis ꝙ quia tranſiſtis fluui um: etiam a dei uirtute eſtis extranei. Vbiq; in his quæ ſunt ipſius eſtis: & effugere poteſtatem eius atq; iudicium nullo modo poteritis. Si uero creditis hunc locum ubi nunc eſtis poſiti impedimẽtũ eſſe correptionis: nihil prohibet denuo terram diuidere: eamq; ad pecudum paſcua deputare. Sed agite temperanter: & a nouo delicto recedite. Rogamus ergo uos per filios & uxores: ne nobis facia tis neceſſitatem huius defenſionis: quod nec ueſtræ: nec ipſorum ſaluti aut cauſis expedit ſic cogitare: ut non uerbis uinci potius quam experimentum uelitis ſuſtinere prælior̃. Hæc Phinee dicente: præſules eccleſiæ & oĩs multitudo cẽperunt de quærimoniis ſatiſfacere: & ꝓfiteri: neq; ab eo x̃e ſe cognatione receſſiſſe: neq; pro nouitate altare cõdidiſſe: ſed & deũ unũ noſſe: q hæbreis eſt oĩb⁹ cõmunis: & illud altare poſitũ ante tabernaculũ ad ſacrificia faciẽda. Hoc aũt altare pp qđ & ſuſpecti eſtis facti: dicebant nõ ꝓ religione collocatũ: ſed ut ſignũ fieret: & indiciũ in futuro ueſtræ familiaritatis. Et neceſſe eſt nobis tẽperare: & in patriis legibus ꝑmanere: nõ utiq; trãſgreſſiõis indiciũ ſicut ſuſpicamini facere. Teſtis aũt nobis ſit deus: qa iſtud altare nõ ꝓ tali cauſa cõſtruximus. Vnde meliorem de his hẽtes opinionẽ nihil culpetis ulterius: neq; nos extra ſortẽ iudicãdos eſſe credatis: nec eorum ſimiles q cũ generis Abraam ſint: ad nouas ſolẽnitates accedũt. Hæc dicẽtes laudãs Phinees: reuerſus eſt ad Ieſum: & eorum uerba populo nunciabat. Ille uero gaudens ꝙ neq; ulla pugnãdi foret ne ceſſitas: nec ad ſanguinẽ bellũq; deducerentur contra cognatos: pacificas deo ꝓ his hoſtias ĩmolalauit: & dimittẽs poſt hæc multitudinẽ in ꝓprias ſedes: Ieſus ipſe in Sichẽ cõmoratus eſt. Poſt hæc anno. xx. ſenior iã exiſtẽs euocabat honoratos maxime ciuitatũ & principes & ſeniores: & multitudinem quantãcũq; cõgregari eſſet poſſibile. Quibus in unũ cõuenientibus cũcta beneficia dei commemorabat. Erant enim multa: per quæ ab humili forma ad hanc gloriam & ſubſtantiã pueniſſent & ſeruati dei uoluntatẽ: quæ talis circa eos eſſet orabat. Et pie cunctos poſcebat agere: ꝓ quã ſolam eis grata diuinitas ꝑmaneret. Hoc enim bñ ſe habere dicebat: ut trãſiturus a uita huiuſmodi eis monita derelinqueret: poſcebatq; ab illis: ut quæ ille diceret memoria retinerent. Et ille quidem talia præſentibus loquens: defunctus eſt cum uixiſſet annis centum & decem quorum cum Moyſe quidem pro doctrina utilium rerum commoratus eſt quadraginta: dux autem poſt illius mortem ſex & uiginti annis fuit uir neq; ſapientia indignus: nec earum quæ cogitabat ut multa ſapienter edicere inexpertus: ſed ubiq; ſummus & ad opera periculaq; magnanimus audax q; bella diſponere: & in pace dexter: & in omni tempore precipua uirtute conueniens. Sepultus eſt aũt in ciuitate Thamna in tribu Effraim. Eodem uero tempore mortuus eſt & Eleazarus pontifex Phineæ filio ſacerdotium derelinquens: cuius ſepultura eſt facta in Gabatha ciuitate.

Quo mortuo duce: filii Iſrahel fœliciter aliquãto tpe pugnaueret cõtra Chananæos. CA. II.

POſt hoc autẽ tpe trãſitu Finees ꝓphetauit ſcdm dei uolũtatem ad delendũ Chananæox̃e genus tribui iudæ præbendũ eſſe principatũ. Erat. n. ſtudium populo cognoſcere: qđ ẽt placeret deo. Tũc aſſumpta eſt ẽt tribus Simeon ad pugnãdũ: quatenus exterminatis hoſtibus ſub ditiõe etiã eos q in ipſa ſorte cõſiſtebãt efficerẽt. Chananæis aũt uiuẽtibus apud ſe illo tpe rebus cũ magno exercitu eos in Bezedin expectabant: regi Bezidinox̃e Adonibezech pricipatũ credẽtes: qđ nomẽ ſignificat dñs Bezedinox̃: adoni eni hæbrea lingua dñs indicaſ. Sperabãt eni uincere iſrahelitas mortuo Ieſu. Cõgreſſi uero Iſrahelite duabus tribubus: quas ꝓdixi: magnifice pugnauerũt: & occiderũt eox̃ qdẽ. x. milia: fugãtes aũt reliquos: & inſequẽtes: adonibezech quoq; ceperũt: eiuſq; manuũ ac pedũ ſũmitates iciderũt: nõ eni poterat deũ latere. Ille aũt hæc patiens ferẽ dixiſſe. Quæ cõtra uos egi: & ſeptuaginta regibus facere non eribui: digna recõpenſatione hodie redditũ eſt mihi. Et uiuũ quidẽ illũ tulerunt ad hieroſolymã morientem uero ſepelierunt: & egrediebantur uaſtantes ciuitates: & plurimas capientes. Inter hæc obſederunt hieroſolymam: ſed hanc quidem longo poſt tempore capientes: oẽs in ea habitãtes intereme runt. Erat autem eis ualde grauis deſup munitio murorum: & loci natura reſiſtẽdo. Vnde caſtra metati ſunt in chebron: & hanc capiẽtes omnes interſecerũt. Relinquebaſ adhuc genus gigantũ: q pp corpox̃ magnitudines atq; formas in nullo aliis hoĩbus ꝓximabant ultra modum mirabiles: ut hactenus eorum oſſa monſtrãt: in nullo his de quibus fides habeſ equalia: quox̃ genus leuites præcipue deleuerunt. Munus etiam cũ duobus milibus cubitis terrã denuo dederũt nato Moyſeos: hic

enim fuit unus exploratorꝝ:quos miſit moyſes in chananæā. Dederūt aūt & filiis Ietro Madianite q̄ fuit gener. Moyſi terrā ad poſſidendū. Nā patriā relinquentes ſecuti ſunt eos: & fuerunt in deſerto cum eis. Tribus itaq; Iuda & Simeon ciuitates q̄dem Chananæas in mōtanis ceperunt:in cāpeſtrib⁹ aūt & ad mare poſitaꝝ Aſcalonē & Azotū. Euaſit uero eos Gaza & Accaron. Nam dū eſſent ī cāpeſtribus:& copioſam haberent curruum abundantiam:irruentes ſibimet confligebant. Et iſte q̄dem tribus maxime bellando locupletate ad ciuitates proprias receſſerunt: & arma depoſuerunt. Beniamin uero:quorum erat hieroſolyma habitatores ſuos cōceſſerunt tributa perſoluere:& ita quieſcētes omnes alios quidem iterfecere:alios uero pericula ſuſtinere: ad terrarum ſe tradidere culturam. Hoc aut eſt & reliquæ tribus imitantes Beniamitas faciebant:& eorum tributa parcipientes permittebant Chananæos ſine præliis eſſe. Tribus autem Effrem cum obſediſſet Bethelam:finem dignum tempore:& magna laborum obſeſſione inuenire non potuit: quando ille licet affecti in obſeſſione omni modo perdurabant. Deinde Efframite capientes quendam in ciuitate cōmorantē: & neceſſaria eis deferentē fidem dederunt:ut ſi ciuitatē traderet:ſaluarent eū & cognatos eriperent. Et ille in his iurabat ciuitatem ſe traditurum. Qui tradens urbem:cum ſuis hoc modo ſaluatus eſt. Illi autem interimentes cunctos inhabitātes ibi tenuerunt decetero ciuitatem.

Q ūo p̄cedēte tempore Iſrahelitæ tranſcendentes patrias leges ad grandes ærumnas deducti ſunt & ſeditione facta:adinuicem pugnauerūt:huiuſmodi cauſa pro qua deleta eſt tribus Beniamin præter ſexcentos uiros.

CAPI. III.

Gitur poſt hæc circa hoſtes quidem molliores erāt Iſrahelitæ:circa terram uero & eius operam diligentiam potius exhibebant. Qui ad diuitias ſe tradentes per epulas & libidinem iam uirtute deficiebant:& in conuerſatione legum integri non erant:in his indignata diuinitas ſuſcitauit primum quidem: ut ita dicam ſua uolūtate chananæos q̄ poſt ea ſecundum eorum actus multa contra eos crudelitate uſi ſunt. Hæbrei nanq; & circa ea quæ dei ſunt negligentes erant:& circa bella difficiles:cū multa Chananæi eis abſtuliſſent: & ad labores iam erant propter epulas diſſoluti: agebaturq; ut eorum optima iam conuerſatio deperiret & ſenio res non audiebant:nec aliud præceptum:nec priorum ulla ſolennia conuerſabant. Erant autem in agris libidini lucrorūm intenti. & propter multam requiem ſeditio eos crudelis iterum compræhendit:& ad hoc uſq; perducti ſunt:ut adinuicem huiuſmodi pugnarent cauſa: p̄ qua deleta & tribus Beniamin:præter ſexcentos uiros. Vir de populo leuita:qui erat ſortis effrem & ibi habitabat:de bethleem duxit uxorem. Hic autem locus eſt tribus iudæ. Cunq; uehementer amaret coniugem:& eius pulchritudine uictus afficeretur:quando ab illa non ſimiliter amabatur:& ille p̄pter paſſionis eius amorem potius uteretur:lites frequēter inter eos eueniebant. Ad ultimum uero mulier his grauata relinquens uirum abiit ad parentes menſe quarto. Vehementer autem graue ſerens uir propter amorem uenit ad ſoceros:ſolutiſq; litibus placatus eſt circa ea. Et quidē quattuor diebus ibidem commoratus præbentibus ei hoſpilitatem puellæ parentibus quinta die abierunt & circa meridiem ſunt egreſſi. Tardius enim dimittebant parentes filiam:& dei iam tarditas accedebat. Vnus autē famulus eos ſequebatur:& aſinus erat eis in quo mulier uehebatur. Cunq; ueniſſent circa hieroſolymam ambulantibus ſtadiis .xxx. perſuaſit famulis ut manerent: ne & p̄pter noctem ambulantes difficultas aliqua compræhenderet:dum nec procul hoſtes exiſterēt:& tempus frequēter incautum faciat ſuſpecta etiam quæ putantur eſſe tutiſſima. Illis autem non placuit apud alienigenas uiros ſuccedere. Erat uero ciuitas Chananæorum:ſed accedentes .xx. adhuc ſtadiis optabant ad propriam deſcendere ciuitatem. Cunq; hæc ſententia ualuiſſet uenit in Gabaa tribus Beniamin iam ueſpere. Et cum nullus ciuium eum in manſione ſuſciperet:ſenior quidam ex agro deſcendens: qui de tribus quidam erat Effrem in Gabaa uero commorabatur:uidens eum qui eſſet iterrogabat: & propter quas cauſas non mittens cum iam eſſent tenebræ neceſſaria cœnæ requireret. Ille leuitam quidem ſe dixit eſſe. mulierem autem a parentibus reducere:ad propria remeare:habitationem uero ſignificabat habere in ſorte Effrem. Quem ſenior & pro cognatione: & eo q̄ eandem poſſederat tribum:& propter colloquium ad ſuum duxit hoſpitium. Quidam uero iuuenculi gabaonitarum mulierem in platea uidentes:& pulchritudinem ſtupētes:dum apud illum ſenem eam ſucceſſiſſe cognoſcerent:contemnentes eorum infirmitatem & paucitatem uenerunt ad ianuas eius. Et cum eis ſenior ut abſcederent ſupplicaret:& ut ne uiolentiam inferrent hoſpiti:nec iniuriam illi petebāt ut data ſibi muliere a rerum manſione recederent. Seniore uero dicente q̄ & cognata eſſet leuitæ: & per libidinem inique in lege delinquerent:deficientes circa iuſticiam deridebant: minabanturq; ſe eum interficere:eo q̄ eoꝝ cōcupiſcentiam īpediret. Cumq; in neceſſitate uenīſſet nolens hoſpites in cōtumelia magna relinquere:ſuam eis filiā ceſſit:dicens minus eē peccati ſi cōcupiſcētiā ſua in ea cōplerent:quā ſi iniuriam pegrinis īferrēt:& iniuſticiā nō pferre quos ſuſceperat: hoc mō putabat. Cū uero illi nequaq; a ſuo feruore p̄ peregrina recederēt:ſed iminerēt ut eā acciperēt:ille quidē ſupplicabat:ut nihil iniq; preſumerent. At illi rapiētes & adiiciētes pro libidine uiolētiā:ad ſemetipſos mulierē deduxerūt:& p̄ totam noctē uſq; ad principium diei ī eius corpore ludibria ſunt extēti. Illa uero defecta in his quæ p̄ uenerant ad hoſpitē rediit:& cōtriſtata pro his quæ ptulerat: præ uerecū-

dia ad faciē mariti minime p̄sumebat accedere. Cūq; circa ſep his quæ cōtigerāt icurabilē reputaret lectulo decumbens aiam dereliqt. Vir aūt eius arbitratus ſopore graui mulierem detineri nihil mali metuēs excitare eam tētabat & cōſolari qa raptoribus nō ſpontanea uolūtate ſe p̄buiſſet iniuriis. Cū uero certe defunctā cognouiſſet a maloꝝ magnitudine ſponens iuméto mortuā ad ſe portare uxorē & diuidēs eam p mēbra in ptes duodecim p trib⁹ ſingulas deſtinabat mādatū dās portā tibus ut p̄derent auctores mortis eius & eiuſmodi crudelitatē cūctis tribubus idicarēt. Illis autē & aſpectu & auditu graui hoꝝ maloꝝ affectus nullū ſumētes primitus hmōi exēplū ira intemperata & iuſtiſſima concitati in Sylo ſunt ante tabernaculum congregati & in arma procedere repēte tentabant & inſilire Gabaonitis ut hoſtibus. Retinuerunt autem eos ſeniores ſuadentes non oportere ſic cito contribulis inferre bellum anteq̄ uerbis agerent de criminibus quando nec lex circa extraneos permitteret præter legationem Iſrahelitas bella tractare ſi forte pœnitentiam agerent qui iniuſte aliquid præſumpſiſſent bonū eſſe ut legi obedientes ad Gabaonitas mitterent: & mali auctores expeterent quibus præbitis eos punirent conten̄entes uero armis adirent. Miſerūt ergo ad Gabaonitas accuſantes iuuenes de muliere & eos dari ad ſupplicia depoſcētes q legitime nō egiſſent quaſi nō eſſet iuſtū ut pro oībus illi potius moreretur. Gabaonitæ uero neq; iuuenes tradiderunt & crudele iudicauerūt timore belli alienis obedire præceptis in nullo ſe putantes eſſe minores armis neq; multitudine nec bellandi præſumptione. Erāt aūt nimis inſtructi & ſup alias tribus induſtrii deſpexerūtq; illos & idignati ſunt e diuerſo tanq̄ cōpreſſuri uiolētia faciētes. Cūq; talia fuiſſent iſrahelitis enūciata iuſiurandū fecerūt nulla ſuarum uiro Beniamiti dare nuptiis filiā ſed armari ſuper eos & amplius eis quā aduerſus chananæos reſiſtere quos hæbrei ſepius expugnaſſent. Repente ergo eduxerūt ſuper eos exercitū quadringēta milia uiroꝝ. Beniamitæ uero habuerunt xxv. milia armatoꝝ & alioꝝ ſexcentoꝝ qui ſiniſtris manibus fundibulārii uidebant experti. Et cōmiſſo prælio circa gabaa fugauerūt iſrahelitas Beniamitæ uiri cecideruntq; ex eis xxii. milia fuiſſentq; plurimi forte necati niſi nox eos retinuiſſet & pugnā ſoluiſſet. Et Beniamitæ gaudētes abibāt in ciuitatē: iſrahelitæ uero obſtupeſcētes ſe ita uictos ad exercitū remeabant. Altera uero die rurſum congreſſi Beniamitæ uicerūt & mortui ſunt decē & octo milia Iſrahelitaꝝ metuenteſq; exercitū reliquerūt. Venientes autem in ciuitatem Bethleem proxime cōſtitutā ea die ieiunantes: altera die deprecabātur deū per Phineen ſacerdotem: ut eius ira quieſceret & ei in duabus eorum deuictionibus ſatisfieret daretq; eis potentiam contra hoſtes atq; uictoriā. Deus aūt hæc fieri Phinee propheтante promiſit. Duabus itaq; partibus diuidentes exercitum mediā quidē partem in inſidiis circa urbem nocte collocauerant medii uero beniamitis congreſſi paulatim eis imminentibus recedebant & Beniamitæ perſequebantur: Hæbreis paulatim refugientibus & oīno uolentibus oēs eos ab urbe protrahere quos quaſi fugientes inſequebantur ita ut etiam ſeniores & iuniores in ciuitate propter infirmitatē relicti diſcurrerent adire uolentes hoſtes. Cum uero multum a ciuitate receſſiſſent fugere quidem hæbreis ceſſauerunt conuerſi autem ſteterunt ad pugnam: & illis qui in inſidiis erant dederunt ſignum. Qui ſurgentes cum clamore hoſtes aggreſſi ſunt. Illi uero ut ſenſere ſe eſſe deceptos in angu ſtia conſtituti in quodam coacti & concauo loco collecti ſunt & ibi iaculis ſauciati ita ut omnes interirent præter ſexcentos uiros. Quiq; conuerſi & conſtipati & per medios hoſtes tranſeuntes effugerunt ad uicinos montes quos tenētes ibidē cōmorati ſunt. Illi uero circa uiginti & quinq; milia ſunt extincti. Igit̄ Iſrahelitæ & Gabaa ciuitatē igne cōcremauerunt & mulieres & ſfantulos maſculos peremerunt aliis Beniamitaꝝ ciuitatibus ſimilia facientes ſicq; erant contra eos infeſti ut etiam Iabitas q erant galaditidis regionis eo q eis auxilium non præbuiſſent contra Beniamitas mittentes xii. milia de ſuis armatis iuberent omnes interimi occiderantq; hi qui fuerant miſſi omnes pugnaces ciuitatis cum filiis & uxoribus præter quadringentas uirgines tanta ira ſuccenſi ſunt ꝓpter paſſionem correptæ mulieris & armorum ab eis electa conditiones. Poſt hæc autem Iſrahelitæ pro calamitate Beniamitarum puniti ſunt & ſuper hoc ieiunare propoſuerunt licet iuſta paſſi eſſent eo q in lege peccauerint tunc ſexcentos qui fugerant euocant legationibus. Erant enim ſuper quandam petram quæ Suas appellatur. Legati uero non illis tantummodo calamitatem proueniſſe ſed etiam ſibi cognatis peuntibus ingemiſcentes ſuadebant eis ut patiēter ferrēt & ad illorum cetū cōcurrerēt ne oīno quātū ad ſe Beniamitaꝝ tribū exterminari decernerent dicebantq; eis. Concedimus uobis terrā & p̄dam quātūcunq; tollere potueritis illi uero his cōtra ſe dei decreto geſtis quādo in ſua iniqtate ſciētes pugnauerant ad alias cōtra tribū primā obediētes uocantibus aduenerūt. Iſrahelitæ uero uxores eis quadringentas uirgines Iabitidas dederunt & de ducētis reliquis cogitabant qūo & ille haberent uxores ut filios procrearēt cū utiq; iuraſſent ante bellū ut ſuas filias nulli Beniamitæ coniungerēt. Et alii quidē ſuadebāt illud iuſiurādū nō debere ſeruari qd̄ p iram nō uoluntate nec iudicio proueniſſet nihilq; foret deo moleſtū ſi tribū pituram ſaluare poſſent: adiicientes piuriū non qñ neceſſitate fit eſſe peſſimum ſed qñ fuerit malignitate commiſſum. Cunq; ſeniores piurii nomē ualde metuerēt qdā ait. Hoc cōſilio & iſti uxores habebunt: & religio iuriſiurandi ſeruabit. Ter in āno in Sylo ad mercimoniū fit cōuētus ſequūturq; mulieres & uirgines. Sinant ergo Beniamitæ ut raptu ducāt uxores q̄ſcūq; potuerit nobis neq; iuitātibus neq; p̄hibētibus. Et dū

patres eoꝝ ꝗſti fuerint uindictaꝫ popoſcerint:dicemus eos potius eſſe culpabiles qui cuſtodiã non habuerunt filiarum. Oportet enim Bẽiamitas iram euadere:qua iam circa eos uſi ſumus immenſa. His itaq; conſentientes decreuerunt Beniamitas raptu nuptias celebrare. Inſtante uero feſtiuitate:illi quidem.cc.uiri bini uel terni ante ciuitatem per uineas & loca:in quibus ſe latere credebant poſiti:inſidiabantur uirginibus uenientibus. Illæ autem cum luſu:nihilq; metuentes ſine cuſtodia properabant. Tunc illi ſurgentes tenuere diſperſas eo modo ducentes:uxores:& ad opera ſe terræ dederunt ſtudentes ut ad ſecundam fœlicitatem denuo remearent Hoc itaq; modo tribus Beniamin cũ pene tota periſſet:Iſrahelitarum ſapientia reparata eſt. Floruit itaq; repente:& opulẽtiæ magnitudine:aliiſq; ditata rebus eſt. Hoc itaq; bellum ita ſedatum eſſe dinoſcitur.

Quõ poſt hãc afflictionẽ Iſrahelitæ rurſus impie agẽtes opprimũtur a chananæis:& a Curſato rege aſſyrioꝝ cui ſeruierũt ánis octo ſed poſtea libertas eis reſtituta ẽ p Zenizẽ Beli filiũ: pricipante ãnis quadragĩta:qui apud finicas dicit iudex. CAP. IIII.

EOrum uero ſimilia etiam tribum Dan ex huiuſmodi cauſa cõtigit ſuſtinere. Cũ Iſrahelitæ bellorum iam ſtudium reliquiſſent:& ad opa ſe terræ dediſſent:Chananæi contẽnẽtes eos:nec aliquid ſe ab eis pati credentes ſuum collegerunt exercitũ firmam habẽtes ſpem:quaſi hæbreos affligerent. & decetero ciuitates licenter inhabitarẽt:curruſq; faciebãt:& exercebant armis:& urbes adinuicẽ ſibi conſentiebãt. Et de tribu quidẽ Iuda Aſcalonam ciuitatẽ:& Accaron abſtulerunt & alias multas in cãpeſtribus cõſtitutas:& ipſos Danitas in mõtana fugere cõpulerũt:nec paululũ eis locum in cãpeſtribus reliquẽtes. Et dũ illi nec ad bellãdũ eſſent idonei nec terrã ſibi iam ſufficiẽtẽ haberẽt miſerũt de ſuis.v.uiros ad loca mediterranea:qui terrã inſpicerẽt:in qua habitare decetero potuiſſẽt. Illi aũt nõ procul a monte Libano:& iuxta Iordanis fontes circa maximum cãpũ ſi dominus ciuitatis uiam triũ dierũ perãbulantes contẽ planteſq; terrã bonã & nimis uberrimã ſignificauerũt eis. Quo cum exercitu procedẽtes:edificauerũt illic urbẽ Dan cognominatã ab uno filiorum Iacob:ex quo & ipſa tribus appellata uidebatur. Iſraheli:is autẽ & cũiam eſſent in labore difficiles:& in diuinitatis cultu deficerẽt:aduerſa prouenie bant. Nam dum fuiſſent a ſua cõuerſatione tranſgreſſi:ferebantur ad libidinem:ut pro ſua uiuerent uolũtate:ita ut imminentibus Chananæis:malis omnibus implerentur. Iratus eſt igitur eis deus:& fœlicitatem quã inumeris laboribus acquiſierant propter epulas amiſerunt. Caſtra ſiquidem cõtra eos agente Cuſarto rege aſſyriorum:multi pugnantes perierũt:& obſeſſi fortiter capti ſunt:quidam uero propter timorem ſponte ſe illi contradiderunt:& maiora quam poſſent tributa impoſita ſibimet exoluebant:& diuerſas iniurias perferebant per annos.viii poſt quos hoc modo liberati ſunt. Zenes quidam de tribu Iuda uir induſtrius:prudentiaq; fortiſſimus reſpõſo ſibi dato ne deſpiceret hæbreos in neceſſitate huiuſmodi conſtitutos:ſed ut potius reducere eos ad ius libertatis adiret pauc os quoſdam in his laboribus præceptis diuinis adhibens ſibi quibus tunc in illis rebus poſitis aut pudor eſſet:aut quos ſpes confidentiæ nimis acueret primum quidem Cuſarti caſtra dirupit. Cunq; plurimi hæbreorum ad certamen accederent:eo ꝙ bene eis prior confidentia proceſſiſſet:cum aſſyriis congreſſi ſunt:eoſq; ualde perſecuti:eufratem traſmeare coegerunt. Zenes autem cum ipſo fortitudinis opere præbuiſſet effectum principatus accepit honorem:ut populum iudicaret:in quo ſcilicet.xl.annis conuerſatus eſt.

Quõ rurſus populus noſter annis.x.& octo ſeruierũt moabitis:& a quodam aoth noie ſeruitute priuatus ſit:eo principatum annis.lxxx.tenẽte. CAPI. .V.

HOc autem moriente:denuo res Iſrahelitarum ſine principe uexabantur. Et dum honorem deo non referrẽt:nec legibus obedirent:magis ac magis afflictionibus ſubiiciebãtur:ita ut Eglon rex Moabitarum deſpiciens inhoneſtam conuerſationem eorum:bellum eis inferre præſumeret:& multis eos prælis obtineret ac ſubderet:& omnem poteſtatem eorum prorſus humiliaret:eoſq; iuberet tributa perſoluere. Conſtituens autẽ ſibimet regnum in Hiericho nihil mali reliquit. quod populo non impoſuit:eoſq; ad inopiam perduxit annis octo & decem. Miſertus autem & deus in his quæ patiebantur:& eorum ſupplicationibus inclinatus:ab iniuria Moabitarum hoc modo eos eripuit. Quidam iuueniculus nomine Aoth de tribu Beniamin:ex patre Gera audaciaq; fortiſſimus:& corpore ad opera exercenda robuſtus:in leua manu maximam fortitudinem habens:cum in Hiericho habitaret:Eglon regi factus eſt notus muneribus eum placans:ita ut per hæc etiam cæteris qui erant circa regem carus exiſteret. Aliquando aũt cum duobus famulis munera regi ferens:latenter gladio in dextro fœmore ligato:introibat ad eum. Erat autẽ æſtatis tẽpus. Cũq; iam dies medius eẽt:regiæ quieſcebant cuſtodiæ:pp æſtũ cũctis ad prandia recedẽtibus. Cum ergo iuuẽculus Eglon munera ꝓbuiſſet:commoranti in quodã loco caloris temporibus oportuno:eius ſecretũ petiit. Aderant autem ſoli famuli regis. Cũq; rex famulos abire iuſſiſſet:& cum Aoth loquereturꝫ:& ſederet ſuper ſolium ſuum:& Aoth terror ingreſſus fuiſſet:nec eum fortiſſime percutere ualeret:relaturũ ſe ei ex dei precepto ſomnium dixit. Cum ergo ille lætus pro ſomnii recitatione de ſolio ſurrexiſſet:Aoth eũ i corde percuſſit:& gladiũ dereliquẽs egreſſus eſt clauſam ianuam derelinquens. Miniſtri uero quieſcebant:credentes regem i ſoporem

conuerſum. Aoth uero Hierichuntiis latenter hoc indicans:exortabatur eos ut ſuam defenderẽt libertatẽ. At illi gratiſſime hoc audiẽtes tubis utebant:mos enim eſt patrius his populum conuocari Miniſtri itaq; Eglon diu quæ ei contingerant ignorantes:cum iam adueſpaſceret:metuentes neqd ei inopinabiliter accidiſſet:in eius cubiculum ſunt ingreſſi:eũq; mortuum comperientes:in ſtuporẽ conuerſi ſunt:& anteq̃ ſua caſtra colligerent:Iſrahelitarum ſuper eos irruit multitudo. Et alii quidẽ repente perempti ſunt:alii in fugam uerſi tanq̃ in terra Moabitida liberandi. Erant autem perempto rum ultra.x.milia. Viri Iſrahelitæ uero præoccupantes Iordanis tranſitum:eorum multos interfece runt:& nullus eorum manus euaſit. Et hæbrei quidem hoc modo ab iſtorum ſeruitute priuati ſũt. Aoth uero ob hanc cauſam principatu honoratus a plebe:defunctus eſt:dum hãc poteſtatẽ .lxxx. te nuiſſet annis uirtutiq; etiã preter hanc cauſã maxima laude dignus exiſtens. Et poſt hunc Sanagar filius Anath electus ad principatum:qui primo anno uitam expleuit.

Quõ chananeis eos in ſeruitutẽ redigẽtibus p annos.xx. liberati ſũt p barachum & deborã:qui eorum principes fuerunt. CAP. VI.

IGitur iſrahelite calamitates quas paſſi fuerant:nõ colẽdo deũ:nec legibus eius obediẽ do:correptionẽ non aſſignantes deo:anteq̃ a moabitarũ ſeruitio reſpirarẽt:a rege cha naneoꝝ Iabint nomine ſubiugati ſunt. Hic aũt ortus qdẽ uidebat de ciuitate Aſeroth: quæ poſita ẽ ſuper paludẽ ſamachonitidẽ:habebatq; armatorũ.ccc. milia eqtũ.x.mi lia:& curruũ tria milia poſſidebat. In hac itaq; militia dux erat Syſara:apud regem ho nore primus. Qui ueniens ad Iſrahelitas:uehemẽter eos afflixit:ita ut tributa eis iponeret. Quæ.xx. quidẽ annis ſoluere paſſi ſũt:cum nec ipſi per infœlicitatẽ ſuam reſpicerent:& deus maiore tẽpore eos domare uellet:ppter eoꝝ iniurias & ingratitudines nimis iniuſtas. Decetero autẽ tẽperãtes a ma lis ſuis:& agnoſcẽtes has calamitates ſibi pro legũ cõtemptu ueniſſe:quandã prophetiſſam nomine Delboram:quod nomen hæbraica lingua ſignificat apim:rogauerunt ut depcaretur deũ:quatenus miſericordiam haberet eoꝝ:ne deſpiceret eos a chananeis oppreſſos. Deꝰ aũt ánuit eoꝝ ſaluti:& du cẽ elegit de tribu neptalim Barach:quod nomen corruſcationem hæbrea lingua ſignificat. Euocãs igitur cum Delbora iuſſit eligere iuuenũ.x. milia:& ad hoſtes procedere:præſumebat enim prædi cẽte deo & uictoriam promittente. Cunq; Barach dixiſſet:non ſe exercitum fore ducturum:niſi & illa quoq; una procederet:irata dixit. Tu quidem cedis mulieri dignitatem quam deus tibi contu lit:ego uero non refutabo. Et congregantes.x. milia uiros caſtrametati ſunt apud Thabor mõtem. Quibus Syſara rege præcipiẽte obuiã uenit:& nõ procul ab eis caſtra fixit. Iſrahelitæ uero & Barach obſtupeſcentes multitudinẽ hoſtium:cum de fuga iam cogitarẽt:Delbora retinebat eos:& ipſa die dimicare præcipiebat uictoreſq; eos deo auxiliante pollicebatur. Congreſſis ergo atq; permixtis:eis imber magnus influxit. Et quia nimia ſimul & grando & pluuia in faciem Chananæorum uerſa:& uentus eorum aſpectibus imminebat:ita obcecati ſunt:ut arcus eorũ & fundibulæ inutiles fierẽt:& armati propter frigus uti gladiis non ualerẽt:Iſrahelitas uero tempeſtas immiſſa:cum eis poſt terga eſſet:minus nocebat. Qui auxilio dei ſumebant ualde fiduciam:& hoſtes in medium circundantes: multos eorum interfecerunt. Et alii quidem ab Iſrahelitis extincti ſunt:alii uero excuſſi propriis ce ciderunt:ita ut etiam multi eorum conculcati curribus morerẽtur. Syſara uero exiliẽs de curru cum uideret fugam exercitus ſui factam:fugiens uenit ad quandam mulierem cenidelarum:nomine Ia lis. Quem rogantem ut celaret eum ſuſcepit:& petenti potum dedit lactis. Erat enim fatigatus. Et cum nimie b:biſſet:conuerſus in ſomnium eſt. illa uero dormienti ferreum clauum per tempus im miſit:& cum malleo percuſſum ad terram uſq; depoſuit:& hominibus Barach poſt paululum ueniẽ tibus eum oſtendit terra cum foſſum. Sic ergo uictoria conſtitit ſecundum ea quæ a Delbora dicta ſunt:ut per mulierem hic triumphus accideret. Barach autem agens exercitum ſuper Aſſur & obui am uenientem interemit. Iabin:& cadẽte principe ciuitatem uſq; ad fundamenta deiiciẽs princeps fuit per.xl. annos hæbreorum.

Quõ pugnãtes Amalechitæ cõtra Iſrahelitas uicerũt:eorũq; puinciã afflixerũt ãnis ſeptẽ quos liberauit dominus p Gedeon:q ſup populũ fuit ãnis quadraginta. CAPI. VII.

EOdẽ tempore moriẽte Barach & Delbora Madianitæ rogantes Amalechitas & Ara bes caſtrametati ſũt ſup Iſrahelitas:& congreſſos ſibimet uiros pugnãtes interemerũt eoſq; manibꝰ alligãtes cũcta deprædabant. Hoc autem facientibus illis per annos.vii. Iſrahelitarum populus per montana collectus eſt & campeſtria dereliquit:foueas quaſ dam & ſpeluncas facientes ut fugientes ab illis potuiſſent quodammodo liberari. Nã Madianitæ eſtatis tempore agentes exercitum:per hyemem Iſrahelitas colere terram permittebãt ut laborantes comprimere facillime poſſent. Erat igitur fames:& ciborum maxima difficultas. Tũc ergo conuerſi ad deum ꝑcibus hæbrei:ut eos eriperet exorabant. Gedeon aũt Iaſi filiꝰ de tribu Manaſſe paucos manipulos ſpicarum ferens:latenter eos terebat in torculari:cum metueret hoc publice in area facere propter hoſtes. Tunc uiſio apparuit ei in forma iuuenculi:dixitq; eum fœlicem & carum deo:hocq; eſſe maximum eius propiciationis indicium:eo q; tunc uteretur proprio torculari. Cũq; præciperet eum fiduciam habere & feſtinare:quatenus defenderet libertatem:ille hoc impoſſibile.

eē dicebat:quando tribus ex qua eſſe multitudine priuaretur:& puer eſſet ad tantarum rerum opus infirmior.Deus aūt quod deerat ſe impleturum eſſe dicebat:eoq; ducet Iſrahelitis ſe uictoriam præbiturum.Et cum hoc Gedeon quibuſdam iuuenibus enarraſſet:creditumq; fuiſſet eis:ac repente ad certamina decem milia uirorum uideretur præparatus exercitus aſtitit Gedeon per ſomnium deus imbecillem naturam hominum ſibi placere declarauit:& quæ eſſet fortitudine præcipua refutauit: ut uictoriam non ſibi:ſed deo proprie reputarent:tanq; ſi multo hoc dignoq; gereretur exercitu:& crederent:quia eius auxilio uictoriæ opus fuiſſet impletum:præcepitq; ut circa medium diem in ſolis ardore ad fluuium faceret uenirē exercitum:eoſq; qui inclinati biberēt magnanimos eſtimaret: qui uero cum feſtinatione turbatam biberent aquam:eos crederet hoſtium formidine detineri.Et cum gedeon ſecundum dei iuſſionem hoc adimpleſſet:trecenti uirī reperti ſunt: qui aquam manibus cum timore & turba lamberent:dixitq; deus:ut iſtos duces hoſtes adiret.Poſuerunt itaq; caſtra ſuper Iordanem die altera tranſituri.Et cum Gedeon cum timore conſiſteret quommodo ei prædictum fuerat:ut nocte hoſtes inuaderet:uolens eum deus a formidine reuocare:præcepit:ut ſumens unum militem iuxta tabernacula Madianitarum accederet:ab eis conſilium belli confidentiamq; ſumpturus.Obediens autem & ſumens propriam famulum nomine Phara:accedens ad quoddam tabernaculum:inuenit uigilantes in eo:& iuuēculum aliquem ſuo commilitoni ſomnium recitantem:ita ut Gedeon audiret.Erat enim huiuſmodi uiſio:quam dicebat:quaſi uidiſſet panem ordeaceum:qui pro uilitate ſua incomeſtibilis eſſet hominibus:per exercitū reuolutū regis apprehendiſſe tabernaculum necnon & cætera deieciſſe.Ille ergo uiſionem interitum exercitus ſignificare pronū cianit:dicens unde etiam hoc uideretur ei:omne inquit ſemen quod uocatur ordeaceum conſtat eſſe uiliſſimum:& inter omnem populum Iſrahelitæ uidentur abiecti uelut genus ordei & apud Iſrahelitas nunc Gedeon exultat & eius exercitus.Quod uero panem te uidere dixiſti:qui tabernacula noſtra uaſtauit:metuo ne deus contra nos Gedeon uictoriam condonet.Gedeon autem ſomnium audiens ſpem magnam habuit pariter & fiduciam:iuſſitq; ſuos armari:narrans eis etiam hoſtium uiſionem. illi uero in his quæ dicta fuerant præparati ſunt:& circa primam uigiliam Gedeon ſuū ducebat exercitum tripartite diuiſum:portabantq; cuncti uacuas pharetras & lampades ardentes:quatenus grauis hoſtibus uideretur inuaſio:& in dextra manu cornua ferebant:quibus pro tubis utebā tur.Multum itaq; locum hoſtium tenebat exercitus:habebantq; multitudinem camelorum:& ſecūdum gentium morem paſcentes in uno circuitu erant omnes.Hæbreis aūt prædictum fuerat:ut dū uenirent circa hoſtium caſtra:ſigno dato tubis canerent:pharetraſq; concutientes cum lampadib⁹ impetum facerent iubilantes:q; uictoriam deus Gedeon cōferret. Quod cum feciſſet:ſtupor comprehendit homines adhuc dormiētes:erat enim nox:& hoc deus fieri ita præceperat:ſuntq; perempti pauci quidem ab hoſtibus :plurimi uero a ſemetipſis:eo q; linguis propriis diſcordarent. Nam dum fuiſſent in turbam redacti:unuſquiſq; perimebat proximum :dum eum crederet inimicum:& facta eſt magna cædes.Fama uero uictoriæ Gedeonis ad Iſrahelitas perueniente:cuncti ſimul arma ſumpti ſunt perſequentes hoſtes:& comprehenderunt eos in quadam ualle ſcopulis ualde circundata: quam tranſire non poſſent:& circunſtantes occiderunt omnes:duoſq; ſimul reges Oreb & Zeb.Reliqui uero duces relictos milites colligentes:qui erant quaſi .viii.&.x.milia:caſtrametati ſunt multo procul ab Iſrahelitis.Gedeon aūt labore non feſſus:ſed perſequens cum omni exercitu:eiſq; congrediens fortes uniuerſos funditus interemit:& reliquos duces Zebin & Zarnon apprehendens captiuos duxit.Mortui ſunt aūt in ea pugna Madianitarum & Arabum qui eis ſolatia p̄buerunt quaſi cē tum uiginti milia:multaq; præda auri & argenti & ueſtium & camelorum :& ſub iugalium hæbraicæ tunc eſt collata uictoriæ.Gedeon aūt uadens in Effrē propriam regionem:occidit quoſq; madianitarum reges.Tribus aūt Effrem ex qua erat Gedeon eum grauiter ferret:q; cum ea minime dimicaſſet: exercitum ſuper eum feſtinabat inducere:quia eis non indicaſſet quando hoſtes inuaſerat. Gedeon uero cum eſſet humilis animo & omni uirtute ſummus:dicebat non ſe auctoritatis ſuæ cō filio præter eos contra hoſtes:ſed deo iubente pugnaſſe:uictoriam uero non minus eorum quā ſui laboris eſſe fatebatur.His ergo ſermonibus eorum mitigans iram:plus hæbreis profuit quam hoſtium præda:eoſq; a præcipicio inteſtinæ ſeditionis eripuit.Iniuriæ tamē huius pœnam illa tribus excepit:quam ſcilicet oportuno tempore declarabimus.Gedeon itaq; principatum ponere uolens:coactus retinuit illum annis iugiter.xl.populi iura diſponens & diuerſis ad eius iudicia concurrentibus:quæcunq; dixiſſet:firmiſſime omnia ſeruabantur. Qui cum ſenex defunctus fuiſſet:in Effrem regione ſepultus eſt.

Quō abimelech filius gedeonis ex concubina mortuo patre arripuit principatū:interfectis cūctis fratribus ſuis excepto uno:& de pœna quā exoluit p̄ fraterna cæde. CAP. VIII.

IS habuit quidē filios liberos .lxx.plures enim habebat uxores:unū aūt filium habuit ex cōcubia Droma noie Abimelech:qui poſt mortē patris pgēs i Syché ad cognatos ſuæ matris unde fuerat orta:& ſumēs ab eis pecunias:quoniā iniqtatū magnitudine uidebatur inſignis:cum eis ad paterna quoq; prædia regreſſus eſt:& oēs fratres occidit abſq; ſolo Ioatha.Hic.n.ſugæ bñficio ē liberat⁹.Abimelech aūt aſſūpta ty ránide dñm

ſe ꝑ legitimis filiis in his q̄ uellet facere declarauit:quod uehemẽter iuſticia p̄ſulibus erat acerbum. Igitur dū quodam tpe publica in Sychē feſtiuitas eẽt: cūctaq; illic multitudo conſiſteret:frater eius ioathā quē fugiſſe p̄diximus:aſcendens in montē Garizim qui Sicimoꝝ ſupeminet ciuitati:clamauit:& multitudine prebẽte ſilẽtium præcatur ut quod diceret libẽter audirẽt:factoq; ſilẽtio dixit:q̄ arbores facto ſui cōcilio:hũana uoce petiſſẽt ficũ:ut ſupra eas regnaret. Qua denegāte:eo q̄ honore fructus ꝓprii frueret:nec alium q̄rere deberet extraneũ:arbores rurſum cogitationē regni nō reliq̄rũt:uiſumq; eis eſt ut honorē uiti p̄berent. Sed & uitis electa hiſdē uerbis quibus ficus uſa reſpuit regnũ. Hoc ipſum faciẽtibus: & oliuis:rhamnus quā arbores petierāt ut regnũ ſumeret ſuper eas:hoc enim genus eſt inter ligna quod habet ignē ꝓferẽdi naturam:ꝓmiſit ſe regnũ ſuſcipere & ſi ſegniter impare:ita tamen ut ſub eius umbra requieſcerẽt. Si uero ei cōtraria forent:eius igne cōcremarent Hoc aũt iquit nō riſus cā dico:ſed quō multoꝝ bonorũ experti Gedeonis ea quæ nũc geruntꝰ deſpiciũt:uidentes Abimelech principē hi qui meos cũ eo fratres interemerũt:cũ utiq; nihil ab igne differat. Cũq; talia dixiſſet abſceſſit:& habitabat latenter in mõtibus ānis tribus:timẽs Abimelech. Hic poſt non multum tp̄s:Sycimitæ pœnitẽtiam agentes pro nece filiorum Gedeon:expulerunt ab urbe Abimelech pariter & a tribu. Ille ergo cogitabat affligere ciuitatem. Tempore aũt ſuperueniente uidemiæ:metuebant colligere fructũ:ne quid eis Abimelech faceret mali. Veniẽte uero ad eos quodam principe:Gaal noīe:cũ armatis cognatis ſuis:Sycimitæ querũt ſibi ab eo præberi munitionē: donec uidemias cōgregarẽt. Quo eoꝝ faciente petitionem:procedebãt ad opus ſuũ:& cũ eis Gaal ſuos ducebat armatos. Cũq; fructus fuiſſet cũ ſecuritate collectus:& per ſingulos choros Abimelech aperte iam p̄ſumerent blaſphemare:ſed & principes inſidiis loca circa ciuitatem apprehẽdẽtes:multos Abimelech latenter interfeciſſent:Zebul quidam princeps ſycimitaꝝ:cum eſſet extrãeus Abimelech eis quibus populum Gaal exacuebat:Abimelech miſſis nũciis indicauit:& monuit ut inſidias poneret ante urbem ſeq; ſuaſuꝝ Gaal ut egrederet de ciuitate:quo facto:irruere ſup eã deberet Abimelech & agere:ut in eo ſe defenderet:& deinceps populi ſibi amicitias copularet. Cũq; Abimelech in inſidiis reſediſſet:& Gaal incaute moraretur in ſuburbano:& cum eo Zebul uidẽs paulatim ordinatos accedere Gaal:ad Zebul ait inſiſtere ſibi uiros armatos. Quo reſpondẽte umbraculũ eſſe petrarum:cum magis appropinquaret:uerius hoc aſpectu conſiderãs:non umbrarũ eſſe:ſed uirorum dixit inſidias. Reſpondit ad eum Zebul:Nõne tu maliciam Abimelech accuſabas. Cur itaq; tuæ uirtutis magnitudinē nō oſtendis: & cũ eo pugna cōgrederis? Gaal ergo turbatus cōgreſſus eſt cum Abimelech:& ceciderũt equitũ aliqui de eis armatis:ipſe uero fugit in ciuitatem:ut alios euocaret. Et denuo Zebul egit:ut Gaal expelleretur ex urbe:accuſans eum quaſi cōtra milites Abimelech melior extitiſſet. Abimelech uero cognoſcẽs egreſſuros ad uindemiam denuo ſycimitas:loca circa urbẽ inſidiis occupauit. Quibus procedentibus:iam quidẽ ꝑs exercitus apprehẽdit portas:ut ciuibus auferret ingreſſum:alii uero diſperſos ĩteremerũt:& ubiq; cædes effecta eſt:& ciuitatẽ ad fundamẽtum uſq; ſubuertens:ſal quoq; ſuper eius ruinas ſeminãs:uictor abſceſſit. Omnes itaq; ſycimitæ hoc modo perempti ſunt. Quicunq; uero ꝑ prouinciam diſpſi pericula fugierũt:ſup quandam petram munitiſſimam cōgregati morabantur. Cũq; eam murare niterẽtur uoluntatẽ eoꝝ Abimelech prænoſcens:ſuper eos cũ exercitu uenit:collectiſq; de ſilua lignis:iuſſit ut hæc etiã exercitus faceret uniuerſus. Velociter autem ſaxo circundato lignis ſubiectis ex ignis: & flamma ſurgente:nullus ex eo ſaxo defugit:ſed una cum uxoribus & filiis ſunt extincti:uiri quidem circa mille & quingenti. Reliquam uero omnẽ multitudinem ſycimitarum:huiuſmodi calamitas ĩteremit. Quibus hæc afflictio nata eſt. eo q̄ ſuper uirum ſibimet utilem:eiuſq; genus mala talia protuliſſent. Abimelech aũt Iſrahelitas malis ſycimorum perterrẽs:præſumebat etiam maiora tentare:& nequaq̄ uiolentiæ ſuæ modũ imponere donec perderet uniuerſos. Veniebat ergo ad Thebes & ciuitatem quidem facto diſcurſu cœpit. Cũq; eſſet in ea maxima turris:in qua uniuerſi confugerant:obſidere hanc uolens:dum proxime ueniſſet ad murum:ſumẽs mulier quædam fragmẽtum molæ caput eius repẽte ꝓcuſſit. Quidem cecidiſſet ſaucius:armigerum rogauit:ut eum occideret:ne mors eius opus mulieris eſſe uideretur. Et ille quidem præceptũ fecit. Abimelech autem huiuſmodi pœna pro fraterna morte:& his quæ in ſycimitas præſumpſiſſe probabatur exoluit. Hæc ergo calamitas ſecundum diuinationē Iothan uidetur impleta. Exercitur uero qui cum Abimelech fuit eo cadente diſperſus diſceſſit ad propria.

¶ Quō iſrahelitæ reliquẽtes legẽ dei opprimunt ab Ammonitis:quos liberauit dominus ꝑ Iepte galaaditatem qui tenuit principatũ per ſex ānos. CAP. IX.

ISrahelitarum principatum poſt eum iair galatinus ex tribu Manaſſe percepit:uir & in aliis fœlix:& filios bonos habẽt. xxx. numeroꝝ & in equitatu preclaros & principatum ciuitatum Galadinarum habentes. Hic duo &. xx. annis obtinens principatum:ſenex defunctus eſt:& ſepulturam in Gamon Galadinorum ciuitate promeruit. Res equidẽ hæbreorum ad inhoneſtam uitam:& iniuriam dei legumq; ferebãtur. Quos Ammonitæ deſpicientes & Palæſtini:cum magno exercitu prouiciam deuaſtabãt:omnemq; regionẽ trãs Iordanem detinentes:reliqua comprimere præſumebant. Hæbrei uero malis afflicti: ad ſupplica-

tiones dei conuerſi ſunt:& ſacrificia celebrabant:rogantes eum ut placatus eorum precibus ab ira quieſceret. Deus uero placatus:eis ſuum conceſſit auxilium. Interea ammonitis caſtrametantibus in terra Galadinorum:prouinciales occurrerunt ad montem egentes duce. Erat autem quidam nomine Iepte:uir nomine paterno potens ad exercitum diſpenſandum quem ſub mercede poſcebant. Ad hũc ergo mittentes rogabant ut cum eis pugnaret:promittentes ut ei cuncto tempore principatum exercitus ſui concederent. Ille uero nequaq̃ precibus obediuit:culpans eos quod non ei præbuiſſent auxilium:dum in iuſticiam perpeſſus aperte fuiſſet a fratribus. Non enim conſanguineus eis erat:ſed peregrinus. Cuius utiq; matrem propter amoris ardorem filiis ſuperinduxerat pater. Ergo fratres expulerunt eum:deſpicientes eius infirmitatem. Et ob hoc in prouincia Galaditica morabatur:& omnes de longe ad ſe uenientes:ſub mercede propria retinebat. Illis uero ſupplicantibus atq; iurantibus:omnem ſe principatum eidem fore præbituros:tandem aliquando conſenſit:& uelociter diligentia rerum habita:in urbe Maſphat exercitu conſtituto:legationem miſit ad regem Ammonitarum:cauſam eius inuaſionis accuſans. Ille remittẽs:potius Iſrahelitarum accuſabat egreſſum ex ægypto:petebatq; ut ab Amorræo recederent:quaſi patrum eius a tempore antiquo fuiſſet. Cui reſpondens Iepte ait:q; irrationabiliter progenitores Iſrahelitarum de Amorræa culparet:ſed potius eis gratias agere deberet pro Ammonitide terra ſibi conceſſa:quia dum poſſibile fuiſſet ſecũdum Moyſi iuſſionem ut eam tollerent:iſti eos illic degere permiſiſſent:quam poſt annos trecẽtos dei auxilio reparauerant:ob quam rem pugnaturum ſe fore dixit. Et hæc quidem effatus. legatos abire dimiſit. Ipſe uero deum pro uictoria deprecatus:& ſactificium promittens:ut ſi uiuus reuerteretur quicquid ei prius occurreret immolaret. Cõgreſſus copioſe uicit:& occidens hoſtes perſecutus eſt uſq; ad Ammonitã ciuitatem. Et inde digreſſus in Ammonitem multas uaſtauit urbes:prædaq; collegit:& a ſeruitute domeſticos liberauit:quam decem & octo ſuſtinuerant annis. Reuerſus autẽ calamitatem incurrit:nullo modo priſcæ fœlicitati equalem. Nam eius filia unigenita & uirgo:tũc ei primitus cum uenerat occurrit. Qui grauiter ingemiſcens magnitudine tanti doloris afflictus:filiam ſibi obuiam ueniſſe culpabat:quam ſacrificandam deo deuouerat. Quæ tamen in illo caſu nõ doluit:pro patris uictoria & ciuium libertate moritura. Petit autem duos menſes ſibi concedi:ut iuuentutem ſuam cum ciuibus lamentaretur:& tunc uota perferat. Quo tempore tranſeunte:filiam pater immolauit:nec legitimum faciẽs holocauſtum:nec deo carum:non utiq; deliberans apud animum ſuum:qualis apud cæteros huius facti cauſa uideretur. Igitur cum tribus Effrem ſuper eũ exercitum niteretur inducere:eo q; bellum Ammonitarum eis non indicaſſet:ſed abſq; ipſis uoluiſſet p̃dam habere & gloriam:hoc ſatiſfaciebat dicens:eo q; primo quidem nõ eos latuiſſet cognatorum oppreſſio:ſed etiam uocati ad auxilium nõ ueniſſent:cum oportuiſſet eos ante preces occurrere. Deinde dicebat q; hoſtibus quidem iniuſte pugnantibus non præſumerẽt reſiſtere:poſtea uero cognatis inferre bella tentarent:& interminatus eſt:ſi non temperarent a talibus:deo auxiliante ab eis pœnas exigeret. Quibus dum ſatiſfieri non potuiſſet:ſed contra eum cum exercitu a Galatina terra uenientes pugnarent:amplum eorum dilatauit interitum:& perſequens fugiẽtes:& præoccupans exercitu præmiſſo uada Iordanis:pene quadraginta duo milia uirorum occidit. Ipſe uero cum principatum tenuiſſet ſex annis defunctus eſt:& ſepultus in Sebaſti patria ſua q̃ eſt in terra Galadina. Morĩente uero Iepte tenuit principatum Abſanis de tribu Iuda ciuitatis Bethleẽ. Hic filios habuit. lxxxx. maſculos:& reliquas uirgines quos omnes dimiſit uiuos:filias uiris tradẽs:& filiis dans uxores. Qui dum nihil geſſit in ſeptem annis ſermone & memoria dignum:in ſenectute defunctus eſt:& ſepulturam in patria ſua promeruit. Igitur Abſani moriente. neq; his qui poſt eum decem annis habuit principatum:nomine Chilon:de tribu Zabulon:aliquam egit uirtutem precipuam. Poſt hunc Abdon Hilonis filius de tribu Effraim ciuitate Pharathonitorum exiſtens principatum habuit:qui pro ſola eruditione poterat habere memoriam:nullumq; opus propter pacem rerumq; licentiam nec ipſe clarum exercuit. Hic autem filios habuit quadraginta:& alios ex eorum ſemine deſcendentes. xxx. erantq; ſimul omnes ſeptuaginta:equis exerciti. Quos omnes ſuperſtites dereliquens:ſenectute defunctus eſt:& opinabilem in Pharathuni promeruit ſepulturam. Hoc autem mortuo. Iſrahelitis Palæſtini preualuerunt:ita ut ab his per quadraginta annos tributa perciperent. aqua ſeruitute hoc modo liberati ſunt.

Prænũciatio natiuitatis Sãſon:& fortitudo ei⁹:& quãto⁹ malo⁹ auctor fuerit palæſtinis. CA. X.

Quidam Manue de tribu Dan: iter paucos egregius:& patriæ ſine dubio primus habuit uxorem pulcherrimam:& quæ inter centum comprouinciales fœminas eminebat. Et cum filios non haberet:grauiter ferens:deum pro cara ſucceſſione rogare cœpit: in ſuburbano ſuo in campo maximo frequenter aduenies cum uxore. Erat autem & nimius in uxoris amore:& ob hoc ſine temperatione zelus ipſius. Et quodam tempore cum mulier eſſet ſola:apparuit ei angelus dei pulchro iuueni ſimilis & procero: eiq; maſculum filium futurum dei prouidentia nunciauit:qui foret optimus:& fortitudine precipua clarus a quo crescente Palæſtinos comprimendos aſſeruit:monuitq; ut eius comæ minime tonderetur:nullum potum niſi aquæ deo præcipiente bibiturus. Et cum hæc dixiſſet:abſceſſit. Illa uero marito ueniẽti in-

dicauit angeli uisionē:& admirandi iuuénis pulchritudinem atq; proceritatem ita:ut ille zelatus in eius laudibus obstupesceret:& suspitionem quasi ex eius amore extraneo conceperit. At illa uolens irrationabilem eius tristiciam mitigare.rogauit deum:ut angelum denuo destinaret:quatenus maritus eius eum ispiceret. Et iterum per dei gratiam angelus uenit in suburbano illorum:& apparuit mulieri:uiro remoto. Quem rogabat:ut sustineret donec maritum adduceret permittenteq; angelo Manue uocatus uenit. Q ui cum uidisset nec tunc a suspitione cessauit:rogauitq;:ut quæcunq; uxori eius dixerat:illi;pariter declararet. Cunq; dixisset angelus:sufficere ut nosset illa quæ dixerat:rogabat eum:ut ei manifestaret quis esset:quatenus filio nato:gratias ei & munus offerrent. Illo uero dicente:q; nihil horum egeret:nec ob hanc causam futurum eis filium nunciaret:petiit:ut expectaret: quatenus ei aliquod munus offerret. Qui dum primitus non annuisset:postea eo precibus insistente concessit:ut aliquid ei dono daret. Tum Manue occidens hædum:eumq; coquendum uxori prebens:dum gestum hoc fuisset:præcepit ut poneret supra saxum & panes & carnes absq; uasis. Q uo facto:uirga quam tenebat angelus tetigit carnes:& igne protin⁹ emicante:carnes cum panibus sūt absumpti. Tunc angelus super fumum quasi in curru eis cælū ascendere uidebatur. Cunq; Manue metueret:ne quid ei propter uisionem dei proueniret aduersum:eū uxor ut confideret confortabat: & pro sua utilitate deum se uidisse fatebatur. Cum uero concepisset:custodiam habuit mandatorū: natumq; appellauerunt Samson:quod nomen significat robustum. Crescebatq; puer uelociter:& tā per abstinentiam: ciborumq; capillorum remissionem propheta iam futurus agnoscebat. Hic itaq; ueniens cum parentibus Thamna palæstinorum ciuitatem:dum celebraretur ibi festiuitas:uirginē prouincialium concupiuit:rogauitq; parentes ut ei puellam peterent in uxorem. Quibus negantibus:eo q; esset de aliena gente progenita:deumq; dicentibus ei nuptias ex hæbreis congruas præbiturum: uicit eius petitio ut ei uirgo despōsaretur. Dumq; frequenter ad eius parentes iret: occurrit leoni:& cum esset inermis:tenens eum manibus suffocauit:& in silua interiore extra uiam proiecit. Rursumq; dum iret ad puellam:inuenit agmen apum:fauum mellis ī leonis illius ore fecisse:& tollens exinde tres fauos mellis cum donis reliquis quæ portabat: puellæ contradidit. Cunq; Thamnitæ omnes essent in epulis nuptiarum:metuentes fortitudinem iuuenis: triginta circa eum pubertate præcelsos constituerunt:sermone quidem uelut socios futuros:opere uero custodes:ne quid uellet forte cōmittere conuiuiorum sacietate crescente. Cunq; in ludo consisterent:qualis solet tali tēpore prouenire:Samson ait. Proponam uobis parabolam:& si solueritis septem dieb⁹ propositam questionem:lineas singulas & stolas totidem propter honorē uestræ sapiētiæ:me dante pcipietis:& cū hac largitate gloriam quoq; & lucrum sapientiæ possidebitis. Illisq; petentibus ut diceret ait. Q ui cūcta uorat:cibum genuit de semetipso suauem:licet ipse nimis sit insuauis. Illis autem per tres dies questionem non ualentibus inuenire:& dicentibus puellæ ut a uiro cognoscens eis annūciaret:cui etiam minati sunt incendium:nisi hoc studeret implere. Samson puella rogante ut diceret:primum qdē restitit. Cunq; illa nimis insisteret & ad lachrymas peruenisset & indicium hoc osse quereretur q; eam Samson minus amaret:indicauit ei quēadmodum leonem interimeret:& qūo apes in ore eius inueniens:tres fauos mellis portasset ei. Et ille quidem nihil dolosum metuens omnia declarauit:illa uero sermonem hunc petentibus rursus exposuit. Septima uero die cum tps esset ut ꝓpositā exoluerēt questionem:anteq; sol occūberet conuenientes dixerunt:neq; a leone comprehensis quicq̄ in suauius esse:neq; dulcius utentibus melle. Quibus Samson respondit. Nec quicq̄ aliud muliere dolosius:quæ uobis idem exposuisset uerbum. Et illius quidem dedit quæcunq; promiserat:facta præda Aschalonitarum qui ei per iter occurrerunt:nam & isti palæstini sūt. Ille ergo nuptias refutauit: & puella quæ eum ꝓuocauit ad iracūdiam:duxit ei⁹ amicū. Pro qua iniuria exasperatus Samson deliberat ut palæstinos oēs cū ea affligeret. Cunq; esset tps estatis & fructus messiū preparatus appropinquaret:cōprehēdens trecentas uulpes:& caudis earū ligans ardētes lampades:dimisit in messes palæstinoꝝ:& hoc mō eoꝝ depopulatus est fructus. Palæstini uero scientes esse opus Samsō & causā pro qua talia ꝑpetrasset:miserunt principes in Thamna:uxorēq; eius cū parētibus suis interemerūt: tanq̄ qui mali huius auctores existerēt. Samson aūt cū multos in palæstinorum campestribus occidisset:habitabat in Etham:est enim saxum ualde munitū in tribu Iuda. Palæstini itaq; contra tribū Iuda castrametati sunt. Illis uero dicentibus:iniuste eis inferri supplicium ꝓpter delicta Samson:dū utiq; tributa ꝓsoluerēt:dixerūt ut si hoc nollent pati:Samson contraderent alligatum. Qui uolentes euadere:uenerūt ad saxum ubi Samson habitabat cū tribus milibus armatorum:& culpantibus eū pro his quæ contra Palæstinos uiros egerat:qui possent oī genere hæbreorum calamitates īferre rogabant ut descenderet:quatenus eum ditioni illorum contraderent: poscebantq; ut hoc spōte ꝓferret. Q ui cum iusiurandū accepisset:eo q; nihil ei plus fieret q̄ ut hostibus traderet:descendens de saxo:semetipsum contribulorum suoꝝ potestati contradidit:ubiq; eum duobus funibus alligantes ducebant ut traderent palæstinis. Et cum in quendam locum uenissent qui nunc maxilla nūcupat: pro fortitudine quæ in Samson uidebatur:cum nomen primitus non haberet:nō procul palæstinis castrametantibus & occurrentibus cum gaudio & clamore:tanq̄ ea quæ cupiebant desiderabiliter adimplessent:disrumpens uincula Samson:& arripiens asini maxillam quæ in præsenti iacebat in-

hoſtes inuectus eſt:& percutiens eos cum maxilla quaſi mille quidem peremit: alios uero turbatos in fugam uertit. Samſon igit plusq̃ oportebat exultans:non dei cooperatione credebat hoc factum: ſed ſuis uirtutibus aſcribebat:eo q̃ p maxillam alii quidem hoſtium ceciderunt:alii uero in fugam ſunt uerſi. Quem dum ſitis fortiſſima tenuiſſet:conſiderãs q̃ nihil eſt uirtus humana:dei cũcta eẽ teſtatus:rogabat ne pp hoc iraſcens eũ traderet inimicis:ſed ut potius illi auxilium in neceſſitate cõ ferret:& a malis eriperet. Cuius precibus miſertus deus:ſontem circa quãdam petram de aſini maxil la ſuauẽ copioſumq̃ pduxit. Inde Samſon ipſum locũ uocauit maxillam:& hactenus hoc noie nun cupat. Poſt hanc pugnam Samſon decipiẽs Palæſtinos uenit in Gazam:& in quodã diuerſorio mo rabat. Agnoſcentes ergo Gazæ principes eius p̃ſentiam fecerũt inſidias ante portã:ut egrediens non lateret. Samſon uero dum hoc cognouiſſet circa mediã noctẽ ſurgens:arripuit portas:ipſaſq̃ ſimul clauſuras & uectes:& alia eorũ ligna ſup humeros tollens:ea ſup montẽ hebrõ deferrens collocauit. His itaq̃ geſtis:trãſcẽdebat iã leges patrias:& edicta ppria relinq̃bat. mores imitando peregrinorũ q̃d ei initiũ mali fuit. Concupiſcẽs enĩ mulierẽ meretricẽ noie:Dalidã:apud palæſtinos habitãtẽ:cũ ea degebat. Vnde tunc iudices Palæſtinorũ uenientes ad eam:pmiſſiõibus aſtrinxerũt:ut a Samſon diſceret:quæ cã fortitudinis eius eſſet:p quam uinci non poſſet. Illa uero dum circa potum & hmõi conſuetudine eſſet conſtituta:& miraret eius actus:arctius agebat:ut agnoſceret:quẽadmodũ tanta uirtute precelleret. Samſon autem dum adhuc ſapientia fortis eſſet:fallebat eam dicẽs. Si ſeptem ui nearum palmitibus:qui adhuc flecti poſſunt:uinctus fuero:cunctis infirmior ero. Illa ergo tunc qui dem tacuit:poſtea uero indicans principibus palæſtinis:cælabat aliquos militum intra domum: & dormientem hæbreum:arctiſſime palmitibus alligauit:deinde excitãs:dixit inſiſtere aliquos ſuper eum. Ille ruptis palmitibus tanq̃ contra inimicos nitebatur inſurgere. Tunc mulier eo ſibi loquente grauiter ſe ferre dicebat:ſi propter incrudelitatem fauoris ſui & tanq̃ non celaturæ quod ei prode ret:nollet edicere ueritatem. Cunq̃ rogantem rurſus falleret dicens:ſeptem ſi funibus eſſet alligatus perderet fortitudinem:dum & hoc quoq̃ faciens:nihil geſſiſſet:tertio alligari comas ſuas dixit. Cũ uero neq̃ hoc uerax inuenitur nimium ſupplicanti:ad ultimum cum iam ei calamitas immineret: uolens præſtare Dalidæ ait. Mei deus curam habet:& eius prouidẽtia natus:hanc nutrio comam:iu bente deo ne tondeam:mea ſiquidem fortitudo in huius augmento eſt. Hoc illa cognoſcens:ab aſis crinibus eius:eum tradidit palæſtinis:cum iam non ualeret ab eorum ſe inuaſione defendere. Qui auferentes eis oculos:ligatum:circunduci undiq̃ fecerunt. Procedente uero tempore: coma Sam ſon creuit:& dum eſſet feſtiuitas publica: palæſtini principes atq̃ nobiles cum epularentur ſimul in fano:cuius edificium duæ columnæ portabant:adductus eſt ibi Samſon ad cõuiuium:ut ei omnes illuderent. Ille crudelius hoc arbitratus:eo q̃ ab iniuriis defendere ſe nequiuerit:puero ducenti ſe p ſuaſit:ut diceret eo q̃ poſt laborem requieſcere opus haberet:& eũ ad columnas reclinaret. Vbi dũ aduenieſſet:commouit eas:ſimulq̃ cuncta deſtruxit:ſubuerſiſq̃ cum fano columnis tria milia homi num ſunt extincta:inter quos & Samſon unã defunctus eſt:cum tenuiſſet pricipatum iſrahelitarum annis. xx. Dignum eſt igitur laudare uirtutem:& fortitudinem:& magnanimitatem huius uiri etiã circa mortem:& iram quam uſq̃ ad finem ſui contra hoſtes exercuit. Nam quod a muliere captus ẽt humanæ naturæ oportet aſcribi:q̃ eſt ad uitia facilis:uirtutis uero eius coronã memorabilia neceſ ſe eſt habere preconia. Cuius cognati ſumentes corpus ſepelierũt in Saraſa regiõe cũ cognatis eius.

Poſt mortem Samſon p̃fuit iſrahelitis Heli ſacerdos:& de Noemi uxore Elimelech:ſeu de Ruth Moabitide:quam duxit uxorem Boos:pater Obed patris Ieſſe:patris Dauid.

CAPI. XI.

POſt mortem Samſon: præfuit Iſrahelitis ſacerdos Hæli. Sub hoc prouinciam eorum appræhendente fame:Elimelech quidam de Betheleem ciuitate tribus iudæ famẽ ſerre non ualens:uxorem ſuam Noemi:& filios ex ea natos: Cellion & Mallion ſumens migrauit interram Moabitarũ. Dũq̃ ei cuncta bene procederent: filii ſui Moabitidas duxere uxores:Cellion quidem Orfã:Maliõ aũt Ruth. Tranſactis aũt annis. x. &. viii. Elimelech & filii eius in breui defuncti ſunt. Noemi amare ferens quod ei prouenerat: & deſolatio nem carorũ non ſuſtinens filiorũ propter quos & de patria ſua uidebatur egreſſa:rurſus reuertebatur ad Iudeam. Audierat enim q̃ iam proſpera de ipſa regione nũciarent. Cuius nurus deſeri ab ea non tolerabant:ſed nec ipſa refutando eas ſecum p̃ficiſci poterat euitare Et cum inſiſterent:optans fœli ciores nuptias eis:quam quibus fuerant iam priuatæ:& filios:aliaq̃ bona conferri:eas illic remanere poſcebat:nec cum ea debere p̃ficiſci:in rebus in cæteris & terram propriam deſerentes. Et Orfa qui dem manſit. Ruth autem cum ei a ſe recedere perſuadere non potuiſſet: ſociam ſibi duxit:ĩ omne qc quid emergeret. Veniente itaq̃ Ruth cũ ſocru in Betheleem:Boos elimelech cognatus ſuſcepit eas. Et cũ Noemi nomine ſuo uocarent ait illa. Iuſtius Mara me uocate. Significat enim lingua hæbrai ca Noemi quidem fœlicitatem:Mara doloré. Ruth interea tempore meſſis egreſſa eſt permittente ſocru:poſt:metentes ſpicas colligere:ut alimentum haberent:uenitq̃ in agrum Boos. Veniens autẽ poſt paululum Boos: uidenſq̃ puellam:de ea agri ſu præpoſitum requirebat. Ille uero dum iam ab ea primitus agnouiſſet:domino declarauit. Qui de fauore ſocrus atq̃ memoria mariti ſibimet copu lati gratias agens:& ei experimentum rerum bonarũ exoptans:ſpicas quidem eam colligere noluit

ſed metere q̃cq̃d poſſet ſibi portare ꝓmiſſit:p̃cipiens uillico ut nihil eam tollere ꝓhiberet:prandiũq; & potum ei p̃buit:dũ meſſores hora competẽti comederẽt. Ruth aũt tollẽs ab eo alphita ſocrui cõ ſeruauit:& ueſpe cũ ſpicis ad eã uenit. Seruauerat aũt ei Noemi ptes cibo⁹:quos ei uicini p̃buerãt. Narrauitq; & Ruth ea q̃ illi dixerat Boos. Cũq; illa indicaſſet q̃ cognatus eẽt:& ꝓp pietatẽ ei ſuam prouidentiã exhiberet:rurſus ſequẽtibus diebus egreſſa ẽ ad colligendas ſpicas cũ ancillis Boos. Ve niẽs aũt non poſt multos dies Boos cũ iam eẽt meſſis ordeacea maturata:ad areã ꝓpriã ibi dormie bat. Hoc cũ audiſſet Noemi:cogitabat quẽadmodũ cũ eo Ruth collocare poſſet. Iudicabat autem utile:ſi Boos Ruth haberet uxorẽ:aitq; puellæ ut circa pedes eius clã dormiret. Illa ergo dũ nephas eẽ iudicaret:ut ſocrus ſuæ iuſſioni reſiſteret:feſtinãs ad areã:tũc q̃dem latuit Boos ꝓfundiſſime dor miẽrẽ. Excitatus uero circa mediam noctẽ:requebat q̃ eẽt. Illa ſuũ nomẽ dicẽte:& petẽte ut tanq̃ do minus eam cubare ꝓmitteret:tunc eq̃dẽ q̃uit. Diluculo uero anteq̃ ad opus famuli mouerent:excitans eam iuſſit ut tollens ordei quantũ poſſet:properaret ad ſocrũ anteq̃ ibi dormiſſe uideretur ab aliquibus:dicens caſtitatẽ in talibus derogationibus eſſe ſeruandam:& maxim:e quãdo nihil perpe tratur aduerſum. De reliquis uero ſic ait. Eſt mihi ꝓximior genere qui te ducere poſſit uxorem:& ſi uoluerit neceſſariæ ſequeris illũ quo te repudiante coniugẽ:te ego ſecundũ leges habebo. Hæc illa ſocrui referẽte:ſecuritas eas tenuit:ſpẽ habẽtes q̃ pro eis Boos decetero cogitaret. Ille ergo iam me dia die ueniens in ciuitatem:& ſeniores colligẽs:mittens etiam uocauit Ruth atq; cognatum. Quo ueniente:Elimelech inquit:& filiorum eius hereditatẽ tenes· Illo confitente hãc ſibi proximitatis le ge competere:Boos ait. Ergo non ex media parte oportet legum habere memoriam:ſed ut ſecũdũ eas uniuerſa facias. Malionis enim uxor hic uenit:& ſi uis partem agri obtinere: oportet te & uxorẽ eius ſecũdum leges accipere. At ille Boos & hereditatem & uxorẽ ceſſit cum & ipſe cognatus eſſet defuncti:qui & uxorẽ habere dixit Senã & filios:Boos itaq; teſtificans ſeniores: iuſſit mulieri & eius calciamentum ſolueret ſecundum legem:& in faciem eius expueret. Quo facto :Boos Ruth duxit uxorem:eiſq; poſt annũ maſculus eſt filius procreatus:quem Noemi ſumens conſilio mulierum uo cauit Obed:eo q̃ in eius:ſeruitute nutriretur. Obed enim hæbraica lingua ſignificat ſeruiens. Porro Obed habuit filium ieſſe:ex quo natus ẽ Dauid :qui regnauit & principatum ſuis filiis p.xx. & unã generationes uirorum longo tempore dereliquit. Hæc quidem neceſſariæ quæ de Ruth geſta ſunt explanaui:oſtendere uolens dei potentiam:q̃ ei poſſibile eſt ad dignitatis culmẽ euehere quoſcũq; uoluerit:& qualẽ perduxit etiam Dauid:huiuſmodi ortũ initiis.

De ortu Samuelis prophetæ:qui prædixit cladem Iſraheliticam:filiorum Heli ſacerdotis perditionem. CAP. XII.

HAebrei itaq; Iebuſeorum afflictione prægrauati bellum rurſum ob huiuſmodi cauſã habuerunt cum ꝑalæſtinis. Heli ſacerdoti erãt filii duo:Ofni & Finees:circa homines iniurioſi:& circa diuinitatẽ ipii. nulliq; iniq̃tati parcebãt:& alia quidẽ numera ab obla turis propter honorẽ ſibimet ſequeſtrabant:alia uero rapinæ modo tollebãt:& mulie ribus religionis cauſa uenientibus contumelias inferebant:aliis quidem uiolentias:fa cientes aliis uero perſuadentes donis:nihilq; eorum uita & tyrannide peſſima differebat. Quorum pater grauiter hæc ferebat:ſed ut dicebat non corripiebat:populus autem quanto non ſperabat uẽturum dei ſuper eos fore ſupplicium:tanto uehementius gemiſcebat. Cunq; futuram cladem filio rum eius deus expoſuiſſet & Heli & Samuel qui illo tempore puer erat:tunc palam ſuper filius habu it luctum:Volo itaq; primitus de propheta loqui:& poſtea de Heli filius enarrare:necnon & infœli citatis caſum:quem habuit populus hæbreorum Helchana uir leuita inter medios ciues Effrẽ fortis exiſtens:& Ramatha inhabitans ciuitatem:duas uxores duxit Annam & Fenennam:ex qua etiã ei filii ſunt progeniti. Qui tamen Annam cum eſſet ſine filiis diligebat. Veniente ergo cũ ſuis cõiugibus Helchana in ciuitatem Sylo:ubi erat dei tabernaculũ conſtitutum ſicut prædiximus:dum ea rum uir per epulas uxoribus & filiis diſtribueret partes:Anna reſpiciens alterius mulieris filios circa matrem ſuam:deſcendit ad lachrymas:eo q̃ non habuerit filios:& magna ſollicitudine ingemiſce bat:dumq; conſolatione uiri contriſtari prohiberetur:uenit ad tabernaculum rogans deum:ut ei ſo bolem concederet:filiiq; faceret eſſe matrem:uotum uouens:ut primogenitum ſuum miniſtratu rum deo dicaret:nec eum ſimilem cum priuatis hominibus uictum habere permitteret. Et dum in orationibus multo tempore moraretur:Heli ſacerdos ſedens ante tabernaculum:uelut ebriam ab ire præcepit. At illa dum nuſq̃ ſe bibere fatereturnec ebriam eſſe:ſed propter ſterilitatem filiorũ affli cta rogaſſet deum fiduciam eam exhortabatur habere:deum ei filium donaturum eſſe promittens. Cũ bona itaq; ſpe ueniens ad maritum:cibum laſſa præcepit:& reuertentibus eam in patriam:conce pit & peperit filium quem appellauerunt nomie Samuel: quaſi a deo poſtulatum. Quibus uenientí bus. ut ꝓ natiuitate filli hoſtias imolarẽt:& decias offerrẽt:recordata mulier orationis ſuæ & ꝓmiſ ſionis quam de filio uouerat deo tradidit eũ Heli dicatũ deo futuræ ꝓphetæ:creſcebatq; eius coma: & potus eius erat aq̃. Et Samuel quidem nutritus in templo cõmorabat:Helchanæ autem ex anna alii filii:& tres filiæ progenitæ ſunt. Porro Samuel pleno iam anno duodecimo ꝓphetauit. Quem quodam tempore dormientem:nominatim deus uocauit. Ille uero putans ſe a ſacerdote uocatum:

uenit ad eum. Sacerdote uero ducente eum ſe non uocaſſe: tertio deūs hoc fecit. Quod dū Heli cognouiſſet: dixit ad eū. Primo quidem Samuel ſilui: nūc aūt dico tibi deum qui uocat: & nota quæ dicat. Cūq; deus iterum locutus fuiſſet audiens petit: ut quæ uellet præciperet: in nullo eius miniſteriū dilaturus. Cui deus: quō inquit ades cognoſce cladem futurā Iſrahelitis omni narratione: & crudelitate maiorem: & Heli filios una die morituros: & ſacerdotiū a domo Heli eſſe migrādū. Heli nāq; plus ſuos filios etiam contra eoꝝ utilitatē elegit diligere: q̄ mihi placere. Cūq; iureiurando cogeret Heli pphetam Samuelem: ut hæc ei indicaret: nolebat enim eū contriſtare Samuel de tali ſermone tamen eo dicente: certiorem magis habuit expectationē de eoꝝ pditione. Samuel aūt magis ac magis gloria augebatur: cum utiq; quæcūq; prophetabat: probarētur eſſe ueratia:

Q ūo filii Iſrahel pugnātes cum Palæſtinis ceſi ſūt: filii Heli ſacerdotis ī bello pereūt: arca dei capta abducit: ipſe ſacerdos cōpto qđ factū ē: de ſella corruēs: mortuus ē: cū tenuiſſet pricipatū quadraginta annis. Cōtinet hic liber tēpus ānoꝝ quadringētoꝝ ſeptuaginta ſex. ¶ CAPI. XIII.

EO itaq; tēpore paleſtini caſtra mouerūt ſuper Iſrahelitas: circa ciuitatē Afech: leuiterq; hoc iſrahelitis ferētibus ad potiora uenerūt. Vicerūt Palæſtini: & occiderūt hebræoꝝ uſq; ad tria milia: reliquā uero multitudinem uſq; ad caſtra propria perſecuti ſunt. De ſumma ergo pditione formidantes hebræi: miſerūt ad ſeniores & pontifices: ut arcam dei deferret: quæ præſente cōgreſſi hoſtibus prævalerēt: ignorātes qūo maior eſſet ab arca: qui eis calamitatem inferre decreuerat. Aderatq; arca pariter & pontificis filii: quibus præceperat pater: ut ſi capta arca uiuere uoluiſſent: ad eius faciem non uenirent. Finees enim iam ſacerdotii fungebatur officio patre hoc propter ſenectutem ſibi permittente. Quo facto: ſecuritas data eſt multa nimis hebræis tanquam per aduentum arcæ poſſent hoſtibus prævalere. Inimici uero ſtupeſcebant iſrahelitas. metuentes arcæ præſentiam: ſed utriq; parti non ſicut putabant acceſſit. Facta nanq; congreſſione uictoria: quam hebræi ſperabant palæſtinis allegata eſt: & perditionem quam illi metuebant: ſuſcipientes hebræi cognouerunt fruſtra ſe habuiſſe in arca fiduciam. Repente nāq; in manibus hoſtium deuenerunt: & amiſerunt uſq; ad triginta milia uirorum: inter quos ceciderūt quoq; filii ſacerdotis: & arca ab hoſte ablata eſt. Nuntiata uero perditione in Silo & arcæ captiuitate p quendam iuuenculum Beniamiten qui iterfuerat bello: cūcta ciuitas luctu repleta eſt. Porro Heli ſacerdos ſedebat ad portas in altiori ſede: & audiens ciuitatis plāctum atq; putans aliquid noui circa ſuos effectum: euocato iuuene dum agnouiſſet ea quæ in bello fuerant geſta de filiis & aliis quæ de exercitu pariter dicebantur: leuiter habuit tanquam per deū preſcius futurorum: quādo uel de ea mala confundunt quæ præter ſpem repente ꝓueniūt. Cum uero etiā arcā audiſſet ab hoſtibus captā: dolore turbatus eo ꝙ ei ꝓter ſpem tātum omnē acceſſerat: ruēs de ſede defunctus: ē: dū octo & nonaginta uixiſſet ānos: quoꝝ quadraginta tenuerat principatum. Ea itaq; die defuncta eſt & cō iunx Finees eius filii: dum poſt occaſum mariti nequaq; uiuere toleraſſet. Cui pregnāti nunciatus eſt luctus uiri. pepit aūt filium ſeptē menſium: quē Iccaboth appellauerat qđ nomen deſignat īgloriū: eo ꝙ illo tēpore exercitui huiuſmodi deformitas acceſſit. Habuit aūt pricipatū prim⁹ Heli ex domo Ithamar: qui fuit unus filioꝝ Aaron. Nā primitus de domo Eleazari ſacerdotis erāt: ex quo honorē filius a patre ꝓcipiebat: & Heli Finees filio ſuo tradidit. Poſt quē Abizer eius filius hūc honorem accepit: quem Bozi ſuo filio dereliquit. Cui rurſū Ozi filius ſucceſſit ſuus: & poſt hūc Heli tenuit ſacerdotium: de quo nunc nobis ſermo eſt habitus: cuiuſ genus uſq; ad tēpora imperii ſalomonis hoc habuit: tunc enim ſacrdotium ex domo eleazari denuo receperunt.

¶ Continet hic liber tempus annorum trigintaduorum.

¶ Incipit liber. vi. antiquitatum.

Interitus palæſtinorum & terræ eorum: per iram dei propter arcam quæ ab eis fuerat capta: & quē admodum eam remiſerunt ad hebræos. ¶ CAPI. I.

IGitur tenētes palæſtini captiuā ſuorum hoſtium arcā: ſicut dudū ꝓdiximus in ciuitatem Azotum portauerunt eam: & apud deum ſuū Dagon quaſi tropheū aliquod poſuerunt. Sequenti uero die diluculo īgreſſi templū ut deum ſolēniter adorarent inueniret deum ſuum circa arcam iacentē: iacebat enim euulſus de baſe ſua in qua ſtaturus eſſe uidebatur: quē denuo eleuantes ſtatuerūt: grauiter de eius caſu dolentes. cunq; frequenter uenientes Dagon inuenirent iacētē & arcā ſimiliter adorātē: in āguſtia & cōfuſiōe grauiſſima cōſtituti ſunt. Nouiſſime Azotoꝝ ciuitatē atq; ꝓuiciā diuinitus peſtis iuaſit. Moriebāt enī crudeli paſſione diſſentire & ātēq; uelox eius iteritus ꝓueniret ārēq; animæ bona reſoluerētur a corpore: inteſtina eorum corrupta corporis putredine ferebantur. prouinciam uero coſurgens multitudo murium deuaſtabat: ita ut neq; arboribus neq; fructibus abſtineret. Dūq; in his malis Azoti tenerentur & reſiſtere calamitati nō poſſent: intellexerunt hāc ſibi cladē propter arcā domini prouenīſſe: uictoriamq; eius non ſibi pro bono fuiſſe. Miſerunt ergo ad aſcalonitas: petentes: ut arcam domini ipſi ſuſciperent. Quibus Azotoꝝ ſupplicatio nō erat ingrata: ſed eis quodammodo gratias retulerunt: ar-

cā uero ꝓcipiētes:in maris ſimilibus cōſtituti ſūt. Secūdū paſſiōes nāq; Azotoꝝ:paſſionis Aſcaloni-
ꝝ arca deuexit. Quā denuo ad alios Aſcalonitæ miſerūt:ſed neq; apud illos mānſit. Nā cū & ipſi hiſ-
dē paſſiōibus turbarēt:eā uicinis ciuitatibus tradiderūt. Et iſto mō arca ciuitates Palæſtinoꝝ qnq;
trānſiuit:q̄ſi ꝑdā quādā exigēs:paſſiōibus ſingulas ciuitates quaſſans. Deſpati uero malis hi qui iam
uidebant expti:& dū audiētibus hæc nota fierēt:nec areā ulterius aliqui ſuſcipere uellēt:huiuſmodi
ꝝmūnēte mercede:ad ultimū cogitabāt quēadmodū ea carere poſſēt:cōueniēteſq; qnq; urbium pri
cipes:Geth & Accarō:& Aſcalō necnō & Gazeæ:& Azoti:tractabāt:qđ fieri cōueniret. Et primū qui
dē placuit:ut arca remitteret ad ſuos:cum deus eā ꝑprius uindicaret:& ob hoc peſtes illis inferret ur-
beſq; uaſtaret. Erāt aūt q dicerēt hoc eqdē fieri non debere nec falli:ut arcæ paſſionū cauſas aſcrībe-
rent cum ei ptās huiuſmodi aut forritudo non eſſet:quando ſi habuiſſet deus curam eius:nequaquā
tradita fuiſſet hoſtibus:ſed quieſcēdū:& cām hāꝝ paſſionum dicebant leuiter tolerādam:qđ utiq; nō
deberent niſi ſolūmō reputare naturæ:q̄ corporibus: & terræ & arboribus:& omnibus q̄ ex ea conſi
ſtūt:p:tēpoꝝ caſus huiuſmōi mutatiōes ſgenerat. Prædictas itaq; ſententias cōſilia uiroꝝ qui priſcis
tēporibus itellectu ꝑcedebāt atq; prudētiā ſupabāt:& maxīe quando in rebus ſuadere cōgrua uide
bant:neq; remittēdā arcā:neq; retinēdā eſſe dicebant: ſed quiq; ſimulacra aurea pro unāq; ciuitate
dedicāda deo ꝑ gratiaꝝ actione:quomodo eoꝝ ſaluti ꝑuiderit:eoſq; uiuere fecerit:& paſſiōib⁹ qb⁹
preualere nō poterāt liberaret:totidēq; aureos anulos & mures q eoꝝ regionū depaſti fuerant atq;
corrupāt:& hæc in loculū eſſe mittēda & ſup arcā ponēda:faciēdūq; uehiculum nouū:& boues quī
nup genuerāt eſſe iūgēdas:quaꝝ partus claudēdos ac retinendos:ne ſequentes matres impedirent:
ſed ut eoꝝ deſiderio celerrimū potius iter facerēt:tunc illas depulſas portanteſq; arcā in triuio deſe-
rendas:eiſq; cōmittēdū quā uellēt agere uiā:& ſiquidem ad hebræos irēt: & eoꝝ regionē aſcende-
rent:arcā arbitrandū cām fuiſſe paſſionū:ſi uero alibi fortuitu ꝑpetarēt:reuocandam eſſe dicebant:
& cognoſcerēt:eo ꝙ arca nullā uideret habere uirtutē. Hæc itaq; recte ſe habere iudicantes repente
fieri decreuerunt. Agētes aūt ea q̄ ſunt ꝑdicta uehiculū cū bobus deduxerūt in triuium:illudq; relin
quentes ibidē ſeceſſerūt. Bobus aūt recta uia uelut quodā ductore ꝑcedēte ꝑgentibus palæſtinorū
principes ſequebantur:quo ſtarēt:aut quo uenirēt uolētes agnoſcere. Eſt aūt quidā uicus in tribu
Iuda:noīe Bethſamis:in quo uenerūt boues. Cunq; in campū maximū deueniſſent:ulterius accede
re ceſſauerunt:ſtatuenteſq; illic uehiculum:gratū miraculum habitatoribus uici illius præbuerunt.
Aeſtatis nanq; tempus erat:dū oēs in agris eſſent ꝑ collegendis fructibus. Cū autē uidiſſent arcam
delectatione rapti:& opus manuū relinquētes:repente cucurrerunt ad eā:& deponētes arcā & uas
in quo erant recōdita ſimulacra ſimul & mures poſuerunt ſuper quandam petrā q̄ erat in campo:&
mox īmolantes deo:& uehiculum ſimul & boues holocauſtum offerētes ꝑiter epulati ſunt. Hæc ui-
dentes Palæſtinorum iudices:ad propria ſunt reuerſi. Ira uero atq; indignatio dei. lxx. uiros Bethſa-
mitis:& quinquaginta milia plebis occidit:eo ꝙ nō fuiſſent digni arcā cōtingere: ꝙ nec ſacerdotes
erāt q ad eā acceſſerāt interemit. Quos talia patientes fleuerunt ſui prouiciales:& luctum in eis leua
uerunt:qualē potuiſſent habere pro malo diuinitus miſſo:ſuūq; mortuum unuſquiſq; lugebat & in-
dignos ſe iudicantes ut apud eos conſiſteret:mittentes ad omnes hebræos iudicauerunt arcā a palæ
ſtinis fuiſſe reuocatā. Qui cognoſcentes hoc:reportauerunt eam in Cariathiarim:proximā ciuitatē
Bethſamitaꝝ ubi in domū cuiuſdā leuite Amminadab noīe:q uidebat eſſe iuſtus & uita & religio-
ſus arcam introduxerunt:uelut in loco deo digno:in quo habitaret uir iuſtus. Miniſtrabant enim ar
cæ eius filii:& huic curæ annis. xx. præfuerunt. Tantis enim tēporibus fuit ī Cariathiarim dum apud
palæſtinos menſibus. vii. habitaſſet.

Quemadmodum Palæſtinorum exercitus ſuper eos uenerit:& de uictoria hebræorum:quam du-
catu Samuelis prophetæ adepti ſunt. CAPI. II.

VMq; oīs populus illo tēpoore quo ciuitas Cariathiarim habuerat arcā in orationib⁹
& ſacrificiis dei deditus eſſe uideretur: & maximum circa eam religionis exiberet offi-
cium:Samuel ꝓpheta uidēs fiduciam eoꝝ quaſi oportunū eſſet ut talibus loqueret de
libertate & bonis eius ſecit alloqum:ſecūdū ꝙ credebat eoꝝ mētibus eſſe gratū & ait.
O uiri qbus adhuc hoſtes ſūt grauiſſimi Palæſtini:& deus iā incipiens:eſſe propitius &
amicus: nō ſolū cōcupiſcēda libertas eſt:ſed etiā facienda ꝑ q̄ uobis ei⁹ bona ꝓueniat. Nō enī optare
debetis ab hominibus liberari:& agere ꝑ qbus potius ſeruiatis:ſed eſtote iuſti:& malitiā depellētes
ab aīabus ueſtris:eaſq; purgātes totis mētibus inuitare deū:eūq; bonis actibus honorate. Hæc enim
uobis facientibus bona ꝓuenient:ſeruituſq; fugabitur:& de hoſtibus repente triūphus afferet quem
ꝑmereri nō poteritis armis:nō robore corporum:nō multitudine populoꝝ. Non enim malis deus
promittit ſe talia ꝑbituꝝ:ſed bonis exiſtētibus atq; iuſtis. Ego autem uobis digna gerētibus:huiuſ-
modi ꝑmiſſorum aſtipulator adero. Cūq; dixiſſet hæc:uniuerſus populus ei fauit:& eius exhortatōe
gauiſus eſt:ſimul & annuerunt omnes obedire deo. Quo facto congregauit eos Samuel in quadam
ciuitate quæ uocatur Maſphat:qđ nomen deorſum inſpicere hæbraica lingua ſignificat. Hic hauri-
entes aquam imolauerunt deo:& tota die ieiunātes in orationibus conuerſati ſunt. Qui tamē ibidē
cōgregati:Palæſtinos minime latuerūt. Nā cognſcētes cōuētū eorum:magno exercitu atq; uirtutes

ut non ſuſpicantibus bellū & imprepatis iferrēt hæbreis aggreſſi ſunt. Illōs aūt hoc ualde terruit: & ad tumultum formidinēq; pduxit: & recurrētes ad Samuel aīas ſuas corruiſſe & morti ꝓximas iam perditione dicebāt. Et ꝓpterea quieſcēdū: nec uirtutē hoſtiū commouendā: quando nobis te duce ad orationes & ſacrificia & iuramēta uenientibus: ſup nudos & inermes caſtrametati ſunt inimici. Spes ergo nobis alia nulla ſalutis eſt: niſi per te exoretur deus: ut euadere nobis conceſſerit Palæſtinos. At ille & fiduciam habēdam dixit: & deū allaturum eis adiutoriū ꝓmiſit. Et ſumens lactantem agnum ſacrificauit pro populo. rogauitq; deum ut eos contra Palæſtinorū bellū ſua dextra tueret: nec eos perituros deſpiceret: qui ſecundo iam uidebantur afflicti. Exaudiuit itaq; deus orationes hoſtiaſq; placitas: & auxiliatrici mente ſuſcipiens: annuit eis uictoriam & potentiam conferendā. Dūq; adhuc eſſet ſuper altare dei ſacrificium poſitum: & nondū ſacra fuiſſet flamma conſumptum: proceſſit e caſtris hoſtium multitudo: & acie conſtitit ad pugnandum: tanquam ſpe multa uictoriæ. Dum ntiq; Iudæi in anguſtia uiderentur incluſi: quando nec arma haberent: nec ad pugnandum ibidem cōcurriſſent. Inciderant enim iopinate in rebus talibus: quæ etiā ſin prædictæ fuiſſent: nō facile congregarent. Palæſtinis igit primū deus terram mouit eamq; tremere fecit: & eis ambiguam demonſtrauit: ita ut ex eis baſis ſubtrahi uideret: & ſciſſa in diuerſis aptiōibus ſorberet. Deinde tonitruis cōcrepantibus: & igneis corruſcationibus longe micantibus: uelut incendens eoꝝ uultus nimis eos afflecit: & ex eoꝝ manibus arma diripiens: nudos in fugam uertit. Quo facto: Samuel eos cum multitudine pſecutus ē: & plurimos interfecit: pſecutuſq; uſq; ad locū quēdā qui uocat Correon: ibi lapidē fixit: uelut terminū uictoriæ & hoſtiū fugæ: eūq; lapidem fortitudinē appellauit: quaſi eis ſignum eſſet diuini ſolatii cōtra hoſtes adhibiti. Inimici uero poſt illam plagam nequaq; ſup Iſrahelitas egreſſi ſunt: ſed timore & memoria reꝝ quæ ſuper eos acciderant qeſcebant. Fiducia ſiqdē quæ dudum fuerat Paleſtinis aduerſus Hæbreos: poſt hāc uictoriā facta eſt Hæbreorū. Porro Samuel ſup eos caſtra ducens: pemit multos eorūq; ſupbiam ad nihil deduxit & abſtulit regionē illam: quā primitus uictis Iudæis rapuerūt. Hæc aūte erat uſq; ad ciuitatē Accaron: a finibus Geth extenſa. igit illo tempore inter Iſrahelitas & reliquos Chananæos frequēter agebantur bella: deoq; pro obſeruātia legū ꝓpicio: Iudæi ſupauerunt Chananæos. Propterea uero Samuel diſpoſito populo: eiſq; reddita ciuitate in ea eos cōuenire præcepit: ut de diuerſis actibus adinuicem diſceptarent: ipſe uero ſemel in anno circūiens ciuitates iudicabat: & multo tempore equitate omnia expleuit.

Q d Samuel cum pp ſenectutē eēt infirmus: ſuos filios res diſpēſandas inſtituit. CAPI. III.

DEinde ſenectute grauatus: & agere ſolēnia ꝓpeditus: filiis ſuis populi tribuit pricipatū: quoꝝ ſenior qdem dicebat Iochel: iunior aūt Abia. Præpoſuit aūt aliū qdē i Bethleē ciuitate: ut illic ſederet & iudicaret: altū uero in Berſabeæ diuidens populū q eoꝝ iudiciis obedirent. Iſti ſiqdem facti ſūt exēplū & indiciū manifeſtū cuiuſdā: ne ſimiles parētib⁹ ſuis filii exiſteret: ſed ut boni qdē & moderati ex malis: & mali ꝓducerent ex bōis. Nā & patris ſui ſtudiū non recordantes: ſed uiā contrariā ambulantes: & munerib⁹ turbibuſq; lucris iuſtitiā cōprimebāt: & iudicia non uera. ſed ſecūdū præmia proferebant & ad epulas ꝓciosaq; conuiuia declinantes: primū qdem: quæ erant inimica deo gerebant: ſecundo aūt patri uidebant aduerſi: q multo ſtudio ac prouidentia geſſerat: ut etiā plebs ſciret ſeruare iuſticiam. Populus itaq; dum contumeliam priori conuerſationi prophetæ filii facerēt: grauiter hoc ferens ad patrē denuo remeauit: qui in Ramatha ciuitate cōmorabatur: eiq; iniuſtitias filiorum oēs expoſuit: & qūo cū ſenex eſſet: & a tēpore iam defectus rebus præeſſe non poterat: ſupplicabant ei: atq; rogabant: ut aliquem eoꝝ regē eligeret: q & pricipatū gēt⁹ héret & Palæſtios affligeret: q eis erant prioris iniuſtitiæ debitores.

Quod dū illi principatū bñ non regerēt: populus per iram petiuit regem. CAPI. IIII.

HAec ergo uerba concuſſerūt Samuel propter inſertā ei iuſtitiā: & odiū circa reges. Optimam enim illius tunc conuerſationis electionē deus ualde diligebat q dū eēt ſancta beatos etiā ciues uentes ſe faciebat: nimiaq; cogitatiōe afflictus. his dictis neq; cibi memoriā habuit: neq; ſomni: ſed facta nocte reꝝ cogitatiōes euoluēs ſine ſopore pmāſit: Cūq; talia cogitaret: apparuit ei diuinitas: eūq; cōſolata ē dicēs: ne ꝑ petitiōe populi deberet affligi: q ſi nō in illo ſupbi fuerint: ſed magis in ſe: ne ſolus ſup eos ipſe regnaret: & hæc opa ex quo egreſſi ſūt ab ægypto molitos: non tamē poſt multū tēpus eos grauiſſimā eē pœnitentiā habituros: ꝑ quam nihil eqdē qđ geſtū fuerit: ineffectū erit. Arguent aūt eē contēptores: & cōſilia nō pacifica circa me: & circa tuā ꝓphetiā habuiſſe. Præcipio ergo tibi ut eis ordines quēcūq; monſtrauero regem prædices tamen eis: quales erunt: & quæ ſub rege mala paſſuri ſint: poſtea qualem mutationem habere feſtinant. Hæc Samuel cum audiſſet: mox die facto conuocatis Iudæis: ait daturum ſe eis regem: ſed primitus quidem narrare eis debere: quæ illis eſſent futura per reges: & quibus forent afflictionibus atterendi. Scitote inquit: q primum quidem filios ueſtros auferrent: & alios quidem curruum agitatores eſſe iubebunt: alios uero equites & armigeros: & præcurſores: alios millenarios: & centenarios: facientq; alios armorum artifices: & opifices curruum: & inſtrumentorum fabros: & agrorum ſuorum cultores: uinearumq; foſſores: & nihil erit in quo non obediant his quæ iubētur: ſeruientes ad ſimilitudinem eorum qui pretio comperantur in plebe. Sed & filias ueſtras inquit

unguentarias habebunt & conquæſtrias & molarias:efficientq; omne opus ſub neceſſitate:quaſi Samuele plagas metuentes & uerbera. Sed & ueſtras poſſeſſiones auferent:& eas Eunuchis ſuis & armigeris condonabunt:& iumentorum greges eis diſtribuent. Et ut breuiter ſit dicẽdũ ſeruietis cũ omnibus ueſtris regi ſimiles ſeruo⁹ eius effecti:ho⁹q; ſermonum memoriã tũc habebitis: quãdo hæc paſſi fueritis & pœnitentiã ducti rogaueritis deũ ut ueſtri miſereat: & dõet a regali onere uelociſſimam libertatẽ:q ueſtras nõ ſuſcipiet ꝓces:ſed eas reſpuẽs ueſtras ſinet:ut malo⁹ cõſilio⁹ tormenta ſuſtineatis. Erat aũt populus in hac prophetia futura⁹ re⁹ ualde ſatuus & difficilis:ut conſiliũ qd'ſe mel in mẽte collocarat expleret. Nam neq; audiẽtes talia ſunt cõuerſi:neq; eiſdẽ ſermonibus eos ꝓpheta pterruit:ſed magis uehemẽter inſtabant & regẽ ſibi ordinari nimie poſtulabãt:nec cogitãdũ de uẽturo eſſe cẽſebant: ſed fore neceſſariũ ſecũ ꝓ afflictione inimico⁹ habere pugnaturum regem: quando nulla prouinciarum in tali conuerſatione ſine rege conſiſteret. Videns autem eos Samuel nec in his quæ fuerant prædicta converſos:ſed potius imminentes ait. Nũc equidem ad propria ſinguli quique recedite:oportune uero uos euocabo:dum quẽ uobis daturus ſum regem a deo cogno uero. Erat igitur quidam de tribu Beniamin uir nobilis moribus & laudabilis nomine. Cis Huius erat filius iam iuuenculus:formaq; pulcherrimus:& corpore ualde procerus: quique multos mente ac prudentia præcedebat:uocaturque Saul. Hic uero Cis dum aſini præcipui de grege eius erraſſent in quibus nimis:& ſicut in nullo alio iumento delectabatur:filium ſuum ad requirẽdos eos cũ uno famulo deſtinauit. Qui dum tribum patriam requirendo aſinos circuiſſet: uenit ad alias:& dum neque in eis inueniſſet:diſcedere cogitabat ne patri de ſe moleſtiam cogitationis iferret. Cũq; in Ramatha ciuitate ueniſſet:& puer qui cum eo erat dixiſſet ei: in ea eſſe propheram uerum: dediſſetque conſilia ut ad eum irent: ac per eum de aſinis quos quærebant agnoſcerent: reſpondit nihil habere præ manibus quod euntes deberent offerre prophetæ: quoniam uiæ pecunia iam fuiſſet expenſa. Tunc famulus dixit eſſe quartam partem ſibi ſicli:& hoc ei datum poſſe ſufficere. Errabant enim ignorantes:eo ꝙ non acciperet propheta mercedem. Cunque ueniſſent ante portas:& uirgines inuenientes ad aquam euntes:interrogauerunt eas de dono prophetæ. Quæ cum indicaſſent: adiiciebant ut feſtinarent:anteq; ad comedendum accederet. Multos enim eum ea die dicebant paſcere:& ex his qui uocari fuerant eum primum diſcumbere. Samuel autem propterea multos tunc ad conuiuium uocauerat. Nam dum præcedenti die deprecaretur deum ut ei prædiceret quem conſtitueret regem: indicauerat ea hora altera die miſſurum ſe aliquem iuuenem de tribu Beniamin. Porro Samuel in domo ſedens:tempus quod ei promiſſum fuerat expectabat. Quo adimpleto deſcendens ibat ad menſas:occurritque ei Saul:cui deus protinus indicauit hunc eſſe regnaturum Hæbreis. Saul autem acceſſit ad Samuel:eumque ſalutans ſupplicauit:ut ei domum prophetæ monſtraret:quam ſcilicet ut peregrinus ſe ignorare dicebat. Cumq; Samuel ſe eſſe dixiſſet: eumque duceret ad conuiuium:incolumes eſſe pro quibus quærendis miſſus fuerat aſinos indicauit:& omnia ei bona regni eſſe conferenda promiſit. Cui Saul:minimus inquit ſum domine mi hac ſpe:& de ultima tribu quæ regibus apta non eſt:& ex inferiori patria urbium ceterarum: ſed tu me de hac ſpe magis illudis:& pro ridiculo me fatigare contendis:de rebus maioribus quam ut mihi conuenit nunc loquendo. Quem propheta deducens ad conuiuium:recumbere fecit: ſimul: & ſequentem puerum: ſuper eos qui fuerant inuitati. Erant enim numero ſeptuaginta. Præcipitque ut pars ei regalis apponeretur. Et cum hora dormiendi aduenieſſet:ſinguli quique ad propria diſceſſerunt Saul autem apud prophetam cum famulo ſuo ſoporatus eſt. Die ergo facto:Samuel eum excitans duxit foras.

Et cum extra ciuitatem ueniſſent:famulum quidem præcedere iuſſit:illum uero remeare:quaſi aliquid nullo alio præſente dicturus. Dumq; ſaul puerum premiſiſſet:ſumens propheta uas olei:ſuper iuuenis caput effudit:eumq; complexus ait. Eſto tu rex conſtitutus a deo:& contra Palæſtinos uindicaturus Hæbreos. Hoc autem erit tibi ſignum quod te uolo præſcire. Cum profectus fueris inuenies tres uiros in uia euntes in Bethel adorare deum. Quorum primum quidem tres panes eſſerre uidebis:ſecundum uero hædum & tertium utrem uini. Iſti te ſalutabunt:& libenter te ſuſcipient:& dabunt tibi duos panes. Tu accipiens:exinde uenies ad ſepulchrum Rachel: ubi cognoſces eo ꝙ inuenti ſint aſini. Poſt hæc inuenies in Gabatha:& eccleſiam inuenies prophetarum: & diuinitus inſpiratus:prophetabis cum eis:ita ut omnes habentes ſenſum cum uiderint obſtupeſcãt:atque mirentur dicentes Vnde ad hanc fœlicitatem peruenit filius Cis:ut poſſit etiam prophetare. Cumq; hæc ſigna omnia fuerint facta:ſcito eſſe deum tecum:& ſalutabis patrem tuum atque cognatos: ueniesq; poſt hæc uocatus a me in Galgala:ut pro his deo pacificas hoſtias immolemus. Hæc autem prædicens:dimiſit eum. Porro Saul omnia ſecundum prophetiam Samuel euenerunt. Cunq; ueniſſet in domum:cognato ſuo Abner quem præ omnibus parentibus diligebat interrogante de profectione eius:& quid acciderat:aliarum quidem rerum nihil abſcõdit:neque ꝙ apud Samuelem prophetam fuiſſet:neque ꝙ ei aſinos inuentos eſſe dixiſſet:de regno autem & eius euentibus:quæ etiam ſi audirentur: & inuidiam & incredulitatem pararent: tacendum eſſe decreuit: quod nec amico & amplius ſanguinis uicinitate coniuncto cautum aut ſapiens credidit indicare: dubitans ut reor de humana natura quippe cum uerum ſit:ꝙ perfecte nemo deuotus:nemo amicus:neque cognatus:ne

uſq; in dei donis purum aliquis ſeruet affectum: ſed circa prouectus ſublimium: maliuoli & inuidioſi eſſe noſcuntur. Samuel autem conuocauit populum ad ciuitatem Maſphat: & apud eum diuino mandato uerba diſpoſuit dicens. Quomodo cum eis deus præſtiterit libertatem: & ſubdiderit hoſtes beneficiorum ſint eius immemores: & deum: quidem regno priuauerint: neſcientes quomodo nimis utilimum eſt: ab omnium rerum excelſo iuuari: cum deus utiq; omnium ſit ſolus excelſus: elegerint autem habere ſe hominem regem qui eis uelut iumentis ſubditis conſilio & deſiderio ſuo aliiſq; uoluntatibus ſit uſurus & poteſtatem ſuam ſine aliqua parcitate omnibus ſit illaturus: quiq; non ita ſicut deus proprium opus atq; facturam tueri genus hominum feſtinauit: quod deum ſolū ſemper conſtat efficere: Sed quomodo uobis inquit placuit: & hæc iniuria preualuit cōtra deū: ordinamini omnes per tribus & ſeptra: & mittite ſortes ueſtras. Quod dum hæbrei feciſſent: ſors cecidit tribui Benianin. Et dum fuiſſet denuo ſors miſſa per genus: exit progenies Metri. Cunque per uiros ipſius generis ſors miſſa fuiſſet: ad Saul filium. Cis ſors regni perducta eſt. Quod dum iuuenis agnouiſſet: ſemetipſum abſcondit: nolens uideri ut arbitror ſponte ſuſcipere principatum: ſed tantam ſui abſtinentiam & temperantiam demonſtrauit: ut dum multi nec in parua fœlicitate gaudium ualeant retinere: ſed omnino conſpicui eſſe deſiderent: ille non ſolum ſemetipſum pro tali regno: & tantarum gentium futurus dominus non oſtendit: ſed etiam conſpectui eorum quibus erat regnaturus eripuit: & quærendum ſe non ſine eorum fatigatione fecit. Quibus difficultatem patientibus & cogitātibus eo q; non adeſſet: rogauit propheta deum: ut eum ubi eſſet oſtenderet: & iuuenem manifeſtum efficeret. Dumque cognouiſſet a deo locum in quo erat celatus Saul: miſit qui eū adduceret. Et cum inueniſſet: eum in medio populi collocauit. His enim omnibus eminebat: & ipſa proceritate regius erat. Dixitq; propheta. Hunc uobis deus dedit regem: uidetis q; & melior cunctis eſt: & imperio dignus. Cumq; optaſſet populus regi ſalutem: ea quæ illis erant futura propheta conſcribens: rege audiente legit: & librum in tabernaculo dei reuoluit: ob teſtimonium eorū quæ prædixerat uenturis generationibus offerendum. dum hæc itaq; Samuel: celebraſſet dimiſit populum propheta: & ipſi quidem in Amathin ciuitatem patriæ ſuæ profectus eſt. Cum uero Saul iret in Gabath: ex his qui erant multi quidem bonorum uirorum ſecuti ſunt: honorem regi debitum exhibentes: plurimi uero maligni: & illum contemnebant: & alios irridebant: & neq; munera offerebāt neq; ſtudio aut ſermone Saul ſibi placere demonſtrabant.

Prælium Saul ſup Ammonitaꝝ gētē: & uictoria hoſtiūq; uaſtatio. CAPI. VI.

POſt menſem uero honoris eius initium belli cauſa cōtigit contra Naas regē ammonitaꝝ. Hic enim multa mala Iudæis habitātibus trans Iordanē intulit: & cū multo ac pugnaci exercitu eos afflixit: urbeſq; eoꝝ ſeruituti ſubegit. Quoꝝ fortitudinē ui ꝓpria ad ꝓſēs ſuæ ſubdit ditiōi: ſapiētia uero atq; tractatu ſic infirmos reddebat: ut neq; rurſus iugū potuiſſēt euadere ſeruitutis. Eorum nāq; etiam qui ad eū aut fide data ueniſſēt: aut quos ꝛege bellica cepiſſet: dextros oculos euellebat. Quod ideo faciebat: ut ſiniſtrā partē uultus ſui ſcutis celantes: ad bellandum nimis forent inutiles. Et hæc quidem Ammonitarum cum feciſſet habitantibus trans Iordanem: ſuper Galadinos abiit: & caſtra ponens circa ciuitatem Iabes: legatos ad eos miſit præcipiens ut ſe ei traderent: quatenus eorum oculos dextros auferret. Quod ſi nollēt: per obſceſſionem eoꝝ ciuitatē ſe interminabaꝰ euertere: electionē uero in ipſis eſſe: utrū uellēt patrē corporis amittere: aut certe uniuerſi pire. Galadini uero merentes in talibus: neutrū horum promittere ꝓſumpſerunt: neq; ſemetipſos tradere. neq; repugnare. Septē uero dieꝝ inducias popoſcerunt ut ad contribules legationes mittētes: ſolatiū ab eis poſcerēt. Et ſi quidē auxiliū ueniret pugnarent ſi uero huius rei foret inopia: tradere ſe dixerunt paſſuri quodcunq; placeret hoſti. Naas autem ſperens multitudinem Galadinoꝝ: eorūq; reſpōſum: dedit eis inducias: & ſolatia a quocūq; uellent poſtulare ꝓmiſit. Illi ergo repente ꝓ ciuitates iſrahelitaꝝ miſerūt: indicātes quæ eis faceret Naas: & in qua tenerentur anguſtia. Qui uſq; ad lachrymas magnāq; triſtitiā hoc audito uenerūt. Timor autē eis aliud quicq̄ facere non permiſit. Cūq; legati in regis Saul ciuitatem ueniſſent: & in quibus eſſent Iabitæ periculis nunciaſſent: populus quidē idem fecit quod illi priores: flebāt enim oēs cognatoꝝ calamitates. Saul autem ab opere agri reuerſus iopidū uenit: iuenitq; flētes ꝓprios ciues: & dū cām eoꝝ triſtitiæ & confuſionis inquireret: agnouit qd cōtingerat a legatis: diuinituſq; inſpiratus Iabitas quidem remiſit: ꝓmittens eis in auxiliū ſe uenturū die tertia: & ante ſolis aſcēſū hoſtes eſſe uicturum: ita ut uictores eos & timore liberos ortus ſolis inſpiceret: iuſſit eorum aliquos pro ducatu interis ſuſtinere. Igiſ uolens populū ad Ammonitaꝝ bellū dāni timore cōuertere: eis quo cicius ſubueniret: icidens boum ſuoꝝ neruos: hæc ſe facere cūctis interminatus eſt: ſi non armati alia die concurrerent ad Iordanem: eūq; ſequerent & Samuelē: ubicūq; eos educerent. Illis aūt pp timorē iminētis damni definito tēpore currētibus in ciuitatē Balā dinumerata multitudine: inuenit eoꝝ numerum præter tribum Iuda ſeptingēta milia fuiſſe collectos: illius aūt tribus ſeptuaginta milia uiri fuerunt. Tranſiens ergo Iordanem: & decem finium tota nocte faciens iter: oriente ſole exercitui in tribus partibus conſtituto: repente & inopinabiliter: ruit ſuper hoſtes: factaq; pugna: & alios multos ammonitarum peremit ſimul & regem. Hoc igitur opus clarum fecit ualde Saul: & apud oēs hebræos

eum laudabilem demonſtrauit:magnamq; fecit gloriam fortitudinis adipiſci. Nam ſi qui primitus fuerant qui eum ſpreuerant:tunc conuerſi ſunt ut eum honorarent:& meliorē cunctoꝝ principatū eius iudicarent. Non enim ſufficit illi ſolummodo Iabeſſenos eripuiſſe:ſed etiam cunctam ſtuduit pugnando Ammonitarum ſubuertere regionē. prædāq; exinde copioſam ſumens. clarus ad ꝓpria remeauit. Populus ergo pro rebus quæ geſte fuerant a Saul:magna delectatione gaudebant & q̄ regem talem ordinauerant exultabant. Contra illos uero qui eum nihil rebus prodeſſe dixerant exclamabant: ubi ſunt nunc illi? exoluant pœnas:& reliqua ſimul adiiciebant:ut ſolet uulgus fœlicitate deteſta euomere:& contra illos qui in principiis huiuſmodi rerum eſſe uidentur auctores. Saul autē horum quidem circa ſe fauorem amplectebatur & uoluntatem:iurauit autem nullum ſe nocere contribulium: nec illa die necari pmittere:cum eſſet nimis incongruum:ſi data a deo uictoria:proprii generis ſanguine fœdaretur:ſed deceret ut gratiam habentes adinuicem feſtiuitatem potius celebrarent. Cumq; Samuel dixiſſet ſecundā ordinationē in confirmatione regni Saul oportere fieri: oēs cōgregati ſunt in Galgalā ciuitatē. Illic enim eos uenire præceperat:& rurſus uidente populo ꝓpheta unxit Saul oleo ſancto:& ſecundo denunciauit regem. Itaq; iſto modo hebræoꝝ reſpublica ad regum iura conuerſa eſt. Nam tempore Moyſi & Ieſu eius diſcipuli:qui poſt eum dux fuit:optima ducis conuerſatione regebātur:poſt illorum uero mortem annis. x. & octo populus eoꝝ ſine principe fuit. Poſtea ad cōuerſationem priſtinam ſunt reuerſi:ei qui bello & fortitudine cūctos excellere tribuentes iudicii ptātem:& ꝓptera tēpus cōuerſatiōis huiuſmodi nimis eximiū uocauerunt: Samuel aūt ꝓpheta cōgregatis hebræis ait. Coniuro uos per maximū deum:qui fratres illos optimos Moyſen & Aaron deduxit ad uitam:& patres noſtros ex ægypto:de domo ſeruitutis eripuit:ut neq; uerecundiæ aliqd cōferētes:neq; tiore pterriti:neq; alia q̄libet paſſione detēti:dicatis:ſiqd a me puū aut iuſtū:aut lucri gratia:aut auaritia cauſa geſtū ē:arguite me ſi cuius aliqd accepi:aut ſi uitulum: aut ouem:aut cibum recepi:aut ſi cuius iumēta ad utilitatē meā tollēs aliquē cōtriſtaui:ex his ergo oībus ſiqd abſtuli dicite corā rege. Illi uero clamabāt horum nihil ab eo factum eſſe:ſed iuſte & ſancte fuiſſe eum cū populo Hebræoꝝ. Samuel aūt cū audiſſet cūctoꝝ huiuſmodi teſtimoniū fuiſſe deo ꝓbatum ait. Quō iudicaſtis mihi:q; nihil icongruū de me dicere ualeatis coram rege nunc audite cū fiducia me dicētē. Quō ipſe nimis egiſtis in deo petentes regē:cum uos oportuiſſet habere memoriam:q; cū ſeptuaginta ſolummodo noſtri generis auus Iacob ꝓpter famē uenit in ægyptum:& illic multis milibus procreatis:quæ ad peſſimū ſeruitium ægypti pduxerunt:oratione patrū abſq; rege tantam multitudinē ex neceſſitate deus eripuit:mittens eis Moyſen & Aaron fratres:q uos eduxerunt in terram hanc:quam nunc utiq; poſſideris. Et his adeptis per deum bonis:didiciſtis pietatē atq; religionem dei:quos ille hoſtibus ſubditis liberauit:& primū quidē Aſſyrioꝝ Rege & eoꝝ fortitudine potiores effecit:deinde ꝓbuit uictoriam Ammonitaꝝ:nouiſſime uero Palæſtinoꝝ & hæc oīa conceſſa ſunt non habentibus regē:ſed cū Iepte & Gedeō duces exteterūt. Quæ uos ergo tenuit ſtulticia:ut fugientes a deo:hoīs eſſe uelitis ſub regno Et ego quidem hunc uobis iā tu:quā deus elegit:at tamen uobis manifeſtum ſit deum iraſci:& ingrate ferre petitionē ueſtrā in regno: faciā ut deus ipſe hoc uobis oſtendat apertis iudiciis:quod nullus aliquando ueſtrū hic uidit factum meſſis tempore imbrem deum deprecor effundere. Cumq; hæc Samuel dixiſſet ad populum:tonitrua ſubito:& corruſcationes: & grandinis impetus diuinitatis iuſſione prorupit:ueritatem ꝓphetæ apud cūctos oſtendens:ita ut obſtupeſcentes:& in formidine conſtituti:ſe peccaſſe cūcti profiterentur:& in hoc per ignorantiā ꝛcidiſſe:utq; deū propheta uelut optimus pater & mittis rogaret:q̄tenus ꝓpitius eſſet eis: peccatūq; quod per incuriā & iniquitatē commiſerāt:dimitteret exorabāt. At ille promiſit deum ſe rogaturū:ut eis uineā concederet meritoꝝ:mōuit tamen eos:ut ſi iuſti forent & boni:& haberent ſemp memoriā eoꝝ in quibus ꝓuaricationem uirtutis inciderant:& ſignoꝝ dei & legiſlationis Moyſi:eis cū fœlicitate regia ſalutis eſſet affectus:ſi uero hæc negligerent:uēturam eis eorumq; regi a deo plagam maximam prophetauit. Igitur Samuel dum hæc dixiſſet hebræis cōfirmato ſecūdo Saulis regno:populum remeare dimiſit ad propria.

Quēadmodū denuo palæſtini pugnātes deuicti ſunt ab hebræis. CAPI. VII.

SAul igitur eligens quaſi tria milia uirorū ex omni plebe: duo milia qdē ipſe recipiens: morabatur ī ciuitatē Betheleē:iōathæ uero ſuo filio mille dedit armigeros:eūq; miſit ī Gabaa ille aūt obſidebat caſtra palæſtinoꝝ ñ ꝓcul a Galgalis. Palæſtini nāq; q̄ī Gabaa morabāt: arma Iudæis abſtulerāt:& munitiſſima loca:ſuiſq; caſtris opportūa detiebāt iterdicētes hæbreis uti ferro: Propter quā cām agricolæ ſi qd iſtrumētū eis eēt neceſſarium ad culturā ueniētes ad palæſtinos: fabricabāt illud. Cū ergo palæſtini cognouiſſēt caſtra ſua ab hæbreis obſeſſa īdignati:& cōtēptū hebræoꝝ magnā iniuriā iudicātes: Iudeis plūs itulerūt. pedeſtrū qdē. ccc. millia currum uero. xxx. milia:& equitū ſexagīta milia:caſtraq; poſuerūt circa ciuitatē magnam. Quod cum cognouiſſet Saul rex hebræorum deſcendit in Galgalam ciuitatem:& in omnē prouinciam miſit populum pp libertatē ad bellū cōtra palæſtinos iuuās:eorūq; potētiā ualiſſimā eā declarans & nimis indignā:ut per timorē pericula ſuſtinerent. Dūq; populi qui erāt cum Saul multitudinem palæſtinorum iſpicerēt:ualde ſūt territi:& alii quidem in ſpeluncis & cauernis & cloacis

emetipſos celauerunt:plurimi uero trans Iordanem fuga dilapſi ſunt: qui erant præcipue ex tribu Gad & Ruben. Miſitq; Saul ad prophetam:uocás eum:ut cum eo de bello & rebus præſentibus cogitaret. Ille autem ſuſtinere eum ibi præcepit:& hoſtias præparare:poſt ſeptem uero dies uenturum ad eum:ut ſeptima die ſacrificantes ita congrederent ad bellum. Qui ſuſtinuit quidem ſicut propheta mandauit:mandatum uero nequaquã cum perfectione ſeruauit:ſed cum uideret prophetam quidem morari:ſe autem a militibus derelinqui:celebratis hoſtiis cum audiſſet Samuel uenientem eius in occurſum feſtinanter egreſſus eſt. Ille ergo non recte eum feciſſe dixit eo q; orationes & ſacrificia quæ dei uoluntate erant facienda pro populo: offerre petulanter ipſe præſumpſiſſet. Saul uero ſatisfaciente & dicente ſuſtinuiſſe ſe quidem præfinitos dies:ſed pro neceſſitate & diſceſſu militum:& propter hunc timorem & inimicorum aduentum:cum in magno eſſet metu: eo q; auditi fuiſſent hoſtes in Galgala deſcendiſſe:ad offerenda ſacrificia ſe fuiſſe compulſum. Reſpondens Samuel ait. Sed tu quidem ſi iuſtus eſſes & mihi non inobediens:nunquã in his quæ pro præſentib⁹ præcepit deus primitus deſeciſſes quam in rebus neceſſariis expediret: ut tibi tuæq; ſoboli regnare plurimo tempore licuiſſet. Et Samuel quidem ferens grauiter in his quæ fuerant facta:diſceſſit ad propria. Saul autem in Galgala ciuitatem habens ſecum ſexcentos ſolummodo uiros:cum Ionatha filio ſuo uenit:quorum plurimi arma nequaquã habebãt:dum ferrum utiq; in prouincia minus eſſet:& qui arma facere potuiſſent. Non enim ſinebant eos Palæſtini: ſicut dudum iam declarauimus hæc habere. Igitur diuidentes tribus agminibus exercitum Palæſtini: & per totidem itinera diſcurrentes:hæbreorum prouinciam deuaſtabant:uidentibus ſcilicet Saul rege & eius filio Ionatha:& terram defendere cum eſſent ſexcenti ſolummodo non ualentibus. Cunq; reſideret ipſe & eius filius: & ſacerdos Achias qui erat de prole Hæli ſacerdotis:ſuper collem excelſum: terramq; populari reſpicerent:eis in maxima anguſtia conſtitutis:Saul filius cum ſuo armigero conſtituit:ut latenter ad hoſtium tabernacula properarent: turbatiſq; eis ſequendo modum commotionis inferrent. Dũq; armiger eius pronum ſe eum ſecuturum aſſereret:etiam ſi mors immineret: ſumens ſolatium iuuenis & de colle deſcendentes:ad hoſtes pariter ibant. Erant igitur caſtra hoſtium ſuper ſcopulum habentem ſubtiliſſimam longitudinem:tribus uerticibus acutiſſimis prominentem:ſcopulis per circuitum euntibus:& quaſi propugnaculis inuaſiones pugnantium prohibentibus. Vnde contigebat ut cuſtodes minorem haberent ſollicitudinem caſtrorum:q; natura locus ille omnibus uidebatur eſſe munitus:& ad capiendum ualde difficilis: eo q; non ſolum aſcendere illic: ſed etiam accèdere difficile uideretur. Dum ergo ueniſſet ad caſtra Ionathas: armigerum confortabat exacuens ut ad hoſtes accederent:ſignum eis hoc uictoriæ iudicarent:ſi eos ad ſe uocarent:ſi uero nihil loquerentur:tanquã eis non uocantibus reuerti deberent. Accedentibus igitur ad exercitum hoſtium apparente iam die:uidentes Palæſtini eos alterutris dicebant. Ecce de cauernis & ſpeluncis egrediuntur Hæbrei. Et ad Ionathan eiuſq; armigerum dicebant. Venite aſcendite ad nos:ut uos digne ueſtris præſumptionibus puniamus. Quam uocem ſuſcipiens grate Saul filius: tanquã ei uictoriam deſignantem:tunc quidem ab illo loco in quo hoſtibus fuerant uiſi receſſerunt: mutãteſq; locum uenerunt ad petram quæ erat propter munitiõis locum deſolata cuſtodibus:& ex inde quaſi reptando trahentes ſemetipſos cum multo labore naturam loci uicerunt:ut ad inimicorum caſtra conſcenderent. Irruenteſq; eis dormientibus:occiderunt quidem uiginti:turbam uero ſtupore nehementius impleuerunt:ita ut alii quidem effugerent arma omnia relinquentes: alii uero ſemetipſos non agnoſcentes:eo q; congregati ex multis gentibus eſſent:credentes inimicos & iniuiſſe ſuper ſe Iſrahelitas putantes:& non hoc duorum hominum præſumptione commiſſum: ad alterna bella conuerſi ſunt. Quorum alii quidem perempti moriebantur:alii uero fugientes per ſaxa præcipites collabebantur. Dũq; exploratores Saul dicerent regi:Palæſtinorum caſtra ualde turbati:requirens Saul ne quis ſuorum deeſſet: audiuit ſuum abiiſſe filium & eius armigerum:iuſſitq; ut pontifex ſumpta ueſte ſacerdotali de futuris rebus ei prophetaret. Cunq; ille conuincere eum: & hoſtibus ſorti ter ſualere diximiſſet:Palæſtinos inuaſit:& turbatos aggreſſus eſt:qui ſe inuicem peremerũt. Qui autem refugerant petriſq; ſe celauerant Iudæi audientes Saul eſſe uictorem: congregati quaſi decem milia hæbreorum: perſecuti ſunt inimicos: cuncta regione diſperſos. Igitur ſiue propter inopinatæ uictoriæ gaudium dum ſæpe fœlices contingat extolliſiue ignorantia faciente: palmæ illius decus peſſima lamentatione fœdatum eſt. Volente enim Saul funditus interimere Palæſtinos & pœnam exoluere:maledixit Hæbreis:ut ſi quis ſe a cæde retinens inimicorum antequã nox futura ueniret comederet:& ab interemptione hoſtiũ:aut a perſecutione ceſſaret:maledictus eſſet. Cũq; Saul hoc dixiſſet:ueniens ad quendam quercum excelſam in ſorte Effrem conſtitutam: Ionathas filius eius dum illic apum contingiſſet eum inuenire cubilia:& maledictum patris ignorãs: & populi ſuper eo pfuſionem nõ agnoſcens expreſſo mellis fauo comedit. Inter hæc agnoicẽs: quomodo nimio cum maledicto eius pater interdixiſſet:aliquem guſtare cibũ ante ſolis occaſum: comedere quidẽ ceſſauit nõ aũt recte patrem prohibuiſſe dixit:qñ cum maiori potius fortitudine atq; fiducia perſequẽtes cibo ſumpto plurimos inimicorum capere & interficere potuiſſent. Multa ſiquidẽ milia Palæſtinorum interficientes:circa ueſperam ad ſpolia hoſtium ſunt conuerſi: magnamq; prædã &

pecora ſumẽtes occidebant. Hoc ergo a ſcriba nunciatũ eſt regi: qũo populus peccaret in deũ: & occiſis pecudibus: anteq̃ ſanguis bene diluereſ: nondũ purgatis carnibus ueſcerenſ: iuſſitq; Saul uolui lapidẽ magnũ in medio: & ꝓdicari in populo ut ſup eũ interficerent: & carnẽ cũ ſanguine nõ comederent: qũo hoc nequaq̃ deo placeret. Cunctis uero iuxta regis præceptũ facientibus: ſtatuit illic altare Saul: & holocauſtũ ſuper illud deo celebrauit. Hoc aũt altare conſtituit primũ. Mox itaq; uolens ad hoſtium procedere caſtra: ut quæ in eis uidebantur diriperet ante diem: militibus inſigniter eum ſequentibus: & cum multa fiducia eius præceptis obedientibus. uocauit rex Achitob ſacerdotem: iuſſitq; ut cõſuleret: ſi deus annueret: ut euntes ad inimicorum caſtra: hoſtibus denuo præualerent. Dicente uero ſacerdote: deum reſponſa non dare: Saul dixit. Non ſine cauſa cõſultus deus uocem nobis non reddidit: qui primitus anteq̃ interrogaretur omnia nunciauit. Sed hæc taciturnitas ait alicuius latentis cauſa peccati ẽ. Vnde per eundẽ ipſum deum: licet filius meus Ionathas peccaſſe reperiatur: interficio eum: & deum ita placabo: quantomagis extraneo & nihil mihi competenti perſonæ ſupplicium inferre cognoſcar. Cunq; hoc fieri populus exclamaſſet: repente cũctos in uno loco conſtituit: ſtetitq; ipſe in alia parte cum filio: & eum qui dereliquerat inſtanti ſorte requirebat: inuentuſq; Ionathas peccaſſe: interrogatus a patre eſt quid feciſſet: & quid in ſua uita non recte nec ſancte peccaſſet. Cui dixit pater: nihil aliud ſcio: niſi ꝙ ignorans heſterno maledictum ac iuſiurãdũ a te prolatũ perſequens inimicos: fauum guſtaui mellis. Quem ſaul occidere ſe repẽte iurauit: quatenus & generi & naturæ: ſimul amori hoc modo præponeret iuſiurandum. Qui nequaq̃ mortis interminatione perterritus: ſed animam ingenue nimis magnanimiterq; componens: nec ego ſupplico inquit pater parcẽdum: mors mihi ſuauis eſt: quæ pro tua geritur pietate: & populi magna uictoria. Maxima ſiquidem mihi conſolatio eſt Hæbreos de Palæſtinis reliquiſſe uictores. In his itaq; omnis populus doluit: & nimis ingemuit: iurauitq; : non ſe mori permittere Ionathã: uictoriæ huius auctorem. Et ipſi quidem abripuerunt eum a maledicto patris: orationes pro eo faciẽtes: ut ei peccatum quoq; dimitteret deus. Saul uero reuerſus ad propriã ciuitatẽ: uſq; ad ſexaginta milia hoſtium interfecit: regnauitq; fœliciter: & uicinas prouincias: genteſq; belli iure ſubiecit: ideſt Ammonitarũ: & Moabitaꝝ: & Palæſtinoꝝ: Idumæoꝝ & reges eoꝝ tributarios fecit. Fuerũt aũt ei filii maſculi qdẽ tres: Ionathas: & Ieſus: & Melchis: filiæ uero duæ: Merob & Micol: habuitq; militiæ principẽ patrui filiũ: Abner filiũ Ner. Ner aũt & Cis pater Saul fuerũt fratres: filii Abihel. Habebatq; Saul curruũ multitudinẽ: & equeſtriũ & cum qbuſcũq; pugnaret: cũ uictoria remeabat: Hæbreoſq; ad excelſum magnitudinem fœlicitatis euexerat: & aliarum gentium potentiſſimos demonſtrarat. Iuuenes aũt proceritate & pulchritudine præcellẽtes elegit: eoſq; armigeros ſuos effecit.

Bellum & uictoria ſaul cum amalechitis. CAPI. VIII.

VEniens igitur ſamuel ad ſaul: miſſum ſe dixit a deo ut eũ cõmoneret: quia eum electũ ex omnibus regem fecit: & propterea debere eum obedientem ſibi eſſe: quomodo ipſe quidem haberet gentium principatum: deus uero & ipſius eſſet & rerum omniũ dominator: adiiciebatq; dixiſſe eum: quomodo multa mala Amalechitæ hæbreis in deſerto fecerunt: quando egredientes ex Aegypto ueniebant in regionem quæ nunc eſt eorum: ideo bello perimendos Amalechitas: quibus ſubditis: nullum eorum debere uiuum pœnitus: relinq; ſed oẽm necandã ætatem: incipientes a mulieribus pariter & infantibus: & hoc ſupplicũ eos ꝙ maiores noſtros afflixerunt ſuſtinere. Sed neq; iumentis neq; aliis pecudibus ob utilitatem propriamq; poſſeſſionem ait eſſe parcendum: ſed cuncta dicanda deo: & nomen Amalech ſecundũ Moyſi mandata delendum. Saul uero profeſſus eſt ſe præcepta complere: & obedientiam non ſolum in hoc credidit: ut contra Amalechitas pugnaret: ſed ut etiam uelociter properaturum eſſe mõſtraret: congregauit cunctum exercitum: eumq; dinumerãs in Galgalis inuenit Iſrahelitarum abſq; tribu Iuda circa .xl. milia uirorum: illa nãq; tribus ſola .xxx. milia armatos habebat. Tunc ergo ſaul Amalechitarum regionem ingreſſus: inſidias occultas circa torrentem fecit: ut nõ ſolum aperte pugnans: eos affligeret: ſed etiam inopinate ſuper eos per incertas uias irrueret: & circundatos deuaſtaret. Igitur congreſſus in pugnam: fugauit hoſtes multoſq; peremit: & reliquos perſecutus eſt fugiẽtes. Cunq; illud opus propicia diuinitate cõpleſſet: Amalechitarum urbes obſedit: & alias quidem molitionibus: alias uero ſuffoſſionibus colocarum & muris extrinſecus e diuerſo edificatis: alias autem fame & ſiti: alias uero modis aliis obſidens: & fortiter capiens ad necem cunctorum infantũ & mulierum ſimul inuectus: nihil crudele. nec ultra humanam naturam ſe facere credens: primum ꝙ in hoſtes hæc agebat: deinde ꝙ præcepto diuino cui non obedire foret grande piaculum miniſtrabat: cœpitq; regem hoſtium Agag captiuum. Cuius corporis pulchritudinem magnitudinẽq; miratus: decreuit eſſe ſaluandum: non hoc faciens diuina uoluntate: ſed iudicium proprium ſequens: & ſine cauſa ei cedens uitam quaſi miſericorditer: unde illi poteſtas ſine ſuo periculo miſerendi non eſſet. Deus nanq; ſic odiuit Amalechitarum genus: ut neq; infantibus parceretur: quibus potius miſereri natura eſt: Saul itaq; regem Agag & malorum quæ contra Hæbreos geſta uidebantur: auctorem a morte ſeruauit: & hoſtis pulchritudinem præceptis dei præpoſuit. Peccauit quoq; cũ eo ſimul & populus. Nam & illi iumentis & pecudibus pepercerunt: eaq; ſibi diripuerunt: iubẽte

deo non esse seruanda:sed & alias res diuitiasq; collegerunt. Siquid uero dignum possideri non erat consumpserunt. Cunq; uicisset Saul uniuersos a Peluſio ægypti usq; ad rubrum mare residentes hostes:Sicimitarum gentem solummodo dereliquit. Isti nanq; in regione Madian in medio habitabant. Quibus ante pugnam denunciauit ut abscenderent:ne forte Amalechitarum calamitati communicarent. Nam dum essent cognati Raguel socer moysi:credidit esse saluandos. Saul igitur tanquam in nullo prophetæ mandata præuaricans quæ acceperat:dum contra Amalechitas pugnaturus exiret:& uelut omnibus integre conseruatis:deuictis hostibus:cum letitia reuertebatur ad propria. Deus autem pro Amalechitarum uita & rapina pecudum quam populus gesserat contristatus est:quomodo hæc fuerant eo prohibente commissa. Dirum nanq; iudicabat:ut cuius fortitudine fuerant adepti uictoriam:eum sperneret:& nec tanquam humani regis præceptionibus obedirent:dicebatq; prophetæ penitere se:eo q; Saul ordinauerat regem:quomodo eius iussa nõ faceret:sed uteretur propria uoluntate. Hæc audiens Samuel:ualde confusus est:& deum cœpit tota nocte rogare ut esset propicius Saul:seq; ab eius indignatione suspenderet. Qui ueniam se dare Saul etiam propheta poscente non annuit:iniustum esse decernens:ie tantis peccatis indulgentiam cõdonare:nõ ob aliam causam afferens mala generari:nisi cum aliqui iniusticiam passi:ad uindictam negligentiores existerent. Aucopantur enim inquit gloriam benignitatis meæ & patientiæ:& latenter hæc patientia. Dum ergo deus precibus prophetæ denegasset:nec parceret:die facta. Samuel ad Saul uenit i Galgala uidensq; eum rex.cucurrit & osculatus est dicens. Gratias ago deo qui dedit mihi uictoriã & quia omnia pro eius uoluntate sunt gesta. Cui respondens ait Samuel. Vnde ergo audio clamorem iumentorum & ouium in exercitu. Cui respondit populum hæc ad sacrificia reseruasse:genus autem Amalechitarum mandato diuino omne se deleuisse nullumq; fuisse derelictum nisi tantummodo regem:de quo quid oporteret fieri dicebat adinuicem quid cogitandum. Cui propheta dixit deum non super sacrificia delectari:sed super bonos & iustos huiusmodi autem illos qui eius mandata consiliumq; secuntur:& nihil aliud bene se agere iudicant:nisi quod pro dei fecerint uolũtate. Is enim contemnitur:non quando ei sacrificatur:sed quando in obedientiæ spiritus adhibetur. Ab his enim qui ei subditi non sunt:nec eum uera religione colunt:neq; dũ multas hostias & magnas obtulerint:neq; dum ornamento ex auro argentoq; facta dicauerint susceptt hæc libẽter:sed potius auersatur:& magis studium hoc nequitiæ iudicat non esse pietatem. Ad illos autem qui solummodo quod præcepit diuinitas recordantur:& mori potius eligunt q̃ præuaricari aliquid quod iubet:semper conuertitur & neq; sacrificium ab eis exquiret:sed & dum sacrificauerint siue simplex aliquid siue uilissimum:gratius eo:q; praua munera:quam ditissimorum maximam susciptet opulẽtiam. Tu siquidem scito tibi deum iratum:spreuisti nanq; & neglexisti ea quæ tibi mandauit. Quomodo igitur arbitraris eum sacrificia respiceret:ex his rebus quæ decreuit ille perire:nisi forte similia iudicas illa peccata:& q̃is deo offerenda sacrificia. Scito igitur regnum tibimet auferendum:& potentiam quã a deo tibi neglexisti collatam fuisse:alii conferendam. Porro Saul fatebatur quidem iniq; se fecisse:& peccatum se negare non posse.transgressumq; se mandata prophetæ dicebat:sed pro timore ac metu exercitum non prohibuisse prædam diripientem nec tantam multitudinem retinere potuisse:sed ignosce inquit:& esto mitis nunc:decetero enim obseruabo ne peccem. Rogabatq; prophetam:ut reuertens hostias deo pacificas immolaret. Ille uero cum deum illi non parcere præuideret:remeauit ad propria. Saul autem uolens retinere Samuel apprehendit eius palliũ:uiolenterq; tractum:eo q; Samuel impetu facto discederet:uestem eius disrupit. Cui propheta dixit. Sic tuum scindetur imperium:& accipiet illud uir bonus & iustus:quando deus permanet in suo decreto:nec mutatur atq; conuertitur. Nam mutare sententiam passionis humanæ:non fortitudinis est diuinæ:Saul autem impie quidem se gessisse fatebatur:infecta uero facere quæ fuerant facta non posse:rogabatq; eum:ut se coram multitudine honoraret:& cum eo ueniens adoraret. Quod cum feciſſet Samuel uenĩs adorauit deum deductusq; ad eum est Rex Amalechitarum Agag. Et dũ diceret Agag quam esset amara mors ait Samuel. Sicut tu multas hæbreorum matres pro filiis ingemiscere luge req; feciſti:sic ingemiscet in tua morte genitrix tua. Iussitq; repente eum in Galgalis mori. Ipse uero in Ramatham ciuitatem abiit.

Quia præuaricante Saul mandata prophetæ Samuel:alius rex Dauid iubente deo latenter est factus. CAP. VIIII.

REx Saul sentiens quæ mala passurus esset:qui sibi deum in regno fecerat inimicũ ascendit in Gaba:quod nomen interpretatum significat collem:& post illam diem non uidit Saul Samuelẽ. Cũq; propheta propterea tristis esset:iussit deus:ut a cogitationib⁹ quiesceret:& sumẽs uas olei i Bethleẽ ciuitatẽ iret ad Iesse filiũ Obed:& ei⁹ ungueret natum:quẽ ipse monstraret in regem. Cũ uero metueret ire:ne cognoscẽs Saul:& aut latẽter aut palam eum occideret:dicente deo & dante securitatẽ:prædictã peruenit ad ciuitatẽ. Quẽ cuncti salutauerunt causam eius inquirentes aduentus. Quibus dicebat uenisse se ut deo sacrificaret. Tunc sacrificio celebrato:uocabat Iesse cum filiis ad altare:& inspiciens filium seniorem procerum & optimum:credidit propter pulchritudinem hunc esse futurum regem:sed prouidentia di-

uina fruſtratus eſt. Dum enim cõſuluiſſet deum: ſi iuuenẽ ungueret: quẽ ipſe admiratus fuerat: & dignũ imperio iudicabat: reſpondit deus: non ea uidere hoies q̃ de⁹ intẽdit: ſed tu inquit pulchritudinem iuuenis reſpiciẽs: hũc arbitraris regno placere: ego aũt non corporis pulchritudinẽ ac ſpeciem apicẽ facio eẽ regalẽ: ſed animi ſine dubitatione uirtutẽ. Ille ſiquidẽ pfecte pulcher ẽ: q pietate & iuſticia ẽ ſimul & fortitudie: necnõ & obedientia ſplẽdidus: & oĩbus ex quibus animæ pulchritudo cõſiſtit. Cũq; dixiſſet hæc deus: p̃cepit Samuel Ieſſe: ut oẽs ei ſuos filios demõſtraret. At ille alios quiq; uenire fecit: quoꝝ qui ſenior quidẽ erat Eliab uocabatur: ſecũdus uero Aminadab Sammaa tertius quartus uero Nathan: quintus aũt Rachel: ſextus Aſam. Vidẽs aũt & iſtos ꝓpheta in nullo minores pulchritudine ſenioris: conſuluit deum quem hoꝝ eligeret fore regem. Quo dicente null ũ: denuo requiſiuit Ieſſe: ſi præter iſtos haberet alios filios. Qui dixit eſſe alium nomine Dauid paſtorẽ ouiũ curam habentem: iuſſitq; eum Samuel uelociter uocari: impoſſibile dicẽs eos eẽ cõmeſſuros anteq̃ ille ueniret. Cumq; ueniſſet Dauid uocatus a patre: puer colore quidem rubeus: & pulcher aſpectu: tacite Samuel dixit ad eum. Hic eſt qui deo placuit ad regandum. Tunc & ipſe diſcubuit: fecitq; iuuenẽ ſub ſe diſcumbere: & Ieſſe cum reliquis filiis. Deinde uidente Dauid: ſumens oleum unxit eum: eiq; adhuc tacite dixit atq; ſignificauit: quomodo regnare eum deus elegerit: monuitq; iuſtum eẽ debere: & eius præceptis obedire. Sic & enim regnum ei multo tempore fore manſurum: domumq; claram ac famoſiſſimam habiturum: uaſtaturumq; pariter Palæſtinos. Sed & cum quibuſcũq; gẽtibus congrederetur uinceret: & ingentem gloriam poſſideret: quod & ipſum habere & poſteris relinquere promittebat. Samuel quidem dum hæc monuiſſet abſceſſit: diuinitas autem ad Dauid Saul relicto migrauit. Et ille quidem prophetare cœpit: ſancto ſuper ſe ſpiritu ueniente Saul uero quædam paſſiones & dæmonia repente comprehenderunt: ſuffocationes ei & anguſtias inferẽtes: ita ut medici ei ſalutis nullum remedium inuenirẽt. Siquis tamen cantare eſſet peritus: & in cithara pſallere doctus: hunc adduci iuſſerũt: ut cum eum dæmonia inuaderent & turbarent: ſuper caput eius aſtans pſalleret: & hymnos ediceret. Ille uero hæc non diſſimulauit efficere: ſed queri huiuſmodi hominẽ protinus imperauit. Cunq; ei quidam ſuorum dixiſſet: uidiſſe ſe in ciuitate bethleem quendam Ieſſe filium: adhuc ætate iuuẽculum: pulchrum atq; decorum & aliis ſtudiis ualde dignum necnõ pſallere & hymnos cantare doctum: inſuper & eximium pugnatorẽ: mittens Saul ad Ieſſe Dauid ſublatũ a gregibus ad ſe uenire p̃cepit: mandãs ei uelle ſe iuuenculum uidere: de cuius pulchritudine: ac fortitudie cognouiſſet. Ille uero miſit filiũ: dãs ei mũera Saul portare. Quo ueniẽte gauiſus ẽ: fecitq; eũ armigerũ ſuũ: & bonis oĩbus honorauit. Delectabatur enĩ in eo: maxime in iuaſione dæmõioꝝ: qui cũ ad eũ accederẽt: ſolus erat medicus: hymnos dicẽdo & pſallẽdo rurſus ĩ cithara: & Saul a mẽtis oppreſſione reuocãdo. Miſit igitur Saul ad patrẽ pueri Ieſſe petẽs ut apud eũ Dauid maneret: eoq; eius præſentia delectaretur: Yſai uero Saul non contradicendo conceſſit.

Quẽadmodũ denuo pugnauerũt Palæſtini aduerſus Hæbreos adhuc regnãte Saul & monomachia Dauid cũ goliath Palæſtinoꝝ erat eximius: eiuſq; peremptio & defectio Palæſtinoꝝ. CAP. X.

POſt non multa ſiquidem tempora Palæſtini denuo cõgregati: & magnum ſuper Iſrahelitas omnes exercitum colligentes: inter Socho & azecha caſtrametati ſunt. Contra quos denuo Saul produxit exercitum: & ſuper quendã montem caſtra ponens: coegit Palæſtinos priora quidem caſtra relinquere: & ex aduerſo mõtis quem Saul appræhẽderat aduenire: diuiſitq; eoꝝ exercitus medius mons: qui erat poſitus inter eos. Igitur deſcendens quidã de exercitu Palæſtinoꝝ nomine Goliad de ciuitate Geth: uir ualde procerus: cui⁹ altitudo quattuor erat cubitorum: & palmi unius: accinctus armis quæ pro magnitudine ſua natura eius corporis exigebat: induturq; lorica cuius erat pondus quinq; milium ſiclorum eris: galeam uero & tibialia habebat ærea: quæ talis uiri & magnitudine & inopinabilia potuiſſent membra protegere: haſta uero eius erat non leuis dextræ portatio: ſed quam ipſe geſtabat ĩ humeris: cuius ferrum ſexcentorum ſiclorum fuit: ſequebanturq; eum multi arma portantium. Hic igitur Goliad ſtans inter medias acies: uocem emiſit grandem contra Saul & Hæbreos dicens. Apugna nunc & periculo nos abſoluo. Quæ enim neceſſitas ẽ noſtrorum exercitus deperire. Sed date aliquẽ ueſtrum contra me pugnatuꝝ: & totum bellum unius uictoria terminet: ſeruiatq; pars altera illis: quorum fuerit ille qui uicerit. Eſt enĩ multo melius & temperantius: unius piculo promereri: qd poteſtate adeſt multoꝝ. Hæc cũ dixiſſet: caſtra remeauit ad propria. Altera uero die rurſum uenit: ac eadem uerba fecit: & ſimiliter uſq; ad diem quadrageſimum hoſtes ad prædictas conditiones prouocare non deſtitit ita ut terreret & ipſe Saul: & eius exercitus. Conſtituebant equidem acies quaſi pugnaturi: ad cõgreſſionem uero minime ueniebat. Bello itaq; conſiſtẽte inter Palæſtinos & Hæbreos: Saul remiſit Dauid ad patrem ſuum Ieſſe: cum ei eius tres alii filii ad ſolatium & periculum pugnæ ſufficerẽt. Ille ergo tunc quidem ad ouilia: & paſturas pecudum remeauit non multo poſt ad caſtra reuerſus Hæbreorum miſſus a patre: ut neceſſaria fratribus deportaret: & quid ageretur agnoſceret. Cumq; Goliad denuo reuertens & prouocans exprobraret: quaſi nullus inter eos uir eſſet qui contra eum pugnare præſumeret: cum fratribus loquens Dauid ea quæ mandauerat pater: & audiens illum blaſphemantem exercitum: & pariter affligentem indignatus eſt & fratribus ait: paratum ſe eẽ ſolum cum hoſte

pugnare. Cui ſenior fratrum Aminadab interminatus,eſt:& præſumptionē habere eū præter ætatē dicēs:& exptem huius officii:iuſſit ad patrē & ad paſcua remeare. Qui reuertus qdē fratrē diſceſſit: & apud quoſdam militū ē locutus:q uellet cum Palæſtino,puocāte pugnaſ. Illis autem repēte Saul iuuenis indicantibus uoluntatē:rex eū uocauit:& dū quæreret:ut qd uellet ediceret dixit. Non deficiat mēs tua rex:nec metuas:ego ſupbiam huius hoſtis pugnādo,pſternam:& ita ſublimem &,pcep ſubdam:& ſic iſte quidē irridebitur tuus uero exercitus glorioſus inuenietur:ſi neq a uiro bellatore habet in acie perire:ſed prouocatus a puerili ætate moriaſ. Saul aūt eius præſumptionē atq magnanimitatē ualde mirāte:nō tamē in eo habēte fiduciam propter ætatē:ſed ſtirmū eē:ut contra pitum hoſtē bellū ſuſcipet:ea dicēte:dauid ait. Polliceor hoc:cōfidens in deo q mecū ē:cuius etiam adiutorio fungor expiméto. Nam dū aliquando leo ouiculas meas inuaſiſſet:& agnū arripuiſſet:ſequens appræhendi eū & agnū quidē ex ore eius eripui:ip̄m uero dū cōtra me impetū feciſſet:a cauda com præhēſum:& pcuſſum in terra peremi. Idē & urſo faciēte:in eo ultus ſum. Putet ergo ille hoſtis unū ſe eē huiuſmodi beſtiarum:diu exprobrans exercitui:& noſtrum blaſphemans deum:qui eum faciet mihi ſubiectum. Saul igitur uoluntatē pueri atq præſumptioni ſimilem orans deo terminum dixit. Vade ad pugnā. Et accinxit eum lorica ſua ſimul & gladio:& apponēs ei galeā deſtinauit. dauid aūt oneratus his armis:cū non eēt exercitatus in eis ait. Iſta quidē rex tua ſint ornamenta:cui fortitudo eſt hæc geſtare præcipua:mihi uero tanquā ſeruo tuo concede ſicut ego uolo pugnare. Ergo poſitis armis ſumpto baculo:& quinq lapidibus de torrente in paſtorali pera:& fundam in dextera manu portans:ibat ad Goliad. Videns aūt eū Goliad ſic ueniētē ſpreuit:& iniuriam ei fecit quaſi nō arma gerēs hominum pugnaturus ueniret:ſed quibus canes repelli ſolēt:dicens. Nū me canē exiſtimaſti. Ille autē non canē:ſed deterius aliquid eum ſe putare reſpondit. Commouitq Goliad ad iracūdiā: ut ei maledictum apponeret ex uocabulo dei ſui:& interminatus eſt:daturum ſe carnes eius terrenis beſtiis:& cæli uolatilibus deuorandas. Cui reſpondit dauid. Tu quidem uenis contra me cum gladio:& haſta:& lorica:ego autem uenio ad te armatus deo:qui & te & omnē ueſtrum exercitum noſtris manibus perditurus eſt Hodie nanq tuum caput abſcindemus:& reliquū corpus tuū ſimilibus canibus apponemus:ſciētq cūcti:quomodo deus præſul ē Hæbreorum:& arma noſtra ipſe ē ſemp & fortitudo. Nam omnis exercitus & reliquus apparatus inutilis eſt abſente deo. Palæſtinus autē armorum pondere grauatus:cū currere non ualeret:paulatim uēit ad dauid:contēnēs eum & ſe nudū confidens ſimul & adhuc ætate puerulum ſine labore perimere. Occurrit autem ei iuuenis cum deo auxiliatore ſuo:qui ab hoſte non uidebatur:& ſumens de pera unum lapidum quos de torrente collegerat:& emittēs eum de fundibula:percuſſit repente Goliad in fronte:& uſque ad cerebrum pertranſiuit:ita ut mox confracto capite Goliad caderet pronus in terram. Tunc ſtetit dauid & caput eius incidit. Cadens ergo Goliad:factus eſt Palæſtinis occaſio maximæ fugæ. Nam dum peritiſſimū ſuorum cecidiſſe conſpexerunt:de rebus omnibus deſperantes:reſiſtere non ualuerunt:ſed uidentes ſe,uictos turpiq fugæ ſe tradēres:conabantur liberari. Saul autem & cunctus exercitus Hæbreorum clamore facto:ſuper eos exilierunt: & multos interemerunt: & pſecuti ſunt uſq ad terminos Geth: & portas aſcalonis. Mortui itaque ſunt Palæſtinorum. xxx. milia:& totidem uulnerata. Porro Saul reuerſus ab exercitu hoſtium:eorum caſtra diripuit & ſimul incendit. Caput autem Goliæ dauid ad tabernaculum proprium deportauit:& haſtam dicauit deo. Porro circa dauid inuidiam atq odium Saul regis uirgines mulieresque prouocauerunt. Occurrentes enim uictrici militiæ cum cymbalis & tympanis:delectabantur omni lætitia milites: mulieres quidem quod multa milia Saul Palæſtinorum interemiſſet:uirgines aūt q multa dena milia exterminans Dauid cœpit. Hæc audiens rex q millenario numero teſtimonium ipſe perciperet:& denum milium multitudo iuuenculo uouere tur:& cogitans q nihil poſt hunc tam clarum fauorem niſi regnum minus eſſet Dauid cœpit eum timere:& nimis habere ſuſpectum:& a priori quidem officio quem utiq ſuum armigerum fecerat eū amouens:ne dum nimis proximus eſſet:eum poſſet occidere:conſtituit eū millenarium dans ei locum quidem meliorem:& ut putabat ſibimet cautiorem:uolebatq eum ad hoſtes:& prælia mittere: ut in his pericula ſuſtinendo periſſet.

Quēadmodū miratus Saul fortitudinē Dauid:ei ſuam filiam copulauit. CAPI. XI.

DAuid ergo deum habens ubiq ducem:quocunq ueniſſet prævalebat:& optime agere uidebatur:ita ut propter excellentiam fortitudinis & populus eum & regis filia uirgo concupiſceret:& amore detēta cunctis ita fieret manifeſta:ut hoc eius deſiderium perduceretur ad patrem. Ille uero quaſi percepta occaſione in morte Dauid: hoc libenter audiuit daturūq nuptiis eius ſe uirginem hæc ſibi nunciantibus ait:ſi ducenta ei capita hoſtium adueheret necatorum. At ille honore ſic claro ei propoſito:uolens ex opere periculoſo & incredibili gloria magis procedere: tendebat ad cauſam. Saul autem cogitabat eum ab hoſtibus perimendum:& decenter ſua uota complere: ſi per alios & non eo faciente moreretur: iuſſitq ſuis famulis ut uoluntatem Dauid experirentur: qualis circa puellæ nuptias eſſet. Illi uero cœperunt cum eo loqui:q diligeret eum rex Saul una cum populo: & uellet ei etiam ſuam filiam copulare. Qui dixit. Non modicum uidere putatis me generum eſſe regis. Mihi uero nihil tale ſubſiſtit:præcipue

cū ſim abiectus:& a gloria uel honore ſegregatus. Saul aūt dū famuli Dauid reſponſa dixiſſent:ait. Dicite ei non me pecuniis egere:nec honoribus:qbus rebus uēdit filia potius quā nuptiis collocat: ſed eligere genere habentē fortitudinē:aliaſq uirtutes:quas te habere manifeſtum ē:& uelle me reci pere ab eo pro nuptiis filiæ:non aurē nec argētū:neq ut hæc de domibus paternis eiiciat:ſed pp ſup pliciū hoſtiū:capita ſexcēta Palæſtinorē. Et mihi enī ipſi nullū potius quā hoc:nullū clarius munus erit. Sed & meæ filiæ multo ſolēnis honoribus ē præcipuū:uiro tali & tāto teſtimonio de hoſtium triūphis decorato poſſe cōiungi. His uerbis delatis ad ſe Dauid gauiſus:quaſi Saul ſtuderet eum ſibī cognatione coniungere: neq conſilium expectauit: nec ſi poſſibile aut difficile eſſet: opus præſens animo cogitauit:ſed repente cum ſoriis ad hoſtes pro nuptiarum pollicitatione profectus eſt. Deus enim erat quī cuncta facilia Dauid & poſſibilia faciebat. Cunq multos interemiſſet:abſcidens ſexcē ta capita uenit ad regem. Et harum rerum probatione facta nuptias exigebat. Saul autem cum non haberet unde promiſſa refugeret:& mentiri peſſimum iudicaret:aut per inſidias eum occidere:cum forſitan etiam in hoc fruſtrari ſuo conſilio poſſet:dedit ei ſuam filiam nomine Michol.

Quēadmodū poſt hæc ſuſpectū dauid ſibi rex Saul pimere feſtinauit. CAPI. XII.

CVm ergo Saul non eēt recta uoluntate manſurus:uidēs etiam dauid & apud deum & apud homines approbari:expauit eum:& metum celare non ualens:timore magnarū rerum ideſt regni ſimul ac uitæ:ne priuaretur utroq: cogitauit eum crudeli calamita te perimere:eiuſq mortē Ionathæ filio:& reliqs familiaribus delegauit. Filiꝰ aūt admi rans pmutationē patris circa Dauid:cum non poſt multam eius deuotionem non me diocriter in eum:ſed ad mortem uſque ſæuiret:& cum iuuenem diligeret eiuſq uirtutem:dixit ei ſe creto uoluntatem patris ſui:ſuaſitque ut die futuro ſe cuſtodiret:ipſe uero ſalutaturum ſe patrem di xit:eiq pro eo oportuno tempore locuturum:cauſamq cogniturum:& ei exprobrare:qꝑ occidi uo luiſſet iniuſte qui tanta bona fuerat operatus:qui etiam ſi ualde peccaſſet ueniam promereri debuiſ ſet:dixitq ei ſe poſt hæc patris iudicare ſententiam. Dauid autem conſilio benigno obediens:egreſ ſus eſt a rege. Altera uero die Ionathas uenit ad Saul:& dum eum lætum & exultantem aſpiceret:cœ pit de Dauid proferre ſermonem dicens. In qua maiori uel minori iniquitate inueniens culpabilem dauid:præcepiſti eum pater interimi:uirum qui tibi quidem magnæ ſalutis cauſa fuiſſe probatus ē: Palæſtinis aūtem ualde ſupplicium: ab illuſione & iniuriis ſimul eripiens populum Hæbreorum: quas diebus. xl. ſuſtinuit nullo utique præſumente prouocationis certamina ſuſtinere: & qui poſt hæc iuſſione tua deferens hoſtium capita:ſororem meam præmio accepit uxorem:cuius mors tibi grauior erit:non propter ſolam uirtutem eius:ſed & iam propter ipſam cognationem:quando eius morte etiam filia tua uexabitur pene ante gaudium coniugi:ueniēs ad uiduitatis opprobrium. Hæc ergo cogitans pater:ad clementiam conuertere nihil committens in uirum:primum quidem qꝑ no bis magnum beneficium præſtitit tuæ ſalutis:quando malo ſpiritu & dæmonibus in te reſidentibus illos expulit:pacemque tuæ animæ condonauit: ſecundo autem: quando & in tuis hoſtibus ultus eſt. Hæc etenim obliuiſci:turpiſſimum eſt. His ergo ſermonibus mitigatus ſaul:iurauit filio:nihil Dauid iniuſte fore paſſurum. Sermo enim iuſtus:& iracundiam regis ſubiecit:& metum. Ionathas autem euocato dauid:indicauit ei de ſua ſalute:quam impetrarat a patre:eumque deduxit ad regem & erat in conſpectu eius ſicut prius. Eodem uero tempore:Palæſtinis bella gerentibus denuo ſu per Hæbreos:Saul contra hoſtes dauid cum exercitu deſtinauit. Et congreſſus aduerſus eos mul tos eorum proſtrauit: uictorque reuerſus eſt ad regem. Quem ſaul non ſicut ſperabat poſt bella ſuſcepit:ſed potius eius fœlicitate contriſtatus eſt:tanquam illius bonis actibus uideretur ipſe dece ptus. Cunque regem turſus pueris aſtant bus dæmon ageret:ſpirituſq turbaret:uocans dauid in do mo in qua iacebat tenens lanceam:eum pſallere & hymnos cantare præcepit. Quo iuſſa facientē: inſurgens in eum:lanceam iaculatus eſt:eamq dauid præui dēs declinauit. fugitq in domum ſuam & in ea tota die pmanſit. Nocte uero mittens rex:iuſſit eum uſq ad diluculum cuſtodire:ne latenter effugeret:quatenus mane deductus ad publicum traheretur ad mortem. Michol autem dauid coniunx:filia regis:cognita uoluntate patris:dauid indicauit:dubiam ſpem eius uitæ conſpiciens: & de anima ſua pariter diffidens. Neq enim ſe credebat poſſe habere uitam:ſi fuiſſet illius amore priuata. Et ergo dixit. Non te hic coniunx ſolis ortus inueniat:nam te ulterius non uidebo:ſed fuge citiꝰ:dū tibi præbet nox fugæ præſidium:faciatq tibi hac dñs longiorem. Scito.n.te a patre meo ſi inuentus fueris occidēdum. Quo dicto:eum p feneſtram depoſuit & dimiſit. Deinde conſtituit lectulum q̄ſi egrotantis:& ſub ſaga iecit ſpirans capræ ſuppoſuit. Die uero ſecūdo miſit pater eius ut dauid dedu ceret ad eum. Illa uero nūcians:eo qꝑ nocte fuiſſet factus infirmus:& oſtendēs eis lectulū cooptum: dum iecur quod ſub ſaga iacebat palpitaret:egrotū uere eſſe & dormire dauid qui miſſi fuerant cre diderunt. Renunciantibus autem illis infirmum factum eſſe nocte:iuſſit eum ſic adduci:ſe uelle eum perimere dicens. Qui uenientes ad lectulum:diſcooperientes & deceptionem inuenientes factam ab eius uxore:renunciauerunt regi. Quam dum rex culparet pater: eo qꝑ eius quidem liberauerit inimicum: illum uero deceperit:ſatiſfecit ei ueriſimile loquens: quaſi eam ad hæc non conſentien tem: Dauid occidere uoluiſſet: & hoc pro ſalutis ſuæ timore feciſſet: pro quo ei deberet ignoſce-

retqa hoc neceſſitatis cauſa non uoluntatis efficeret:adiiciens atq; dicens. Arbitror ego pater: q; ita uoluiſti illum perimere:ſicut me potius liberare. Et Saul equidem ueniã puellæ dedit. Dauid ergo declinauit a periculo: & uenit ad Samuel prophetam in Ramatha:eiq; regis inſidias idicauit:& q; a culo eius pene fuiſſet extinctus:dum neq; circa eum extiterit inimicus:neq; circa hoſtiũ certamẽ ifirmus:ſed in omnibus ꝓnus & fœlix:quæ magis cauſa Dauid iuidiam generauit. Cognoſcens itaq; ꝓ pheta regis iniuſticiã:Ramathá ciuitatẽ reliqt:& deducés Dauid ad quẽdam locũ nomine Galboa cõmorabantur illic cũ eo. Cũq; nũciatum fuiſſet Saul eo q; Dauid eẽt apud ꝓpherá: miſit armatos: eũq; ad ſe cõpræhẽdendũ iuſſit adduci. Qui cũ ueniſſent ad Samuel:iuenientes eccleſiã prophetaꝫ participati ſancto ſpiritu ꝓphetare cœperũt. Saul aũt audiẽs hoc: ſuper Dauid alios deſtinauit:& illis idẽ facientibus:denuo miſit alios. Prophetantibus aũt & ipſis qui tertio fuerant miſſi:ad ultimũ iratus ipſe perrexit. Cum uero iam erat in proximo:antequã eum uideret Samuel:prophetare cœpit uenienſq; ad eos Saul: ſpiritu uehementi compulſus:amens factus eſt:& exutus ueſte tota die canebat & nocte: Dauid & Samuele uidente. Ionathas uero Saul filius occurrentẽ ſibi Dauid:& de patris eius inſidias ingemiſcentem & dicentem:quia dum nihil inique geſſiſſet neq; peccaſſet:eum pater eius occidere feſtinaret: rogabat ut nihil ſuſpicaretur tale:neque derogantibus ſiqui forte huiuſmodi eſſent crederet:ſed ut ad ſe reſpiceret & ſecurus eſſet:nihil tale in eo cogitante patre. Nam ſi cogitaſſet:ei ſine dubio pandidiſſet:dum pater eius utique conſilium eius omne non celaret. Porro Dauid iurauit ita eſſe:& ſupplicabat ut credens prouidentiam eius haberet:potius quam eum ſpneret quaſi mendacem: eique renunciaret quicquid a rege pro ſe aut cognoſceret aut audiret:dicebatque ideo non ei de ſe dixiſſe patrem:q; ſciret illum circa ſe amicitiæ affectum habere. Contriſtatus ergo Ionathas: eo q; Dauid huiuſmodi patris eius eſſe circa ſe crederet uolũtatem: interrogauit eum quid uelit ut faceret. Ille autem:noui inquit omnia te mihi conferre & præſtare uelle. Craſtina die initium menſis eſt:& habeo conſuetudinem ſedens comedendi cum rege. Si tibi uidetur a ciuitate egredior & maneo in campo latenter:tu uero querenti Saul reſponde me profectum eſſe in regionem Bethleem in tribum meam: ad feſtiuitatem ibidem celebrandam:adiiciens etiam q; tu me ire permiſceris. Et ſi quidem ut aſſolet dici de canticis proficiſcentibus:cum bono uadat aut aliquid ſimile dixerit:ſcito nihil in eo circa me ſore doloſum nec inimicum: ſi uero aliter reſpondent:hoc tibi erit indicium: quoniam aduerſum me fuerit cogitatum:& renunciabis mihi uoluntatem patris miſericordiæ hoc & affectui communi diſtribuens:per quem fidem a me accipere: & idem tu domine famulo tuo dare uoluiſti. Si uero inuenis ĩ me malignum aliquid:ipſe me perime: ut ſic proficiſcaris ad patrem. Quæ uerba nouiſſima a Dauid Ionathas non egre ſuſcipiens:promiſit ſe ea quæ prius poposcit eẽ facturum. Et ſiquidem triſte aliquid: aut q; eius odium páderet pater reſpõderet:ei renũciare:& ut eum potius ſecura redderet:egreſſus:ſub diuo:nihil ſe pretermiſſurum pro Dauid ſalute iurauit dicens:Nunc deum quem magnum eſſe uides & ubiq; præſentem:& anteq; mentem meam:ſermonibus prodam: iam præſcientem eum: in communi pacto teſtem promiſſionis adduco. Quoniam non ceſſabo frequenter tentans patris animũ cognoſcere: donec mihi eius animi ſecreta pandantur:quæ cum didicero:non celabo: ſed protinus tibi nunciabo:ſiue mitis circa te:ſiue ſit ualde crudelis. Nouit autem hoc deus qualem eum circa te ſemper eſſe exoro:qui & nunc tecum eſt:nec te derelinquit:faciatque te inimicorum tuorum:ſiue pater meus eſt:ſiue ego: eſſe meliorem:tu autem horum eſto memor:& licet me finire uitam contingat: filios meos ſerua: & pro rebus præſentibus illis tuam retribue benignitatem. Dumque iuraſſet hæc dimiſit Dauid:& ad quendam campi locum ire præcepit:in quo erat ſolitus ſe exercere: quæcunq; cognouiſſet a patre nunciatum ſe ei promittens hoc modo ut deduceret puerum & mitteret ſagittas tres:& ſi iuberet puero ſagittas afferre quæ ante eum iacerent:cognoſceret:nihil eſſe apud patrem maliciæ:ſi diuerſi aliquid audiret:illo dicente a rege contraria ſimiliter expectaret:ſecuritatem ſe ei præbiturum dicens:ne quid ſuſtineret incongruum:utq; fœlicitatis tempore horum memor eſſet & utilitatem eius filiis exhiberet. Dauid itaq; a Ionatha hanc fidem accipiẽs ad locum proximum eſt profectus. Altero uero die cum eſſet menſis initium purificatus ſolenniter Rex ad conuiuium uenit: & ſedentibus circa eum filio Ionatha a dextris:& principe militiæ Abner a ſiniſtris:uidens eſſe locũ Dauid uacuum tacuit:ſuſpicatus eum non eſſe a coitu mundum. Cumq; ſecunda die noui menſis non aſſuiſſet:requiſiuit a filio Ionatha: ubi eſſet tranſacto die:& præſenti conuiuio Ieſſe filius non adeſſet. Ille uero ait abiiſſe eum ſe permittente ſecũdum ſolennitatem ad propriam regionem: eo q; tribus eius feſtiuitatem ageret:& rogatum ſe piter:ut etiam ipſe cum eo ad ſacrificia celebranda:concurreret: Et ſi præcipis inquit pater:& ego poſt eum uado: noſti enim quomodo illi deuotus ſum. Tũc igitur Ionathas Saul iniquitatem circa Dauid agnouit:& apte uoluntatem eius aſpexit. Nam iratꝰ Saul: blaſphemauit eum:natũq; de muliere uirum ultro appetentem:& proprium hoſtẽ dixit:& ſocium Dauid & cooperatorẽ eius:& nec ipſũ erubeſcere nec eius matrẽ talia faciẽtem:nec uolẽtem intelligere:q; donec Dauid uiueret:regnum eorum eſſet incautum: dixitq; ut eũ uocaret: quatenus pœnas exolueret. Reſpondente uero Ionatha:quid iniquũ fecit ut puniatur:nõ ad uerba iã & blaſphemias iramq; Saul acceſſit: ſed arepta lancea ſuper eũ ut reſpondẽtẽ iterficeret inſiluit:& hoc quidem

non ipleuit prohibitus ab amicis. Manifeſtū aūt apparuit:Saul initium eſſe Dauit & ꝙ ęū deſideraret occidere:ita ut propter illum pene ptopria manu filium interficere uoluiſſet. Tunc ergo regis filius declinato periculo:& nihil aluid præ triſtitia ualens:ſed deflens eo ꝙ & ipſe pene mortuus fuerit & Dauid necem definitam eſſe cognouerit: matutino facto perrexit:& quaſi exercitaturus exiuit in campum:ut amico ſicut conſtituerat regis proderet uoluntatem. Fecit ergo Ionathas ſicut pollicitus eſt:& ſequētē puerum in ciuitatem dimiſit:ut Dauid in deſerto loco ad faciem loqueretur. Quo uiſo Dauid cecidit ad pedes Ionathæ eumq; adorans:ſaluatorē animæ ſuæ uocabat. Quē Ionathas eleuauit a terra:& alterutros amplexantes ualde: ſemetipſos oſculabantur & flebant ætatem ſuam inuidiæ malignitate conſumptam:& futuram ſepationē quæ nihil differret a morte. Deinde quieſcētes a gemitu:& memoriam iuriſiurandi apud alterutros conſtare poſcētes diuiſi ſunt.

Quia ſepius Dauid per Saul periculum mortis paſſus effugit:& ſecundo eum ſuper ſe uenientem habens poteſtatem noluit interficere.

¶ CAPI. XIII.

ET Dauid qdē fugiēs Saulē & iminētē ab eo mortē declinās: uenit i ciuitatē Nobe ad Abimelech ſacerdotē. Qui dū eū ſolū uenir uidiſſet:& nec amicū:nec famulū cū eo eſſe pſētē:miratus ē:& cām cur nemo eēt cū eo quæſiuit. Ille uero cām ait ſibi ſecretā iuſſu regis iniūctā:ad quā non eū hēre multos cōitatus oportere dicens:ꝙ cōſtituiſſet ad quēdā ſibi locū famulos occurſuros: petebatq; ut ei itineris neceſſaria nō negaret:p q̄ opus amici faceret:& pſētib⁹ neceſſitatib⁹ ſubuēiret. Quibus adeptis:etiā arma ſibi dari ſi q̄ eēnt præ manibus poſtulabat. Aderat aūt illic ſeruus Saul: genere qdē ſyrus:noīe Doech quimulas paſcębat Saul Tūc ad Dauid ſacerdos ait nihil eq̄dē ſe tale hēre ſed eē lāceā Golie:quā ipſe illo pēpto deuouerat deo:eāq; ſumēs Dauid:ex oī hebræoꝝ regiōe fugit i Geth:quæ ē i regno paleſtinorū:ubi regnauit Achis. cunq; cognitus fuiſſet a famulis regis:eiq; manifeſtatus illis dicentibus:quomodo Dauid eēt q multa milia Palæſtinoꝝ peremiſſet:metuēs Dauid ne ab eo necaret:& piculū ꝙ decliauerat a Saul ab illo ſuſcipet:ſimulauit ſe eē furioſū:& rabidū ita ut ſpumā ex ore proiciēs:& alia quæ furioſi ſunt faciens:fidē regi ueræ paſſionis oſtenderet Qui famulis indignatus::eo ꝙ uæſanū hoīem apud eum introduxiſſent: uelociter a ſe Dauid iuſſit expelli:& ita liberatus de terra Geth:uenit in tribū Iuda:& habitās in ſpelūca circa ciuitatē Modollā miſit ad fratres ſuos:eiq; ubi eſſet ipſe mandauit. Illi uero ad eū cū oī cognatione ſua uenerūt. Sed & alii quibus aut odium aut timor erat regis Saul:ad eū piter cōcurrerēt:facturoſq; ſe quecūq; placerēt illi dicebāt:fuerātq; oēs ſimul q̄drigenti. Tunc ille ſecurus ꝙ auxiliū ei fuiſſet adiectū:ſurgens inde uenit ad regē Moabitarū:rogauitq; eū ut parentes eius donec ipſe de ſuo fine cognoſceret:in regiōe ſua ſuſceptos haberet. Quo annuēte:parētes eius omni tempore quo apud eum fuerunt:dignis muneribus honorati ſunt. Præcipiente uero prophēta ut deſertum quidem Dauid relinqueret:& ad tribum Iuda pgens ibidē habitaret:eidē obediit:& de Moab reuerſus: uenit in ciuitatē Sarmut:& in ea moratus eſt. Saul aūtē audiens. Dauid uiſū cum multitudine:non in timorē fortuitū corruit & tumultum: ſed ſciens uiri prudentiā atq; pſumptionem:ꝙ non ex eo ſibi paruus timoris ſonus exurgeret:quia & dolum & labores inferret:conuocans amicos & principes tribus ex qua ipſe erat:in collem ubi regnum habebat & ſedēs in Segete:ſic enī locus ille uocabatur:dū circa eū eſſet ordo ciuilis piter & armigeri:cūctis ait. Viri contribules:noui qdē ꝙ meoꝝ beneficioꝝ nō eſtis immemores: quoniā & agrorum quoſdā dominos feci:& honores populares:& officia pbui. Interrogo ergo uos ſi maiora his dona & ampliora Ieſſe filium uobis dare cōfiditis. Noui quoniam oēs illi potius cōſentiatis:quādo meus filius etiā Ionathas ita ſapit:& uos ad talia pſuaſit. Nō enī ignoro ꝙ iuſiurādū cū Dauid & fœdera celebrauit:necnō ꝙ contra me Ionathas tractator eius & coopator exiſtit:nulliq; ueſtrum curæ eſt: ſed tacentes rei exitum ſuſtinetis. Cūq; rex tacuiſſet:alius quidē præſentiū nemo reſpondit. Doech uero ſyrus paſtor mulaꝝ eius ait:ꝙ uidiſſet Dauit in Nobe ciuitatem ueniſſe ad Abimelech ſacerdotē:ut futura ſibi pphetante cognoſceret: pceptiſq; ab eo ſumptibus:& haſta Goliæ: ad quos ire uolebat ab eo fuiſſe directū. Tunc uocans ſacerdotem & cunctam eius generationē Saul ait. Quid mali paſſus a me:ſeruū inutilē Ieſſe filium ſuſcepiſti:eiq; ſumptus dediſti & arma:cum mei regni nimius inimicus exiſtat. Cur etiam futuroꝝ ei reſponſa pbuiſti. Non enī te latuit ꝙ me fugeret:& odio meam domum haberet ſacerdos aūt quæ facta fuerant non negauit:ſed cū fiducia ſe hæc præbuiſſe confeſſus eſt:Nec ſe Dauid præſtitiſſe ſed regi dicens:non eū tuum nouimus inimicū:ſed fidelē ſocium & præcipuum ſeruum & millenarium:& ꝙ horum maius eſt generū piter & cognatum:& hæc non inimicis hoībus præſtiti:ſed ei qui circa te opus ſuæ deuotionis exhibuit. Prophetaui autem ei non modo ſolum: ſed ſepius. Dicente nanq; cum magna feſtinatione fuiſſe ſe directum: ſi ei quibus agebat minime præbuiſſem: non illi putaret:ſed potius tibi reſtitiſſe. Quapropter nihil doloſum aduerſum me cogitare debes: neque in his quæ nunc audiſti meam tunc fuiſſe debes credere uoluntatem. Amico nanque & regis genero & millenario hæc impendi:non hoſti. Hæc dicens ſacerdos: nequaq; ſatisfecit regi Saul. Qui cum eſſet in magno terrore:neq; ueram confeſſionem crederet:iuſſit armatis circunſtantib⁹ ut eum cum ſua cognatione perimerent. Cunque illi non preſumerent contingere ſacerdotem:ſed diuinitatem formidarent: potius quam regi parere uellent:tum ſyro Doech rex ſacerdotis im-

perauit interitum. Qui ſumens ſuæ maliciæ ſimiles: occidit Abimelech eiuſq; progeniem. Erant au tem omnes trecenti. Quo facto iuſſit quoq; Saul in ciuitatem ſacerdotũ nobam: & omnes occidit: non mulieri: non infanti: non aliæ pepercit ætati: eamq; ſuccendit. Vnus filius inde Abimelech tantummodo Abiathar nomine liberatus eſt. Hæc ſiquidem contigerunt ſicut deus ſacerdoti Heli prophetauit: propter iniquitates duorum filiorũ eius: dicens prolem eius radicitus euellendam. Porro Saul rex crudele ſic opus efficiens: & totam generationem ſacerdotalem interimens: & neq; infantibus miſericordiam: nec ſenibus reuerẽtiam habẽs: ſed & ciuitatẽ diſperdens quam patriam ſacerdotum, pphetarumq; nutricẽ diuinitus elegerat & ſolam tales uiros habere decreuerat. Hoc actum omnes ſecit agnoſcere: & humano modo conſiderare: q; donec fuerint aliqui ſimplices & humiles: nec fuerint abuſi natura: nec uoluntatem ſuam implere præſumpſerint: manſueti ſunt atq; mites: ſectanturq; ſolam iuſticiam: & circa eam oẽm ſtudent habere deuotionem: tunc etiam in diuinitate confidunt: quæ omnibus quæ fiũt in hac uita præſens eſt: & non ſolum opera: ſed etiam mẽtem unde procedunt hæc antequam fiant aptæ conſiderat: cum uero ad poteſtatem ueniũt: & ſupbiæ cumulo dilatant, tunc omnibus illis uirtutibus exuti: & uelut inſcena: multus: & mores: & moderationẽ actuum reponẽtes: ſuſcipiunt audaciam: ſupbiam: & contẽptum rerum humanarũ & diuinarũ: & dum præcipue pietatẽ iuſticiamq; ſpernunt: & in omnibus quæ cogitant aut agunt ſibimet arrogauerunt: tunc quaſi non uideat eos deus: aut certe poteſtatem eorum non habeat: peſſimis graſſantur in actibus: & q̃cquid aut audire metuunt: aut odio habẽt reſpuũt: quæ aũt irrationabiliter diligunt: hæc gratia: firma uera: & hominibus placita ſimul & deo credunt. De futuris uero reb⁹ nullus eis fit ſermo: ſed eos qui ptulerunt multas laborũ miſerias exhonorant: & eos habentes odio ſimul inuidiam his cõflant: deducẽteſq; eos ad medium non ſolũ adeptos honores eis auferũt: ſed per calũniam etiam uita eos priuare nituntur: puniũtq; non propter opera digna ſupplicio: ſed derogationibus & accuſationibus nequaq̃ examinatis extinguũt: non quos oportet hæc pati: ſed in qb⁹ iniuſte nituntur ulciſci. Hoc igit nobis Saul filius Cis qui primus poſt illũ ducẽ optimum rẽpublicam regebat in Iſrahel manifeſtum eſſe monſtrauit: occidens trecentos ſacerdotes prophetas: pro ſuſpitione quã habuit in Abimelech: deiiciens ẽtiam eorũ ciuitatem: & ſtudẽs quodammodo deus ſacerdotibus prophetiſq; priuare: dũ tãtos ſimul occideret: & neq; pẽiam eorũ maneꝝ pmitteret: ut poſt illos aliq; poſſet oboriri. Abiathar itaq; Abimelech filius: qui ſolus fuerat de ſacerdotibus a Saul interfectis ereptus: fugiens ad Dauid: ærumnam ſuorũ omniũ: & patris ſuiterũ declarauit. Qui ait: non ſe hæc eis ignoraſſe futura: ſed uidens Docch: ſuſpicatum fuiſſe: q; ſacerdotẽ regi declararet: ſeq; dolebat quaſi huius calamitatis auctorem: & poſtebat: ut cũ eo decetero commaneret: tanq̃ qui in alio loco latere non poſſet. Eo itaq; tempore audiẽs Dauid palæſtinos Ceilanorũ puinciam deuaſtare: conſuluit deũ p, pphetam: ſi eũ pugnare præciperet. Quo dicente: q; diuinitus uictoriam promiſiſſet: cũ ſociis Palæſtinos hoſtes inuaſit: multãq; eorũ cædẽ effudit: & p̃dã tulit. Cũq; apud Ceilanos eẽt: dõec areas ſuas fructuſq; ſine timore colligerẽt: regi Saul nũciatum eſt: q; apud eos habitaret. Opus enim illud & magnus effectus apud quos geſtum eſt celari non potuit: ſed fama etiam ad extraneorum auditus aduẽit: & ad regem uſq; delatum eſt. Gauiſus ergo eſt Saul cum audiſſet Dauid in Ceila commorari dicens: deũ illũ eius manibus tradidiſſe: quando coactus ſit uenire in ciuitatem: muroꝝ & portas: & ſeras habentem: iuſſitq; oĩ populo: ut ad Ceilam unanimiter conuenirẽt: & obſidẽtes eam: capiẽteſq; Dauid interimerẽt. Hæc itaq; ſentiens Dauid & agnoſcens a deo: quomodo eũ forent Saul tradituri Ceilitæ: ſumẽs quadringẽtos qui cũ eo erant: de ciuitate profectus eſt in deſertũ Zyf. Et rex cũ audiſſet eum fugiſſe de Ceila ab eius perſecutione ceſſabat. Dauid aũt ſurgẽs exinde: uenit in quẽdam locũ Zifim: q uocat Noua: ubi Ionathas filius Saul ueniẽs ad eũ: & oſculatus ſecuꝝ eſſe dixit: & ſpẽ bonam habere futurorum: nec præſentibus rebus eũ debere deficere: quoniam regnaturus foret habituruſq; ſub ſe Hæbreorum omnium poteſtatem: quomodo gratiora eſſent: quæcũq; magnis laboribus euenirent. Et rurſus iuſiurando celebrato inter alterutros pro deuotione uita totius & fidei: & deũ uocans teſtẽ Ionathas: maledixit ſibi: ſi tranſcenderet conſtitutũ & in contraria mutaretur. Tunc Ionathas Dauid ibidem relinquẽs: paululum a timore & ſollicitudĩe releuatum: ad Saul ipſe reuerſus eſt. At Ziphæi uolẽtes gratiam præſtare Saul: indicauerũt ei: apud ſe cõmorari Dauid: promiſerũtq; ei: ut ſi ueniret: illũ cõtraderent: quem ſcilicet dum anguſtia Ziphenorũ appræhendiſſet: non poſſet ulterius alibi deuiare. Quos laudauit rex: & gratias egit: indicantibus inimicum: eiſq; pollicitus eſt: non tardare eorum recompenſare deuotionem: miſitq; qui quererent Dauid: & deſertũ omne pſcrutarentur: dicẽs etiam ſe continuo ſecutuꝝ. Et illi quidem qui directi fuerant, p inueſtigando & capiendo Dauid: præcedebant regẽ ſtudentes fauore ſuo nõ ſolum nũciare inimicũ: ſed etiam manifeſtatũ in regiã poteſtatẽ contradere. Hi tamen iniuſta & maligniſſima uoluntate fruſtrati ſunt: qui cum nihil mali ſuſtinere potuiſſent: ſi non hunc indicaſſent Sauli: ,ppter blandimenta regia uirum religioſum: & ad mortem iniuſte queſitum: & qui latere poterat, p diderunt: & ſe eũ tradere, pmiſerunt. Cognoſcẽs aũt Dauid maliciam Ziphenorũ & regis inuaſionẽ: anguſtias quidẽ illius regionis dereliquit: fugit autẽ ad petram maximã in deſerto Maon conſtitutam. Cũq; Saul eum ibi perſequeretur: cognouit in itinere Dauid ab illis anguſtiis diſceſſiſſe: q̃ſi ad aliã petræ partẽ. Et cum Saul ex alia parte cõſiſteret: ut cum

pene iam cape potuisset:audiēs Saul Palæstinos Hæbreoꝝ regionē ualde uastare:a Dauid psecutio
ne discessit:& contra eos qui naturaliter hostes erant dimicādum magis necessarium iudicauit: quā
inimicum proprium psequēdo:uastationem suæ terræ despicere. Sic ergo Dauid inopinabiliter de-
clinato periculo:uenit in angustias Engaddi. Cum uero Saul expulisset alienigenas:uenerunt qui
nunciarent ei Dauid in Engaddi montibus habitare. Qui sumens tria milia armatoꝝ abiit sup eum
& cum non esset procul a locis illis:uidit circa iter speluncam profundam atque rotūdam multa lō
gitudine & latitudine nimis apertam:in qua Dauid cum quadringentis erat absconsus. Dūq; Saul
naturaliter uētris purgandi necessitate cogeretur:ingressus in eam solus est. Quem dum uidisset q-
dam hominum Dauid:& dixisset in eius inimicum tempus a deo datum: & suaderet ut ultionis cā
Saul caput abscinderet:quatenus graui persecutione & miseria priuaretur:surgēs Dauid abscidit q-
dem summitatem uestis solummodo:qua Saul erat indutus:& repente pœnitētia tactus ait:non es-
se iustum ut suum occideret dominum:& qui .s. a deo fuerat regnare pceptus. Nam licet iste inquit
circa nos malignus existat:me tamē apud eum non decet esse talem. Cunq; Saul de spelunca fuisset
egressus:accedēs Dauid exclamauit a longe:petens ut Saul audiret. Conuerso autem rege adorauit
eum secundum morem prostratus in terram:& ait. O rex non te oportet malignas & falsas deroga-
tiones confingentibus aures accommodantem illis credere:& in suspitione diligentes te uiros ha-
bere:sed magis operibus affectum considerare cunctorum. Derogatio nanque multorum est deuo-
tionis uero clara probatio actuū ueritate consistit:& sermo qdem cuiuslibet in utroq; habitus: tenet
similitudinē ueritatis & falsitatis:opa uero nudū hēnt uerītatis intuitū. Considera igit ex istis qualis
ego circa te tuamq; sim domū:& q̄ mihi oportet credi. & non accusantibus & dicenib⁹ ea quæ neq;
animo concepi:neq; facere potui. Cur apponis psequi aīam meam:& nihil die noctuq; cogitare nisi
animæ meæ interitum:quam iniuste psequeris. Q uo enim nō falsam opinionē de me sumpsisti:q̄si
occidere te uoluerim:aut qūo nō impie agis in deo occidere concupiscēs & inimicum tuū credens
hoiem qui potestatem hodie habuit punire te:& a te pœnas exigere:sed noluit: cum tēpore ad hoc
usus essem oportuno. Quod si contra me tibi idē licuisset:nequaq̄ sic captus prætermissem. Quādo ei
tuæ uestis incidi partē:potui etiam caput auferre. Et ostēdens pannum uestis eius:rei fidē exhibuit.
Et ego quidē iustā inqt ultionē retinui:te uero iniustum cōtra me habere odium nouens. Sed deus
hæc iudicet:& utriusq; nostrum arguat uolūtatē. Saul aūt suā inopinabiliter admiratus uitam fuisse
seruatā:& humilitatē iuuenis naturam eius obstupescēs ingemuit. Cūq; & Dauid hoc fecisset:respō-
dit cum gemitu Saul illum potius esse iustū. Tu inquit cā bonoꝝ mihi fuisti:ego uero tibi calamita-
tum:& ostendisti hodie prisco⁹ te habere iustitiā. Quis enim inimicos suos in deserto comprehē-
sos saluandos eē duxerit? Confido itaq; quia deus regnum tibi construet:& omnium Hæbreorum
te potestas expectat:sed da mihi iurisiurandi fidem:ne meum genus extermines: neq; habens malo-
rum memoriam:studēs meum nomē eradicare:sed ut meam domū & salues & serues. Iurante uero
Dauid ut popposcerat:Saul quidē ad ꝓprium reuersus ē imperiū:Dauid aūt cū suis abscessit in angu-
stias Masspha. Hoc itaq; tpe & Samuel ꝓpheta defunctus ē:uir q non fortuito honorē apud Hæbreos
habuerat:cuius uirtus etiam apparuit in hoc ope qd ꝓp eius deuotione populus multo tēpore luctū
duxit circa sepulturā eius:atq; solēnis largitatis studiū magnū cōpetēter exhibuit. Sepelierunt autē
in patria sua in Ramatha:multiq; fleuerūt eū diebus:non incōmuniter hoc facientes:uelut in extra
nei morte:sed tanq̄ ꝓprium singuli quiq; lugētes. Fuit enim uir iustus:& natura bēignus:& ꝓpterea
magis amicus deo:qui præfuit populo solus: post mortem qdem sacerdotis Heli annis duodecim
cū Saul uero rege annis decē & octo. Et Samuel quidem huiusmodi habuit finē. Erat igitur qdam
Ziphenoꝝ: de ciuitate Maon diues & multa pecora possidens:triū nāq; milium ouium gregē habe
bat in pascuis:& mille caprarū. Has ergo Dauid illæsas:& sine uexatione custodire suos præcepit:ut
neq; desiderio:neq; egestate:neq; pro loco deserto:& ubi potuisset latere aliquis eorum uexare præ-
sumeret. Super hæc autem illud seruandum dicēs:ut nihil iniustum fieret:& aliena tangere pessimū
iudicarent:neq; deū offenderent. Hoc aūt docebat eos:homini bono præstare se credēs & dignum
eum esse:benēficium huiusmodi ꝓmereri. Erat enim illi nomē Nabal:uir durus & studiis malignissi
mus:habens uitā detestabilē:cui erat uxor bona:simul & casta:& spetie nimis eximia. Igitur ad hūc
Nabal tēpore quo tondebat oues misit Dauid uiros decē ut eos salutarent:& optabat ut hoc multis
annis efficeret & qd eēt sibi possibile ab eo præberi popposcit:cognoscens a suis pastoribus q̄ nihil
eos aliquando nocuerint:sed etiam custodes eoꝝ gregūq; fuerūt dū multo tpe in deserto piter ha-
bitassent:& q̄ non eū penituerit siqd Dauid sua largitate præberet. Nabal aūt his qui missi fuerant
in humane nimis & dure respondit. Dum enim interrogasset eos quis esset Dauid:& respondissent:
filiū Iesse:ait. Nūc uideo:qa ualde in semetipsis supbiunt fugitiui:& gloriantur suos dominos relin-
quentes. Quod dū fuisset Dauid renūciatū:iratus & quadringētos quidē armatos seq se præcipiēs
ducēris ad rerum custodiam derelictis:ibat contra Nabal:iurans illa nocte domum se & omnē pos-
sessionem eius exterminare. Non solum uero ob hoc iratus est Dauid:quia uideretur ingratus:& ni
hil dedisset eis qui multam benignitatem circa eum habuerant: sed etiam quod blasphemasset:&
maledixisset eis:a quibus in nullo fuerat cōtristatus. Interea quidam seruus & custos ouium Nabal

dominæ qdē ſuæ:illius uero cōiugi dixit:quod miſerit Dauid ad uirū eius non ſolū nec aliquid ui-
le perceperit:ſed etiam iniurias & peſſimas in eū dixerit blaſphemias dū omni puidētia & cuſtodi
circa eos fuerit uſus in gregibus affirmās hoc in malū domini ſui & ipſius profuturum. Quo dicto
Abigail uxor Nabal eiiciens decē aſinos:& onerans eos multis muneribus:nihilq; marito dicēs:cū
p ebrietatē ipſe ſenſu careret:pfecta eſt ad Dauid. Cui aſcendēti montis anguſtias Dauid occurrit:
cū quadringētis uiris uenienſ ſuper Nabal. Quē cū uidiſſet mulier de aſina exiluit:& pſtrata in facie
adorauit:ſupplicans: ut nequaq; Nabal uerba reſpiceret:qui utiq; Nabal recte uocaret:quod nomen
dementem lingua ſignificat hæbrea. Satiſ faciebat aūt dicēs:nō ſe eos uidiſſe qui ab eo fuerant miſ-
ſi:& debere ſe ueniā promereri:utq; magis ipſe ageret deo gratias:qui eum a ſanguinis humani pol
lutiōe prohibuit exorabat. Nā cū tu inquit benignus ſis:ille uindicat a malignis. Quæ enim Nabal
inquit mala ſuſtineat:ſuper caput inimicoꝝ tuoꝝ eueniant. Eſto mihi propicius qdem & iudica me
dignā:per quā hæc dona ſuſcipias:ira uero atq; furorē quē ſup maritū & eius habuiſti domū: mihi
remitte. Hæc eni te decēt:cū ſis placidus atq; clemēs: & qd maius eſt regnaturus. Suſceptis aūt illis
muneribus ait. O mulier:propicius te hodie ad nos deus adduxit. Non futurum uideris diem:cum
luraſſet domum Nabal hac nocte diſperdere:ut nullus ueſtrum penitus remaneret:cum utiq; ſit uir
ille ingratus & callidus circa me & ſocios meos:nunc præueniſti: & meum curante deo mutaſti fu-
rorem:& Nabal quidē licet modo propter te relinquatur inultus: non tamen effugiet pœnas: ſed
alia cauſa quæ ei competit eueniet. Hæc dicens dimiſit mulierem. Illa domi reuerſa eſt:& inueniens
uirum cum multis uino ſolutum:& in ebrietate iacentem:tunc quidem nihil horum quæ geſta fue
rant indicauit. Cui altera die cuncta ſignificauit:ſicq; eum triſtem reddidit: & ad ſolutionem mem-
brorum:ut pene ad mortem uſq; deduceretur: & non amplius q̄ decem dies poſtea uiuens Nabal
defunctus eſt. Dauid autem audiens mortem eius: ultum ſequidem a deo dixit: Nabal uero pro-
pria malignitate defunctū:dediſſeq; illi pœnas:& ſe ab eius cuſtodiſſe ſanguine:mūdā hūtē dextrā.
Tunc etiā agnouit:eo qd maligni diuinitus urgeant:& nullus iter homines deſpiciat a deo:qui dat
quidē bonis ſimilia:malis uero refert digna ſupplicia. Et mittens ad eis uxorē:petit:quo eā ſibimet
copularet. Illa uero his qui miſſi fuerant:dicens ſe non dignam fore ut illius uel pedes tangeret:ta-
men cum omni proprio apparatu uenit:eiq; coniuncta eſt:quæ ad hūc honorem uenire promeruit:
tam pro modo caſtitatis q̄ pro ſpetie ſuæ formæ. Habuit autem Dauid uxorem:quā primitus duxe-
rat de ciuitate Ehiſar. Michol aūt Saul regis filiā quæ fuit Dauid uxor:pater ei⁷ Saltim filio Lais cō
iunxit:qui erat de ciuitate Gallim. Cūq; hæc fuiſſent geſta:quidam Ziphenorum uenientes indica-
uerunt Saul quod rurſus Dauid eſſet in eorum regione & poſſent uiolenter eum comprehendere ſi
ſua præberet ſolatia. At ille cum tribus milibus armatorum ſuper eum egreſſus eſt. Cunq; ſuperue-
niſſet nox caſtra poſuit in loco quodam qui dicitur Ceila. Audiens uero Dauid contra ſe ueniſſe
Saul miſſis exploratoribus:iuſſit ſibimet nunciari ad quem locum iam ueniſſet. Quibus dicentibus
in Ceila eum eſſe:ſurgens nocte:ita ut lateret ſuos uenit ad caſtra Saul: ducēs ſecum Abiſai natum
ſororis ſuæ Saruiæ:& Achimelech Getheū. Saul itaq; dormiente:& circa eum per circuitum arma-
tis: & Abner principe militiæ conſtitutis: Dauid ingreſſus caſtra eius: nec ipſe perenit eum inue-
niens eius ſtratum: & lanceam quæ erat fixa ad caput eius: nec Abiſai permiſit uolentem eum oc-
cidere: & in hoc uehementer inſtantem: ſed dicens ordinatum a deo regem occidere eſſe nimis
iniquum: licet ille ſit malus uenturamq; ei pœnam oportuno tempore ab eo qui ei præbuit re-
gnum:retinuit impetum eum uolentis occidere: & pro ſigno q̄ cum potuiſſet eum interimere: &
potius abſtinuerit: ſumens eius lanceam & urceolum aquæ appoſitum dormienti ſaul nullo ſen-
tiente in exercitu: cunctiſq; iacentibus latenter egreſſus eſt: cum omnia facere potuiſſet: quæ &
ipſum tempus offerret: & contra regem digna præſumptio ſuaderet. Tranſiens uero torrentem:&
in uerticem montis aſcendens:unde potuiſſet audiri clamans uoce magna militibus Saul & Abner
principi militiæ:excitauit eos a ſomno. Hunc enim uocauit & populum. Audiente uero principe
militiæ:& requirente quis eum uocaſſet: Dauid ait. Ego ſum filius quidem Ieſſe: ueſter uero fugi-
tiuus. Cur inquit cum ſis magnus:& apud regē honore præcipuus corpus eius ita cuſtodis:ut ſom-
nus ſit tibi dulcior:quā illius ſalutis affectus. Hæc quippe digna morte ſunt atq; ſupplicio. Dudum
enim ingreſſus eſt quidam in ueſtrum exercitum ſuper regem:& ſuper alios uniuerſos:& nō agno
uiſtis. Quære lanceam regis:& urceum aquæ: & agnoſces quantum malum uos latuit intrinſecus
conſtitutos. Saul autem cognoſcens Dauid uocem: & uidens quia dum eum captiuum habuiſſet
ſopore confectum: cuſtodibus negligentibus non occidit:ſed pepercit ei:quem iuſte perimere po
tuiſſet:pro ſalute ſua gratias egit: & rogauit ut confidens: nihilq; ab eo mali iam metuens iret: ad
propria affirmans credere ſe q̄ nec ſemetipſum aliquis ita diligeret: ſicut Saul a Dauid amaretur:
& accuſans ſeipſum: q̄ eum quidem qui illum cuſtodire poſſet: & multa indicia circa eum ſui
amoris oſtenderet: perſequeretur iniuſtē: & tanto tempore dubitantem de anima ſua degere in
fugam compelleret: ab amicis & cognatis deſolatum: ipſe uero ab eo ſepius liberatus non quie
ſceret:ſed eius animam aperte deſideraret auferre. Quo dicto: Dauid iuſſit ut aliquis puerorum
eius ueniens:tolleret lanceam:& urceum aquæ dicens. Deus utriuſq; noſtræ uoluntatis & actuum

iudex ſit qui nouit q̄ etiam præſenti die cū te occidere potuiſſet:tui miſertus abſtinui. Et Saul quidem ſecundo dauid manus effugiens ad regnum proprium remeauit. Metuens autem dauid ſi per manēs ibi aliquando in Saul manus incideret:decreuit ad Palæſtinos deſcenderet:& illic habitare. Tunc cum ſexcentis qui erant circa eum uenit ad Achis regem Geth. Erat autem hæc una quinq̄ Palæſtinorum urbium Cunq̄ eum rex ſuſcepiſſet cum uiris:& habitaculū præbuiſſet: habente eo ſimul & duas uxores Achinoem & Abigail:morabatur in Geth. Saul autem hæc audiens ulterius uoluntatem non habuit:ut mitteret ſuper eum:aut ipſe forſitan properaret: cum ſecundo pene tale periculum pertulerit:ut ab illo potius potuiſſet comprehendi. Porro dauid non placuit ut in ciuitate Geth:habitaret:ſed regem rogauit qui eū clementer exceperat:ut ei locū aliquē in puincia donaret ubi cū ſuis degere potuiſſet:pudori eſſe dicēs:ut ſi in ciuitate maneret:ſe ei oneroſum exiſtere. Cui dedit rex quendā uicū Sicelech nūcupatū:quē uicū ita dilexit:ut cū regnaſſet dauid:eum ipſe & ei⁹ pueri quaſi primā poſſeſſionē honorarēt. Sed de his in alio loco dicemus. Tps itaq̄ qd cōmoratus eſt dauid in Sicelech Palæſtinorum fuit menſium quattuor:& uiginti dierum. Vnde latenter inſurgens cōtra Palæſtinos in uicina regione conſtitutos Serritas & Amalechitas:eorum prouinciā deuaſtabat:multāq̄ predam iumentorum & camelorum ſumens:reuertebatur ad propria: & ab hominibus abſtinebat:metuentes ne eum diuulgarēt ad regem:patrē tñ ei præde domum mittebat. Cū uero reqreret rex quos uaſtaſſet:prædamq̄ tuliſſet:dicendo eos qui ad auſtrum iudæos cōuerſabantur:& in campeſtribus habitabāt ſe eſſe depopulatum ſatiſ fecit regi: ſperabat enim q̄ dauid odio haberet propriam gentem:& ſeruus eius foret donec apud eum conſiſteret.

Quemadmodū caſtrametantibus Palæſtinis:iterum Hæbrei bello deuicti ſunt: & rex eoꝝ Saul pugnando mortuus eſt una cum filiis. CAPI. XIIII.

EOdem tempore Palæſtinis circa Iſrahelitas pugnare uolentibus:& mittētibus ad omnes amicos ut eis adeſſent in bello in Sela:ubi cōgregati erant exituri ſuper Hæbreos: Achis rex Geth: dauid rogauit:ut cum ſuis armatis ei ſolatium contra hæbreos præberet. Illo uero gratiſſime promittente & dicente inueniſſe ſe tempus:in quo ei beneficiis reſponderet:& ſuſceptionis munus exolueret:promiſit rex cuſtodem ſui corporis poſt uictoriam & belli certamen eum ſe eſſe facturum honoris & fidei promiſſione uolens uolūtatem eius augere. Saul itaq̄ rex Hæbreorum omnes diuinos & uentriloquos:& omnem huiuſmodi artem de ſua expulerat regione abſq̄ prophetis. Audiens autem Palæſtinos iam eſſe præſentes:& iuxta ſuam ciuitatem in campo poſitā:caſtra fixiſſe ad eos cū omni exercitu ſuo profectus eſt. Cunq̄ ueniſſet ante montem quendam Gelboe:& uidiſſet e diuerſo hoſtium multitudinem: timore fortuito conturbatus eſt:dum eſſet eorum exercitus potior:& multo melior deumq̄ conſuluit per prophetas:ut ei de prælio & eius fine prædiceret. Deo autē non reſpondente Saul magis expauit: & animo corruit:malum ſibi aperte imminere proſpiciens: cum utiq̄ deum arbitraretur præſentem ſibi non eſſe:iuſſitq̄ ſibi quæri mulierem uentriloquam habentem ſpiritum:& uocātem animas defunctorum:ut ualeret: agnoſcere: ſi in rebus imminentibus præualeret. Genus enim uentriloquorum euocando mortuorum animas:per eas ſolet poſcentibus futura prædicere. Cunq̄ fuiſſet a quodam famulo ei nunciatum:eſſe huiuſmodi mulierēm in ciuitate Endor: latenter omnem exercitum relinquens:exutus ueſte regali:ſumens duos famulos: quos nouerat fideliſſimos uenit in Endor ad mulierem: rogauitq̄ eam ut diuinaret:& animam ſuſcitaret:citius ipſe dixiſſet. Muliere uero repugnante atq̄ dicente non ſe poſſe regem ſpernere:qui genus hoc diuinantium expuliſſet: ſed nec illum bene facere:qui dum nihil per eam fuiſſet leſus:ei pararet inſidias: ut prohibita facientem pene contraderet iurauit: ne cuiquā eius diuinationem proderet:nec periculum fore. Cunq̄ iureiurando ſatiſ feciſſet non eam debere metuere:ſi ei animam Samuel euocaret: illa neſciens quis eſſet Samuel: eam ex inferno euocabat. Cunq̄ apparuiſſet uidens mulier uirum ſanctum deo decibilem: conturbata eſt: & tunc eius faciem obſtupeſcens:nonne tu es inquit rex Saul. Hoc enim ei Samuel indicauerat. Quo confitente:& perturbationem eius quærente: ait uidiſſe ſe uirum ſimilem formā deo:eoq̄ iubente imaginem eius:formam & ſtatum eius quem uiderat explanare: ſignificauit ſe ſenem iam glorioſum:& ſacerdotali pallio uidiſſe circūamictum. Ex quibus cognouit rex hunc Samuel eſſe:& procidens in terram ſalutauit & adorauit. Anima uero Samuel inquirente cur eam cō mouiſſet:Saul ingemiſcebat neceſſitatem incumbere:& hoſtes ſibi grauiter imminere: & eſſe in hæſitatione rerum præſentium conſtitutum a deo utiq̄ derelictum:& neq̄ reſponſum promeretur neq̄ per prophetas:neq̄ per ſomnia:& propterea inquit ad te qui mihi ſemper pius extitiſti confugi. Samuel aūt uidens eum fini uitæ iam proximum:ait. Superflue a me aliquid uis cognoſcere: cū a deo ſis derelictus. Sed regnum quidem tuum ad dauid tranſferetur:quod in hoc bello ſcias eē uentur⁹ te uero tuumq̄ principatum cum uita eſſe finiendum:quō inobediens fueris deo in Amalechitas bello:& eius nequaq̄ mandata ſeruaueris: ſicut uiuens tibimet prophetauit. Igitur ſcito te ſubdendum: & populum inimicis: & te cum filiis tuis die craſtina in bello cadentes mecum eſſe manſuros. Hæc audiens Saul triſtitia faciente loquendi amiſit officium: & proſtratus eſt in terra propter dolorem qui ei fuerat indicatis potius:q̄ propter abſtinentiā. Quia enim p̄cedēti die aut nocte ci-

bum non ſuſceperat:facile non ualebat exurgere: uix tamen recipientem ſpiritum coegit mulier u guſtaret:hoc munus petens ſibimet repenſari pro diuinatione:quam ſui periculo ei præparabat: cũ ei propter timorem ipſius non licuiſſet. Quæ licet ignoraſſet qui fuerit tamen ei prænaluit ut concederet pro quibus rogauit appoſitum cibum ſumere: quatenus recepta uirtute:ad caſtra propria re mearet. Cumq; ille refutaret:& nimis aduerſaretur in anguſtia conſtitutus compulit & perſuaſit ei: & habens unum uitulum manſuetum a ſe domi nutritum:in quo ſolo requieſcebat occiſo & carnibus præparatis ei:ut comederet:eiuſq; ſeruis appoſuit. Quo facto ſaul noctanter ad ſua caſtra reuerſus eſt. Iuſtum eſt autem laudare mulieris largitatem:quia licet eius ars a rege fuiſſet exercen pro hibita:tamen dum ueniſſent in domum eius quos nunq̃ uiderat prius non habuit mali memoriam uituperando eum qui eius prohibuerat diſciplinam:nec auerſata eſt peregrinum: & cuius conſuetudinem nequaquam habuerat:ſed condoluit:& conſolata eſt:dum eum cognouiſſet regem:& circa quem potuerat animo ingrata conſiſtere:eum potius ut comederet inuitabat: & q̃ ei ſolummodo in paupertate fuerat:hoc libẽter largiterq; conferebat: non aliquam retributionem eius expectans: non munus aliquod aucupans:quippe quem proxime moriturum agnouerat: cum plerunq; natura ſit hominum:boni aliquid aut repenſaturis beneficium exhibere:aut a quibus aliquid ſe credũt accipere his mutuare. Bonum eſt ergo illam imitari mulierem:& bene facere cunctis gentibus: & nihil arbitrari melius eſſe:nec amplius aliquid generi humano competere potius quam hoc ut deum propicium:& boni largitorem ſemper habeamus. Igitur de illa muliere dixiſſe ſufficiat. Sermonem uero nunc faciamus ciuitatibus & populis & gentibus profuturum: & bonis omnibus congruum: ex quo prouocẽtur uniuerſi ſectari uirtutem:& eternæ decus appetere gloriæ: ſed & qui ſapientibus & regibus gentium: & principibus populorum multum deſiderium: & ſtudium rerum bonarum adiiciat:& pro ſalute patriæ ad pericula mortis libenter adducat:& cuncta quæ uidentur grauia doceat eſſet contemnenda. Habeo rei huius auctorem Saul hæbreorum regem. Hic enim licet futura iam noſſet:& mortem ſibi iminere,ppheta prædicẽte cognoſceret:non fugit: nec amore uitæ ſuum exercitum,pdidit inimicis:nec regiæ cõtumeliã intulit dignitati: ſed potius cũ omni ſua domo ſemetipſum tradẽs ſimul & filiis:optimũ iudicauit cum eis magis cadere pro ſubiectis pugnãdo:& filios una perire:licet boni & fuiſſent:quam eos in incerto relinquere:quaſi regni ſucceſſionem & generis habituros. Is ergo & iuſtus:& caſtus:& fortiſſimus ſolus mihi eſſe uidetur: & ſiquis fuit talis: aut fuerit cunctorum teſtimonio uirtutis adoptione digniſſimus. Nam eos qui ſub ſpe uictoriæ p. ficiſcuntur ad bellum:& incolumes ſe redire confidunt:quauis geſſerint clarum non uident benefacere qui eos fortes uoluerint appellare:quod de talibus in hiſtoriis:& aliis conſcriptionibus inuenitur:quauis & illi ſint approbandi magnanimes autem & grandia præſumentes: & rege terribiliũ contẽptores:ſoli dicendi ſunt omnes qui Saul imitantur. Illa nãq; qui neſcientes qd in bello futur; eſt nequaq̃ animo deficiunt:ſed in certum ſemetipſos emittunt:licet aliquid grande faciant: non tamen ualde mirãdi ſunt. Cum uero utile nihil uenturum animo cogitatur:ſed iam mors futura præſcitur:& ſolummodo hoc paſſuri dimicant aliqui:& neq; terrentur:neq; pro mortis periculo obſtupeſcunt huiuſmodi uiros perfectæ fortitudinis eſſe decerno. Hoc igitur fecit Saul oſtendens q̃ cunctos deſiderantes gloriæ palmam habere:poſt mortem talia conuenit adimplere: & maxime reges quos propter cumulum principatus non ſolum malos non licet eſſe circa ſubiectos:ſed neq; medio criter eſſe bonos. Plurima quidem de Saul magnanimitate potui dicere:maximam mihi hoc argumento præbente materiam: ſed ne diu eius laudibus uidear inherere: denuo ad ea reuertor:unde egreſſus eſſe agnoſcor. Palæſtinis igitur caſtra ſicut prædiximus metantibus & per ſingulas generationes & tribus & ſatrapas exercitum diſponentibus:ibat cum ſuo exercitu rex Achis:& poſt eum Dauid cum ſexcentis armatis ſequebatur. Et cum duces Palæſtinorum uiderent inter eos hæbreos: qui cum Dauid in auxilium regis uenerant:percontabantur a rege:qui nam eſſet. Qui dixit Dauid eſſe qui fugerat Saul dominum ſuum:quem ad ſe uenientem ipſe ſuſceperat:& nunc uelle ſibi eum beneficia rependere: & Saul interficere: propterea in ſolatio ipſius adueniſſe. Quo dicto culpatus eſt a ducibus Palæſtinorum:eo q̃ uirum inimicum ad ſolatium adduxerit:eumq; redire ſuadebãt: ne forte latenter mali aliquid circa eos efficeret:habendo tempus & cauſam:per quam ſuum dominum placare poſſet: ſed ſi uellet ei proſpicere:remitteret eum cum ſuis ad locum quem dederat illi prius. Adiiciebant autem. Nonne hic eſt Dauid:de quo cantabant uirgines hæbreorum quia multa milia peremiſſet. Et cum audiſſet rex Geth utiliter dicta cognoſcens uocauit Dauid: & ait. Ego quidem cum ſim teſtis ſtudii tui circa me atq; deuotionis:propterea te ad ſolatium meum adduxi: principibus autem non places. Sed facto die perge ad locum quem dedi tibi:& ibi meam cuſtodi prouinciam:ne quis hoſtium ad eam accedat:es enim animo meo pars magna ſolatii. Dauid itaq; iubẽte rege Geth: uenit Sicelech. Eo tempore quo fuerat egreſſus ad ſolatium Palæſtinorum gens Amalechitarum ingrediens: Sicelech fortiſſime ceperat eam: qua incenſa: multaq; præda ex ea & aliis Palæſtinorum regionibus ſumpta diſceſſerat. Inueniens ergo Dauid uaſtatam omnem prouinciam:& omnia fuiſſe direpta:& duas uxores ſuas:& eos qui cum eis erant una cum filiis in captiuitatem ductas:continuo ueſtem ſcindẽs:flens & gemens cum ſotiis & amicis:ad hoc uſq; peruc-

nit:ut etiam dolentibus captiuitatem uxorum ac filiorum lachrymæ nimiæ eorum fletu deficerent. Sed & ipſe periculum paſſus eſt:ita ut a ſocijs dolentibus captiuitatem uxorum ac filiorum pene lapidaretur: ipſum enim ſolum rei principem: ipſum unuſquiſq; malorum dicebat auctorem. Igitur ſternebatur:& mentem ſuam ad deum conuertens:rogauit Abithar pontificem:ut indutus ueſte ſacerdotali conſuleret deum & prophetaret:ſi perſequens Amalechitas:compræhenderet eos: & liberaret uxores ac filios:& ulciſceretur in hoſtibus. Sacerdote uero iubente ut eos perſequeretur confurgens armatus perſecutus eſt hoſtes. Cunq; ueniſſet ad torrentem Boſor inuenit uirum errãteni Aegyptũ genere Aethiopem:& fame defectũ q tribus diebus in deſerto ſine cibo permanẽs primũ cibo potuq; eum confortans:& refici faciens inquirebat:cuius eſſet aut unde. Tunc ille quidem ſe genere ſignificauit Aegyptum:& propter infirmitatem a ſuo domino derelictum:eo q; non ualeret ſequi:pariter etiam eſſe indicauit ſe ex eis qui incẽdiſſent:& diripuiſſent Iudæam ſimul & Sicelech. Hunc ergo Dauid habens ducem ſuper Amalechitas:appræhendit eos in terra iacentes: & alios quidem prandentes:alios iam ebrios & uino ſolutos: & de re acta:& de captiuitate uxorum ac filiorum gaudentibus & fruentibus: deoſq; ſuos laudantibus repente irruit ſuper eos: & lætitia qua gaudebant fruſtrauit. Nudi enim & nihil huiuſmodi ſuſpicantes ſed ad potum & ad epulum cõuerſi: oẽs remiſſiores erant. Et alii quidem eorum menſis adhuc appoſitis:apprãhẽſi ſup eas extincti ſunt: & ſanguis eorum cibo permixtus eſt: alios uero inuicem ſe ad pocula inuitãtes occidit:multos etiam in ſoporem conuerſos extinxit:quicũq; uero occurrere & armis inuolui:& ex aduerſo conſiſtere potuerunt:hi etiam facilius quã illi qui iacebant nudi perempti ſunt. Quos ab hora prima interficientes uſq; ad ueſperam permanſerant ita ut Amalechitarum non remanerẽt amplius quam quadringenti:qui tamen in camelis curracibus aſcendentes uix euadere potuerunt. Eripuit ergo Dauid alia omnia quæ tulerunt hoſtes:ſed etiam uxores ſuas & ſociorum. Cũq; reuertentes ueniſſent ad locũ ubi ducentos qui eos non potuerunt ſequi reliquerant ad caſtra cuſtodienda:& illi quidẽ quadringenti partem prædæ eos acciperẽ:non cenſebant:qui ſecum nõ fuerant:cum utiq; deberet ſufficere ſi uxores cũ filiis:aliaq; ſuppellectile mererentur ſuſcipere:ſeq; meliores & digniores: quippe qui laborem ſuſtinuiſſent hoſteſq; peremiſſent præda direpta. Dauid autem malignam;hanc & iniuſtã dixit eſſe ſniam cum eſſent digni deo præbente:ut & ulciſcerentur in hoſtibus:& omnem prædam cũ his qui una ad perſequendum egreſſi fuerant:ex æquo diuiderent: quãdo ad diuerſorii cuſtodiam remanſiſſent:& ex illo lex iſta permanſit:ut tantum accipiãt qui cuſtodiunt caſtra:quantũ illi qui pugnant. Veniens autem Dauid in Sicelech omnibus in Iudæa amicis: & neceſſariis partẽ prædæ direxit. Et uaſtatio quidem Sicelech & Amalechitarum hmõi fuit interitus. Palæſtinis igitur dimicãtibus:& pugna graui cõmiſſa Palæſtini quidẽ ulciſcunt: & multos ſuoꝝ hoſtiũ pemerãt. Saul aũt rex iſrahelitarũ:& eius filii fortiter decertãtes:& utẽtes omni fiducia tanq; gloria eorũ in bona morte:& in hoſtiũ dimicatione cõſiſteret:nihilq; hoc pꝛioſius eſſe iudicantes:oium inimicorũ cohortẽ cõtra ſe conuertẽtes undiq; circũdati:piter ſunt extincti:multos tamẽ Palæſtinorũ forti dimicatione peremerũt. Erãt uero Saul & Ionathas:& Aminadab:& Melchis. His ergo cadẽtib hæbreoꝝ populus conuerſus eſt in fugã:& turpitudo & confuſio facta eſt exercitu Saul:& de grauiſſimis hoſtibus undiq; ſuper eos igruẽtibus. Saul aũt hoc mõ pemptus ẽ. Dũ eẽt hoſtiũ multitudine cõſtipatus:Palæſtinis crebro ſup eũ iacula dirigẽtibus:oibus pene proſtratis:paucis exinde fugiẽtibus:ipſe clariſſime decertatus eſt:qui uulnera in ſe multa gerens:ita ut nequaq; iam poſſet tolerare.nec ferre plagas:ſemetipſum quidem perimere erat inualidus:iuſſit autem armigero:ut eum gladio educto perimeret:ut nequaq; uiuum eum compræhenderent hoſtes. Armigero non præſumẽti dominum ſuum occidere:ipſum gladium ſuum educens:& in terra cõfigens irruit in mucronem:& cum nequeret ſibi uim ultimæ mortis inferre:nec ferrum eius membra tranſiret:conuerſus & uidẽs quendam iuuenem requiſiuit quis eſſet. Quem cum cognouiſſet Amalechitam: rogauit ut educto gladio eum morte qua uellet occideret. Quod cum feciſſet ſublato auro ex eius brachijs:& corona regali fugit. Vidẽs autem armiger eius Saul extinctum:occidit & ſemetipſum:nulluſq; de cuſtodibus corporis eſt relictus:ſed omnes ceciderunt in monte qui dicitur Gelboe. Audientes aũt hæbrei qui habitabant in conualle trans iordanẽ:& qui in cãpeſtribus ciuitates habebãt: q; Saul cecidiſſet & eius filii:& omnis cum eo periſſet exercitus:relinquentes proprias ciuitates:ad loca occultiſſima fugierunt:Palæſtini inuenientes urbes derelictas atq; deſertas habitauerunt in eis. Cũq; ueniſſent hoſtes exuere:inuenerunt corpus Saul & filiorum eius. Quos expolitãtes eorum capita truncauerunt:& in omnẽ prouinciã pꝛomulgauerũt hoſtes ſuos cecidiſſe. Quoꝝ arma qdẽ cõſecrata ſũt in Aſtaroth tẽplo:corpora uero ſuſpẽderunt ſuper muꝝ ciuitatis Bethſan:quæ nunc Scytopolis appellatur. Cũ ergo audiſſent habitatores ciuitatis Iabes Galaad die tertio q; truncaſſent Saul mortuum & eius filios Palæſtini:crudele iudicantes eũ inſepultum deſpicere:egreſſi uiri fortiſſimi:& ꝑſumptiõe ꝑcipui cũ ipſa ciuitas & corpibus:& aialibus uiros habuerit ualde robuſtos:tota nocte iter agẽtes: uenerũt ad ciuitatem Bethſan:& accedentes ad muros hoſtium:& deponentes corpus Saul & filiorum eius detulerũt in Iabes hoſtibus propter fortitudinẽ eoꝝ nequaq; ꝓhibere ualentibus aut ꝑſumentibus. Viri aũt Iabes cum omni populo flentes ſepelierũt corpora eorũ in opimo loco ꝓuinciæ: quẽ Se-

getem appellant:& ieiunium ſeptem dierum cum mulieribus & infantibus ſuper eos celebrauerũt tondentes pectora ac lugentes regem & filios eius:& exercitũ domini:nec cibũ deſiderantes guſtare uel potum. Hunc itaq; finem Saul prophetante Samuel habuit:quia obediẽs deo nõ fuit propter mandata quæ contra Amalechitas acceperat:& q; Abimelech ſacerdotis generationem:& ipm Abimelech:& ſacerdotum una peremit urbem. Regnauit ergo Saul Samuel quidem uiuẽte annis decẽ & octo:moriente aũt Samuel alios duos qui huiuſmodi habita conuerſatiõe defunctus eſt.

Incipit liber ſeptimus.

Quomodo Dauid quidem ſuper unam tribum in Ebron ciuitate regnauit: & ſuper aliam multitudinem filius Saul.

CAPI. I.

Rædictũ itaq; pliũ geſtũ ẽ die q̃ Dauid uictis Amalechitis reuerſus eſt in Sicelech. Et cũ ibi duos habitaret dies: tertia die uenit qdã liberat⁹ a pugna:q̃ cõtra palæſtinos fuerat geſta:& q Saul iteremerat ſciſſa ueſte & aſpſo capite cinere. Qui dũ adoraſſet Dauid iterrogat⁹:unde tali mõ uenerit:ait ab Iſrahelitaꝝ pugna:qbus iſelicẽ terminũ ꝓueniſſe dicebat & multa qdẽ hæbreoꝝ milia fuiſſe necata & regẽ ꝑiter eoꝝ Saul cũ filiis iterẽptũ: ſignificabatq; uidiſſe ſe & hæbreoꝝ fugã: & fugiẽti quoq; regi fuiſſe pñtẽ:quẽ ẽt ne cõpræhẽderet ab hoſtib⁹ ipſe ſe rogatus ab eo iugulaſſe fatebat:qa dũ gladio ſuo icubuiſſet pp uulneꝝ magnitudinẽ nõ ualebat ſe ipm occidere. Cũ hæc dixiſſet ſigna mortis ei⁹ oñdit aurũ brachioꝝ regis & coronã:q̃ cũ expoliaſſet:mortuum Saul ei detulerat. Dauid itaq; cũ iã nõ diſcederet:ſed apta ſigna mortis ei⁹ iſpiceret: ueſtẽ qdẽ repẽte diſrupit:deflẽs aũt & lugẽs cũ ſuis totã diẽ in fletu & lamẽtatiõe ꝓtraxit:cui maior triſtitia nata ẽ ꝑ morte Ionathæ:q fideliſſimus amic⁹ fuerat:& ei cã ſalutis extiterat. Tãtã enĩ ſui uirtutem Dauid circa deuotionẽ Saul oñdit:ut nõ ſolũ finẽ eius luctuoſe ſatis habuerit:licet ſæpius p eũ moꝛtis picula paſſus ſit:ſed ẽt puniret eius iterfectorẽ. Nã cũ dixiſſet ei: qa ipſe ſui accuſator erat q regẽ occiderat:& eũ cognouiſſet:qa de genere Amalechitaꝝ eẽt:repẽte eũ ꝓcepit iterimi. Cõſcripſit aũt epitaphiũ ſicut fieri aſſolet i ſepulchris qd lamẽtatiões cõtineret:& laudes Saul & Ionathæ: qdẽ ẽt uſq; ad meũ pmãſit tps. Cũ uero hoc mõ regi exhibuiſſet:plãctũ ei⁹ finito luctu ꝑ ꝓphetã cõſuluit deũ quã ei ciuitatẽ daret ad habitãdũ de tribu Iuda. Cunq; dixiſſet datuꝝ ſe ei Ebron:dereliꝯta Sicelech uenit ad eam deductis duabus uxoribus ſuis:& qui erant cum eo cunctis armatis. Ad quem conueniens omnis populis illius tribus eum conſtituere regem. Qui cũ audiſſet q Saul & eius filios ſepeliſſent uiri Iabes habitatores Galaditis:miſit ad eos:laudans & approbans eorum opus:& uirtutem: & agens gratias pro ſtudio:qd circa defunctos habuerant:pariterq; dicens q tribus Iuda eum conſtituiſſent regem. Abner itaq; princeps militiæ Saul:filius aũt Ner:uir efficax: & optimus ualde natura:cũ uidiſſet cecidiſſe regem:& Ionathan:& duos alios filios eius:uenĩs ad caſtra filiũ ſaul q relictus fuerat nomine Hiſboſeth abripiens regẽ ſuper eos qui trans iordanẽ erãt:& totius populi pariter ordinauit:præter tribum. ſ. Iuda:ſtatuitq; regnum eius in terra: quæ ſecũdũ patriã quidẽ linguã uocatur Manaim:ſecundum græcos dicit caſtra. Abner ergo exinde ꝓmouit electũ exercitũ nimis ut cõgrederetur cũ tribu Iuda:iraſcebatur enim aduerſus eos a quibus rex Dauid fuerat ordinatus: Huic aũt occurrit miſſus a Dauid Ioab filius Saruiæ ſororis eius de patre Sar natus:hic enim erat cũ tra Abner cõſtitutus militiæ princeps. Cum quo etiam fuerãt & ſui fratres Abyſai: & Aſahel:& oẽs armati Dauid. Itaq; ueniens ad quendam fontem in ciuitate Gabaa aciẽ conſtituit ad pugnãdũ. Dicente uero Abner ad eum uelle ſe probare:quis eoꝝ robuſtiorem haberet exercitum: conuenit iter utroſq; ut duodecim uiros pugnaturos mitterent: & procedentes inter medias acies:qui ex utraq; parte ducum fuerant ad certamen electi:eductiſq; gladiis uiri Dauid: & tenentes capita hoſtiũ eorũ lumbos & latera ſuis gladiis perforarunt: donec omnes quaſi ex uno conſtituto perimerent. His autem cadentibus etiam reliquus direptus eſt exercitus:& dimicatione fortiſſima procedente: Abner populus uictus eſt:fugienteſq; Ioab perſequi non ceſſabat: præcipiens armatis ut poſt eorũ ueſtigia feſtinarent:& nequaq̃ occidendo deficerent. Cuius etiam fratres decertati ſunt proniſſime:inter quos clarior præcipue fuit iunior Aſahel:qui tantam gloriam habuit in pedum uelocitate:ut nõ ſolum hoies:ſed ẽt equos ad currendi certamina ſuparet. Is igitur ꝑſequebatur principẽ Abner:recto greſſu in neutrã partẽ declinãs. Cũq; reſpexiſſet Abner:& conſideraſſet impetum ſe ſequentis:& dixiſſet ut unius militis arma ſumẽs ab eius perſecutione quieſceret:& rurſus ille nequaq̃ a ſuo conamine penitus abſtineret:monente illo denuo ut recederet:nec coactus eũ percuteret: & ante eius fratres ulterius fiduciam non haberet:uerba eius illo deſpiciente: fugiens poſt tergũ lãceã coactus emiſit:eũq; repẽte mortali uulnere penetrauit. Hi uero qui cũ eo ꝑſequebant Abner:cum ueniſſent ad locũ ubi iacebat Aſahel mortuus circũſtãtes nequaq̃ perſecuti ſunt hoſtes. Ioab aũt & frater eius Abyſai ptrãſeũtes uiderũt cadauer illius:& maiorẽ iræ tomitẽ cõtra Abner hẽntes: ꝓ morte fratris magna uſi uelocitate uſq; ad locũ quẽdam noie Gabaon perſecuti ſunt Abner. Et cũ ſol occũberet: aſcendẽs in quẽdã collem cũ tribu Beniamin:exꝑectabat hoſtes ſimul & Abner. Qui dũ clamaret

& diceret ad Ioab non eũ oportere uiros cõtribulos tãto certamine prælii exacute: ſed etiã fratrem eius Aſahel deliquiſſe: ꝙ dum eũ moneret ut a ꝓſecutione ceſſaret nec aquieſceret: propterea percuſſus occubuiſſet: ſapienter faciens Ioab: & hec uerba ſatiſſationẽ eſſe decernẽs: miſſa turba reuocauit exercitum: & ab uehementi ꝓſecutione retinuit. Et Ioab quidẽ in illo loco moratus eſt: Abner autẽ tota nocte iter faciẽs: & tranſiens fluuiũ Iordanẽ uẽnit ad caſtra ad Saul filiũ Hiſboſeth. Altera uero die dinumerans Ioab corpora defunctorum: ſepeliuit uniuerſos. Ceciderunt autem de exercitu quidem Abner milites quaſi trecenti & ſexaginta: de Dauid uero decem & nouem: & Aſahel. Cuius corpus reportantes Ioab: & Abyſai in Bethleem: & in monumẽto paterno ſepelientes: ad Dauid regreſſi ſunt in Ebron. Cœpit igitur ex illo tempore bellum inteſtinum inter hæbreos fieri: & multo tempore permanſit: proficientibus ſemper eis qui cum dauid erant: & amplius ad bella creſcentibus: filii uero Saul exercitus pene quotidie defluxit. Quo tempore nati ſunt dauid filii numero ſex: ex totidem mulieribus. Quorum ſenior quidem qui de Achinoe matre progenitus: appellatus eſt Ammon: ſecundus autem de uxore Abigail nomine eliab: tertius Abſolon qui natus eſt de Maacha filia Tholmai regis Geſſur: quartum uero habuit de muliere Agit: quem uocauit Adoniam: quintum habuit de Saphatia filium Habital. ſextum Ietram de Egla natum denominauit. Cũq; inteſtina bella conſiſterent: & ſæpius ad opera belli contra ſe ueniſſent utriuſq; regis exercitus: Abner príceps militiæ filii Saul: cum eſſet ſapiens: & ualde populum uideretur habere deuotum egit ut omnes cum Hiſboſeth eſſent: qui etiam cum eo magna deuotione conſtricti multo tempore permanſerũt. Poſt hæc autem Abner in quodam crimine compræhenſus: cuius hæc cauſa fuit: ꝙ cum Saul concubinã concúberet: nomine Reſpha filia Haia culpatus eſt a rege. Vnde dolẽs & grauiter ídignatus: ꝙ non iuſtam retributionem mereretᵉ ab eo pro quo tanta ĩſtantia laborãs ĩterminatus eſt regnũ ſe traſlaturũ ad dauid: & oſtenſuꝝ: ꝙ nõ ſua fortitudine ſapiẽtiaq; regnaret Hiſboſeth ſup eos qui erãt ultra Iordanẽ: ſed illius potius operibus atq; fide. Tunc mittẽs in Ebron petiit ut a dauid fidei iuſiurandũ acciperet: & eũ ſotiũ & amicũ haberet: ꝑmittens ſe ſuaſurũ populo: ut a Saul filio recederet: & ipſum regem totíus prouinciæ conſtitueret. Dauid aũt quæ poſcebat impleuit. Lætatus enim in his quæ Abner apud eum egiſſet primũ initiũ fœderis hoc petiit ut ei ſuã uxorem reduceret: quã magnis beſlorꝝ piculis cõperaſſet: quippe pro qua ſexcẽta capita Palæſtinorꝝ Saul obtulerat regi. Et uxorem quidem eius Michol ſublatã Falthi: cui tũc erat copulata: remiſit Abner ad Dauid. In qua re etiã Hiſboſeth cooperator acceſſit: ſcripſerat enim & illi Dauid: ut uxoré iuſte reciperet ſuã. Cõuocatis itaq; ſenioribus plebis & tribunis & millenariis uerba hæc Abner retulit ad eos dicens. Sæpius quidem paratos ut ab Hiſboſeth recederetis: & ꝓtingeretis ad Dauid: ab hac uos ego uoluntate retinui: núc aũt ſi uultis hæc implere: permitto: ſciens ꝙ deus per Samuelem prophetam Dauid promiſit hæbreorũ oĩum regnum: & ꝓdixit ꝙ Palæſtinos ille uaſtaret: & ſubiectos efficeret. Hæc audientes ſeniores & principes: ꝙ & Abner princeps militiæ uolútatẽ cũ ſua quã & primitus habuerãt circa reꝝ effectus haberet: unanimes conſenſerunt: ut dauid ſe regno traderẽt. Cũq; ad talia conſpiraſſent: cõuocauit Abner tribũ Beniamin: oẽs enim ex ea cuſtodes corporis erãt Hiſboſeth: qbus ẽt iſta locutus ẽ. Cũq; nullũ uideret ſibi reſiſtere: ſed magis ad oĩa quæ uellet ipſos paratos habere: ſumens ex eis. xx. uenit ad dauid ut promiſſam iuriſiurandi religionẽ firmaret: fideliora enim erũt q̃ ꝑ noſipſos gerimus quã quæ per alios ꝑ nobis aguntᵉ ut hæc uerba quæ cũ eo haberet: principibus diceret ut ad omnem tribũ quæ ipſe per ſe gereret indicaret: quẽ dum ſplendide ſuſcepiſſet: & per multos dies opulẽtis & præcioſis conuiuiis refeciſſet: petiit ut dimiſſus ab eo deduceret ad eũ populũ quo præſente atq; uidente: ei traderet principatũ. Cũq; dauid dimiſiſſet Abner: adhuc eo ad Ebron non procul abeunte uenit Ioab qui erat ꝑ eo militiæ princeps: & agnoſcens quia ueniſſet ad regẽ Abner & ante paululũ dimiſſus eſſet fœderibus celebratis ꝑ regno dauid: metuens ne illũ qdẽ in honore primi ordinis cõſtitueret: aut haberet regni ꝑticipẽ: & cũ in rebus aliis eẽt aſtutus: & ꝓuidus ille certis ꝓficeret ꝑibus: ipſe uero decreſceret: & militiæ amitteret príncipatũ: uiã peſſimã & maligniſſimã cogitauit: & primũ qdem tentauit: ut ei detraheret apud regem monẽs ut ſe cuſtodiret & ꝓmiſſiones nõ reſpiceret Abner: hæc facere dicens illum: ut Saul filio cõfirmaret ĩperium: & qa pro fallaciis atq; dolo ueniſſet ad eũ & uellet ſpẽ. & diſpenſationẽ regni eius agnoſcere & ſiç ad propría remeare. Cũ uero his uerbis nõ potuiſſet ꝓſuadere regi: nec eũ uideret exacui deteriorẽ ruinam rurſus aggreſſus eſt. Et cũ deliberaſſet. ut Abner ĩterimeret: miſit qui ſequerentᵉ eũ: & cõpræhẽſum ex dauid nois præceptiõe reuocarent: tanq̃ eſſet aliqua ei detecturus: quæ ipſo ꝑſente uidebaᵗ oblitus. Abner aũt dum hæc audiſſet a nunciis: appræhenderant enim eũ in quodã loco noie Syra: qui aberat ab Ebron ſtadiis q̃ſi uiginti: nihil metuẽs futuroꝝ regreſſus eſt. Cui occurrẽs Ioab ante portã & ſuſcipiens eũ q̃ſi maxime deuotus piter & amicus: ſæpe enim fingũt uere ſe eſſe bonos: & malignæ ſuſpitionis extraneos: q aliquid iniquũ tentare ꝑſumunt: ſegregauit qdẽ eũ ab aliis hoĩbus: tanq̃ in ſecreto ei locuturus: & in locum portæ deſertioré ductũ: cũ eſſet ipſe ſolus & Abyſai frater eius: euaginato gladio eius latus effodit. Et Abner quidẽ hoc mõ Ioab dolo pemptus eſt ꝑ morte qdem ſicut ipſe dicebat fratris: Aſahel: quẽ ꝑſequentem ſe interemerat Abner in pugna facta in Gabaon: ſed ut tũc ueritas habuit: pro metu ſui principatus & honoris quem habere putauerat eũ apud regẽ. Ex his itaq; debet conſiderare qlibet:

quanta & qualia præſumunt homines propter auaritie zelum:& principatus affectum:cũ nulli hæc cedere uolunt. Nam concupiſcentes hæc adipiſci per multa mala ad ea perueniũt. Que rurſus metuentes amittere:multo deterioribus actionibus:ut ea retineãt implicantur:tanq̃ non ſit equale malũ adipiſci uelle tantummodo magnitudinem prãtis & dum aſſueuerit qlibet eius bonis uti:ea rurſus amittere cum in retinendo potius excelſior ſit ærumna:propterea crudeliora moliũtur:& præ timore ne amittant quæ adepti ſunt:committeret grauiora præſumunt. Sed de his quidẽ breuiter idicaſſe ſufficiat. Porro Dauid audiens interitum Abner:animo quidẽ grauiſſime doluit: & corã omnib⁹ teſtificatus eſt:tendens ad deum dextram ſuam:& clamans q̃ non fuiſſet in Abner interitu conſentiens:ne eius mãdato aut cõſilio fuiſſet extinctus:& maledicta poſuit: ualde grauiſſima cõtra eũ q illum occiderat:& domũ ei⁹ uniuerſã:& eos q hoc egerãt:p defũcto pœnis eẽ fecit ſubiectos. Erat enĩ ſollicitus ne contra fidẽ & iuſiurãdum ageret quod exhibuerat Abner. Præcepit autem deflere & lugere & lamentationes fieri ſuper uirum: & eius corpus ſolennibus honorare obſequiis:cum & ipſe ueſtem diſruperit ingemiſcens:& ſacco uideretur indutus. Hæc quidem facere præcepit præcedẽtes loculum:ipſe autem lugens & deflens ſequebatur cum ſenioribus atque proceribus:oſtendens deuotionem circa uiros:& triſtitiam circa defunctos:& q̃ non eius conſilio fuiſſet extinctus. Sepelierunt autem eum in Hebron:uæ dicentes:& conſcribens lamentationes ſuper eius ſepulcrum:ipſe ſtans primitus ſuper monumentum fleuit: & aliis hoc celebrare contradidit. Sic enim mors Abner afflixit:ut neq̃ cibum cogentibus amicis ſummeret:ſed iuraret nihil ſe guſtaturum uſque ad ſolis occaſum. Hoc itaq̃ factum deuotionem ei populi adiunxit. Nam amici Abner honorem collatum mortuo gratiſſime ſuſceperunt:& Dauid cuſtodem fidei crediderunt:& q̃ omni dignitate:& rebus ſolennibus eum tanq̃ parentem & amicum colere potuiſſet:cui non ut inimico contumeliam fecerat:nec turpi eum:aut neglectæ ſepulturæ tradiderit. Omnes ergo pro optima & mitiſſima regis natura lætabantur unoquoq̃ credente talem futuram regis in ſe prouidentiam:qualem eum in Abner morte uidebant. In his ergo geſtis Dauid præcipuam gloriam habere uidebatur. Vnde factum eſt:ut nullus ſuſpicaretur:Abner uoluntate eius occiſum. Locutus ergo eſt ad populum. q̃ ipſi quidem triſtitia non fortuita prouenifſet:optimi uiri morte ſauciato nec parua detrimenta fore Hæbreis: illius uirtute priuatis qui eos conſiliis optimis & uirtute manum contra hoſtium fortitudinem defendere potuiſſet. Sed deus inquit cui cura eſt rerum omnium: non huius ſanguinem deſerat indefenſum. Ergo noui q̃ Ioab & Abyſai ſaruiæ filius nihil præualeo facere: cum ſint me ipſo potentiores:ſed uicem eis reddat p huiuſmodi p̃ſũptiõe diuinitas. Igitur hoc modo Abner defunctus eſt.

Quia eo interfecto dolo amicorum omne regnum Dauid accepit. CAPI. II.

AVdiens mortem eius Saul filius Hiſboſeth:nõ leuiter eſt afflictus:cum fuiſſet cognato priuatus:& qui eius cãm regnãdi præbuerat:multumq̃ cõdoluit:& morte Abner uehementer ingẽuit: Sed nec ipſe multo tẽpore ſuper eũ uixit:ſed a filiis Rẽmõ:ideſt Bana & Rechab paſſus inſidias interẽptus ẽ. Iſti enim cũ eẽnt genere Beniamitæ ĩ priori ordie cõſtituti cogitauerũt. q̃ ſi perimerẽt Hiſboſeth:maxia dona a rege Dauid & principatũ militiæ:aut aliud quodam munus acciperẽ mererẽtur:ſolũq̃ eũ repetientes meredie dormiẽtem:& neq̃ præſentes eſſe cuſtodes: neq̃ puellam quæ ianuas erat obſeruare ſolita uigilantem:ſed & ipſam labore & opere conſueto ſimul & æſtu in ſoporem fuiſſe conuerſam:ingreſſi domum ĩ qua Saul filius dormiebat:occiderunt eũ:eiuſq̃ caput abſcidentes tota die iter egerunt & uelut fugiẽtes eos quos leſerant:& feſtinantes ad eum cui erant ſua beneficia p̃bituri: ac per eũ adepturi ſecuritatẽ: uenerunt in Hebron oſtendenteſq̃ Dauid caput Hiſboſeth:comẽdabant ſemetipſos quaſi deuotos & interfectores inimici eius imperii. At ille non ſicut ſperabant eo⁹ ſcelere delectatus ait. O peſſimi uiri & ultionem repẽte ſuſcepturi:neſcitis q̃ ego iterfectorẽ Saul pemi: qui eius mihi coronã aureã deportauit:licet ille rogatus hoc feciſſet:ne Saul cõpræhenderent hoſtes. An certe mutatũ me:& ne quaq̃ eſſe huiuſmodi credidiſtis: ſed quaſi lætarer cũ malignis hominibus:& munus crederem peſſimas actiones interfectorum proprii domini & necantium in ſuo lectulo uirũ iuſtum qui nihil operatus eſt mali:& uoſipſos multa prouidentia & honore glorificauit. Quapropter illi quidem nunc deberis pœnas:a me excipiẽtes digna ſupplicia:qui putaſtis me libenter mortem illius habiturum. Non enĩ aliter gloriam meam fœdare potuiſtis:quã ut me talia uelle crederetis. Cunq̃ dixiſſet hæc omni eos tormento puniri iuſſit:caput uero Hiſboſeth in tumulo Abner honore maximo ſepeliuit. His igitur finitis:uenerunt omnes maiores natu hebræorum ad Dauid in hebrõ:& millenarii & duces eorum: tradideruntq̃ ſemetipſos:deuotionem quam circa eũ adhuc uiuente Saul habuerant recordantes: pariter & honorem quem ei cum eſſet millenarius præbuiſſent:necnõ & quomodo p ſamuelem ꝓphetam a deo rex fuerat ordinatus & quõ Hebræorum prouinciam eius dimicatiõe contra Palæſtinos habita:deus liberari conceſſerit. Ille uero hunc ſauorem gratiæ ſuſcipiens:rogauit ut in hac uoluntate perſiſterent:nec eos huius rei cauſa pœniteret. His ergo conuiuiis opulẽtiſſime ſaginatis:miſit ut oẽm populum undiq̃ conuocarent. Et cõgregati ſunt ex tribu quidẽ Iuda:quaſi ſex milia octingenti ferentes arma:& ſcuta:& lanceas: iſti nanq̃ Saul filio miniſtrabant: quibus præter miſſis:tribus Iuda regem fecit Dauid. ex tribu autem Symeon ſeptem milia centũ:ex tribu Leui:qua

tuor milia ſeptīgēti:habētes principē Iudā:cū q̄bus erat priceps ſacerdotū Sadoch:cū uīginti & duobus cognatis & ducibus:de tribu aūt Beniamin:armati q̄tuor milia:hæc.n.tribus adhuc ſuſtinebat: credēs quēq̄ de Saul genere regnatuꝝ:de tribu āt Effré uigīti milia & octīgēti:potētiſſimi:& ſūmo robore p̄cellētes:de dimidia uero tribu Manaſſē: ſedeci & octo milia:de tribu aūt Iſachar ducēti q̄dē p̄noſcētes futura:armati uero uigīti milia:de tribu aūt Zabulō armati electi:qnq̄gīta milia:hæc eni tribus ſola ad dauid tota cōuenit:iſti ſiqdē eadē arma habuerāt q̄ & tribus Gad:ex tribu autem Neptali:uiri iſignes & priceps mille armis utētes:ſcuto ſimul & lācea:quos ſequebat tribus ſua:quæ nūero comp̄hēdi nō poterat:ex tribu aūt dā:electi uigīti ſeptē milia ſexcēti:ex tribu Aſſer q̄dragīta milia:ex duabus aūt tribubus:& media Manaſſes:q̄ trās iordanē habitabāt:armati ſcuto: & lanceis: & caſſibus:& loricis:& gladiis:cētū uigīti milia:ſed & reliquæ tribus gladiis utebantur.Hæc itaque multitudo cōgregata ē ad dauid in Hebrō cū multo apparatu panis & uini:& omniū q̄ ad cibū pertinere noſcunt:& uno decreto dauid confirmauere īperiū. Cunq; tribus diebus feſtiuitatē populus celebraſſet:& in Hebrō epulas habuiſſet:exurgēs exīde dauid cum omnibus uenit in Hieroſolymā.

Q ūo obſidēs Hieroſolymā dauid:& capiēs ciuitatē:expulit qdē ex ea Chananæos:& Iudæos in ea cōſtituit:& de amicicia facta īter ipſum:& Hirā Tyri regem. CAPI. III.

IEbuſæis autem habitantibus ciuitatem:qui erant ex genere Chananæorū:& claudēti bus ei portas:cecos aſpectu:& claudos:omneſq; leproſos:ad deriſionem regis conſtitu entibus ſuper murum & dicentibus:q̄ prohiberent eum ceci ingredi ciuitatē:quæ age bant deſpicientes eum proxima munitione muroꝝ:iratus rex:Hieroſolymam obſidere cœpit:& multo ſtudio & labore conari: ut eā caperet:q̄tenus ī ipſo p̄cipatus initio ſuā fortitudinē demōſtraret. Interminatus itaq; & ipſis:& aliis ſiqui forte haberēt aduerſus eum reſiſtendi conamen:inferiorē ciuitatē magna uirtute cœpit. Cunq; adhuc arcem obtinere non poſſet: cœpit honores & munera p̄mittēdo rex pronius ad opus bellicum commilitones prouocare:ut qui cunq; per ſubiectos colles in arcem conſcenderet eamq; caperet:principatum militiæ totius populi poſſideret. Cūctis itaq; conſcendere feſtinantibus: & nullo labore pro muneris promiſſi retributione tardantibus:Saruiæ filius Ioab præuenit uniuerſos:& aſcendens in cacumine:clamauit ad regem exigens militiæ principatum.Expulſis itaq; rex de ſumma arcæ Iebuſæis:& redificans ciuitatem eā Hieroſolymam nuncupauit:& omni tempore in ea ſui habitauit imperii Tempus autem quo ſuper tribum iuda habuit principatum in Hebron fuerant anni ſeptem:& menſes ſex.Cunq; regnum ſuū conſtituiſſet Hieroſolymis: rebus potius clarionibus utebatur:deo ſemper ei meliora prouidente:& gloriam eius latius ampliante.Inter hæc autē miſit ad eū Hiram rex Tyri:& amicicias cū eo ſocietatēq; firmauit:miſitq; ei etiam dona: ideſt ligna cedrina :& artifices uiros:fabros lignarios:& iſtructores:q regiā domum in Heroſolymis cōſtruxerūt. Dauid aūt ſuperior muniēs ciuitatē:eiq; copulās arcē:unū undiq; corpus effecit:& cūcta muro circundedit ſuper opus aūt muroꝝ cōſtituit eē Ioab. Primus itaq; dauid Iebuſæis expulſis hanc ciuitatem Hieroſolymam nuncupauit. Nam ſub Abraā noſtro pene Solima uocabatur. Quā uero dicunt:& q̄ homerus poeta: Heroſolymam nuncupauit.Hieron enim hebræa lingua munitio eſt. Fuit autem hæc extranea ab hebræis omne tempus:ab illo quo Ieſus princeps iſrahelitaꝝ contra chananæos pugnauit eiſq; deuictis:terras eoꝝ diuiſit Hæbreis:præter Hieroſolymam: unde non potuerunt Iſrahelite expellere Chananæos:uſq; dum eos dauid obſediſſet.annorum quingentorum quindecim.Faciam memoriam cuiuſdam nomine Ofni: uiri quidem inter Iebuſæos ualde locupletis:qui tamen in poſſeſſione Hieroſolymorum non fuerit interfectus a dauid:propter fauorem quem habuerat apud hebræos:& quoddam beneficium uel ſtudium quod etiam circa ipſum regem oſtendiſſe uidebatur quæ tamen poſt paululum oportunis declarabo. Accepit autem dauid extra eas quas habuit:alias uxores: & concubinas:& filios genuit numero nouem quos etiam nominauit: Amnam:Elluneban:Nathan:Salomonem:Iebar:Helieb:Falna:Inna Fininhas:Hellifalī: necnon & filiam Thamar:quoꝝ nouem quidem ex generoſis fœminis erāt nati:duo uero quos ultimos noīauimus:de cōcubinis: Porro Thamar cōſāguinea fuit Abſalō.

Quod ſecūdo pugnantes contra ſe Palæſtinos in Hieroſolymis uicit:& de arca dei de cariathiarī in Hieroſolymam deducta. CAPI. IIII.

COgnoſcentes itaq; palæſtini regem Dauid factum ab Hebræis uenerunt ſuper eum in hieroſolymam: & apprehendentes cōuallē quæ uocatur Gigantū:eſt ei locus nō pcul ab urbe:illic caſtra poſuerūt Rex autē Iudeoꝝ:Quō nihil abique prophetia deiq; iuſſīone faciebat:uolens eius uoluntatem agnoſcere:& uelut aſtipulatorē eū Habere:præcepit principi ſacerdotū:ut quid deo placeret:& qualis terminus:foret in hoc bello cō ſulto prædiceret. Quo p̄phetante uictoriā:contra Palæſtinos eduxit exercitū: & habita pugnæ congreſſione:ipſe poſt tergū irruens ſuper hoſtes:alios robore magnæ uirtutis occidit:alios effugauit. Nemo tamen credat modicum uenīſſe Palæſtinorum exercitum ſuper hebræos:eo q̄ hoſtes fuerint ſic facillime ſuperati:& aut nihil aut non forte dignum aliquid memoria fecerint:ſed cuncti ſciat omnem Syriam:& uniuerſam phœnicem: & ſuper hæc alias multas:& pugnaces gentes fuiſſe cum eis hac dimicatione communes.Cuius rei hoc maximum erit indicium:quia cum ſæpius iam

Palæstini deuicti fuissent:& de suo exercitu multa milia perdidissent: sine dubio cum maiori uenie bant uirtute super Hæbreos. Deniq; & hoc prælio uicti:denuo cum triplici manu super dauid uene runt:& in eo loco castra posuerũt. Quo facto:rursus Israhelitarum Rex consuluit deum de præli hu ius euentu:prophetauitq; sacerdos:ut in silua quæ uocatur Planctus:retineret exercitum:erãt autem non procul ab hostibus:& nec primitus se moueret:nec inciperet dimicare:donec arbores uẽro flan te mouerentur. Cum uero silua concussa fuisset:& tẽpus quod ei prædixerat deus aduenisset in nul lo moratus:egressus est:quasi iam ad præparatam certamque uictoriam. Cuius impetum non po tuit multitudo hostium sustinere:sed mox ad primam congressionem in fugam conuersos: passim persequendo prostrauit. quos etiam persecutus est usque ad ciuitatem Gazathenam:quæ eorum ter minat regionem. Diripuit autem eorum castra in quibus & multas diuitias comperit & deos eo rum simul exterminauit. Hoc igitur bello huiusmodi qualitate finito:placuit dauid habito conci lio cum senioribus:& principibus:& Millenariis:ut ex omni prouincia:& ex omnibus tribubus cun ctam iuuentutem ad se faceret euocari:deinde sacerdotes atque leuitas:& euntes in Cariathiarim ar cam dei exinde in Hierosolymam deducerent:& cultum ei debitam exhiberent sacrificiis & hono ribus:quibus mos est placari diuinitatem:quod si regnante adhuc Saul egissent:nihil mali poterant sustinere. Igitur omni populo congregato sicuti tractauerant:uenit etiam Rex ad arcam. Quam por tantes de domo Amminadab sacerdotes:& imponentes super uehiculum nouum: eam ducere fra tres suos ac filios cum bobus permiserunt. Rex autem præcedebat arcam:& cum eo populus uniuer sus:hymnum dicentes deo:& totius prouinciæ modulatione cantantes:cum uario sono percussio num:& diuersæ saltationis ingenio:necnon & psalmis:& tubis simul & cymbalis: arcam deducen tes in Hierosolymam. Et cum uenissent ad quendam locum:qui uocatur area Chedon:accedens ad arcam oza:ira dei repentè percussus est. Nam cum boues declinassent arcam:extendens ille manum suam & uolẽs eam retinere cum sacerdos non esset:quo eam attingere præsumpsit:extinctus est. Et rex quidem:& populus uniuersus:in morte eius affligebantur. Locus autẽ in quo defunctus est: Ozæ concisio hactenus appellatur. Metuẽs aũt dauid & cogitans:ne forte hoc pateretur ipse:si apud se su sciperet arcam in ciuitate quod Oza ptulerat: qui eo q̃ solummodo manũ ad eam protenderat: ita uidebat extinctus:arcam quidem non suscepit ad se metipsum in ciuitate:sed præcipit: ut in agro uiri cuiusdam:nomine Obidam genere Leuitæ reconderetur:quæ tribus mẽsibus ibi mansit: domumq; Obidam nimis amplificauit:cui deus per eam bona multa concessit. Audiens aũt rex:quo hæc pue nissent Obidã:& ex priori pauptate:& humilitate:opulẽtiæ magna ubertate polleret:ita ut zelũ cir ca eum omnes inspicientes haberẽt:securus quia nihil pateretur mali:arcam ad suam regalem urbẽ reportauit. Quam sacerdotes quidem deferebant:sep:ẽ uero chori quos rex constituerat præcedebãt. Ipse aũt ludebat in cithara atq; plaudebat:ita ut etiam uxor eius Michol Saul filia primi regis:uidẽs eũ facientẽ talia derideret. Deferentes aũt arcam:posuerunt in tabernaculo:quod ei dauid constitue rat. Tunc immolauit hostias copiosas atq; pacificas. & omnem populũ ad conuiuia conuocauit: ita ut & mulierib⁹ & uiris:& paruis distribueret colliridas panis:& assaturã:& liganum frixũ & partem immolationis. Cũq; populis huiusmodi epulas præbuisset:dimisit eos:ipse uero domum propriam uenit. Cui dum astitisset filia Saul Michol uxor eius:pro aliis quidem rebus orauit deum:ut ei bona præberet:quæ ipse propitius conferre potuisset:culpauit uero illum: eo q̃ tantus rex ludendo salta tionibus ante seruos & famulas fuisset turpiter renudatus. Cui dauid respondit:non se uereri face re:quæ deo placerent qui utiq; eum præposuisset & patri eius:& cæteris: & ludere sæpius & saltare: & nihil quod famulis eius uel ei turpe uideretur attẽdere. Hæc itaq; Michol ex dauid quidem filios minime procreauit:iuncta uero ei cui illam pater suus tradiderat dauid abrepta:quinq; filios genue rat de quibus loco proprio declarabimus. Videns autem rex pene quotidie dei uoluntate sua ne gotia promoueri:delinquere se putauit: si ipse quidem habitaret in domibus cedrinis & excelsis: & optima constructione decoratis:arcã uero dei in tabernaculo despiceret commorari. Ob quã rem uo luit tẽplũ edificare deo:sicuti p̃dixerat Moyses. De q̃bus rebus cũ locutus fuisset Nathan p̃phetæ:ad faciẽdũ opus aggressus ẽ:tanq; deus ei in oĩbus cooperator existeret. Et cũ haberet iã p̃parata ad fabri cam tẽpli materiã:illa nocte deus Nathã p̃phetã uisitauit in somnis p̃cipiẽs:ut dauid diceret quia uo luntatem quidem eius & desideriũ approbaret:cũ nullus primitus cogitasset ei tẽplum edificare:& ipsi quidẽ habẽti huiusmodi uoluntatem non concedi construere templum:eo q̃ multis præliis decer tando esset hostiũ sanguine maculatus:post mortẽ uero eius longa senectute suscipiẽdam faciendũ templum Salomoni eius filio qui ei foret successurus in regno:cuiq; se ita prospicere sicut pater filio compromisit. & regnum quidem filiorum se nepotibus seruaturum & traditurum:ipsum uero si de linqueret:languore terræ sterilitate puniendum. Hæc ergo audiens a propheta Dauid:& lætus effe ctus:in eo q̃ suis nepotibus regnum seruaturum fore cognosceret:& quia firmissime eius domus cla rior foret:repẽre uenit ad arcam & prostratus in facie sua:adorauit deũ:& ex omnibus gratias egit: tam pro his:quæ ipsi iam præstiterat: & ex humili ac paupere tanta regni magnitudine sublimarat & ad gloriæ culmẽ euexerat:quam pro regno eius nepotibus compromisso necnon & propter pro uidentiam quam hæbreis:& eorum libertati contulerat. Hæc cum dixisset:& deũ laudasset abscessit.

Pugna quã habuit Dauid cõtra Palæſtinos & Moabitas:& Adrazarũ regem:& Damaſcenos:atq; victoria:& de amicitia facta inter ipſum & Thou regem. CAPI. V.

INtermiſſo ſiqdẽ pauco tpe:cogitauit ut bellũ Palæſtinis inferret:ne ullam pigritiã aut deſidiã generari ſuis rebus inſpiceret:& ſicut ei ꝓdixerat deus ſubuerſis hoſtib⁹:in pace decetero relinq̃ret poſteris ſuis impiũ:& cõuocato rurſus exercitu denũciás ut eẽt bello paratus:cũctis rite diſpoſitis:ſurgẽs de Hieroſolymis:uenit ad Palæſtinos. Quos dũ bello uicíſſet:& multã prouinciã tenuiſſet:adieciſſetq; terminis Hebræoꝝ:bellum conuertit ad Moabitas:& duas qdẽ ptes eoꝝ exercitus uictas dimicando cõſumpſit:reliquos aũt captiuos accipiẽs:& annua tributa eis imponẽs:rurſus cõtra Adrazaꝝ filiũ qdẽ Arai:regẽ uero Sophinæ cõuertit exercitũ:de cuius acie habita cõgreſſione circa Euratẽ fluuiũ pedeſtrũ qdẽ pemit quaſi uiginti milia:equeſtrũ qnq; milia:cœpitq; currus eius:quoꝝ plurimos incẽdit:centũ tantũmodo reſeruauit. Audiẽs aũt Damaſci Syriæ rex Adadus:q; Dauid expugnaſſet Adrazaꝝ tanq̃ amic⁹ ad eius ſolatia cũ maximo uenit exercitu:eũ ſicut ſpabat ab oppꝫſſiõe liberaturus:& congreſſus denuo apud Euratẽ contra Dauid:bello deuictus ẽ. Ceciderũt.n. ferientibus eos Hæbreis de exercitu Adadi q̃ſi uiginti milia:reliq uero in fugam uerſi ſunt. Meminit aũt regis & Nicolaus in qnto hiſtoriaꝝ libro ſic dicens Poſt hæc aũt tranſacto iam multo tpe:qdam prouincialiũ noĩe Adadus:ualde fortiſſim⁹ in Damaſco & alia Syria præter Phœnicem impauit:& habuit contra Dauid iudeæ regẽ. Cũq; multis præliis dimicaſſet:nouiſſime circa Euratem uictus eſt:q tunc optimus regum robore & fortitudine uidebatur. Ad hæc aũt etiam liberos eius dicit quia poſt illius mortẽ ſuſcipiebãt ab alterutris & regnum & nomen his uerbis. Siquidem illo moriẽte:eius nepotes uſq; ad decimam generationem regnauerunt:ſingulis qbuſq; a patre mox in ipſo principio nomen accipiẽtibus:ſicut in ægypto Ptoleniæi quorum tertius ualde potens:& reparare uolẽs aui pditionem:bello illato iudæis:uaſtauit prouinciam:quæ modo Samaria nuncupat. Non eſt aũt hiſtoriographus ueritate priuatus. Is eſt utiq; Adadans:qui pugnauit in Samaria:regnãte Achab:apud Hæbreos:de quo poſt hæc loco ſuo narrabimus. Igitur Dauid caſtrametatus ad Damaſcum:omnẽ reliquã ſyriæ regionẽ ſuæ ditiõi ſubiecit & munitiones in prouincia uniuerſa conſtituens:tributaq; eos inferre decernens:euerſus eſt:aureamq; pharetram & arma diuerſa q̃ cuſtodes corpis Adadi gerebãt:deo dicauit in Hieroſolymis:q̃ poſtea Aegyptioꝝ rex Seſach dũ pugnaſſet cõtra eius nepotẽ Roboã cœpit:& multas alias ex Hieroſolymis ſecũ diuitias ad ꝓpria deportabat. Hæc itaq; dũ in loco ꝓprio uenerimus:ſingula quæq; narrabimus. Rex igit̃ Hæbreoꝝ deo ſibimet coopante:& oĩa bella ſubdente:ẽt contra alias Adraxari regis ciuitates caſtrametatus eſt. i. Bacham & Machoneas q̃s capiẽs magna uirtute uaſtauit. Inuentum ergo in eis eſt auꝝ multum:necnõ & argentũ:inſup & æs:qd̃ auro meli⁹ eẽ dicebant ex quo etiã Salomon illud magnũ uas qd̃ mare uocabatur effecit:optimos cantharos:cũ deo tẽplũ edificaſſet. Cũq; rex Emathenus audiſſet Adrazar & eius exercitum fuiſſe uaſtatũ:metuẽs ne Dauid ſup eũ quoq; ueniret:amicitiis & fide eũ uoluit obligare:miſitq; ad eũ Adarã filiũ ſuũ:egitq; gratias q̃ inimicus eius Adrazar fuerit expugnatus:utq; ſocietatẽ cũ eo & amicitias faceret exorauit. C uietiam magna munera direxit:ideſt uaſa antiqua operatione facta aurea & argentea ſimul & ærea. Dauid autem facto fœdere cũ Thou rege Ematheno:eiuſq; dona ſuſcipiens: filium ipſius cũ honore cõpetenti utriuſq; dimiſit:ea uero quæ ab illo fuerãt deſtinata:& auꝝ aliud & argẽtum qd̃ de ciuitatibus diuerſis & gẽtibus habuerat ſubiugatis:ſecum portãs dicauit deo. Non aũt ipſi ſolũmodo dimicãti:q; exercitum producenti uictoriam contulit deus:ſed ẽt miſiſſet Abeſſa fratrẽ Ioab cũ magna manu in Idumæã: p illũ quoq; uictoriã ei cõceſſit: Idumæoꝝ quoq; decẽ & octo milia uiros Abyſai. dimicãdo pemit. Tunc.n. oẽm Idumæam rex in ſua ditione pcipiens tributa ꝑ terra & ꝑ uniuſcuiuſq; capite ab eis accipiebat. Erat aũt & naturaliter iuſtus:& iudicioꝝ cõtẽplatione ueriſſimus. Principẽ uero totius exercitus habuit Ioab:ad conſcriptiones autem geſtoꝝ Ioſaphat filium Agilud. Inſtituit aũt de domo Phinees principem ſacerdotũ Abiathar:qui eius amicus erat:ſcribam uero fecit Saraiã Banaiæ autẽ filio Ioiadæ cuſtodiendorum corporum præbuit principatũ. Seniores autem filii eius circa corpus & eius cuſtodiam erant. Recordatus autem eſt etiam fœderis:& iuriſiurandi quod habuerat cum Ionatha filio Saul:& amicitiaꝝ atq; ſtudii illius oblitus nõ eſt. Nam ĩter alia bona memor etiam erat eorum:qui ei præterito tempore beneficia præbuiſſent. Præcepit ergo requiri:ſi aliquis de Saul genere ſupereſſet:cui retributionis debitum pro Ionathæ amicitiis repenſaret. Et cum quidam fuiſſet adductus de domo Saul qui potuiſſet ſcire ſiquis adhuc genere ſupereſſet:iterrogauit eũ:ſi aliquem noſſet uiuere de cognatione Ionathæ:ut pro beneficiis illius ei ſua munera repenſaret. Qui reſpondit relictum eius eſſe filium:nomine Memphibos:ueſtigiis claudicantem. Is enim dum pater eius & auus nunciati fuiſſent in bello cecidiſſe: a nutrice ſua raptus: & ea fugiente lapſus eius ex humeris: greſſus ualde uexauerat. Dumq; cognouiſſet:ubi uel apud quem nutriretur: miſit ad Machir in ciuitatem Iodabar: apud quem Ionathæ filius alebatur. Quo facto:uenit Memphibos ad regem: & proſtratus in faciem adorauit eum. Dauid autem iuſſit eum habere fiduciam: & ſperare meliora: deditque ei domum paternam:& omnem ſubſtantiam:quam Saul auus eius habuerat: fecitq; eum conuiuium ſuum:præcipiens:ut nullo die ab eius menſa recederet. Cunque puer adoraſſet: & re-

tuliſſet gratias pro uerbis pariter & pro donis:uocauit Dauid Siba:dicens:paternam ſe domũ & om nẽ Saul ſubſtantiam Iona thæ filio condonaſſe. Illi uero præcepit:ut operaretur terram:& collectos redditus uniuerſos in Hieroſolymã deportaret:atq; quotidie ad mẽſam regis deduceret puer:ꝑmq; Sibam & filios eius numero quindecim:& famulos numero uiginti Mẽphibos filio Ionathæ dona uit. Hæc itaq; conſtituẽte rege:Siba famulus adorans:& cuncta ſe promittẽs facturũ eſſe diſceſſit. Io nathæ ergo filius in Hieroſolyma habitauit:habẽs cum rege conuiuiũ:cui oẽs diligẽtia ueluti filio regis exhibebatur. Habuit uero & filium quẽ appellauit Micham. Ergo qui relicti fuerãt de genere Saul & Ionathæ hunc honorẽ apud Dauid habuiſſe noſcũtur.

Quũ cõtra Ammonitas:& Meſopotamenos pugnauerit ac ꝓualuerit. CAP. VI.

ILlo itaq; tẽpore Naas amico Dauid Ammonitarũ rege defũcto:eiq; filio regno ſuc cedẽte:miſit Dauid ut eum cõſolaret:mortẽ patris leuiter ferre monẽs:atq; in amicitia quã cũ patre eius habuerat ꝑmaneret. Q ð prícipes Ammonitæ mala uolũtate:& nõ ſecũdũ Dauid cõſiliũ ſuſceperũt:exacuerũtq; regẽ ſuũ:dicẽtes:exploratores miſiſſe Da uid q eoꝝ ꝓuinciã & exercitũ clemẽtiæ occaſione cognoſcerẽt & cauẽda eorũ collo quia ſuaſerũt:ne in caute piculum alicuius calamitatis incurrerẽt. Hæc itaq; credẽs bene tractaſſe ſu os iudices Ammonitarũ rex legatos qui a Dauid miſſi fuerant:grauiſſimis affecit iniuriis. Radens enim medietatem barbæ eorum:& ueſtium eorum medietatem abſcindens:relaturos operibus & non uerbis dira reſponſa dimiſit. Rex autem Iſrahelitarum hæc cognoſcens indignatus eſt:& iniu riam factam ſibi nequaq; deſpiciens:contra Ammonitas parauit bellum:ut contumeliam quæ fue rat legatis ſuis impoſita:regis piculum uindicaret. Porro neceſſarii regis Ammonitarum & princi pes uidentes quia fœdera diſrupiſſent:& pœnas pro tali præſumptione luere deberent:ſemetipſos ad prælia præparabant. Tum uero mittentes ad Syrum Meſopotamiæ regẽ mille talenta:ſociũ eũ ſub hac mercede fieri popoſcerunt. Habebat autem iſte rex pedeſtrium uiginti milia. Conduxerunt autem & regem prouinciæ Maacha:& quartum nomine Abiſtob. Sed & iſti habebant duodecim milia armatorum. dauid autem non expauit:neq; hoꝝ ſolatiũ:neq; Ammonitarũ exercitum:ſecur de deo qui iuſte contra eos erat pro hmõi iniuria pugnaturus. Et cum dediſſet Ioab principi militiæ florẽ totius exercitus miſit eum contra illos ad prælĩũ. Qui circa Metropholim Ammonitarũ Cha ran achan ueniens caſtra fixit. Igitur hoſtibus egredientibus:& aciẽ non ſimul:ſed in duas partes diſponentibus:quorũ auxiliatorũ quidem manus in campo curio cõſtituta eſſe uidebatur:Ammo nitarum autem exercitus circa portas aduerſus Hæbreos:uidens hoc Ioab contraria molitione tra ctauit: & fortiſſimos quidem uiros eligens ſe oppoſuit Syro:& regibus qui cum eo erant:reliquam uero partẽ fratri ſuo Abyſai tradidit:ut contra Ammonitarũ aciẽ dimicaret:dicens:ut ſi uideret Sy ros ſibi & prævalere & fortiores eſſe:acie conuerſa ferret ei ſolatia:ſi autẽ illũ Ammonitæ cõprime rẽt:ipſe eum ſimiliter adiuuaret. Cũq; inuitaſſet fratrẽ:atq; rogaſſet:ut magnanimiter & fiducialiter ageret uniuerſa:& grauẽ uerecũdiam metuẽs decertaret:illũ quidẽ cũ Ammonitis pugnatuꝝ dimi ſit:ipſe autẽ Syros aggreſſus eſt. Qui primo quidem fortiter reſtiterunt:multos tamẽ eorũ peremit Ioab:oẽs autẽ cõuertit in fugam. Quod uidẽtes Ammonitæ:metuẽteſq; Abyſai & eius exercitũ nõ reſtiterunt ac ſuos imitati:in ciuitatẽ repente fugerunt. Hoſtibus ergo ita deuictis Ioab ad regẽ cũ claro triumpho in Hieroſolymam remeauit. Hæc ergo deuictio non ꝑſuaſit Ammonitis:ut a bello quieſcerẽt:neq; dũ cognoſcerẽt dauid uictorẽ a prælĩis abſtinuerunt:ſed mittẽtes ad regem Syrorũ Adadezer trans eufratem:eum ad ſolatium conduxerunt:qui habebat quidem principem militiæ ſobbacorum:pedeſtrium uero octogintamilia:& equitum mille. Cognoſcẽs autẽ rex Hæbreorum rurſus Ammonitas tantũ ſupra ſe exercitũ congregaſſe:non iam aduerſus eos p duces ſuos pugna re decreuit:ſed ipſe cũ omni uirtute tranſiẽs Iordanẽ fluuiũ eis occurrit:& congreſſus ĩ pugna uicit egregie:& interfecit milia pedeſtriũ quadraginta:equitũ uero uſq; ſeptingẽtos. Proſtrauit autẽ in acie principẽ militiæ Chadã noie Sobach:cum quo uulnere mortuus eẽ noſcit. Meſopotamiæ uero dum pugna fuiſſet hoc modo terminata tradiderũt ſe dauid:& dona miſerũt ei. Et ille quidẽ ſo lus ẽ reuerſus in Hieroſolymam. Cum autẽ uer inchoaſſet:miſit dauid principẽ militiæ Ioab:ut cũ Ammonitarum gente pugnaret. Ille uero proficiſcẽs:omnem eorum depopulatus eſt regionem:& ipſos in metropoli Rabath clauſos obſedit.

Quoniã Dauid concubuit cũ Berſabee uxore Uriæ:& ipſum Uriam fecit occidi gladio filiorum Amon:& de uerbo Nathan ad eum miſſi pro peccato qð cõmiſerat. CAP. VII.

COntigit igit ea tẽpeſtate dauid peſſimũ uiciũ:cũ eſſet natura iuſtus:atq; religioſus & patrias leges magna uirtute ſeruaret. Is enim dũ hora meridiana iã ad ueſperã declinã te:i ſupiora regalia ſolito more deãbularet:uidit mulierculã ſpẽ ualde pulcherrimã. & cũctis fœis ꝓponẽdã in domo ꝓpria aqua frigida ſe lauãte:noie berſaben. Cuius mu lieris pulchritudie ſtupẽs:cõcupiſcẽtiã retinere nõ potuit. Quã dũ uocari feciſſet:cũ ea cõcubuit. Quæ cõcipiẽs:miſit ad regẽ:& ut cogitaret iſinuauit:q̃ten⁹ cõmiſſũ ſcel⁹ potuiſſet abſcõdi ne ſecũdũ leges patrias moriret adultera. dauid ãt uiꝝ ei⁹ noie Uriã q erat Ioab armigeꝝ de obſeſſio ne bellica fecit euocari. Quo ueniẽteꝝ de exercitu ac de obſeſſione requirebat. Illo autẽ referente oĩa

ei prospere prouenire:tollens epulas de suo conuiuio dedit ei:iussitq; ut pergens ad suam coniugē: in eius recumberet amplexibus. Vrias autem hoc quidem non fecit:dormitauit autem inter alios armigeros regis. Quod dum cognouisset rex:requisiuit:cur post tantum tempus propriam non uenisset ad domum:nec ad uxorem:dum omnes de peregrinatione remeantes:hanc habebant uolūtatem. Cur respondit:non esse iustum ut dum comilitones eius:& dux in terra castrorum & in hostium regione dormitarent:ipse cum uxore propria requiesceret:& epulus indulgeret. Et cum hæc ille dixisset:præcepit:ut illa die ibi maneret:altera uero die pergere dimitteretur ad ducem. Vocatus ergo rursus ad cœnam Vrias a rege:& ad ebrietatem usq; perductus:inuitante eo studio se rege frequenter ad copulam:nihilominus iterum dormiuit ad ianuas regis:nullo desiderio concitatus uoris. Quo facto:nimie rex contristatus:scripsit Ioab Vriam quasi in eo deliquerit præcipiens punien dū. Significauit etiam ultionis modum:ne fieret ipse in suo scelere manifestus dicēs:ut parte qua esset hostium grauis manus:& posset pugnando periculum sustinere:ibi eum poneret:& commisso prælio iuberet cunctos ab eo recedere:ut solus in mortis periculo remaneret. Et cum hæc scripsisset & suo signaculo munisset:epistolam Ioab deferendam dedit Vriæ. Ioab autem litteras suscipiens:& uoluntatem regis agnoscens:ad locum ubi hostes nouerat fortiter imminere Vriam constituit. Dedit itaq; ei quosdam militum optimorum: seq; dixit omnium uirtuti solatia præbiturum: si forte possent partem muri deiicere:& ad internam ciuitatis intrare. Quem petit:ut cum esset miles ualde fortissimus:& haberet gloriam apud regē & omnem exercitum:ad hoc non dedignaretur ad hostium incursionem accedere:sed potius huiusmodi res agere congauderet. Cunq; Vrias fiducialiter accessisset Ioab seorsum cum eo pugnaturis dixit:ut eum solum facta hostium incursione desererēt. Hæbreis igitur ad ciuitatem accedentibus:Ammonitæ metuentes:ne illo loco ubi Vrias constitutus erat uenientes inimici muros ciuitatis ascenderent:eligentes fortissimos uiros:& repente portas aperientes magno cursu & impetu inimicos aggressi sunt. Quod dum uidissent:omnes qui erant cum Vria sicut eis prædixerat Ioab recessere post tergum. Vrias autem dum confunderetur fugere: aciemq; deserere:sustinuit hostem:& impetū eorum sua uiuacitate suscipiens:peremit quidem non paucos. Circundatus autem & captus in medio uulneratus iteriit:cum quo etiā quidā alii de sociis sunt extincti. His ita gestis:nuncios Ioab misit ad regem:præcipiens eis ut dicerent:q; studuissent quidem capere ciuitatem:& cum accessissent ad murū:multis ibi cadentibus abscessissent:& siquidē irascceretur:Vrie mortem piter indicarent. Hæc igitur audiente rege:& graniter ferente:& dicente eos incaute fecisse:ut ad murum urbis accederent:cum magis deberēt p cuniculos aut alias machinatiōes cape ciuitatem:dum utiq; exemplum haberēt filii Gedeō Abimelech:qui dum turrim Thebes expugnare uellet:uiolenter a sene muliere petra percussus probaretur extinctus:& cum esset uir fortissimus:pp difficultatem rei turpiter sit peremptus:qua memoria oportuisset eos muros hostiū non adire:cum sit optimum apud omnes:ut ea quæ geruntur in præliis seu bene seu male:memoria teneantur:quatenus alia quidem imitanda sint alia fugienda. Cunq; hesitasset rex:& de casu bellico cogitaret:Vriæ morte a nunciis indicata:repente ab indignatione cessauit. iussitq; ut reuertentes Ioab dicerent:humanum esse quod contigit & bella huiusmodi semper habere naturam, murabilem: ut aliquando quidem inimici superiores sint:aliquando uero subiecti:decetero uero in obsidione p uidendum:ne denuo in aliqua parte delinquerent:sed uallis & molitionibus diuersis obsiderent:& prævalentes ciuitatem quidē omnino subuerterent:& habitatores omnes piter trucidarēt. Núcius itaq; Ioab ea quæ fuerant a rege dicta portabat. Vxor autem Vriæ beteſaber mortem sui uiri cognoscens multis eum diebus fleuit. Quiescēte uero tristitia eius & lachrymis:mox eam accepit uxorē: & filius, masculus ex ea processit. Quas nuptias deus non libenter ispexit:sed iratus cōtra Dauid:apparuit i somnis prophetæ Nathā regē culpans in his quæ male cōmiserat. Nathā ergo cū eēt uir urbanus & sapiens:& cogitaret quia reges dum in irā incitantur:amplius eā:q; iustitiæ iura respiciunt: interminationes quidem dei tunc tacere decreuit:& alia uero uerba utilia loqui disposuit:& dicēs ei huiusmodi cām:quid de ea sentiret:manifestum sibi fieri postulabat. Duo inquit uiri in una ciuitate degebant quoꝝ unus idoneus erat:& multos greges iumentorum:bonumq; & ouium possidebat alter pauperculus:qui unam tātū agnam habebat quā cum suis filiis enutriebat:cum qua etiam cibis propriis uescebatur:& quā non aliter:quam filiam diligebat. Cūq; hospes uenisset ad diuitem: nihil de suis pecudibus uoluit occidere:ut epulas amico p̄beret:sed misit ad agnam paupis:& eam sublatā:peregrino conuiuiū ministrauit. Hic itaq; sermo uehemēter cōmouit regē:malignūq; pnū ciauit illum hoiem corā Nathan:qui talia ppetrasset:& q̄druplum dixit pro agna iuste redituru:& sup hoc morte mulctandum. Nathan aūt respondēs:ait:ipsum eē quē pati talia decreuisset:quia op malum ualde cōmisserit:reuelauit ei:& apte manifestauit iram dei:qui eū regē cunctorū fecerat Hæbreoꝝ:& oium i circuitu gētiū multaꝝ atq; magnaꝝ cōstituerat dominū:& a manibus Saul antea liberauerat:dederatq; ei cōiuges:quibus iuste fuerat & legaliter copulatus:sed quia nunc eum spreuisset:& impie contēpsisset:eo q; & alienā uxorē tulisset:& uiꝝ eius necandum hostibus tradidisset: deo eum pœnas exoluere:& uxores eius ab uno dicebat filio uiolētias sustinere:seq; ipsū fore eius insidiis expellēdum:& dū eius peccatū occulte fuisset gestū:illud cūctis uidētibus ageret:moriturūq;

piter & puerum:qui ex ea eſſet ꝓcreatus. In his ergo rege turbato:& ualde cõfuſo:& cum lachrymis & triſticia impie ſe geſſiſſe confeſſo:erat enim deicola:uir qui nil omnino in ſua uita præter in caſu uxoris Vriæ deliquerat:miſertus eſt deus:& recõciliatus eiſeruaturum ſe eius uitam:regnumq; pollicitus eſt agenti pœnitentiam de his:quæ male geſta fuerãt. Cũq; Nathan regi prophetaſſet:domi reuerſus eſt. Puerum uero qui de uxore Vriæ fuerat generatus:grauis diuinitus languor iuaſit. Pro quo rex nimis afflictus:cum a cibo ſeptem diebus abſtinuiſſet:adhorantibus ſæpe famulis nõ comedit:ſed ueſtibus atris indutus:atq; proſtratus in cilicio iacebat in pauimento:& deo pro ſalute pueri ſupplicabat:quia ualde eius matrem amabat. Septima ergo die puero moriente:non præſumebant hoc regi famuli nunciare:cogitantes:quia ſi cognoſceret:& a cibo & ab alia ſui diligentia potius abſtineret:tanq; in luctu filii conſtitutus:quippe cum eo languente:talia per triſticiam pertuliſſet. Sentiens autem rex famulos perturbari:& ea pati quæ præcipue ſolent aliquid celare uolentibus prouenire:intelligens mortuum puerum:& uocans unum de famulis:ac ueritatem audiens. repente ſurrexit & lauit & ſumens candidam ueſtem:uenit ad tabernaculum dei:iuſſitq; cibos apponi:Quo facto:multus ſtupor eius cognatos:& famulos appræhendit:quia cum nihil horum puero languente feciſſet:eo mortuo:ſimul hæc omnia celebraret. Cũq; ab eo huius facti cauſam requireret:aſſerẽs eos nimis indoctos:ait:adhuc quidem uiuẽte puero dum ſpem ſalutis eius haberet hæc omnia faciebam: credens per hæc ſe placare diuinitatem:quo deficiente uita uana triſticia nihil prodeſſet. Quod cũ dixiſſet:regis ſapientiam laudauerunt. Poſt hæc autem ingreſſus eſt ad mulierem Betenſaber. Quæ concipiens:maſculum filium procreauit:quem iubente Nathan propheta Salomon appellauit. Porro Ioab Ammonitas obſeſſione fortiter affligebat:aquam eis auferens:& rerum cæterarum ubertatem:multumq; eos cogebat cibi & potus inopia laborare. Ex modico nanq; puteo bibebãt omnes:& licet illis eſſet fontis auxilium:ne tamen deficeret:non eo largius utebãtur. Quo facto ſcripſit hæc regi ſignificans:& rogans eum ut ueniret ad ciuitatem quatenus eius nomini uictoriam deſignaret. Quod cum ſcripſiſſet Ioab:approbans rex eius uoluntatem:& deuotionis fidem:ſumpto ſecũ exercitu uenit:ut Rabath depopularetur urbem. Quam dum bellica lege cæpiſſet:milites eam uaſtare permiſit:ipſe uero tulit coronam regis Ammonitarũ:habentem pondus auri talẽtum & lapides pꝛcioſos:& in medio ſui Sardonicem:quã ſemp Dauid geſtabat in capite. Multa ſiquidem alia & pꝛcioſa ſpolia in ea comperit ac rapuit ciuitate:uiros autẽ eius tormẽtis affecit. Hoc itaq; modo etiam Ammonitarum urbes quas cœpit euertit.

Quoniã Ammon filius Dauid mixtus eſt ſorori ſuæ Thamar:pro qua re Abſolon frater eius interfecit eum:& de fuga Abſolon:& reuocatione ipſius ad patrem. CAP. VIII.

REuertente igitur in Hieroſolymã rege domus eius turpi uicio maculata eſt. Erat enim illi filia uirgo:noie Thamar:pulchritudine ualde pꝛæcipua:ita ut oẽs fœminas ſpecioſas euinceret. Huic frater erat Abſolõ:ex una genitrice ꝓcreat9. Hãc Ammõ filiorũ Dauid ſenior concupiuit:& cũ neq; ꝓpter uirginitatẽ eius:neq; ꝓpter cuſtodiã ſuo potiri deſiderio pꝛæualeret:crudeli pcuſſus uulnere carpebatur. Dũq; eius corpus iteriori lãguore tabeſceret:& iam doloꝛẽ macies pmutaret:inotuit Ionadæ cuidã cognato eius pariter & amicõ. Erat uir iſte ſapiẽs:& intellectu nimis acutus. Videns ergo quotidie Ammõ nõ naturale corpus habẽtem:accedens interrogauit ut ei cãm rei huius ediceret:dicebatq; arbitrari ſe hæc illũ amoris occaſione pferre. Cũq; confeſſus fuiſſet ei Ammon paſſionẽ ſuã:& quia ſororẽ ſuam conſanguineã concupiſceret:conſilium ei ſuum deſiderium adipiſcẽdi hoc mõ dedit:monẽs ut egritudinẽ ſimularet & ueniẽtẽ ad ſe patrẽ peteret:ut ei ſororem exhiberet:ut cõpertẽs egrotãti miniſterium deſtinaret:qđ ſi fieret:priuaretur citius lãguore:Ammon ergo ponẽs ſemetipſum in lectulo ſecundum Ionadæ cõſilium ſimulabat infirmitatem:ut dũ ad eũ viſitandũ pater ueniſſet:poꝓoſiſſet ſororem el dirigere. Quam dũ pater incunctãter iuſſiſſet,adducit:ea ueniẽte pꝛæcepit:ut ei manu ſua faceret panes frixos dicens ſuauiter ſe ex eius manibus cõmeſturum. Illa uero uidente fratre conſperſa farina faciẽs colli ridas:eaſq; frigens obtulit fratri. Et ille quidem nequaq; guſtauit ex eis:ſed iuſſit famulos ut omne a domo repellerent:ut q̃ſi facta quiete dormiret. Cũq; famuli quod iuſſerat impleuiſſent:iuſſit ſororem ut ei cibum ad interiorem locum domus afferret. Quod dum puella feciſſet appræhẽdens eã:ut cũ eo concuberet ſuadere tentauerat. Puella uero clamabat dicens. Noli uiolentam facere nec impietante mihi frater inferre:noli leges tranſcendere:& te iniquiſſima cõfuſione miſceri:ſed quieſce a retam iniuſta:& ex ſceleratiſſimo deſiderio:ex quo obprobrium & turpitudo noſtræ domui perpetuã conferatur:adiiciens:quia ſi de hac re loqueretur pater coniugium eius non denegaret ei. Et hæc quidem dicebat:uolens ad pꝛæſens impetum eius petulantem declinare. At ille non acquieuit:ſed nimietate amoris illius inflamatus:& robore eius paſſionis ualde perplexus uim intulit ei: Quem repẽte odium poſt ſtuprum ſororis inuaſit:& iniuria perpetrata:eam ſurgere & abire pꝛæcepit. Cũq; illa in hoc deteriorẽ proclamaret iniuriam ſibi irrogatam nec uſq; ad noctẽ eam manere pmitteret: repente eãm diſcedere iuſſit in die:ut etiam teſtimonium ſuæ confuſionis incurreret. Qua reſiſtente iuſſit famulo ut eam prorſus expelleret. Illa uero dolẽs iniuriã ſimul & uiolẽtiam:diſrupto colobio quibus antiquæ uirgines utebantur:habente manicas:& ad talos uſq; profuſas:ne facile uiderentur:

& cinere aſperſo capite ibat per mediam ciuitatem:clamans & ingemiſcẽs uiolentiam ſibimet irrogatam. Quam dum inueniſſet frater Abſolon:requiſiuit qua cauſa proueniente hoc ageret. Et cum facta ſibi dixiſſet iniuriam:quieſcere & mediocriter ait ferre germanam:& iniuriã nõ putare:q̃ corrupta eẽt a fratre. Cui dum ſatisfactum fuiſſet clamare:& uiolentiam ſuam multis indicare ceſſauit: & multo tempore apud fratrem Abſolon uidua permanſit. Quod dum cognouiſſet Dauid doluit quidem ſed cum Ammon ſeniorem filium ſuum ualde diligeret eum noluit contriſtare. Quem Abſolon crudeliter abhorrebat:& latenter oportunum tempus ultionis delicti illius expectabat. Igitur ſecũdus iam annus corruptionis ſororis eius exceſſerat:& cum greges ſuos tonſurus aſcenderet in ciuitatẽ Balaſoriẽ aũt hæc in ſorte tribus Effraim:rogauit patrem ut cum fratribus ad eius cõuiuiũ cõueniret. Quo recuſante:ne illi grauis uideret exiſtere uel fratres dirigi ſupplicauit. Quibus deſtinatis:iuſſit Abſolon famulis propriis ut cum uiderent ammon ebrietate diſſolutum:illo annuente interficerent eum:nullumq̃ metuerent. Quo facto fratres cũctos terror grauis & tumultus inuaſit: & de ſe quoq̃ ſinguli formidantes:aſcendenteſq̃ in equis reuertebant ad patrem. Quidã uero præcedens nũciauit patri quaſi cũctos fratres iterfeciſſet Abſolon. Tunc Dauid quaſi oẽs uere ſimul extincti ſint & hoc a fratre triſtitia quæ uſq̃ ad mortem fere uideretur amara nimis inuaſit & eo dolore neq̃ cãm requiſiuit:nec aliud quicq̃ poſt hoc tanti mali facinus cognoſcere uoluit:neq̃ ſuſtinuit: ſed repente ueſte dirupta:proſtratus in terra iacebat:lugens filio. uniuerſos:& qui mortui nunciati fuerant & ſimul qui eos occiderat. Ionadab uero filius Semmaa fratris Dauid conſolabatur eũ:ut a triſticia tanta recederet:nec crederet filios alios interemptos:quia nec cã talis extaret:ſed eſſet credibile:quia hoc feciſſet Abſolon in ſolum Ammon:propter Thamar ſuæ ſororis iniuriã. Inter hæc autẽ ſonus equorũ & tumultus quorũdã uenientiũ:attentos eos fecit. Erant autem filii regis:qui a conuiuio fugiebant. His lugientibus triſtis pater occurrit:& præter ſpem uidẽs quos ante paululum periſſe crediderat:eos amplexat⁹ eſt. Erat itaq̃ cũctis luctus & gemitus:illis quidem ſupra mortuũ fratrem regi uero ſup filium iterẽptũ. Abſolon aũt fugit in Geſſur ad auũ maternum:uirum prouiciæ illius potẽtẽ eſt:apud quẽ triũ annoꝝ tpe commoratus eſt. Cũq̃ Dauid uolũtatẽ haberet:ut ad reuocãdũ Abſolon filium deſtinaret:non ad uindictam:quãdo erat ira iã lõgo tẽpore leuigata:ad hanc rem princeps milicie Ioab eũ potius incitauit. Præparauit enĩ quãdã mulierẽ iã ætate puectã ut eum ſub ſchemate luctus interpellaret:& huiuſmodi uerba proferret. Quæ ait. Duo filii mihi rex erant qui in agro fuerãt in cõtentionẽ cõuerſi:nulloq̃ præſente qui eos placare potuiſſet:ab altero alter percuſſus iteriit. Cognatus autẽ interfectorẽ petẽtibus:& uolentibus eum occidere:ſupplico ut mihi ſalutẽ præcipias filii cõdonari:nec reliquã ſpem meæ ſenectutis ſinas auferri:& prohibeas cunctos: qui meum filium interficere moliuntur. Non enim aliud illud poterunt ſequi niſi q̃ timor regis ĩpetrauerit. Rege itaq̃ mulieris præcibus annuente:reſpondens denuo mulier regi: gratias inquit ago tuæ benignitati:qui meæ miſertus es ſenectutis:& pene ſine filiis deſolatã:filiũ habere feciſti. Sed ut firma mihi ſint tuæ dona clementiæ:precor tuo filio eſto propitius:eiq̃ remitte delictum. Quo enĩ creditura ſum ſecuritatis mihi in hoc præbuiſſe beneficiũ:cum te uideam in cã ſimili cum tuo filio manere ſemp iratum. Factum nãq̃ eſt ut cum filius unus contra uolũtatẽ patris mortu⁹ ſit ſponte hac cã apponatur & alius. Intellexit itaq̃ rex hoc conſilium ſtudio Ioab ĩmiſſum:& iterrogata muliercula dum cognouiſſet hoc ueꝝ eſſe rex uocans Ioab:ait impetraſſe ſtudii ſui uotum:eũq̃ Abſolon reuocare præcepit. Non enim circa eum iam ulterius ſe dixit eſſe crudelẽ:ſed irã indignationemq̃ remittere. Ille uero cũ adoraſſet regẽ:& eius ſermonibus gratias retuliſſet: repente profectus eſt in Geſſur:& aſſumpto Abſolon:in Hieroſolymam remeauit. Præmiſit autem rex dum uenire filium cognouiſſet:& præcepit:ut ad domũ propriam remearet:non enim iuſtũ credidit:ut mox uenientẽ ſuſciperet:aut uideret. Ille uero patre iubẽte eius declinauit aſpectũ:cui tamẽ a familiaribus debitum exhibebatur officium. Huius itaq̃ pulchritudo licet in triſtitia poſiti: & diligentiam competentem regis filio non habenti nequaq̃ depoſita eſt:ſed erat ſpecioſus:& ſplendebat omni decore & corporis magna proceritate:ita ut eos qui erant in epulis conſtituti tranſcenderet. Cuius capitis erat tanta ceſaries:ut uix octo diebus tonderi potuiſſet:& erat tonſuræ eius pondus ſiclorum ducentorum qui faciunt quinq̃ minas. Habitabat autem in Hieroſolymis annis duobus: habuitq̃ tres filios maſculos:& filiam unam nimis ſpecioſam:quã rex poſtea Roboã ſalomonis filius accepit uxorem:ex qua natus eſt puer nomine Abias. Inter hæc mittens Abſolon ad Ioab popoſcit ab eo: ut pfecte placaret patrem:& peteret quatenus eum ad ſuum aſpectum & colloquium reuocaret. Negligente uero Ioab:mittens aliquos ſuorum confinem ſegetem eis incendit. Quod cum ille cognouiſſet:ad Abſolon uenit culpans eum:& cauſam rei huius inquirens. Cui reſpondit. Hoc conſiliũ comperi:ut te ad nos ducere potuiſſem negligentẽ uerba quæ ibi pro paterna reconciliatiõe mandabã. Quapropter præſentem te precor ut mitiges genitorem meum. Ego nãq̃ peius a fuga eſſe iudicio huc me ueniſſe:patre mihi hactenus iraſcente. Ioab autem neceſſitatem eius cognoſcẽs & miſertus mediator exiuit apud regem:eiq̃ locutus de filio egit:ut libẽter eum ſuſciperet. Quo uenientẽ:& in terram proſtrato:ac ſupplicante:ut petu ueniam ĩpetraret: porrexit dextram & alleuauit eum & geſtorum obliuionem ſe habere pollicitus eſt.

Quo Dauid domeſticis contra eum ſeditionē faciētibus a filio ſit expulſus. uero dum pugnaret contra ſuum patrem Abſolon cum exercitu ſuo deperit. CAP. VIIII.

ABſolon autem dum ei hoc fuiſſet a patre cōceſſū in quo tpe multos equos:& multos ſibi currus iſtituit:& armigeros qnq̄ginta:& diebus ſingulis ſurgēs diluculo ad regia ueniebat:& q cauſas habebāt:& minores inueniebāt i eis delectabiliter alloquebat q̄ſi nō habēte bonos cōſiliarios patre:ſed iniuſtos i ſuis ſentētiis exiſtentes:quorū iudicio grauarent. Pro qua re fauorē ſibi omniū collocabat. adiiciebat piter dicēs:qa ſi haberet hāc poteſtatē ipſe:cūcta ſub legū eqtate diſponeret. Hæc itaq; eo agēte:populo ſibi placato cū iā deuotionē cūctoꝝ ſe obtinuiſſe cōſideret poſt recōciliationē p̄is ānis q̄ttuor iā trāſactis ſupplicauit:ut ei pater in Hæbrō ire permitteret:quatenus ꝓmiſſa deo ſacrificia celebraret:q̄ fugiēs deuouiſſet. Dauid ergo cōcedēte ꝓfectus ē:ad quē multus populus eo inuitante cōfluxit. Aderat aūt ei & cōſiliarius Dauid Achitofel:Giloneus:& ducēti uiri ex Hieroſolymis: neſciētes qdē conamen huiuſmodi:ſed uelut ad ſacrificiū euocati. Hoc itaq; conſilio rex ab oībus ordinatus eſt. Quod dū fuiſſet Dauid nunciatū:& inopinabiliter hoc filiū feciſſe cognouiſſet:metuens impietatē eius ac p̄ſumptionem miratus:quia nec peccati ueniā recordatus ē:ſed ſup illa ſcelera potiora iniquiora cōmiſerit:primū quidē ut regnum a deo datum uellet auferre:ſecūdo ut patrē uita priuaret:deliberauit ut fugeret trās Iordanem:& uocatis amicis ac neceſſariis:& de filii ſupbia eis ptcipato cōſilio:cū ſtaq; cōmittēs deo:decē cōcubias cuſtodes regaliū dereliquēs diſceſſit ex Hieroſolymis:et alia multitudine cū eo fiducialiter egrediēte:ſimul & ſexcentis armatis:qui Saul uiuente fuerant ei in fuga priori ptcipes. Abiathar aūt & Sadoch ſacerdotibus:& oībus leuitis uolentibus ſimul egredi cū arca dei: ſuaſit ut magis in ciuitate cōſiſterent cum eum poſſet deus etiam arca non portata liberare: mādauitq; eis ut latenter geſta quæq; ei nūciarentur. Habuit aūt fideles ad omnia miniſtros:Achimaā filiū Sadoch:& Ionatham filiū Abiathar. Ethai aūt Ietheus cum eo profectus ē:licet. Dauid eū manere in ciuitate uoluiſſet. Cui dum aquieſcere noluiſſet:ei puritatem potius ſuæ deuotiōis oſtēdit. Aſcēdēte aūt Dauid per montem oliueti pedib⁹ nudis:& cūctis cū eo flētibus:nūciatū eſt Achitofel eſſe cum Abſolō.& eius parti fauere. Quod dum audiſſet:triſticia eius magis accreuit: deū rogabat:& eum ſuppliciter exorabat:ut abalienaret mentem Abſolon a conſiliis Achitofel. Formidabat enim ne contra ſe ei dando conſilia ꝓualeret. Erat enim uir aſtutus:ad proſpiciendā utilitatē nimis argutus. Cunq; in montis uerticem pueniſſet ciuitate reſpecta cum multis lachrymis q̄ſi amiſſo regno:domino ſupplicabat. Occurrit aūt uir qdam fidelis nomine Chuſi:& ipſe amicus. Quem cū uidiſſet Dauid ſciſſa ueſte:& aſpſo capite cinere flētē atq; lugentem:conſolatus eſt eum:& a triſticia ceſſare poſcebat. Et poſt hæc ſupplicabat ut iret ad Abſolon:q̄ſi ei conſentiēs & eius ſecreta conſideraret:conſiliiſq; reſiſteret Achitofel:qa ſi cū dauit ꝓgeret:tātū ꝓdeſſe non poſſet. Obediens ille Dauid eo derelicto uenit Hieroſolymā:quo etiam non poſt multū uenit Abſolō. Paululū itaq; exīde ꝓcedēte dauid: Syba famulus Mēphibos quē curatorē iſtituerat poſſeſſionū quas donauerat filio Ionathæ:occurrit cum duobus aſinis oneratis rebus in itinere neceſſariis:ex quibus ipſe & qui cū eo erant refici debuiſſent. Requirente uero dauid:ubi relinqueret Mēphiboſeth:ait. in Heroſolymis expectantem ordinari regem ſe in præſenti ſeditione:pp memoriā beneficioꝝ Saul. In his aūt indignatus Dauid:oīa quæcūq; conceſſerat Mēphibos:Sybæ donauit:multo iuſtus eſſe credēs:ut hic q̄ ille potius hæc haberet. Et Syba quidē hoc facto gauiſus eſt. Igitur ueniente. dauid in locū choram progreſſus eſt quidā de cognatione Saul:nomīe Semei:filius gere:& lapidabat eum:ac peſſimus ſermonibus accuſabat. Circūſtantib⁹ āt amicis:adhuc amplius blaſphemabat:& ſanguinariū eū:multo rūq; malorū dicebat auctorem:increpans eum quatenus ex illa terra ueluti pollutus excederet:deo gtias referēdo qui eum priuaſſet regno:& per propriū filium ꝓ eo q̄ peccaſſet in dominum ſuum tite pœnas exigeret. Omnibus aūt ſupra modum per motam iracūdiā pronocatis & præcipue Abyſai uolētem interficere Semei:dauid ab ita retinuit dicens:ne malis præſentibus opus nouæ occaſionis admittamus. Non enim circa hunc rabidum canem mihi reſpectus aut pudor eſt:ſed ad deum intentio:propter quem iſte ſuper nos ita uidetur inuictus. Nec eſt admirandum:ab iſto me talia ſuſtinere:quando etiam filii uideor expertus impietatem. Sed forſan aderit nobis miſericordia dei:& prævalebimus inimicis:quo adiuuante ſecuro itinere properemus. Semei autem per aliam montis ptē currebat:& crebras ei faciebat iniurias. Cūq; dauid ueniſſet ad Iordanem:reficiebat ibidem ſuos itinere fatigatos. Igitur cum ueniſſet Abſolon & Achitofel conſiliarius in Hieroſolymā cum omni populo:uenit ad eum amicus dauid Chuſi:& cum adoraſſet Abſolon:optabat regnū eius in ſæculo & omni tempore permanere. Illo uero ei dicente:cur cum præcipuus patris eius eēt amicus eiq; fidelis ad omnia uiderentur:non cum eo tunc eſſet:ſed illo derelicto tranſiſſet:ad eum temperate ſe facere dixit:ſequi deum: & totius populi iudicium. His inquit domine tecum manentibus:recte & ego te ſequor. Regnum enim tibi adeo collatū eſt:quapropter eandem fidē atq; deuotionem tibi præbebo quam patri. Non enim pro rebus p̄ſentibus indignari fas eſt:quando non extraneam ad domū mutatū eſt regnū:ſed in ea pmāſit filio ſuccedēte patri. Hæc dicēs:ſatiſſecit cū pri⁹ utiq; uideret eē ſuſpect⁹. Et uocato Achitofel:qđ oporteret agi tractabat. Qui ſuaſit ei ad cōcubias ſui p̄is acce-

dere:ex hoc enim popolum ſciturum:creditumq; dicebat:quia circa patrem nulla ei iam reconciliatio ſupereſſet:ex hoc cum multa fiducia aduerſus eum omnis multitudo pugnaret:hactenus apertas inimicitias eos habere:metuere credentes:poſſe patrem cum filio quocũq; tempore concordare. Hoc ergo conſilio flexus:iuſſit famulis ut tentoria in ſolario regio figerent:& uidente populo accedens:ad patris ſui concubinas ingreſſus eſt. Hæc autem geſta ſunt:ſecundum Nathã prophetiam:quam Dauid olim de filii inuaſione ſignauerat. Cum uero feciſſet Abſolõ quæ monuerat Achitofel rurſus ſecũdum conſilium de patre contra patrem eum proferre poſcebat. Cũq; ille decem milia electos ſibi dari periſſet:ut & patrem eius interimeret:& eos qui cum eo pergeret incolumes reuocaret:ut tunc firmum haberet imperium cum pater eius extingueretur:dum hæc ſententia placuiſſet:uocauit etiam Chuſi amicum ſui patris antiquum:ſic enim ille eum uocabat. Cui dum ſententiam Achitofel indicaſſet:quid etiam ei uideretur de eadem cauſa requirebat. Ille uero cognoſcens:quia ſi fierent quæ ſuadebat Achitofel:Dauid in mortis periculum perueniſſet:contrariam ſententiam nitebatur afferre. Non ignoras inquit o rex tui patris & eorum qui cum eo ſunt fortitudinem:quia multis preliis dimicauit:& ſemper ſuperatis hoſtibus eſt reuerſus. Nunc equidem credo illum in exercitu conſtitutum:eſt enim ſicut noſtri bellicoſus:& idoneus omnia prouidere:& dolos ſuperuenientium hoſtium declinare certiſſimus:circa ueſperam autem relinquere ſuos:aut in aliqua aula ſe celare:aut circa petras inſidias facere dumq; contigerit:ut noſtri congrediantur ad prælium:illius quidem uiri ad modicum ſe ſubducunt & dum ſecuri fuerint de regis auxilio:reſiſtunt. Et inter hæc illis pugnantibus repente cum alio exercitu tuus pater apparens:ſuis quidem fortitudinem præbebit ad bellum tuos uero inopinabili ſuperuentu proſternet. Fac igitur operationem mei conſilii:& cognoſcens eius utilitatem:Achitofel refutata ſententia. mittens in omnem prouinciam hæbreorum:præcipe contra patrem tuum ut cũctus congregetur exercitus:& ſumens ipſe prelii militiam uniuerſam:eſto dux eorum:ut nulli ali committas hoc bellum. Facillime enim te credo fore uicturum:ſi eum cum paucis comprehenderis:cum tu multa milia pugnantium habeas:deuotionem ſuam tibi prebere uolentium. At ſi pater tuus fuerit obſeſſione circũdatus:machinationibus:aut trochlearum effuſionibus ciuitatem illam facillime capiemus. Hæc cum dixiſſet probabilior apparuit quam Achitofel. Nã ultra eius cõſiliũ Abſolon potius huius elegit. Deus enim erat:qui in eius mente conſiliũ Chuſi meli⁹ faciebat. Quo facto feſtinabat Chuſi ad ſacerdotes Sadoch & Abiathar cõſiliũ Achitofel:necnon & ſuum pandẽs:& quia placuiſſent q̃ ipſe mõuerat ĩdicauit:& exhortatus ẽ repentetur mittentes hæc renunciarẽt. Dauid:& q̃ ab aduerſariis tractata uidebãtur aperirẽt:adiciẽs:ut ſtuderet uelociter tranſire Iordanẽ:ne eũ ſuus filius ꝓſequi feſtinaret:& anteq̃ illi ſe monuiſſent:poſſet a filio comprehendi. Sacerdotes autem oportune ſuos filios ad hoc officiũ extra urbem celatos habebant. Quibus mandãtes ꝑ fidelẽ ancillam quæ tractabat Abſolon:præceperũt ut Dauid cũ feſtinationẽ hæc ſignificarẽt. Illi uero nulla dilatione tardãtes:ſed mandata ſeruantes patrũ:pii fideliſq; miniſterii & officii uelocitatẽ & neceſſitatis inſtantiam cito iudicantes implẽdã:feſtinabãt ad Dauid. Cũq; duobus ſtadiis a ciuitate proceſſiſſent:uidentes eos quidã equites:indicauerũt Abſolon. Ille continuo ut comprehenderẽtur miſit. Quod cognoſcẽtes filii ſacerdotũ:ab itinere declinantes in uicũ quẽdã non longe ab Hieroſolymis:cui nomẽ erat Bochom inueniẽteſq; quãdã mulierculã rogauerũt ut eos celaret:& munitionẽ metuentibus exhiberet. Illa uero iuuenes illos in puteũ repente depoſuit:& expãſis deſuper pellibus os eius aperuit. Cũq; perſequẽtes eos ueniſſent:& de eis mulierem requiſiſſent:illa uidiſſe quidem ſe non negauit:dicens apud ſe eos ſumpſiſſe potum:& continuo diſceſſiſſe:tamen ſi cum uelocitate ſequerentur:facile eos comprehendi poſſe dicebat. Cum ergo diu ſecuti non comprehendiſſent eos reuerſi ſunt. Mulier autem uidens eos remeantes:& nullũ iam periculum iuuenibus comprehenſionis imminere conſpiciens:abſtractos e lacu dimiſit ad ꝑpriũ itineris opus. Qui multo ſtudio feſtinantes:uenerunt ad Dauid & cuncta ei quæ tractabat Abſolon ſubtiliter indicauerunt. Tunc ille licet iam nox eſſet:præcepit tamen ſuos Iordanẽ trãſire cum feſtinatione. Achitofel autem uidens ſuam ſententiam fuiſſe reprobatam aſcendens iumentũ ſuum uenit ad regionem Gilon:conuocatiſq; omnibus ſuis:conſilium quod dederat Abſolon eis expoſuit:& qa eo ꝙ auditus ipſe non fuerat:non eius tardaret interitus indicauit. Dicebat enim Dauid poſt uictoriã in regnum continuo rediturũ:& melius ſibi fore ut libere & magnanime abrũperet uitam:quam ie Dauid reſeruare ad pœnam:contra quem Abſolon talia cõſilia præbuiſſet. Et hæc cum dixiſſet:accedens in locum domus ſuæ ſecretiorem:laqueo ſe ſuſpendit. Igitur Achitofel iudicio ſuo huiuſmodi morte dãnatum deponentes ſui de laqueo ſepulturæ tradiderũt. Dauid autem ſicut prædiximus trãſiens Iordanem:uenit in caſtra optima:& munitiſſimam ciuitatẽ:ſuſceperũtq; eum libentiſſime cunctæ priores prouinciæ:& fugã illius temporis reuertentes:& honorem ei ſolicitatis priſtinæ conferentes. Erant autem Bergileus:Galaditis:& Sypha potentiſſimus:& Amandias & Machir terræ Galaditis primus. Hi nanq; rerum omnium copiam Dauid & q̃ cum eo erant opulentiſſime præbuerunt ita:ut neq; lecti ſtrati deeſſent:nec panes aut uinum:ſed etiam ubertatem pecudum miniſtrarent:quatenus & quietem laborantibus:& ciborum utilium copiam eis ad ſacietatem exhiberent. Et hi quidem hoc modo erant conſtituti.

Quo poſt mortē Abſolon dauid reuerſus eſt ad regnum:& ad ſedem regni Hieroſolymam: & de ſeditione quam mouit contra eum Seba filius Bochri. CAPI. X.

ABſolon itaq; congregato magno hæbreorum exercitu ſuper patre:& tranſiens fluuiū Iordanē non longe a caſtris uenit in Galaditidē regionē:conſtituitq; principē totius exercitus Amaſam in loco Ioab conſobrini ſui:erat eni de patre Getheo:& matre Abigea ꝓgenitus:Abigea uero & Saruia mater Ioab Dauid ſorores fuere. Dauid uero eo q cū eo erāt cū recenſuiſſet:& iueniſſet uſq; ad q̄ttuor milia armatoꝝ:noluit expectare quādo ſuper eū Abſolon ueniret:ſed cōſtituit ſuper ſuos millenarios & cētenarios: diuiſo exercitu tripartite: & aliā qdem partē Ioab pricipi militiæ dedit:aliā uero fratri eius Abyſai:tertiam cōmiſit Etheo qui erat amicus eius de ciuitate geth. Cunq; uellet ipſe ad bellum ſimul exire: amici non permiſerunt:conſilio eum ſapientiſſimo retinentes. Dicebant enim quia ſi cum illo deuincerent oēm ſpem utilitatis amitterent:ſi uero una parte uicta ad eū reliqua remearent:poſſent denuo ꝓlū reparare:quando etiā hoſtes habitrarent aliū exercitū manere cum rege. Hoc cōſilium libenter accipiēs Dauid:ipſe qdem in caſtris manere decreuit:& duces & amicos ad prælū deſtinās: rogabat ut fortitudinē ſui & fidē & memoriā exhiberent:utq; puero Abſolon uictores parcerent: ne illo moriēte: aliqd in ſe mali cōmitterent:optāſq; cūctis uictoriā:dimiſit exercitū. Ioab itaq; aciē cōſtituit contra hoſtes in cāpo:habens poſt tergū ſiluā. Eduxit aūt e diuerſo Abſolon & ſuū exercitū:& facta cōgreſſione belli opa præcipua manuū:& maxime ꝓſumptiōis ex utraq; pte gerebant:alii quidē ut regnū Dauid reciperet:elaborabāt:& omni magnanimitate deſudabāt:alii uero:ne & eo priuaret Abſolō regno:& daret patri ꝓ ſua ꝓſumptiōe ſupplicū in nullo ſegnes erāt:aut facere aut pati quodcūq; belli caſus afferret:iſup metuebant etiā:ne ab Ioab:& eius paucis militibus tanta multitudo ſubiungaretur: Inter hæc uicit Dauid exercitus robore magnitudinis & exercitatiōe bellorū: fugiēteſq; p ſilnas & colles ꝓſecuti ſunt:& alios qdē cœperūt:alios aūt iterfecerūt: ita ut plurimi caderēt fugientes q̄ in acie repugnantes. Et illa qdem die quaſi uiginti milia uiroꝝ ceciderunt. Exercitus aūt Dauid acceſſit ad Abſolon: erat eni cūctis proceritate & pulchritudine manifeſtus. Qui metuēs ne eum cō prædēderēt hoſtes aſcēdēs in mula regia fugiebat. Cū uelociter ueheret:& ipſe i toto leuis exiſteret arbori maxīe & ramis extēſe eius reflexa ceſarie inopinabiliter eſt appenſus:& iumentū qdem uelocitate ſua quaſi dñm adhuc portaret abſceſſit:ille uero ramis comarum alligatione retinebat aſtrictus: Quē cū uidiſſet quid a militū dauid Ioab indicauit. Quo dicēte: quinquaginta ſiclos ſe ei dediſſe ſi pemiſſet Abſolon:nec ſi mille ſiclos ei ꝓmitteret:occidere ille ſe filium domini ſui dixit:dum oībus audiētibus pater eius ei parci rogauerit. At ille oſtēdi ſibi ꝓcipiēs: ubi eū uidiſſet appēſum:& locū iueniēs:in corde eū iaculās iteremit. Armigeri uero Ioab circunſtantes arborem cadauer eius depoſuerunt:eūq; in foueā ualde ꝓfundā ꝓiicientes:aceruū ſuper eū lapidum poſuerūt: ita ut figura ſepulchri fieret:& ingentem tumulū locus ille ſeruaret. Ioab aūt ſigno dato:a ꝓſecutione reuocauit exercitū:ꝓcens cōtribulibus ſuis. Igit abſolon cōſtituerat ſibi ſtatuā marmoreā in ualle regia:q̄ duobus ſtadiis ab Hieroſolymis aberat:q̄ appellauit ſuā manū dicēs:qa etiam filius eius monētibus:nomen eius in ſtatuta ꝓmaneret. Erant enim ei maſculi filii qdē tres:fœmina uero una Thamar. Quæ cōiūcta Salomonis filio Roboā:pepit filiū Abia:q patri ſucceſſit in regnū. Et de his qdē poſtea declarabimus. Igitur poſt mortē Abſolon:populus qdē ad propria loca diſperſus eſt Achimas aūt Sadoch ſacerdotis filius:rogabat Ioab. ut ꝓueniens ipſe dauid uictoriam nunciaret:& quia dei ſolatiū & prouidentiam ipſius habuiſſet. Cui non conceſſit hoc Ioab:dicēs: quia cum ſemper boni nuncii homo fuiſſet:modo non deberet regi mortem filii nunciare. Vocans ergo Chuſi:ei opus hoc iniunxit: ut quod ipſe uidiſſet regi etiam nunciaret. Cūq; iterum Achimaas rogaret: ut eum nunciare ꝓmitteret dicens:quia rex circa ſolam uictoriam attentus:nequaq̄ de Abſolon cauſaretur:conceſſit ei ut pergeret ad dauid:tenenſq; compendioſam uiam quā ipſe ſolus nouerat:præuenit Chuſi. Cunq; ſederet dauid inter portas:expectans quando ei aliquis geſta bellica nunciaret: quidam explorato-tum uidens Achimaam currentem:& qs eſſet nō agnoſcēs:ait ad dauid: uidere ſe aliquē uenientē. Qui cū dixiſſet bonū fore nunciū:poſt paululū aliū quendam ſequi pronunciauit. Cunq; & ipſum bonū nunciū aſſereret:uidens explorator præcurrere:iāq; uicinū eſſe Achimaam Sadoch filiū ſacerdotis ꝺicauit. Qui gauiſus eū bonoꝝ nunciū eſſe dixit:& aliqd optabile de prælio portatuꝝ. Cūq; hæc dicerent a rege:ueniens Achimaas adorauit:& interrogatus de pugna:regi uictoriā nunciauit. Quo requirente de filio eius qd cognouiſſet:ait quia mox ut uidiſſet hoſtes fugatos: rogatus ipſe ad eū pergere feſtinaſſet & audiſſe ſe magnas uoces ꝓſequentiū Abſolon: & nihil amplius potuiſſe cognoſcere:eo q cogeret nimis miſſus a Ioab uictoriam nunciare. Veniēti aūt Chuſi:& adoráte regem & uictoriā nunciāte:de filio eum dauid cōtinuo reqſiuit. Tūc Chuſi hæc inqt,ꝓueniāt tuis inimicis:q̄ recepit Abſolon. Quod uerbū uictoriæ gaudiū nec apud ipm manere:nec habet exercitū ꝓmiſit. Aſcendēs enim dauid in locum ciuitatis excellētiſſimum:flebat filium:rundēs crebro pectora & capillos capitis ſui dilacerās:& omni ſe afflictiōe caſtigās clamabat dicens. Vtinā mihi & non tibi o fili aduenifſet iteritus. Nam cum eum diligeret per naturā huiuſmodi mortis eius euentui potius cōdolebat. Exercitus aūt & Ioab audientes:quia rex: filiū ita lugeret reuerſi ſunt non triūphali

ſchemate q̄rentes ingredi ciuitatē:& dolētes & flentes & quaſi deuicti potius intrauerunt. Cunq; rex capite uelato reſideret:& filii interitū igemiſceret:itroiuit ad eū Ioab:& conſolatus eſt eum dicens. O domine rex apte demonſtras ex his quæ agis:quia diligētes te & p te picula ſuſtinētes:nec non & te tuāq; generationē prſus abhorres:& diligis inimicos:& illos concupiſcis potius q iuſte pœnas ſoluentes obierūt. Nā ſi Abſolon uiciſſet:& iperium firmiſſimū tenuiſſet & nullius noſtrū cadauer remaneret:ſed oēs a teipſo & a tuis filiis icipiētes fuiſſemus ſine dubitatiōe pſtrati:nullo noſtrorum hoſtiū flente:ſed cunctis potius congaudentibus:inſup etiā puniētibus eos:ſiqs forte noſtroꝝ miſerati fuiſſent. Tu uero hæc agere ſup maxīo non cōfundens inimico. qui cū tuus filius eēt:nequaq̄ in te impia committere formidauit. Igitur recedens ab hac iniuſta triſtitia pcede:& militibus oſtende ſemetipſum:eiſq; pro uictoria & labore certaminis gratias age. Ego nāq; optime noui:quia ſi in hoc actu permanſeris:hodie a te populus uniuerſus abſcedet:& alteri regnum tradet:& tunc amatiſſimum ac uerū habebis. Hæc dicens Ioab:regem a triſtitia reuocauit:& ad cauſas reipublicæ utilitatis adduxit. Trāſformatus enim a fletu Dauid:& oportune compoſitus pro aſpectu populi ſedit ad portas:ita ut audiens populus uniuerſus concurreret:omneſq; eum libentiſſime ſalutarēt. Hæc itaq; talia hoc modo ſunt geſta.

De expiatiōe ſceleris:qd cōmiſit Saul in Gabaonitas:cuius cā facta eſt fames in quinquennio:& de pliis aduerſus Palæſtinos fœliciter geſtis:ſeu de fortibus Dauid. CAP. XI.

PRorro qui cū Abſolon fuerant:& de prælio fugerant:reuertentes ad ſemetipſos:ſingu li mittebāt p ciuitates cunctas:Dauid beneficia cōmemorantes:& libertatem quam eis reſiſtēdo cunctis hoſtibus præbuerat edicentes:culpanteſq; ſemetipſos quia eum expulliſſent a regno:& alium ordinaſſent:quo tunc defuncto principe qui ab eis fuerat conſtitutus:rogare deberent Dauid ut ab indignatione quieſceret eiſq; faueret:& recepit regno ſuā eis prudentiā nō negaret. Hæc itaq; dauid crebro nunciabant. Sed etiā ille nihilominus miſit ad Sadoch & Abiathar ſacerdotes:ut principibus loquerētur tribus Iudæ:quia turpe fuerit:ut alie tribus ante illam Dauid conſtituerent regem:cum illi & cognati eſſent & ſanguinis compartici patione guaderent. Hæc eadem & ad Amaſam principem militiæ eius præcepit edicere:quia cum filius ſororis ſuæ eſſet:non ſuaderet populo ut dauid reſtitueret iperiū:pro qua re nō ſolū regi reconciliari poſſet:ſed totius militiæ pricipatū ſicut Abſolon ei pbuerat obtinere. Et ſacerdotes quidem ad principes tribus Iuda locuti ſunt. & Amaſam deflexerunt:p miſſiones regias edicentes:ut in eius pcibus cōſiſteret. Hoc itaq; facto:tribus Iuda miſit ad regē legatos: rogantes ut ad proprīū remearet iperiū. Hoc aūt & oēs Iſrahelitæ fecerūt adhortāte eos Amaſa. Igitur accedētibus legatis:ad eū ut ueniret in Hieroſolymā:oēs p̄uenit tribus Iuda ut regi ad Iordanis flumen occurreret: & Gera filius Semei cum mille uiris quos de tribu Beniamin ducebat:& Syba libertus Saul: & filii eius quindecim & uiginti ſerui. Iſti nanq; cum tribu Iuda pontem fluminis effeceruntut facile rex eum tranſiret cū ſuo exercitu. Cunq; ueniſſet ad Iordanem:Iuda eū libētiſſime ſalutauit. Qui dū pōt eſt aſcēderet p̄ſtratus eſt añ eū Semei:& detinēs pedes eius:ueniā poſtulabat in his q̄ peccauerat:rogans: ut nō circa eū eſſet acerbus:nec ptāte recepta:eū iuberet dari ſupplicio:ſed potius conſideraret: quia geſta pnia in his q̄ prius deliqſſet:primus ei occurrere feſtinaſſet. Cūq; in his ſupplicaret atq; deposceret:Abyſai frater Ioab ait. Nunquid propterea non morieris qui conſtituto a deo rege nequaq̄ blaſphemare metuiſti. Tunc dauid conuerſus ad eum ait. Non ceſſas Satuiæ fili has cōmouere denuo nobis ſuperiores turbas:& ſeditiones inſtantes. An ignorās quia initium mei regni eſt hodie. Quapropter omnibus impie in me agētibus:iuro dimitti eius ſupplicia: & nulli ſua delicta ſeruari. Tu inquito Semei ſecurus eſto:& nullum mortis habeto metum. Qui mox adorans: cum cæteris præcedebat. Inter hæc autem occurrit & Mēphiboſeth de cognatione Saul ſordida ueſte circumamictus:comāq; gerens proſuſam & hiſpidam barbam. Nam poſt fugam Dauid neq; tonſus fuerat præ triſtitia:nec ueſtem depoſuerat ſuam:ſeq; in hac afflictione deuouerat permanere: donec regiā uideret conuerti calamitatem. Hunc autem accuſauerat Syba ſeruus apud Dauid iniuſte. Qui dum ſalutaſſet:eiq; proſtratus eſſet:cœpit interrogare Dauid:cur non fuiſſet egreſſus: & eius fugæ particeps:ille a Syba fuiſſet dicebat ſe contemptum:cui dum iuſſiſſet:ut ei itineris neceſſaria præpararet curare neglexerit:ſed uelut cuiuſdam ſeruulum contēpſiſſet:qui ſi greſſus habuiſſet incolumes:non ab eo aliquo modo receſſiſſet: cum poſſet etiam pedibus uti fuga: adiiciebat pariter non ſolum in his inquit domine nocuit mihi: ſed etiam apud tuam circa me pietatem derogare:& mentiri maligna uoluntate præſumpſit. Sed noui:quia nihil horū tuam mens recepit: cum ſit iuſta & ueritatem diligat quā uult ubiq; ſemper prævalere diuinitas. Nam cum a meo auo paſſus fuiſſes magna pericula:& omnis mea generatio pro illius debuiſſet ſceleribus deperire:tu humilis & benignus exiſtēs & quod præcipuum eſt illorum maloꝝ obliuionem agens: quando poteſtate ſumpta priora uindicare poteras:amicum me tuum eſſe iudicaſti:& in mēſa quotidie regia poſuiſti: nihilq; mihi defuit quod honorato parenti debuit exhiberi. Cunq; hæc dixiſſet ille: neq; Memphibos rex uoluit caſtigare:nec Sybā tanq̄ fallacem abiicere:ſed cum omnia iam donaſſet Sybæ:cum Memphibos occurriſſet:& ueniam Mēphibos dedit:& medietatē ſubſtantiæ reddi præcepit. Cui Memphibos cuncta

inquit Syba habeat o rex:mihi uero ꝑerium te recepiſſe ſufficiat Beregel autem Galaditen:uirũ ꝑ-
cipuum atq; bonum:& qui multa in caſtris ei præbuerat:& regẽ uſq; ad Iordanem deduxerat:roga-
bat Dauid ut cum eo ueniret ad Hieroſolymam:promittens eius ſenectutem omnino decorandam
& eius tanq̃ patris habere prouidentiam. Qui deſiderio ſuorum cum eo ſe poſſe degere refutabat:di
cens ſenectutem ſibi ſic imminere:ut etiam in rebus ſuauibus delectari nõ poſſit:cum utiq; octogin-
ta eſſet annorum:& de ſepulchri termino cogitaret. Qui magis e diuerſo rogabat:ut ſi ei præſtare
nellet concederet eum ad propria remeare: quando temporis longæuitate:nec conuiuiorum epu-
las diſcerneret:& auditus iam obduratos haberet:nec ſonum calamorum: aut modulationum aut
talium inſtrorum quæ reges ſolent inter conuiuia mulcere ſentiret. Quo nimium ſupplicãte:dauid
ait. Te equidem dimitto:tuum uero filium Achimã mihi concede: ut ei omnium rerum bonarum
debeam munus impendere. Tunc Beregel dimiſſo filio adorans regem: & optans ei utilia proueni-
re ſicut deſiderabat domi eſt reuerſus. Dauid itaq; uenit in Galgala habens ſecum iam mediam par-
tem populi:& pariter tribum Iuda ueneruntq; ad eum in Galgala primi prouinciæ cum grandi pa-
riter multitudine:& tribum Iuda culpabant eo ꝙ ei latenter occurreret:cum omnes ad eum debuiſ
ſent una uoluntate concurrere. Principes autem tribus Iuda hoc modo ſatiſfaciebant:dicentes:ne
ferrent grauiter: eo ꝙ illi præceſſiſſent:qui tanquã eius cognati:& propterea eum potius diligẽtes
præuenirent:& quia non quaſi munera percepturi hoc fecerant:ne illi qui uenerant poſtea mouerẽ
tur. Hæc autem dicentibus tribus Iudæ principibus:nequaquã aliarum tribuum principes ceſſaue-
runt:ſed dixerunt:admiramur nos equidem fratres ꝙ uos ſoli regem cognatũ ueſtrum eſſe dicitis.
Nam qui omnium noſtrorum poteſtatem a deo præcepit:omnium noſtrorum iudicaſ eſſe cogna
tus. Quapropter populus equidem noſter undecim partes habet:uos autem unam: & ſeniores nos
ſumus. Non ergo benefeciſtis occulte & latenter ueniẽtes ad regem. Cum hæc igitur inter ſe tribuũ
principes loquerentur:uir qdam iniquus & ſeditione præcipuus:cui nomen erat Siba: filius Bochri
de tribu Beniamin:ſtans in medio populi cum magno clamore dixit. Non habet aliquis noſtrum
partem apud dauid:nec ſortem apud filium Ieſſe. Et poſt hæc uerba tuba canens belſum ſignifica-
uit fieri contra regem:oẽſq; ſecuti ſunt eum:relinquentes Dauid:ſola tm̃ tribus Iuda cum eo reman
ſit:eũq; in Hieroſolymis regẽ eſſe cõſtituerunt. Qui cõcubinas qdem ſuas ad quas filius eius Abſo
lon ingreſſus fuerat:in domũ aliam trãſmigrauit:eiſq; oĩa ꝑcepit neceſſaria miniſtrari: ipſe uero ne-
quaq̃ copulatus eſt illis. Conſtituit quoq; & Amaſam principem militiæ:& locum ei in quo Ioab
fuerat dedit:iuſſitq; ut congregaretur quãtum colligi poſſit exercitus ex tribu Iuda:& poſt tres dies
ueniret:quatenus ei militiam daret uniuerſam eũq; pugnatur⁹ contra Siba Bochri filiũ deſtinaret.
Egrediente uero Amaſa & circa congregationẽ exercitus remoraẽte:dum die tertia nõ rediret:dixit
rex ad Ioab. Non eſt utile dilationẽ dare Siba:ne longo tpe poſſit exercitum cõgregare:& deterio-
ris cladis exiſtat auctor q̃ Abſolon. Noli inqt tardare:ſed pñtem ſumens exercitũ ꝑiter & ſexcentos
uiros cum Abyſai germano tuo hoſtes ꝑſequi feſtinato: & ubicũq; reperis ei congredere: & feſtina
eum cõpræhendere:ne capiens munitiſſimas ciuitates certamina nobis:& multos poſſit ſudores in-
ferre. Ioab aũt nullomodo moratus:ſed ſumens fratrẽ pariter ac ſexcẽtos uiros:& omnem exercitũ
qui erat in Hieroſolymis:ꝑſecutus eſt eũ omni feſtinatiõe Siba. Cũq; in Gabaon uicũ ꝑcul ab Hiero
ſolymis ſtadiis quadraginta ueniſſet:occurrit ei Amaſa cũ nõ multo adhuc exercitu cõgregato. Io-
ab uero accinctus gladio & lorica ueſtitus:ueniẽtẽ ad ſe Amaſam ut ſalutaret eũ arte quadã quaſi
cadere gladiũ de uagina finxit:eũq; ſe de terra colligere:& altera manu ueniẽtẽ ꝓxime Amaſa qua-
ſi ei oſculũ daturus a barba cõprahẽſum:in ꝓuido gladiũ iunxit in utero:eũq; peremit impiũ nimis
& ſceleſtiſſimũ opus efficiẽs:in bono iuuenculo pariter & cognato:& qui nihil ei nocuerat:habens
ꝓ principatu militiæ:& equalitate honoris inuidiã. Pro hac enim cã & Abner interemit: ſed in illo
ſcelere occaſiõe dictãte quaſi ꝓ uindicta fratris Aſahel ueniã habere uidebaſ:perempto aũt Amaſa:
nullũ fomitẽ excuſatiõis potuit inuenire. Ioab tãto igiſ perempto duce:triduo ꝑſequebaſ Siba: de
relinquẽs unũ ad eius corpus q clamaret exercitui qũo Amaſa iuſte perẽptus eſſet: q uero regi fauẽ
rẽt ſequerẽtur ducẽ Ioab:& Abyſai eius fratrẽ. Cũq; cadauer illius iaceret in uia:& oĩs populus ſup
eum cõflueret:& eũ quadã defuncti miſericordia moraretur:& Ioab ſequi tardaret: tollens inde ca-
dauer illius cuſtos eius portauit in quẽdam locũ ab itinere ſegregatum: & illic eum poſitum ueſte
cooperuit. Quo facto Ioab uniuerſus populus eſt ſecutus. Cũq; ꝑſequeretur Siba per omnem Iſrahe
litarum prouinciam quidam indicauit eum in ciuitate munitiſſima Abelmacha reſidere. Quo dum
ueniſſet Ioab obſidebat urbem:uallis undiq; circunductis:militibuſq; iuſſit:ut eius muros omni uir
tute deponerẽt. Nam dum eum ciues loci illius ſuſcipere noluiſſent:& ſup eum crudeliter inſiſterẽt
tunc quædam mulier caſta ſimul & ſapiẽs uidẽs patriam in nouiſſimo periculo conſtitutam: aſcen-
dens in murum:uocauit inter armatos Ioab. Quo ueniente:cœpit ad eum huiuſmodi uerba ꝑferre.
Quia cum reges & principes deus conſtituiſſet: ut hæbreorum hoſtibus reſiſteretur: & Iſrahelitis
pacis iura præberẽtur:tu inquit feſtinas metropolim Iſrahelitarum quæ nihil deliquit euertere atq;
naſtare. Tunc Ioab iurauit ſibi propiciũ deum fore:& quia non haberet huiuſmodi uoluntatẽ: nec
alliũ de populo uelle occidere:quantomagis tãtam ꝑdere ciuitatem:ſed ſi acciperet ab eis rebellem

regis ad pœnã ideſt Siba filiũ Bochri:ab obſeſſiõe exercitũ continuo reuocaret. Quod dũ audiſſet mulier:ab Ioab puulas idutias poſtulabat:ut hoſtis caput de muro repẽte proiiceret. Quo facto deſcendit ad ciues eiſq; locuta eſt dicẽs:cur uellent peſſime cũ filius & uxoribus deperire propter malignum hoiem nec cognitum unde eſſet:quẽ regem uellent habere pro Dauid: qui eis tãta beneficia contuliſſet:& una ciuitas ſtuderet tanto exercitui reſultare? Hoc dicto ſuaſit eis:ut Sibæ caput abſciſſum in Ioab proiiceret exercitum. Quo facto Ioab miſſa tuba:obſeſſionẽ repente diſſoluit & reuerſus in hieroſolymam:totius populi princeps militiæ cõſtitutus eſt. Ordinauit aũt rex ẽt Banaiã ſup corporis cuſtodes:& ſup ſexcẽtos armatos. Adorã aũt fecit ſup tributa:& Sibacha & Bachillã ſuper geſtoꝝ cõſcriptores:Suſam uero ſcribã:Sadoch aũt & Abiathar ſacerdotes inſtituit.

Quomodo rex Dauid iuſſit dinumerare populum contra mandatum domini: & de plaga:quæ ſecuta eſt tranſgreſſionem. CAPI. XII.

IGitur poſt hæc cum fames prouinciam inuaderet:rogauit dominum Dauid:ut populi miſereret:& cãm ei pariter:& medelam peſtis illius indicaret. Cui prophetæ dicebãt uelle deum ut Gabaonitæ uindicarentur:quos rex Saul impie interfecerat:& conculcauerat iuſiurandũ qđ eis Ieſus princeps militiæ præbuerat ſenioreſq; firmauerant: & ſi ultio quã Gabaonitæ expeterẽt pro defunctis exhiberetur eis:poſſet propitiari deus:& populus a peſte liberari. Dauid autem audiẽs a prophetis hæc uelle deum:euocatis Gabaonitis: eos qd uellent fieri requiſiuit. Illis autem ſeptem de genere Saul filios ad ſuppliciam poſtulantibus: requirẽs rex dedit eis:parcens tantũmodo Mẽphibos:filio ionathæ. Sumẽtes Gabaonitæ uiros quos uoluerunt:punierunt eos. Quo facto:cœpit deus repente pluere: & terræ germina ad fructum reuocare:liberauitq; a priore peſte:& ad ubertatem Hæbreorum prouinciam hoc facto reſtituit. Igiſ nõ multo poſt tempore:rex Dauid caſtrametatus eſt contra Palæſtinos & commiſſo prælio: cum eos uertiſſet in fugam:ſolus perſequendo repertus eſt. Cunq; eſſet fatigatus:quidam hoſtium nomine Achimon:filius Aſaphat:qui erat de prole Gigantum: habebatq; haſtam cuius pondus erat trecẽtorum ſiclorum:& loricam cõcatenatam & gladium:fecit impetum quaſi regem ſuorum hoſtium perempturus. Erat enim iam labore diſſolutus. Tũc ſubito exorſus Abyſai frater Ioab:& regẽ a repentina morte protexit:& hoſtẽ piter;trucidauit. Quo facto periculum regis & pene mortẽ grauiter tulit exercitus:eũq; principes cõiurauerũt:ut nequaq; cũ eis exiret ad bellũ ne pp fortitudinẽ atq; fiduciam ſuam aliquid mali paſſus:& bonis quæ pp eum fuerant ſæpius ꝓbita priuarent:& q̃ eo uiuẽte adhuc poterant adipiſci. Conuenientibus itaq; Palæſtinis in Gazam ciuitatem audiens hoc rex ſuper eos miſit exercitum. Inter quos tũc bellator optimus extitit:& probatiſſime dimicauit. Saboch etheus:qui erat unus fortiſſimorum Dauid. Hic enim multos hoſtium intercluſos interemit ex prole gigantum nimis in audacia ſuæ fortitudinis exultantes:fuitq; uictoriæ huius auctor apud Hæbreos. Poſt hanc uero compreſſionem:Palæſtini denuo pugnauerunt ſuper quos exercitum mittente Dauid: fortis apparuit Ephan cognatus eius. Nam contra ſingulos fortiſſimos Palæſtinorum ſolus pugnando pemit eos:& alios conuertit in fugam:quorum etiam multi in prælio ceciderũt. Paruo itaq; tempore Palæſtini quieſcentes:denuo caſtra poſuerunt circa ciuitatẽ quæ erat non longe a finibus Hæbreorum:eratq; uir inter eos quidam:proceritate ſex cubitorum:habens etiam digitos in utroq; pede necnon & manus:uno pluſquã ſolet natura concedere: hoc eſt ſenos. Contra quem de exercitu dauid Ionadab filius Sammaa pugnãs deuicit:pulſiſq; hoſtibus de ciuitate:totius uictoriæ auctor effectus:maximæ gloriæ culmẽ accepit. Nam & ille Palæſtinus gloriabatur ſe de prole gigãtum exiſtere. Poſtq̃ pugnam nequaq; contra Iſrahelitas habuere certamina. Expeditus itaq; dauid a ꝓlijs & piculis:cum pace iam altiſſima frueret:cantica in deum:hymnoſq; uario metro cõpoſuit; alios quidẽ trimetros:alios quidẽ quinq; metros:diuerſaq; faciens organa:docuit ut Leuitæ ſecum dum ea deo hymnos ederent p ſabbatorum diem aliaſq; feſtiuitates. Organorum aũt ſpecies huiuſmodi eſt. Canora cithara quidẽ decẽ chordis coaptata:& hæc cum plectro pcutitur: Nabla uero duodecim ſonos habẽs digitis tangit. Erãt & Cimbala ærea: & grandia & lata. Et de his q̃ dicta ſũt ſufficiant:ne oĩno hoꝝ organoꝝ natura neſciat. Circa regẽ igiſ erant oẽs ualde fortiſſimi quorum inſigniores & actionibus clari:octo & uiginti fuerunt. Horum enim quinq; tantũ opera narrabo: p quos etiã uirtutes alioꝝ poterunt indicari. Erant ſic enim ualidi:ut prouinciam regerẽt:& gentibus præualerẽt. Primus itaq; Euſebius filius Achame qui aciẽ hoſtiũ frequẽter irrũpẽs:nequaq; pugnando ceſſauit:donec ex eis nongentos occideret. Poſt hunc erat Eleazar filius dodi:qui cum rege fuerat in Sarpha. Hic aliquando Iſrahelitis formidantibus Palæſtinoꝝ exercitum:& ab hoc fugiẽtibus; ſolus reſtitit:irruẽſq; ſup hoſtes:occidit eorum multos:ita ut ſanguine occiſoꝝ: gladius eius hæreret dextræ. Et cum Palæſtinos tũc Iſrahelitæ uiderent in fugã eſſe cõuerſos:deſcendentes de montibus ꝑſecuti ſunt eos:& mirabilis ac famoſiſſima uictoria tunc puenit: cũ Eleazar tantos interfeciſſet hoſtes:eoſq; Iſrahelitæ perſequerentur:& ſumerent ſpolia ſ ereptoꝝ. Tertius autem filiꝰ Heli: nomine Semeias. Et enim in paleſtinoꝝ certaminibꝰ:dũ in locũ q dicit maxilla aciẽ poſuiſſent:& rurſus hæbrei metuẽtes eoꝝ exercitũ refugerent:ſolus eoꝝ aciẽ exercitũq; portauit:quorum alios qdẽ proſtrauit:alios aũt non ferẽtes eius uim & fortitudinẽ ꝑſecutus eſt conuentos in fugã. Hæc igitur

opera manuũ ac præliorũ tres iſti demonſtrauerũt. Quo tpe rex cũ eſſet in Hieroſolymis: Palæſtino rum ad bellandum ſupuenit exercitus. Tunc Dauid qdem in arcem ciuitatis aſcendit ſicut prædixi mus: ut de bello cõſuleret deum: caſtra uero inimicoꝝ erãt in ualle fixa uſq; ad ciuitatem Bethleem: quæ ab Hieroſolymis procul eſt ſtadiis uiginti. Dauid itaq; ſotiis ait. Boná aquã habemus in regio ne mea. Et præcipue laudabat eã: quæ erat in puteo iuxta portã: mirabaturq; ſi eſſet qui ex eo poculũ ei præberet qđ magis optaret: quã ſiquis ei magnã pecuniã ad tempus præſens offerret. Et hæc cum audiſſent iſti tres uiri: mox occurrentes: & per medium hoſtium iter facientes: uenerũt ad Bethleẽ: & aurientes aquã: denuo ad regem p eoꝝ caſtra reuerſi ſunt: ita ut Palæſtini eorum fiduciam & ma gnanimitatem obſtupeſcentes: quia ſic pauci eos contẽnerent: a dimicatione ceſſarent. Delatã itaq; aquã noluit bibere rex: quaſi de periculo & ſanguine hominum ſibi fuiſſet aduecta: & propterea nõ eſſet bibẽda: libauitq; eã deo & de ſalute gratias egit uiroꝝ. Poſt iſtos aũt fuit frater Ioab Abyſai. Is enim una die hoſtiũ nõgẽtos occidit. Quintus fuit Banaias genere ſacerdos q; puocatus a uiris inſi gnibus in Moabitide regiõe ſua eos uirtute interfecit. Rurſus aũt cũ uir ægyptius genere: pceritate mirabilis eũ puocaſſet: nudus armatũ ipſius iaculo pſtrauit ac pdidit: nã auferẽs eius iaculũ: & uiuũ adhuc pugnãtẽq; ſpoliãs: armis eum ppriis iteremit. Annumeret aũt & hoc pdictis eius actionibus aut tanq; primum magnanimorum eius operum: aut quaſi nõ diſpar. Quadam tempeſtate cũ nin geret in puteũ lapſus ſcidit leo. Et cũ os putei eſſet anguſtum: latebat abſconſus ne appareret: erat ei ipm orificiũ niue dãnatũ. Nullum ergo egreſſum Leo uidẽs: nec ſalutis exitũ rugiebat. Banaias aũt audiens beſtiã pclamantẽ: dum iter tunc ageret: accedens ad puteum in eo deſcẽdit: & baculo quẽ portabat in manu beſtiã repẽte pſtrauit. Tales igitur uirtute fuerũt: & reliq numero trigintatres.

Rex Dauid fœliciter uiuens in regno Salomoni filio mandauit de edificatione templi & quãtũ materiã ei auri & argenti lapidũq; pretioſorũ pparauerit ad templi edificiũ. CAP. XIII.

REx aũt Dauid uolẽs agnoſcere: quot eſſent milia populi totius: eſt oblitus moniti mo ſaici: quo prædictum fuerat: ut ſi dinumeraretur populus: pro uniuſcuiuſq; capite deo ſiclus præberetur. Præcepit ergo Ioab principi militiæ: ut pergens uniuerſum dinume raret exercitũ. Quo dicente: non eſſe neceſſe hoc: nõ qeuit: ſed iuſſit numerũ Hæbreoꝝ iſigniter adipleri. Ioab uero ſumẽs tribunos & ſcribas: & pagrãs Iſrahelitaꝝ puinciã: cõſideratq; multitudine quãta eſſet Hieroſolymã remeauit ad regẽ: poſt menſes nouem & uiginti dies obtulitq; numerũ regi: abſq; tribu Beniamin: hanc enim dinumerare nõ poterat: neq; tribũ Le ui. Penituit aũt Dauid q; dinumeraſſet populũ: eo q; deliquiſſet in deum. Fuit ergo alioꝝ Iſrahelita rum numerus nongenta milia uiroꝝ arma ferentiũ: & militiam exercere ualentiũ: iudæ uero tribus per ſe ſolam habuit. xl. milia: Prophetis itaq; declarantibus Dauid: quia deus ei iraſceret: ſupplicare cœpit eũq; rogare: ut popicius eſſet: & ueniã peccato concederet. Tunc Gad prophetam miſit ad eũ deus: tres ſupplicii conditiones portantẽ: ut eaꝝ quam probaret eligeret: utrum uellet famem in puincia generari annis ſeptem: an tribus menſibus pugnando uinceretur ab hoſtibus: an certe mor bus & lãguor accederet tribus diebus hæbreis: ille uero in anxietatem huius electionis oĩum rerum peſſimaꝝ incurrens tribulabatur: & uehementer animo uidebatur eſſe confuſus. Cũq; propheta di ceret: hoc oĩmodis iminere: & reſponſum uelociter exigeret: ut electam ab eo conditionem deo re nunciaret: cogitans rex: quia ſi famem eligeret: cõtra alios hoc facere uideret: quãdo ipſe quidẽ ha bens multa frumenta non pateretur inopiã: reliquis uero eſſet anguſtia: item ſi eligeret triũ mẽſium uictoriam hoſtium: ipſe quidem habens circa ſe uiros fortiſſimos: & cuſtodes: nihil oĩno metueret: neci uero eius exercitus ſubiaceret: inter hæc aũt cõem potius paſſionem: & regum & ſubiectorum elegit: in qua timor oĩbus eſt equalis: dicens quia multo melius eſt in dei magiſq; in hoſtium manꝰ incidere. Hæc audiens propheta: renunciauit domino. Qui morbum & interitum miſit in exercitũ Hæbreorum. Moriebantur enim nõ uno modo: ut facile languor potuiſſet agnoſci: ſed mors quidem inerat multis languoꝝ occiſionibus: & quia non poſſent cognoſci: facile peribant. Alius ergo ſuper aliũ moriebat: & latenter iminens malũ uelociter ferebat interitũ. Alii ſiquidem repente cum uehementibus doloribus: & amaro gemitu aĩam relinquebant: alii uero ipſis paſſionibus marceſce bant: ita ut neq; curam exhibere corporibus pualerẽt: ſed præ labore deficerẽt: alii aũt repẽtinis e te nebris eoꝝ conatus abripiẽtibus ſuffocati: prinus expirabant: alii ſuper mortuos quos ſepeliebant ipſi quoq; moriebantur: imperfectas relinquentes pariter ſepulturas. Incipiente itaq; peſtifero lan guore eos ab hora matutina perimere: uſq; ad horam prandii cõſumpta ſunt milia ſeptuaginta. Ex tenditq; angelus manum ad Hieroſolymam: ut etiam illic peſtem lãguoris inferret. Rex autem ſac co amictus ſedebat in terra: rogans deum & ſupplicãs: ut morientium leuigaretur interitus. Tunc reſpiciens interea: & uidens angelum euaginato gladio in Hieroſolymam properantem: clama uit ad dominum dicens: iuſtum eſſe ut ipſe puniretur: qui paſtor erat: & greges quæ nihil delique rant ſeruarentur: & ipſe poſcebat iram dei conuerti in ſe: & in generationem propriam potius pro uenire ſupplicium: ut innoxio populo parceretur. Exaudiens uero deus eius preces: ceſſare fecit interitum: & mittens Gad prophetam: præcepit ut ad aream Iebuſei Orna repente conſcenderet: edificans illic altare: ut hoſtias immolaret. Audiens hoc Dauid non ſiluit: ſed mox in locũ ubi præ-

ceptum fuerat properauit. Orna uero terebat frumentum. Cunq; uidiſſet regem & omnes eius pueros uenientes: occurrit ad eum: & adorauit: erat enim genere quidem Iebuſæus: Dauid autem præcipuus amicus: & propterea ei nihil mali fecit: quando ciuitatem ſicut prædiximus deuaſtauit. Cunq; Orna interrogaret cur dominus ueniſſet ad famulum ſuum: dixit: ut aream compararet ab eo: quatenus altare in ea conſtituens domino hoſtias immolaret. Qui & aream dixit & aratri boues ad holocauſta ſe præbiturum & deum oraturum: & ſacrificium grate ſuſciperet. Rex autem eius quidem ſimplicitatem & magnanimitatem diligere ſe profeſſus eſt munuſq; ſuſcipere: precium uero eum rerum omnium accipere poſtulabat: dicens non eſſe iuſtum: gratias ſacrificia celebrare. Dicēte autem Orna: ut quomodo uellet efficeret: quinquaginta aream ſyclis ab eo comparauit: & edificato altari ſacrificia fecit: & holocauſta celebrauit: & hoſtias pacificas immolabat: quibus placatus dominus: & denuo propitius eſt effectus. In illo ſiquidem loco aliquando contigerat offerre Abraam ſuum filiū Yſaac: quando cum iam paratus eſſet occidere filium: & in holocauſtum exhibere: ex īprouiſo aries apparuit & altare circunſtetit: quē Abraam pro filio ſicut prædiximus īmolauit. Videns autem rex Dauid orationem ſuam exauditam a deo: & ſacrificium grate ſuſceptū: decreuit ut ille locus area potius populi uocaretur: quam uocem nimirum oportune iam tunc pro templo illic deo ēdificando præmiſit. Deus enim miſit ad eum prophetam dicens: templum illic eius filium eſſe factutum: q eſſet ei ſucceſſurus in regnum.

Quo rex Dauid ſenex factus & frigidus p adoleſcētulā uirginē noīe Abiſag caleſactus eſt & de Adonia filio Dauid q uſurpauit ſibi īperiū: & qm̄ Salomon unctus eſt in regē iubente Dauid patre eius: cui rurſus mādauit edificationē tēpli: dās ei deſcnptionē & cōſtitutionē edificii.

CAP. XIIII.

POſt hāc itaq; prophetiā iuſſit rex numerari colonos & inuenti ſunt: centum & octoginta milia. Ex his iſtituit lapidū ceſores octoginta milia. Aliā uero multitudinē ut lapides ueherēt deputauit: ex qbus tria milia qngētos laborātibus p̄poſuit. Præpauit āt ferrū: & æs ad opa: & ligna cedria ualde pcera: hæc mittētib⁹ ſydōiis: qbus mādauerat: ut ei hāc materiā miniſtrarēt. Amicis uero ſuis dicebat: hæc ſe tūc gerere ut regnaturo p⁹ ſe filio p̄parata materiā ad opus fabricæ dereliqueret: & nō tūc cū eēt nou⁹ & iexptus pp ætatē talia laboraret: ſed hīs hæc p̄parata: citius opus īpleret. Vocās aūt filiū Salomonē p̄cepit ei ut ſuccedens in regnū: tēplū edificaret deo dicēs: qa eū uolentē hoc facere, phibuiſſet deus bellis & hūano ſanguine ſordidatū: & prædixiſſet: quia Salomon iunior filius eius edificaret templum: & quia ut hoc nomine uocaretur: non ipſe tanq̄ pater proſpexiſſet ſed deus: & promiſiſſet prouinciam Hæbreorum eius tempore fore fœlicem: & non ſolum in aliis bonis & pace qđ eſt oīum ualde præcipuum: ſed & bello; atq; ſeditionū inteſtinarū: futurā maximam libertatem. Tu igitur inquit qūo & ante natiuitatē a deo rex fore monſtratus es: nitere etiam in aliis eius prouidentiæ dignus eſſe: & pius exiſtere: ſimul & iuſtus & fortis: mandata quoq; eius & leges quas nobis per Moyſen tradidit: & tu ſerua & alios nequaq̄ præuaricare permittas. Templum aūt qđ te regnāte ſibi præcepit fieri: deo reddere feſtinato: nō pauescas magnitudinem operis nec labore terrearis: cuncta nāq; tibi ante meum obitum præparabo. Scito ſiquidem auri talenta iam collecti decē milia: argenti uero cētum milia talento; ferri uero & æris pondus quod & numero; poſſet excedere præparaui: ligno; & lapidum maximam copiam. Habes autem ſuper hæc & qui lapides poſſint cedere: & fabricas inſtruere milia multa uirorum: & ſiquid his defuerit: adiicere non moreris. Eſto igitur optimus gubernator: deū habendo patronum. Præcepit aūt principibus populi quos fabricare præceperat filium adiuuare: & bonis oībus abundantes: circa dei uacare religionem dicens pro his futuros pace ſimul & æquitate quæ deus iuſtis: & piis oībus conſuetus eſt repenſare. Edificato ſiquidē templo arcam eū præcepit illic & ſancta uaſa recondere dicēs: eo q; ante multum tempus hoc templum habere debuerant: niſi patres noſtri deo inobedientes fuiſſent: cum deus utiq; ſibi tēplum poſtq̄ hanc terram obtinuerūt edificare præcepit. Hæc itaq; ad principes ſuos dauid & ad filiū ſuum eſt locutus.

Rex Dauid ſciēs ſe morituro; & uocās filiū ſuū Salomonē: plenius inſtruxit eum de obſeruatione mandato; dei: & de his quos nouerat pœna dignos: poſt hoc mortuus eſt & ſepultus a filio ſuo Salomone: & multæ diuitiæ cū eo ſunt reconditæ.

CAPI. XV.

ET cū iā eēt ſenex: & corpore frigidus: ita ut pp ætatē ſic alegeret: ut neq; multis pellib⁹ adoptus calefieri poſſet: cōgregati medici: & conſiliū facientes: tractauerūt ut ex omni regione ſpecioſa uirgo eligeretur quæ cū eo dormiret hoc ei contra frigus fore remedium: ut eum puella uirgo foueret. Ad quā rem una adoleſcentula in ciuitate repta eſt: quæ mulieres pulchritudine ſua cunctas excelleret: noīe Abyſag: quæ dormiens ſolūmodo cū rege caleſaciebat eū. Rex aūt ad cās uenereas quæ iā ſenectute defecerāt: & ad coitū mulieris non ualebat. Quartus igit filius Dauid inuenis ſpecioſus: atq; procerus ex muliere Agit ei natus noīe Adonias: qui poſt Abſolon fuerat pcreatus: habēs regnandi ſuperbiā: dicebat amicis: quia ip̄m oporteret in regnū ſuccedere: fecitq; ſibi currus & eqtes: & qnquaginta uiros præcurſores inſtituit. Quæ cū uideret pater: nō corripuit eū: neq; impetū uolūtatis eius prohibuit: donec agnoſceret proqua cauſa talia cogitaret. Habuit āt Adonias huius rei coopatores pricipē militiæ Ioab & Abiathar

ſacerdotem:cui ſolummodo reſiſtebat Sadoch ſacerdos:& ꝓpheta Nathã:& Banaias:qui ſupra corporis cuſtodes fuerãt:& Semias amicus Dauid:& oẽs uiri fortiſſimi. Cũq; præparaſſet Adonias cœnam extra ciuitatẽ circa fontem qui erat in horto regali:& oẽs fratres ꝑter Salomonẽ illic uocaſſet: necnõ & principem militiæ Ioab:& Abiathar:& prĩceps tribus Iuda:Sadoch tatũmõ ſacerdotem:& Nathan ꝓphetam & Banaiã & oẽs diuerſæ uoluntatis ad cõuiuiũ nõ uocauit. Hæc autẽ mater Salomonis Berſabee Nathan ꝓphetæ nunciauit dicens:Adonias rex eſt:& Dauid hoc ignorat:deditq; ei conſilium ut ſaluaret ſe:& filiũ ſuũ Salomonẽ:& ingreſſa ad dauid ſola diceret ei:quia ipſe quidem iuraſſet poſt regnaturum fore Salomonẽ & quia Adonias iam teneret imperium. Qua ad regem loquente propheta ſe aſſeruit ingreſſurum: & eĩ⁹ uerba ſuo teſtimonio firmaturum. Credẽs autẽ uerbis ꝓphetæ Berſabee introiuit ad regẽ:& cum ſolẽniter adoraſſet:ſilenton petito:oĩa ei quæ prophe ta monuerat explicauit cõuiuiũ Adoniæ:& uocatos ab eo Abiathar ſacerdotem:& Ioab principem militiæ:& eius filios abſq; Salomone. & neceſſarios eius:amicos inſinuans:dicebatq; quia omnis populus ſuſtineret:quem rex ordinare uellet:rogans ut haberet in aĩo: qa poſt mortẽ eius ille regnãs: & eam & eius filium una pimeret. Cũq; adhuc loqueretur cũ rege mulier:nũciauerunt ei:qa Nathã eum uidere uellet. Rege iubente ut ueniret: ingreſſus Nathan interrogabat:ſi ea die regem feciſſet Adoniam:& ei principatum populi tradidiſſet:dicens eum ſplendidum ualde feciſſe conuiuium:& oẽs regis filios præter Salomonẽ ibidẽ ĩuitaſſe:& prĩcipẽ militiæ Ioab:qui cum plauſu nimio epularĩ & ludo æternum eius optabant effici principatum:adiiciens: neq; me inquit:neq; ſacerdotem Sadoch uocauit:nec Banaiam: qui ſupra corporis cuſtodes erat poſitus:& iuſtum eſſe ut omnes agnoſcerẽt:ſi per eius factum fuerit uoluntatem. Hæc dicente Nathan:præcepit rex uocari Berſabem:paulum nanq; e cubiculo diſceſſerat ingrediente propheta. Cunque ueniſſet mulier: rex ad eam:iuro inquit tibi per deum noſtrum excelſum:filium tuũ Salomonem eſſe regnaturum:ſicut & primitus iam iuraui:& hunc ſup meum ſolium fore ſeſſurũ:& hoc hodie celebrandum. Cũ ergo mulier adoraſſet eũ & longæuam eius optaſſet uitã:Sadoch ſacerdotẽ & Banaiã uocari præcepit. Quib⁹ ueniẽtibus cum iuſſiſſet ut ſumpto Nathan propheta:& armatis qui circa aulam regiã reſidebant:imponentes eius filium Salomonem in iumento regio:foras ciuitatem ducerẽt ad fontem qui dicitur Geon:& unguentes oleo ſancto eum conſtituerunt regem:& Sadoch ſacerdotẽ:& Nathan prophetam hoc celebrare præcepit:ſequenteſq; per mediam ciuitatem tuba canerent clamantes:inæternũ uiuere regem Salomonem:& eum ſedere in regio ſolio conſtituerent:ut agnoſceret omnis populus:q; ei traditum a patre fuiſſet imperium. Salomoni uero mandauit de regno:ut pie & iuſte circa Hæbream gentem:& tribum Iuda uiueret. Cunq; Banaias optaſſet: ut eſſet deus Salomoni propitius:repente inſigniter:& nullam habentes moram: impoſuerunt Salomonem in regia mula:educenteſq; eum extra urbem ad fontem:& oleo eum ungentes:introduxerunt rurſus in ciuitatem:ſauentes:& regem eius longæuum fieri deprecantes:deinde uenientes ad domum regiam ſedere fecerunt eum in ſolio regis. Tunc omnis populus mox conuerſus ad epulas:& feſtiuitatem lætatus in calamis:aliiſq; muſicis organis: delectabatur: exultans:ita ut diuerſitate organorũ:& melodia muſica omnis terra & aer reſonaret. Cunq; ſenſiſſet clamorem Adonias:& qui eius conuiuio præſentes erant turbati ſunt:dicebatq; Ioban non ſibi placere ſonum tubæ quam audiebat. Dum ergo cunctis in conuiuio conſtitutis:nullus guſtaret cibum:ſed omnes diuerſis cogitationibus inhærerent:cucurrit ad eos ſacerdotis Abiathar puer nomine Ionathas. Cunq; uidiſſet Adonias iuuenem & dixiſſet boni eum nuncii fore portito rem:ille eis pandit uniuerſa de Salomone: & uoluntatem regis Dauid aperuit. Exilientes igitur mox e conuiuio Adonias & omnes qui uocati fuerant:a ſede regali fugierunt. Metuens autem Adonias regem pro his quæ fuerant geſta:ſupplex factus eſt ei. Et dũ cornu altaris teneret:hoc feciſſe nunciatum eſt Salomoni: & quia rogaret:ut ab eo acciperet iuſiurandum:quia non haberet rex circa eum huius facti memoriam:nec mali aliquid ſuſtineret. ille mã ſuete miſit temperanterq; agens:ab illo quidem delicto eum dimiſit illeſum dicens: q; ſi inciperet aliquid denuo nouitatis proferre ipſe ſuæ punitionis auctor exiſteret. Et mittens iureiurando præbito:euocauit eum. Qui dum ueniſſet:& adoraſſet:iuſſit eum ad domum propriam remeare: Nihil decetero metuentem:ut tamen bonum ſe pro ſua utilitate maxime exhiberet admonuit. Volens autem Dauid oſtendere totius populi regem ſe filium effeciſſe:conuocauit principes uniuerſos in Hieroſolymam: & ſacerdotes: & leuitas: & dinumerans populum:inuenit ab anno triceſimo uſque in quinquageſimum exiſtere triginta octo milia:ex quibus inſtituit curatores fabricæ templi:uiginti tria milia iudices populi:& ſcribas eorum ſex milia:& totidem qui hymnos dicerent deo:cantantes in organis quæ Dauid ſicut prædiximus inſtituit. Diuiſit etiam eos per generationes:& ſegregans ex tribu ſacerdotes:inuenit eorum generationes uigintiquatuor:ex domo quidem Eleazar ſedecim: & de Thamar octo & præcipiens:ut unaquæq; generatio miniſtraret deo per dies octo a ſabbato uſq; ad ſabbatum:& ita omnium generationes ſortẽ acciperent:præſente Dauid & Sadoch & Abiathar ſacerdotibus & principibus uniuerſis. Et prima quidem generatio conſcendens conſcripta eſt prima & ſecunda pariter & tertia: & conſequenter uſque ad uigeſimamquartam:& diuiſo hæc permanſit uſque ad præſentem diem. Fecit autem & de tribu leuitarũ partes uigiti & quattuor:& ſortiti

eodē modo cōſcenderunt:utq; ſecundum modum ſacerdotum octo diebus ipſi quoq; miniſtrarēt: inſtituit. Eos uero qui erant de germine Moyſi:hos eminentius honorauit. Fecit enim eos cuſtodes theſaurorū dei atq; uaſorū:quæ reges deo dicare contingeret:iuſſitque omnibus de tribu leui:ſimul & ſacerdotibus:ut die noctuque deo ſeruirent:ſicut eis præceperat Moyſes. Poſt hæc diuiſit exercitū in cohortes duodecim cum ducibus ſuis & centenariis & tribunis. Habebat uero unaquæque cohors uigintiquatuor milia uirorum:quos obſeruare præcepit per tricenos dies a prima hora uſque ad nouiſſimam Salomonem regē cū millenariis & cētenariis. Cōſtituit autem iudicē uniuſcuiuſq; cohortis quem bonum iudicauit & iuſtum:& tutores theſaurorū:& uitium:& agrorū:alioſq; iumentorum quorum nomina nō credidi neceſſarium reminiſci. Cūq; hæc ſingula prædicto modo diſtribuiſſet:conuocans in eccleſiā iudices hæbreorum:& prīcipes tribuum:& duces cohortium:& qui in unoquoq; actu: ut qui ſuper poſſeſſionem regiam fuerat conſtitutus: ſtans excelſiore ſolio rex ait. Fratres conſcios uos eſſe uolo:quomodo templum deo edificare deliberans:auꝝ multū præparaui: pariter & argentum centum milia talentorum. Deus autem prohibuit me per Nathan prophetam propter bella quæ pro uobis geſſi:ex inimicorum cedibus pollutam habens dextram:ut ei tēplum edificarem:ſed filium mihi ſucceſſurum in regnum:hoc implere præcepit. Nuncio itaque quoniam dum pater noſter Iacob duodecim filios habuiſſet:noſtris Iudam fuiſſe regem:& meipſum cum ſex fratres haberem præpoſitum:& a deo recepiſſe regnum:& nullum eorum grauiter hoc tuliſſe:& ego depoſco meos filios:ut nō in alterutros ſeditiōes exerceant: Salomōe regnū ſuſcipiēte:ſed agnoſcē tes q deus eum elegerit: ferant eum libenter ut dominum. Non eis grauis debet eſſe dei uoluntas quando non extraneo ſeruiunt:ſed magis letentur in fratre:honorem imperii poſſidēte: eoque una participantes. Oro itaque ut promiſſiones dei perducantur ad finem:& fœlicitas in cuncta prouincia ſeminetur:omni itaque tempore maneat ſicut etiam ſub rege Salomone eſt ipſe pollicitus præbiturum. Erunt autem hæc firma:& terminum bonum habitura:ſi pium & iuſtum:& cuſtodem paternarum legum temetipſum o fili præbueris. Si uero has tranſcenderis: mala te ſcito eſſe paſſurum Rex itaq; dum hæc compleſſet uerba ceſſauit. Deſcriptionem uero & cōſtitutionem ædificii templi omnibus ſuadentibus Salomoni tradidit:quemadmodū fūdamenta domus & ſupiora eius:& quā ta & qualis latitudo & altitudo fieret:necnon & quanta uaſa aurea & argentea quorum pōdus ipſe decreuit:monuitq; eum quoq; ſermonibus:ut omni inſtantia immineret in ope:utq; princeps & leuitarum tribus cum eo piter laborarent propter eius ætatem:& quia cum deus illū elegerit:qui & fabricæ templi:& præſul eſſet imperii:facile illis & non ualde laborioſum ædificium fore dicebat:cum ipſe multa auri talenta:plurima uero argenti & ligna:dum & fabrorum multitudinem:& lapides cedentium præparaſſet:necnon & ſmaragdos & alios lapides præcioſos:ſed & nunc oblationis primitias faciens:alia tria milia talētorum auri puriſſimi ſe præbiturum eſſe dicebat ad aditum & currum dei faciendum ex quo & cherubin eſſent ſub quæ conſtituerat arcam. Cunque tacuiſſet Dauid:principibus & ſacerdotibus atq; leuitis multum ſtudiū oblationis habentibus & promiſſiones claras & magnificas exhibentibus:quæ etiam ſunt impleræ ab eis:obtulerūt auri quidem talenta quinq; milia:& ſtateres decem milia:ferri talenta multa milia. Sed & quicunq; præcioſos lapides habuit obtulit:& in theſauros dedit obſeruandos: quorum agebat curam pronepos Moyſeos:Saulis. in his itaq; oīs populus exultabat. Sed & Dauid uidens ſtudium & munificentiam ꝓceꝝ ac ſacerdotū & ſimul uniuerſorū:deū benedicebat magna uoce:patrē & genitorem oīum eſſe proclamans:ſed & opificem reꝝ humanarū & diuinarū:& quibus eum ipſe præpoſuiſſet ꝓſulem:ſimul & curatoreꝫ feciſſet generis Hæbreorū:& fœlicitatis eorū:quorū ei ꝓbuerat principatū:Inter hæc autē orans & omni populo bona ſemper optans: & Salomoni filio mentem ſanā & iuſtam : & in cunctis partibus uirtutis incolumitatem:iuſſit ut etiā populus benediceret deū:Illi uero proſtrati in terram adorauerunt:egerunt q gratias Dauid ꝓ oībus:quæ eo regnāte potiti ſunt. Altera uero die deo hoſtias celebrauit:uitulos mille:& totidem arietes:& agnos mille quos in holocauſtis obtulerunt:ſacrificauerūtq; piter & pacificas:multa milia ouium occidentes:& tota die rex feſtiuitatē habebat cum oī populo. Sed & Salomonem ſecundo unxerunt oleo regemq; fecerunt:& Sadoch pontificē uniuerſæ plebis:deducentes ad regalia Salomonem:& ſedere facientes in ſolio patris. Ab illo nanq; tempore:ei cunctus populus ſeruiebat.

CAPI. XVI.

POſt paululū uero tēpus:& Dauid ægritudine & ſenectute cōfectus:ſciens ſe morituꝝ: uocauit Salomonem filiū: & hæc ei locutus eſt. Ego qdē o fili iam ad uniuerſorum debitum ad patres procedo meos:cōmune gradiēs iter omnium qui ſūt nunc. quique futuri ſunt:illic pergēs unde nō licet ulterius remeare:& quæ in hac uita gerūtur agnoſcere. Quapropter uiuēs adhuc & iuxta mortē conſtitutus:ea te moneo quæ dudum & dixi. ſuadens tibi:ut ſis quidem iuſtus circa ſubiectos: pius aūt circa deum qui tibi dedit imperium: atq; mandata ſerues & leges quas ad nos per Moyſen ipſe trāſmiſit:& neque gratia neq; inimiciciis neque concupiſcentia:neq; alia paſſione conſtrictus has forte cōtemnas. Dei enim fauorem amittis ſi leges præuaricatus fueris: & e diuerſo prouidentiam eius in te conuertis:ſi talis fueris:qualem eſſe rectorem decet imperii. Sed ego etiam deū exoro:ut genus noſtrum regnū ipe uniuerſo poſſideat:

nec altera domus Hæbreoꝝ habeat principatū:ſed ut noſipſi p ſecula eterna regnemus.Eſto aũt memor iniqtatis Ioab:qui p zelum occidit duos militiæ principes iuſtos & bonos:Abner filium ner & Amaſã filiũ Iethra. Quoꝝ mortẽ ut fuerit uiſum tibi defende:quo potior me atq; potẽtior exiſtens Ioab:pœnã hactenus declinauit.Cõmẽdo aũt & tibi filios Berzellai galaditidis:quos in oi honore & quidẽtia cõſeruabis:hoc munꝰ pſtando mihi.Nõ eis.n.initiũ bñfaciẽdi cõferimꝰ:ſed ea potius re cõpenſamus:qa pr̃ eoꝝ mihi in fugæ tpe miniſtrauit.Sed Semei filiꝰ Gera de tribu Beniamin q multũ mihi in fuga poſito blaſphemauit,pficiſcẽti:& poſtea remeanti occurrit ad fluuiũ Iordanis:& fidẽ accepit:q̃ nihil mali tũc patereť nũc cãm rõnabilẽ reqrẽs:decẽter ulciſcere.Dũq; ergo filiũ hæc monuiſſet:de oibus:& amicis:& de his quos nouerat pœna dignos:defunctus eſt:cũ uixiſſet annis.lxx. Ex qbus regnauit ſeptẽ ãnis in Hebron ſup tribum Iuda:& mẽſes ſex:in Hieroſolymis aũt regnauit ſup,uinciam uniuerſam ãnis triginta tribus.Hic.n.uir fuit optimus & oĩ uirtute plenꝰ quos eẽ oportet in regibꝰ:qbꝰ tãtaꝝ gẽtiũ cõmittit̃ ſalus:fortis:q̃lis nõ fuit alius.Nã in certaminis q̃ pp ſubiectos habuit:primꝰ ad picula,pperabat:laborare & pugnare milites iuſt;abat:ipſe opando potius:non ſicut dñs impando:ad ſtelligẽdũ & cõſiderandum de futuris:& ad diſpẽſationẽ p̃ſentiũ nimis idoneus: caſtus:mãſuetus:benignus:circa eos q in calamitatibꝰ erãt:iuſtus & nimis humanus:in his ãt q̃ regibus p̃cipue cõueniũt:in nullo penitus niſi circa uxorẽ Vriæ magnitudine ptãtis deliqt ãt & diuitias q̃tas nullus alius regũ:neq; Hæbreoꝝ:neq; gẽtiũ aliaꝝ.Sepeliuit ãt eũ filius Salomon in Hieroſolymis decẽter nimis:& aliis rebꝰ q̃ ſolẽt circa exeqas regias miniſtrari:& multas diuitias cũ eo recondidit. Quaꝝ magnitudinẽ ex his q̃ dicturus ſum poterit qlibet agnoſcere.Poſt tp̃s.n.annoꝝ mille trecẽtoꝝ:hircanus põtifex dũ ciuitas obſideret ab Antiocho rege qui Pius cognominatus eſt filio Demetrii:uolens ei dare pecunias ut ab obſeſſiõe receꝺeret:& exercitũ ſuũ auferret:non hñs unde hoc adimpleret:aperuit unũ locũ ſepulchroꝝ Dauid:& ſublatis exinde tribus milibus talẽtoꝝ:ptem dedit Antiocho:& ita nimietatẽ obſeſſiõis amouit:ſicut ẽt in aliis indicabimꝰ.Poſt hæc aũt multo annoꝝ tpe iam trãſacta rurſus Herodes rex aliũ locũ apiens:plurimas exinde pecunias tulit. Nullus ãt eoꝝ loculos regum inuenit.erant.n.ſub terra mechanico modo recõditi:ut ĩgredientibus in monumentum:nullatenus poſſent eſſe manifeſti.Sed de his qdem hæc modo indicaſſe ſufficiat.

Incipit liber octauus antiquitatum.

Quomodo Salomon ſuſcepit regnum:& peremit Adoniã Ioab & Semei. CAPI. I.

Auid itaq; q̃ uirtutũ:q̃torumq; bonoꝝ auctor extiterit cõtribulibꝰ ſuis:quãtaq; bella pugnaſq; geſſerit:& lõgæuus ſit mortuus:in p̃cedenti declarauimꝰ libro.Salomoni uero eiꝰ filio adhuc ætate iuuenculo ſuſcipiẽti regnũ:quem adhuc uiuẽs pr̃ dñm populi uniuerſi uolũtate dei cõſtituit:ſedẽti in ſolio patris:oĩs eqdẽ populus ſoléniter fauit:ut aſſolet initio quatenus eiꝰ res optime regerent:& uſq; ad ſenectutẽ feliciter pmaneret in regno.Adonias ãt q eius etiã pr̃e adhuc uiuẽte tentauerat regni culmẽ iuadere:ingreſſus ad regis matrẽ berſabeen:eaq; humiliter ſalutata:reqſitus ab ea:ut ſi,p aliqua petitiõe ueniſſet ediceret:pmittẽs ſe tota uolũtate cõferre:Adonias itaq; locutus ẽ.Noſti qdẽ & ipſa regnũ & pp ætatẽ:& pp populi uolũtatẽ fuiſſe meũ:ſed decreto dei ad Salomonẽ tuũ filiũ pueniſſe:me tñ amplecti,pfiteor:& gratis ſeruire ei:& libenter agere q̃ iuſta ſunt.His dictis pariter poſtulauit:ut apud filiũ eius ſuũ fratrẽ intercederet:eiq; ſuaderet:dari ſibi Abyſag:q̃ cũ eius patre dormierat uxorẽ dicẽs.qa,p ſenectute eã pater nõ agnouiſſet:ſed adhuc uirgo conſiſteret. Berſabee uero & miniſtraturã ſe in hoc negocio ſtudioſe,pmiſit:& nuptias,pmereri pp utrũq;:qa & rex ei uellet aliquid p̃ſtare:& illa,p eo,pna uolũtate depoſceret. Adonias aũt ſpe nuptiaꝝ lætus abſceſſit. Salomonis ergo mater repente prexit ad filiũ:locutura de qbus Adoniæ ſupplicãti promiſerat.Et occurrente ſibi filio eamq; cõplectente:cũ deduxiſſet eã ad locum ubi ſoliũ erat regni cõſtitutũ:rex aliud ſoliũ a dextris matri iuſſit apponi. Cũq; ſediſſet berſabee:unũ inqt o fili munus mihi petenti cõcede: & ne uelis quaſi difficile denegare:triſtẽq; deſerere.Cui Salomon ſe ĩplere qd̃uellet ait:qa ſcñ eſſet matri cuncta p̃bere:culpabat tñ eius petitiõis initiũ:qd̃tanq̃ nõ habens firmiſſimam ſpẽ adoptionis hmõi uerba,pferret:& adhuc qcq̃ ſibi negari metueret.Tũc illa rogabat:ut uirginẽ Abyſag Adoniæ fratri dõaret uxorẽ.Hoc uerbũ rex iracũde ſuſcipiẽs:dimiſit qdẽ mr̃em dicens:qũo Adonias cãs nimis eminẽtes appeteret:& mirari ſe qũo nõ ei poſceret etiã regnũ:q̃ q̃ſi ſeniori Abyſag dandã rogaret uxorẽ:q potẽtes hẽret amicos:Ioab principẽ militiæ:& Abiathar ſacerdotẽ:mittẽſq; Banaiã:qui erat ſup corpis cuſtodes:fratrẽ Adoniam p̃cepit occidi. Vocãs igitur & Abiathar ſacerdotẽ dixit ei. A morte quidem hoc te liberat quia & cũ patre meo ſæpius laborauiſti:& arcam cũ eo in hãc regionẽ uexiſti:hoc aũt tibi propono ſuppliciũ:eo q̃ fueris cũ Adonia cõiunctus eiq; cõſenſeris: ut neq; hic moreris neq; ad facẽ meã ingrediaris:ſed pgens in tuã patriã in agris degas:& hanc cõuerſationem donec uiuas exerceãs:qũo peccaſtin& nõ eſt iuſtum te habere ſacerdotiũ. Sic ergo domus Ithamar ſacerdotii honore priuata eſt:propter prædictã cãm ſicut Samuel Heli prædixerat:tranſiuitq; ad genus Phinees.i.ad Sadoch. De genere uero Phinees tpe quo ad domum ithamar ſacerdotiũ trãſmi-

grauit:Heli primo pontificatum accipiente:isti descendisse noscuntur qui a sacerdotio sunt priuati. Vochar filius Ioseph summi sacerdotis:huiꝰ filius Ioathā.ioatham autem Meroth:Meroth Asophi: Asophi autem Achitob. Achitob autem Sadoch:qui primū a rege sacerdos ē factus. Ioab igit̄ princeps militiæ peremptum audiens Adoniam:valde perterritus est:erat enim eius amicus potius q̄ Salomonis regis:& hoc periculum propter illius fauorem non irrationabiliter suspicatus est: fugit ad altare:credens sibi cautelam religionis interuentu pietate regia profuturam. Quod dum fuerat regi nunciatum:mittens Banaiam eum iussit adduci:ut in eius iudicio satisfaceret. Ioab autem ait non se relicturum esse sacrarium:sed ibi potius q̄ in loco alio moriturum. Quod dum Banaias renunciasset regi:præcepit Salomon ibi sicut uellet caput eius abscidi:& hanc eum recipere pœnam pro duobus militiæ principibus:quos indecēter occiderat:& eius cadauer sepeliri:ut peccata quæ gessit eius nunquam desererent genus:& Ioab morte ipse:eiusq̄ pater esset innoxius. Quod dum fecisset Banaias:ipse princeps militiæ totius exercitus constitutus est. Sadoch autem solum fecit sacerdotem in loco Abiathar quem remouit. Semei uero præcepit:ut domum sibi edificaret in Hierosolymis:ibiq̄ maneret:& torrentem Cedron transgredi non auderet:quod si transcenderet:ultionem mortis incurreret:& super hanc comminationem iurisiurandi eum religione constrinxit. Semei autem hoc præcepto Salomonis gaudere se dicens atq̄ seruare:insuper adiiciens iusiurandum:relicta patria in Hierosolymis habitabat. Transactis autem annis tribus:audiens duos seruos qui ei fugerant in Geth cō morari:profexit ut q̄reret eos. Quod cū ei reuertēti cognoscere rex qa & mandatū eius & iusiurandū respuisset:graviter hoc tulit:eoq̄ uocato:tu inqt iuraſti:mō te me eē relicturꝰ:neq̄ ab hac ciuitate ad aliam aliq̄tenus egressurꝰ. Nō ergo iurisiurandi effugies ultionem sed etiam p quibus patrem meū fugientē iniuriis affecisti:dabis nūc pœnas. Agnoscas quia nihil lucrantur:qui non repente pro sua iustitia puniuntur:sed omni tpe quo se putant nihil patiendos sine timore consistere:crescit eorum pœna:& cā maior efficit:q̄ peccasse noscunt. Tunc Semei Banaias iussu regis occidit.

De sapientia eius & intellectu:atq̄ diuitiis. CAPI. II.

CVmq̄ Salomon iā regnū haberet firmū:punitis oīb⁹ inimicis:duxit uxorem filiā Pharaonis regis ægyptioꝝ:edificatis muris Hierosolymoꝝ multū potioribꝰatq̄ munitionibus q̄ primitus extiterūt. Decetero maxīa pace gubernauit impium in nullo p iuuētutē circa iustitiā legūq̄ custodiā aut paternoꝝ memoriā mandatoꝝ minor exīstens: sed cūcta quæcūq̄ ætate puecti sapiētiaq̄ pfecti faciūt:cū integritate p̄cipua celebrabat: placuitq̄ ei ut ueniens in Hebron in altari æreo qd̄ fecerat Moyses sacrificaret deo. Tunc itaq̄ mille oues obtulit in holocaustū. Quod dū fecisset:p̄cipue deū uisus est honorasse: appuitq̄ illi ea nocte per somniū p̄cipiens:ut quæ uellet sibi pro cultu pietatis peteret dona inferri. Salomon aūt optima & eximia postulabat:q̄ & deus grate præberet:& utiliter homo p̄cipet. Non igitur auꝝ nō argentū non alias diuitias ut homo & iuuenis sibi dari dep̄catus est:hæc enim mūltos sola putantur magna & dei dona p̄cipua esse:sed da mihi inqt domine mentem sanam:& prudentiam bonā:ut circa populū iustū possim uerūq̄ pferre iudiciū. His petitionibs placata diuinitas:& iam alia cūcta quorum memoriam in p̄ce non fecerat dare se dixit ideſt diuitias:sæculi gloriā de inimicis uictoriam:& præoībus intellectū ac sapientiam:q̄lē nullus alter hoīum habuit nec regū:nec priuatoꝝ:seruaturūq̄ se etiam nepotibus eius imperiū multo tpe compromisit:si iuste uiueret:& ei obediret: & patris sui in optimis actionibus imitator existeret. Hæc Salomon audiēs dicta a deo:repente exiliuit e somno:& adorans eū:ad Hierosolymam remeauit:& ante tabernaculū sacrificia celebrauit:epulasq̄ uniuersas exhibuit. His itaq̄ diebus iudiciū apud eū deductū est:cuius criminū erat inuenire difficile. Cām uero unde in iudiciū Salomon prouenerat:necessariū iudicaui referre:ut legentibus iurgii nota sit difficultas:& si tale aliquod contigerit:q̄si ex imagine egregii decreti:cito possint huiusmodi proferre sententiā. Duæ ad eū mulieres socia de conuersatione cōuenerūt:quaꝝ quæ læsa uidebatur: prima cœpit hæc uerba proferre. Habitabamus inqt o rex ego & hæc in una domo:contigit aūt ambabus: ut una die eadē hora parturemus. Transacta iā tertia die:dormiens hæc supra suū filiū icubuit:& eum uiolenter occidit:tollēsq̄ meū ad se cōtulit:& mortuū in ulnas meas dormientis apposuit. Mane 'sacto dum ubera porrigerē filio:meū quidē non repperi:huius autē mortuū adiacere mihi cognoui: & misera certius hoc turbataq̄ considerans:factū scelus inspexi. Vnde repetens meum filium & non ab isto recipiens:ad tuū domine remediū cōuolaui. Dum enim solæ simus & nullū qui nos arguat metuamus:contemnens hæc denegare persistit. His dictis requisiuit rex:quid allegare uellet & altera. Quæ negante q̄ hoc fecisset:& dicente suū uiuere filiū:& aduersariæ suæ defunctū:cū nullus posset huius rei iudiciū discernere:sed in eius descriptione omnium mens haberet:solus rex hmōi quæstione inopinabiliter exoluit:iussitq̄ deferri & mortuū & uiuum infantē:uocauitq̄ quendam armigerum præcipiens:ut euaginato gladio:ambo diuiderentur infantes:& utraq̄ medietatem & eius q̄ mortuus erat:& qui uiuebat acciperet. In hoc ergo iudicio omnis quidem populus ignorans sententiam deridebat:q̄si ab adolescēte rege prolatam. Inter hæc autē uera matre p̄clamante ne hoc fieret: sed potius ut infantulus eius sociæ traderet:sibi sufficere dicens:ut tantū uiueret:eumq̄ uideret: licet alterius esse putaret:& e diuerso altera præparata esset ut diuisum uideret infantem: insuper ueram

matrem tormentis affici poſtularet:cognoſcens rex utriuſq; uoces de uero fonte cordis prolatas:re clamanti quidem ne pimeretur infantulus:iuſſit filiũ redonari:ueram matrem eam agnoſcẽs:alteri us uero maliciam accuſauit:quæ necato ꝓprio filio:etiam ſuæ amicitiæ natum uidere cupiebat ex. tictũ:Hoc itaq; magnum exẽplum & ꝑcipuũ ſapiẽtiæ & prudẽtiæ eius indiciũ populus credidit uni uerſus:& ex illo die tanq̃ diuinũ habentẽ ſenſum omnes inſpiciebant.Iſti itaq; principes militiæ & duces erant ei in omni ꝓuintia:in tribu quidẽ Effraim Vrias:in regione autẽ Bethleẽ erat Dochis: dotẽſem autem & maritimorũ regionẽ Benainadab habuit ſub poteſtate ſua duxitq; filiã Salomo. nis uxorẽ.Campus autẽ maximus erat ſub Banaia filio Bachi cui adiecta terra eſt ad Iordanem uſq; protenſa.Galaditẽ uero & gauladitẽ uſq; ad montẽ libanum:& centũ ſexaginta ciuitates maximas atq; munitas habens ſub ſe Gabiar:gubernabat eas. Achinadab autem totius Galileæ uſq; ad Sydo. nẽ curam habebat:& ipſe duxit filiam Salomonis nomine Baſinia.Maritima uero q̃ circa arcem & ciuitatem poſita ſunt habuit Banach Sabath aũt montẽ Tabirum:& Carmelum:& iferiorẽ Galilæá: regionemq; uſq; ad Iordanẽ fluuiũ conſtituram Baſan diſponebat.Semei autem ſors Beniamitidis erat iniuncta:Gabat aũt habuit regionẽ poſitam tranſiordanẽ:& ſuper oẽs hos unus erat poſitus prĩ ceps.Mirabile itaq; ĩcrementũ habuit & populus Hæbreoꝝ & tribus iuda:cõuerſi ad terræ culturã. Nam pace potiti:& a bellis atq; tumultibus ulterius abſtracti:inſup & deſideratã libertatẽ adepti:in. tẽperantes erant circa ſubſtantias congregatas:& eas ſemp potius extẽdẽdas.Erãt regi & alii duces qui Syrorum terras & alienigenarum a fluuio Euphrate diſtentas uſq; ad ægyptũ gubernabãt:tribu ta colligentes ex gentibus.Inferebãt autem & eius mẽſæ quotidianæ ad regale cõuiuiũ ſimilæ cho ros triginta:farinæ expẽſæ choros ſexaginta:boues ſaginatos decẽ:& de paſcuis uiginti:annos ſagi. natos centum.Hæc oĩa præter illa quæ de uenationibus capiebant.i.ceruos & uolatilia:ſed & piſces ab alienigenis portabantur.Tantã uero multitudinem curruum habuit Salomon:ut quadraginta milia præſepia equoꝝ ſubiugaliũ eſſent:& præterea erant duodeci milia equeſtriũ:quoꝝ medietas q̃dẽ regẽ ĩ Hieroſolymis obſeruabat:reliqui uero p uicos regios diſpſi manebant.Idẽ uero dux cui commiſſæ erant mẽſæ regalis expenſæ:etiam equis neceſſaria miniſtrabat:deuehens hæc ad locum ubi rex ipſe morabatur.Tantam itaq; deus præbuit Salomoni prudentiam ac ſapientiam:ut etiam hoĩes antiquos excelleret:& nec ægyptiis q ſapientia oĩbus differre dicunt compatus:uel modicũ minor eſſet:quoꝝ utiq; multam nimis ſapiẽtiã præcedebat.Tranſcendit ſua ſapientia etiam eos qui apud Hæbreos tunc ſapiẽtia clarere uidebantur:quæ oĩa non præteribo.Erant aũt Ethã:& Themã: & Chalgal:& Dardanus filii Madanis.Compoſuit aũt & libros de cãticis & modulationibus qnq; & mille:& pabolaꝝ atq; ſimilitudinũ fecit libros tria milia:per unũquodq; enĩ arboris genus pabo. lam dixit:ab Hyſopo uſq; ad Cedrum Eodẽ mõ & de iumẽtis:& de reliquis terrenis:necnon aqua. tilibus:& aeris aĩalibus diſputauit.Nullam nãq; naturam ignorabat: ieexaminataq; ꝑtemt:ſed de oĩbus philoſophatus eſt:& diſciplinam proprietarũ eaꝝ eminẽter expoſuit.Præſtitit ãt deus etiã ei: ũt contra dæmones artẽ ad utilitatem hoĩum & eoꝝ curas ediſceret:& incãtationes inſtituit:qbus egritudines ſoleant mitigari.Modũ etiam coniurationũ:quibus obſtricti dæmones ne denuo rede ant effugãtur inuenit:& hæc cura hactenus apud nos multum ꝑualere dinoſcitur.Vidi etenim quẽ. dã Eleazaꝝ de gente noſtra præſente Veſpaſiano & eius filiis & tribunis:alioq; ſimul exercitu:curã. tem eos:qui a dæmonibus uexabantur. Modus autem medicinæ fuit huiuſmodi.Intulit naribus eius qui a dæmonio uexabatur anulum habentẽ ſubter ſignaculum radicem a Salomone monſtra. tam:deinde dæmonium per nares odorantis abſtraxit:& repente cecidit homo. Poſtea coniurauit eum:iuramentum obiiciẽs Salomonis:ne ad eum denuo remearet.i.cantica quæ ille compoſuit ſu per eum dicenda.Volens autem ſatiſſacere atq; probare præſentibus Eleazarus hanc ſe habere uir. tutem:ponebat ante eos aut calicem aut peluim aquæ plenum:& dæmonio imperabat:ut hæc egreſ ſus ab homine euerteret:& uidentibus præberet indicium quod hominem reliquiſſet. Quo facto: ſapientia Salomonis cunctis innotuit:propter quam ut omnes magnitudinis eius naturam cogno. ſcerent atq; religionem & ut nullius rei uirtus de omni genere ſub ſole eum lateret:hæc dicere ſum cõpulſus.Audiẽs ergo Hirã rex tyri:q; Salomon Dauid patri ſucceſſiſſet in regno:& ualde lætatus qũo Dauid fuerat amicus:miſit ad eum ſalutans & propter præſentia bona gaudẽs.Deſtinauit uero ad eum denuo Salomon litteras hæc habẽtes.Rex Salomõ Hirã regi.Scito patrẽ meũ uoluiſſe deo edificare templum:& bellis frequentibus fuiſſe prohibitum :non enim primo deſiit inimicos extin. guere : donec eos tributarios ſibimet ſubiugare : ego uero gratias ago deo pro pace præſenti:pro. pter cuius deuotionem non dubito edificare domum : ipſe nanque meo patri dixit a me hanc eſſe faciendam.Quapropter rogo:ut aliquos mittere iubeas cum meis ad montem libanu m : qui ligna ſecare poſſint ad ſectionem nanq; ſiluarum Sydonii ſunt doctiores noſtris:mercedes uero quas de creueris ego incidentibus ligna præbebo. Legens autem Hiram hanc epiſtolã:& in his quæ ſcripta fuerãt delectatus: Salomoni ita reſcripſit.Rex Hiram regi Salomoni.Dignũ ẽ qdẽ ut benedicat deus:q; tibi patrium præbuit principatum ſapienti uiro:& omni uirtute pollenti:ego autẽ in his omni bus delectatus:quæcunq; mandaſti libentiſſime miniſtrabo. Incidens enĩ ligna procera & multa ce. drina pariter & cypreſſina ꝑ meos ad mare deſtinabo præcipiẽs:ut ratibus factis:nauigãtes ad locũ

quemcũq; uolueris ea deponant:ut tui hæc ad Hieroſolymam deferant. Sed tu pro his præbe nobis frumenta:eo ꝙ horum nobis eſſe uideatur inopia. Quapropter ſupplicamus in hoc te eſſe ſollicitum. Harum igitur epiſtolarum hactenus reſcripta ſeruantur:non in noſtris ſolũmodo libris:ſed etiam apud Tyron & ſiquis hæc uoluerit integre cognoſcere:rogans cuſtodem monimentorũ publicorum tyriæ ciuitatis:inueniet ea conſona horum quæ a nobis edicta ſunt. Hæc dixi uolens lecturos agnoſcere:ꝙ nihil amplius extra ueritatem proferimus:neq; ex ueriſimilibus quibuſdã aut fallacibus aut delectabilibus rebus hanc hiſtoriam componentes:examinationem quidem fieri non declinamus:& ut nobis credatur exigimus immo in nullo potius hæc recipi deprecamur:niſi adhibita ꝓbatione & manifeſtis inditiis uirtutem ipſius ueritatis habeamus. Rex itaq; Salomon dum ei fuiſſent litteræ Tyri regis allatæ eius uoluntatem & fauorẽ ualde laudabat:& ei quæ popoſcerat repenſauit:miſitq; ſingulis annis tritici uiginti milia choros:& totidem olei batos:batus autem capit ſextarios ſeptuagintaduos:eandem uero menſuram etiam uini præbebat. Amicitiæ ſiquidem Hyram & Salomonis ac potius largitate creuerunt:& iurauerunt has eſſe iugiter permanſuras. Rex autem indixit omni populo tributa triginta milium operariorum:quatenus opus præ multitudine ſine labore conſtaret:diuiſitq; eos ualde prudenter. Decem milia enim fecit incidere uno menſe in libano monte:ut duobus menſibus remeantes ad propria requieſcerent:donec iterum uiginti milia diffinito tempore ſuum opus implerent:itaq; contingebat quarto menſe ut priores denuo ad laborem remearent. Super hos enim laboratores curator inſtitutus ẽ adorã. Erãt aũt ex his quos reliquerat Dauid ad portandos lapides aliamq; materiam ſeptuaginta milia uiri:& eorũ qui lapides incidebant octoginta milia & eorum præpoſiti tria milia trecenti:uelociterq; ſecabant lapides eximios ad fundaméta tẽpli:quos primitus poliebant & copulabant in mõtibus & ad ciuitatẽ deferebãt fiebãtq; hæc nõ ſolũ a ꝓuincialib⁹ ſtructoribus:ſed ẽt ab artificibus quos miſerat rex iram.

¶ Quomodo primus in hieroſolymis edificauit templum:& de præuaricatione qua præuaricatus eſt circa ſenectutem:ſimul & de obitu ipſius. CAP. III.

CEpit autem Salomon edificare templum anno quarto regni ſui:menſe ſecũdo: quem macedones Artemiſia:uocãt:Hæbrei autẽ Hyaro:anno quingenteſimo ſecũdo filioꝝ Iſrahel profectiõis ex Aegypto. Poſt mille aũt & uigiti ános aduẽtus Abraã ad Chananæam de meſopotamia:a tpe uero diluuii anno milleſimoquadringẽteſimo: ab Adã aũt ꝓtoplaſto uſq; ad edificationẽ tẽpli Salomonis præterierunt ſimul anni tria milia centũ:& duo:qua tempeſtate cœpit edificare templum. Tunc ſiquidem undecimum iam in regno Tyri Hiram annum habebat:a Tyri uero cõditione uſq; ad ædificationẽ templi fuit tẽpus annorum quadraginta & ducentorũ. Depoſuit itaq; rex fundaméta templi in nimiam terræ profunditatem: de lapidibus ualde fortiſſimis & qui poſſent longo tempore permanere:qui æque conſtipati ſibiq; conſerti terræ pauimentum & fortitudo ſuper ædificati templi eſſent:& propter inferiorem ſui fortitudinem ſine defectu impoſitam magnitudinem & præcioſam una pulchritudinem ſuſtinerent: quæ utiq; fundamenta non minus pondus habitura erant q̃ alia quæ erant tanta celſitudine & faſtigio quaſi ad inſtar mundi:& ad magnificentiam fabricãda. Eleuatum itaq; templum uſq; ad cameram ex lapide albo conſtructum cuius altitudo fuit ſexaginta cubitorũ:& longitudo ſexaginta tantundem:latitudo autem uiginti. Super hoc autẽ erat aliud ædificium æqua menſura:ita ut eſſet oĩs altitudo templi cubitorum centũ uiginti:eratq; conuerſum ad orientẽ. Cuius ueſtibulum habebat longitudinẽ cubitoꝝ uiginti quantã & latitudinẽ templi:latitudinẽ uero cubitoꝝ decem in altitudinem ſurgens cubitis centum & uiginti. Aedificauit aũt in circuitu templi uiginti ꝓuulas domus: quæ ſui copulatione tẽpli totum ſpacium extrinſecus ambiebant. Nam & ingreſſus eaꝝ ita fecit adinuicem:ut ex alia intraretur ad aliam. Harum nãq; ſingulæ domus latitudine quidẽ habebãt qnq; cubitorum & tantundẽ longitudinis:altitudinis uero uiginti. Erant aũt ſupra ædificatæ his aliæ:& rurſus aliæ ſuper eas equales:& menſuris:& numero:ita ut oẽm altitudinem haberẽt proxime ſicut domus inferior:ſuperior nãq; circumædificata non erat:opiebatq; eas camera cedrina:& domibus quidem ſingulis erat hoc ꝓprium:& imputribile tegumentũ. Aliaꝝ uero erat tectũ cõe lõgiſſimis trabibus adopertũ & cuncta tegentibus:ita:ut medii pietes ab eis trabibus conſtipati firmiores exiſterent. Cameras quæ ſub trabibus erant de lignis eiſdẽ fecit:celatis opere laquario:auroq; ueſtitis. Parietes autem cedrinis tabulis exornauit:eaſq; pariter deauratit:ut omne tẽplum nimis effulgeret & uultus ingredientiũ faceret auri lumine reſplendere. Fabrica uero totius templi multa arte confecta eſt de lapidibus politis:arteq; cõpoſitis:& nimis limpide conſtitutis:ita:ut neq; mallei neq; alterius inſtrumenti fabrilis aliquod conſiderantibus appareret indicium:ſed præter hunc uſum omnis materia congruenter explicita uideretur: ut naturali harmonia potius quam ferramẽtoꝝ crederetur neceſſitate confecta. Excogitauit aũt rex aſcenſum ſuperioris domus per latitudinem pietis efficere:non enim habuit ianuam grandem ad orientem ſicut domus inferior:ſed a lateribus erãt ingreſſus ianuaꝝ ualde puaꝝ. Veſtiit autem tẽplum intrinſecus de lignis cedrinis uncinis fortibus colligatis:quatenus hoc pro munimine:& fortitudine conſtaret magna:diuiſitq; tẽplum in duas ut interior quidem domus uiginti cubitorum aditum eſſet:quadraginta uero cubitis ſecundo

templo fecerit. In pariete quoq; diuidente aditum a reliquo templo ianuas de cedro ſtatuit auro multo: & diuerſis hiſtoriarū celaturis ornatas: ſuſpenditq; ante eas uela ex magnis coloꝝ floribus ideſt hyacynthi: & purpuræ: & cocci: & byſſi molliſſimi ſplendidiſſimiq; contexta. Recondidit aūt i aditu quod erat latitudine cubitoꝝ uiginti: & totidē longitudine duo Cherubin tota ex auro puriſſimo habebantq; utraq; altitudinē cubitoꝝ quinq;. Duæ alæ erant in cherubin quinis cubitis extēſæ. Quapropter nō procul a ſemetipſis aberāt: ita: ut aliis ſuis una tāgeret pietē auſtralē: alia uero poſitū ad aquilonē: aliæ uero alæ ſemetipſas cōtīgētes: arcā quæ in medio eoꝝ poſita erat opiebāt. Hæc uero cherubi nullus q̄les fuerūt dicere neq; cōtīcere poteſt. Strauit aūt pauimētū tēpli petalis aureis: poſuitq; i portam tēpli ianuas ſecūdū altitudinē pietis mēſuratas habētes latitudinē cubitoꝝ uiginti: eaſq; pulcherrime deaurauit: & ut breuiter dicā: nullā ptē tēpli. reliqt extrinſecus & intrilecus: quæ non eēt deaurata: operuitq; ſimiliter etiam has ianuas ſicut iteriores uelis uarie decoratis. Porta uero ueſtibuli nihil habuit hoꝝ. Miſit ergo rex Salomō ad hirā: & ab eo accepit artificē noīe Chirā: habētē matrē ex genere Neptali: & patrē Vriā generis Iſrahelitici: q; totius q̄dē opis erat edoctus: p̄cipue tamē artifex ad operā dū auꝝ & argētū & æs: p quē. ſ. uniuerſa pro uoluntate regis in tēplo fūt diuerſis machinationibus adimpleta. Fecit itaq; is artifex Chirā duas colūnas æreas cum canalibus: cauatione quattuor digitoꝝ: quarū erat proceritas decem & octo cubitoꝝ: & ambitus in circuitu duodecim cubitoꝝ. & ſuprapoſuit utrāq; columnæ capitella fuſilia liliata: altitudie cubitoꝝ q̄nq; ſupra quas erant ærea retia facta: quæ operabant lilia capitum columnarum: de quibus pēdebant bini ordines malogranatoꝝ ducentoꝝ. Harum ſiquidem columnaꝝ aliam conſtituit in pte dextra ante portam in ueſtibulo tēpli: uocauitq; eam Thalamū Iachi: aliam uero i pte ſiniſtra: quā noiauit Booz. Fudit autem & mare æneū in ſchemate hemiſperi: quod opus æreū ꝓpter ſui magnitudinē mare uocatū eſt. Erat enim uelut Cātharus ingēs: habebatq; eius Diametrū. i. ab angulo uſq; ad alium angulū cubitos decem & groſſitudo eius erat fuſilis digitorum quattuor: habebatq; fundū in medio aluei ſui loco: ope rotūdū: decē coronis explicitū: Huius diametrū erat cubiti unī⁹. Circūſtabant autem in eo mari uituli duodecim reſpicientes ſinguli ad quattuor uentoꝝ regiones: hoc eſt tres uituli per unāquāq; regionem: quorum terga intus reſpiciebāt: & ſuper eos hemiſperium icūbebat. Cuius emiſperii rotunditas ad interiora tēdebat: capiebatq; hoc mare batos tria milia. Fecit autem decem cantharis baſes æreas quadrangulas: & uniuſcuiuſq; latitudo fuit cubitorum quīq; latitudo quattuor: altitudo ſex: concluſumq; eſt opus particulariter ita ornatum. Erāt colūnellæ quattuor quadrangulæ per angulos ſtātes: latera baſis ex utraq; parte in ſe habētes inſerta erantq; trinæ diuiſæ: & ſingulæ eaꝝ habebant celaturas ſuas: ideſt alibi erat leo: alibi taurus: alibi aquila: & in columnellis ſimiliter per latera erant huiuſmodi celaturæ: quaſi criſpantib⁹ plectulis alias petalis factæ: quarum altitudo fuit cubiti unius & dimidii. Erat mirum uidere orbes rotarum: quemadmodum erant celatæ & baſium iunctæ lateribus. Angulos uero ſuperiores concludebant humeri expāſis utiq; manibus animalium: ſuper quas ſedebat fundus cātharī reclinatus: ideſt incumbens ſuper manus aquilæ & leonis: quod opus ita erat ſibimet coaptatum: ut naturaliter inſertum quodammodo uideretur. Inter hæc autem erant & arbores celatæ palmarum. Huiuſmodi ergo erant decē baſes effectæ. Fecit autem ad hæc & decē cantharos totūdos æreos quoꝝ ſinguli ſerebāt quadragenos choros: eratq; altitudo eoꝝ quattuor cubitorum: & tantūdē ab alterutris eorum labia recedebant: poſuitq; decem hos cantharos ſuper decē baſes quæ uocabantur melchonoth: quinq; cantharos ſtatuēs a parte ſiniſtra templi quæ erat ad aquilonē: & totidem a latere dextro ad auſtrū prem: reſpiciētes adorientem: quod etiam mare conſtituit aqua plenū diſpoſuitq; mare: ut ingredientes ſacerdotes tēplum in eo lauarent manus & pedes aſcenſuri ſcilicet ad altare: & cantharos ad animaliū iteranea diluendas: ſimul & pedes eorum quæ erant holocauſtis imponēda. Fecit aūt altare æreum: cubitoꝝ uiginti lōgitudine: & totidē latitudine altitudine uero decem ad holocauſta celebrāda. Fecitq; eius uaſa ærea: iſup & ollas & caldarias: & trullas: & harpagones: & omnia uaſa operatus eſt ex ære: cuius ſplēdor & pulchritudo ſimilis erat auro: obtulitq; rex multitudinem menſarum: & unam quidem ualde præcipuā aurēam: ſuper quā ponebantur panes dei: & huic proximas decē milia altero modo factus: ſup quas uaſa iacebāt: ideſt phialæ & pateræ aureæ quidem decē milia: argenteæ uero quadraginta milia: fecitq; candelabra decem milia ſecūdū præcepta Moyſi: & quibus unū in tēplo condidit: ut per diem luceret ſecundum legem: & menſam unam ſuper quam poſiti erant panes ad partem templi reſpicientem: & ad aquilonē e diuerſo poſitum cādelabrū qd in auſtrali pte cōſtituit autem uero altare inter hæc medium erat. Hæc enim omnia domus habuit quadraginta cubitorū ante uelum aditi: ubi erat arca recondita. Fecit itaq; rex uini fuſilia octoginta milia: & phialas aureas decem milia: argenteas uero duplici numero: pateras aureas ad offerendam in eis ſimilā cōſperſā ad altare octoginta milia: & argenteas duplici numero crateras in quibus ſimilam cum oleo temperābant aureas quidem quinquaginta milia: argenteas uero dupliciter: menſuras quoque ſimiles eis quæ Moſaicæ uocabantur affarones aureas quidem uiginti milia: & argenteas dupliciter: thuribula uero aurea quibus offertur incenſum uiginti milia: ſimiliter & alia thuribula in quibus portabant a maiore altare igne ad minus altare quod erat in templo quinquaginta milia ſtolas lacer-

dotales pontificibus cum his quæ pendebant ad pedes & ſuperhumerales:& rationales ex gemmis mille:corona uero in qua deum Moyſes inſcripſerat:una fuit quæ ad hunc diem uſq; permanſit:ſacerdotales ſtolas ex byſſo cõtextas:& zonas purpureas ſingulas decem milia:& tubas ſecundum p̃ceptum Moyſi ducenta milia:item ſtolas leuitarum hymnos dicentium ex byſſo ducenta milia:& inſtrumenta muſica & ad hymnos dicendos adinuenta quæ uocantur Nabla:& Cinara ex electro cõſtituit quadraginta milia. Hæc omnia ad honorem dei Salomon copioſe & magnifice fabricatus ẽ in nullo pcus exiſtẽs :ſed circa ornamenta templi uſus ẽ præcipua largitate:quæ etiam in theſauris dei recondidit. Circundedit autem templum per ambitũ uniuerſum:quod propria quidem lingua giſon:latine maceria:ſeu cancellus nuncupatur:tribus cubitis eius erigens altitudinem:ut ab ingreſſu tẽpli cæteros prohiberet:& ſolis ſacerdotibus hoc licere ſignificaret:extrinſecus uero huius templi aliam edificauit aulam quadranguli ſchemate factam:erigẽs maximas porticus atq; latas:& portas excelſas & amplas per quattuor mundi ptes in eo conſtituens:quæ ſingulæ ad unumquemq; uentum quattuor angulis attendebant:ubi ianuas aureas collocabat. In hoc ergo ſacrario omnis populus quibus purgatio & obſeruatio legitimorum inerant introibant. Si quidẽ mirabilis & omnino præcipua fuit & populoſa ad ſuſcipiendos aduenientes:& ſi dici poteſt etiam cõtemplationẽ uiſionis ipſius excedebat aula quæ foris erat. Magnas enim effodiens profunditates quas propter infinitam celſitudinem non poterat aliquis ſine terrore conſpicere:& erigens fabricas in quadringentis cubitis earum altitudinem equales eas uertici montis in quo templum edificabatur effecit:& ꝓpterea aula quæ erat exterius ſub diuo:facta erat equalis templo. Circundedit autẽ porticibus hãc aulam duplicibus columnis eas ex lapide naturali portantibus:quarum cameræ erant de cedro & ex laqũearibus ſculptis:baſes autem i his omnibus fecit argenteas. Cum hæc igitur opera & magnitudine & decore edificiorum atq; ſacrorum templi miniſteriorum rex Salomon ſeptem ãnis expleſſet:& diuitiarum magnam faciens & uelocitatis oſtenſionem:ut quilibet inſpiciens omni tpe putaret expleri uix potuiſſe quod ſic breuiter uiſus eſt quantum ad operis tẽpli magnitudinẽ terminaſſe ſcripſit:principibus & Hæbreorum ſenioribus :iubens omnẽ populum ad Hieroſolymam conuenire:uiſurũ ſimul & templum:& dei arcam ibidem portandam. Cũq; nũciatum fuiſſet omnibus ut ad Hieroſolymam properarent:uix conueniret ſe primo menſe:qui lingua patria Theſeri:a macedonibus Hyperueretheus appellat̃. Eodem tẽpore etiam feſtiuitas concurrit ſcenophegiæ:ideſt poſitionis tabernaculorũ quæ ſatis apud hæbreos excelſa atq; præcipua eſt. Portantes itaq; tabernaculum quod fixerat Moyſes:& omnia uaſa ad miniſterium ſacrificiorũ dei conſtructa introduxerunt in tẽplum. Præcedebat autem eam hoſtiis & ipſe rex:& populus uniuerſus & leuitæ libaminibus & multo ſacrificiorum ſanguine inter totum implentes:& incenſum ĩfinitum:& hoſtiarũ multitudinẽ portantes:ita:ut oĩs undiq; aer impleretur:& etiam longe cõſiſtẽtibus odor ſuauitatis occurreret agno ſcẽtes aduẽtum dei:& habitaculum ſecundũ humanã opinionẽ crederẽt in nouã domo ei nup dicata eſſe faciẽdum. Nam neq; hymnos dicẽtes neq; choros agẽtes donec puenirẽt ad tẽplũ aliquo mõ quieuerunt. Hoc itaq; modo arca migrata eſt. Cũq; eam in aditu iam oporteret induci:alia qdẽ plebs receſſit:ſoli uero ſacerdotes qui portauerãt inter duos cherubin eam collocauerunt:quæ eam ſuis alis amplexatæ ſunt. Sic enim erãt ab artifice fabricatæ:ut arcam uelut quoddam tabernaculũ aut camerationẽ protegerẽt. Habuit autem arca nihil aliud:quam duas tabulas lapideas:quæ decẽ uerba a deo Moyſi dicta in monte Sina ſcripta retinebant. Candelabrum uero & menſam :& altare aureum ſtatuerunt in templo ante aditum in hiſdem locis in quibus & olim in tabernaculo poſita erant:& quotidiana ſacrificia miniſtrabant. Altare uero æreum ſtatuit ante templum contra ianuas :ita : ut eis apertis ad faciem eſſẽt uidentium ſacrificia & hoſtiarum maximæ opulentiæ :relíqua uero uaſa congregans:intus in templo recondidit. Cunq; omnia ſacerdotes circa arcam conſtituiſſent egreſſi ſunt:& repente non quidem tumens : neque qualis hyemali tempore hymbre plena ſolet nubes aſſiſtere :ſed diffuſa eſt:& temperate effluxit : & templum omne compleuit : & facies quidem ſacerdotum obumbrauit:ita ut ſe inuicem uidere non poſſent :mentibus autem omnium phantaſiam quandam & opinionem præbuit quaſi deus deſcendiſſet in templum : & libenter habitaret in eo. Talem equidem hanc habuerunt omnes opinionem . Rex autem Salomon de loco ubi ſedebat exurgens : fecit ad deum uerba:quæ diuinæ naturæ credidit eſſe decentia. Tibi inquit domine perpetuam domum quam ipſe fabricatus es eſſe nouimus cælũ & terram: ſimul & mare:& cum tibi nequaq̃ hæc uniuerſa ſufficiant:hoc tuo nomini conſtitui templum: ut èx eo orationes ad te ſacrificantes & immolantes emittamus in aera : & confidamus : ꝙ cum nobis ſis præſens : non a tuis ſedibus procul abes . Vt enim omnia uideas & audias uniuerſa : non a loco ubi nunc habitas recedens:omnibus uicinus:& unicuiq; noctu & die ſemper aſſiſtis . Cum ergo hæc dixiſſet ad deum : uerba conuertit ad populum:manifeſtans eis dei potentiam & ꝓuidentiam eius ꝙ Dauid eius pater omnia futura ſicut iam multa prouenerant : & forent uentura reliquã prædixiſſet : quod ipſe quoq; nondum nato impoſuit nomen:& ꝙ templum ipſe edificaturus:eſſet primus poſt obitum patris regnaturus::& cum omnia ſecundum illius prophetiam fierẽt:ſupplicabat ut deo benedicerent uniuerſi:& in nullo de eius promiſſionibus deſperarent:quas pro eorũ fæ-

licitate præfixerat:ſed crederēt hæc implenda ex his quæ fuerant iam trāſacta. Cūq; hæc dixiſſet ad populū expanſis manibus ait. Operibus quidē impoſſibile eſt:ut ualeant homines p his q̄ meruerūt deo munera debita compenſare:diuinitas eni nullius eget:& oium rerum compeſatione ſuperior eſt. In quo enim aliis animalibus per te domine meliores ſumus effecti:in eo tuā benedicimus ma ieſtatē:& pro his q̄ ſtirpi noſtræ præbuiſti pius:neceſſarium ē gratias agere populum Hæbreorum. Nullum enim alium magis optamus habere propicium:& in eo tuam circa nos deuotionē cognoſcimus per munera:quia per te eſt nobis uox quam ex aere habēmus:& per eum iter nouimus aſcēdentem. Per hanc ergo gratias tibi referimus primitus de hoc templo:quod ex inuiſibili ad tantam gloriam prouexiſti:deinde pro meipſo cui omnia uſq; ad præſentem diem ſicut a te prædicta ſunt condonaſti. Supplicio ergo de cæteris:ut mihi miniſtres:quæcūq; deum hominibus honoratis præbere poſſibile eſt:& noſtram domum omnibus bouis ad augeas:ſicut Dauid meo patri & uiuēti:& circa obitum promiſiſti:& quomodo apud nos manebit regnum genus illius infinitis regnum ſucceſſionibus adhonorabis. Hæc ergo nobis largire ſufficienter:meiſq; filiis uirtutem quæ tibi ſit grata concede. Super hæc autem & oro:ut pars aliqua tui ſpiritus hoc templum inhabitet:quatenus & in terra circa nos eſſe uidearis. Tibi ſiquidem habitatio paruula eſt etiam omne cælum alueus qui ſub eo eſt omnium exiſtentium:non dicam hoc paruiſſimum tēplum:q̄ precor ut cuſtodias ab omni uaſtatione bellorum:& tanq̄ proprie poſſeſſioni feras auxiliū. Supplico piter:ut ſi peccauerit populus aliquādo:deinde plaga quædam peſſima peccatis digna a te terris illata:aut ſterilitas:aut corruptio:aut fames:aut huiuſmodi paſſio quam iuſte tranſgreſſoribus ſoles inferre prouenerit & congregatus ad hoc confugerit tēplum rogando te:ut a peſte ſaluetur:exaudibilis eis effectus uelut intus habitans miſericordiam præbeas: & a malo ſuæ calamitatis euellas. Hoc auxilium non Hæbreis ſolūmodo a te rogo conferri peccantibus:ſed etiam totius terræ finibus:qui dum aduenerint aut de quolibet loco & pro aliquo bono preces effuderint:exaudi clemens & poſtulata cōcede. Sic enim omnes agnoſcent:q̄ tu quidem ipſe a nobis tibi domum fieri uoluiſti. Nos autem non inhumani naturaliter ſumus quādo non eos qui contribuli non ſunt extraneos iudicamus:ſed cōmuniter omnibus tuum adiutorium & bonoꝝ effectum adeſſe ſuppliciter exoramus. Hæc dicēs proſtratus in terra:& deuotius adorans deum:poſt iſta ſurrexit:& i templo obtulit hoſtias:& replens illud ſacrificiis:manifeſte deum uidit ſacrificium grate ſuſcipientem:ignis enim ex aere deſcendens omnibus uidentibus ad altare:hoſtias totas abripuit & abſumpſit. Hac igitur apparitione monſtrata:populus quidem manifeſtationem hanc eſſe diuinæ habitationis i templo coniiciēs:procidēs adorauit in terra. Rex autem cœpit benedicere deum:cunctoſq; ut hoc facerent adhortari:habētes iam circa ſe diuini fauoris indicium:utq; orarent ſemper ſibi ab illo talia prouenire:& ut mentem ſuam puram ab omni malicia conſeruarent ad iuſticiam diuinamq; culturam:ad ſeruanda mandata quæ per Moyſen eis clementia diuina contulerat:quia ſic foret fœlix gens Hæbreorum:& totius generis humani beatior:rogabatq; pariter:ut memoriam haberent:quemadmodū bona præſentia conquiſiſſent:eaq; firmiter obtinerent:& maiora & ampliora decætero ſuſtinerent:non enim percepta hæc ſolūmodo propter pietatem atq; iuſticiam:ſed etiam obtinēda per hæc præmia curarēt:q̄ eēt apud homines præcipuum non tantum aliquid conquirere:quantum acquiſita ſeruare:& nihil pro eoꝝ amiſſione delinquere. Hæc ergo locutus ad populum dimiſit eccleſiam:cum ſacrificia celebraſſet p ſe:& uniuerſis Hæbreis ideſt utulos quidem .xxii. milia:oues cētum .xx. milia. Tunc enim primum in templo ſacrificia celebrata ſunt:& in eo epulati ſunt omnes Hæbrei cum uxoribus ſuis & filiis inſuper etiam & feſtiuitatem quæ uocatur ſcenophegia faciens ante templum clare nimis & magnifice diebus quatuordecim rex cum omni populo pariter epulatus eſt. Cūq; hæc fuiſſent ſufficienter exhibita:nihilq; deeſſet circa pietatis diuinæ culturam:dimittēte rege:ſinguli ad propria remearūt: agentes gratias regi propter prouidentiam quam habuiſſet:& opera quæ feciſſet:& orantes deum: ut eis regem præberet longeuo tempore Salomonem. Agebant reuertens cum gaudio ſuum iter & cum delectatione hymnos decātantes:ita ut cum ea iocūditate ſine labore ad propria remearēt. Sic itaq; dum arcā deduxiſſēt i tēplum:eiuſq; magnitudinē pulchritudinēq; uidiſſēt ſacrificiis maximis & feſtiuitatibus impertitam:ad ſuas ciuitates ſinguli ſunt regreſſi. Apparuit igitur regi p ſomnium deus ſignificans q̄ eius exaudiſſet orationes:& quia conſeruaret templum & in eo ſemper habitaret:nepotibus ſcilicet eius:& omni multitudine faciēte iuſticiam:ipſumq; primū ſi in patris ſui monitis permaneret:ad excellentiam & fœlicitatis infinitum cum plurima ſecuritate aſſeruit uehendum:& regnaturos ſemper in ea prouincia ex eius genere principes:& de tribu Iuda ſi uero mandata contemneret:obliuionique mandaret:& peregrinos imitatus coleret deos eſſet radicitus abſcidendus:& neque reliquias ex eius genere remanſuras:ſed neque in Iſrahel ulterius nominandas populumque terram quam patribus eorum dederat multis iuſtificationibus eſſe priuandum: multiſq; bellis & malis exterminandum:& a terra quam eorum patribus præbuit eiiciendos:incolaſq; alienæ terræ eſſe futuros:templum quoque edificatum icēdendum diripiendum ab inimicis ſed & ciuitatem hoſtium manibus ſubuertendam:& eorum ærumnas ſe facturum fabularum relatione digniſſimas:propter multitudinem nimiæ infœlicitatis:& incredulitatis:ita ut uicini eo-

rum audiẽtes mirarẽtur calamitates:ſed & cauſas inquirentes pro quibus ita Hæbrei odio haberen tur a deo:qui primitus ab eo fuerant ad tantæ gloriæ atq; diuitiarum culmen euecti:ab his a qui-bus requirebãt:audirẽt:quia pro peccatis & præuaricationibus legum paternarũ talia pertuliſſent. Hæc enim ei per ſomnium deum dixiſſe cõſcriptum eſt. Poſt tẽpli uero fabricam:quam ſeptem annis prædiximus fuiſſe perfectam:edificium domum regalium conſtruere cœpit:quod tredecim annis uix impleuit. Non enim huiuſmodi ei erat feruens ſtudium ſicut in templo. Sed illud quidem licet eſſet grande & operatione mirabile:& cunctis ſimul inopinabile:cooperante deo cui fiebat:tem minum prædictis ãnis accepit:regiæ uero domus multum templi dignitate minores erant:cum neq; materia tanto tempore aut largitatis fuiſſet opulentia præparata:& eo q; regum habitatio:& nõ eſſet dei futura:tardius eſt effecta. Hæc quidem ſecundum fœlicitatem hæbraicæ religionis ac meri to regis edificata ſunt:quorum totam expoſitionem & ordinem dicere neceſſariũ eſt:ut ex hoc oẽs coniciant magnitudinem:ut cum legentes uiderit huius rei deſcriptionem. Erat magna baſilica ni mis & pulchra:hæcq; innumera columnarum multitudine portabatur. Quam ad iudicia rerumq; cognitiones diſtribuit:ut poſſet capere populi magnitudinem ad iudicia uenientem:Cuius longitu dinis magnitudo erat cubitorum centum:latitudinis quinquaginta:altitudinis triginta:columnas quoq; q̃drangulatas oẽs habebat: tegebaturq; cedro opere cõrinthio:phialis equalibus:& ſcutulis arte mira celatis:eratq; robuſta:& uariis decoribus exornata. Item alia erat baſilica in medio totius amplitudinis conſtituta:habens latitudinem cubitorum .xxx. & contra tẽplum ualidis colũnis ex-tẽſum:eratq; i ea ſoliũ ualde decorũ:in quo ſedẽs rex iudicia proferebat. Huic erat iuncta alia quoq; regione baſilica & reliqua habitacula & ſedilia:ubi poſt cauſas explicitas reſidebat:ſtrata omnia ta-bulis cedrinis. Et alia quidẽ edificauit ex marmoribus .x. cubitorum:alia uero tabulis ueſtita ſectili-bus & præcioſiſſimis exornauit ſecundum decus templorum:& miraculum habitationũ regalium: cũius pulchritudo tribus ordinibus opere intexta aſſyrio. Quarta pars celaturis ornata:miraculũ artis uidẽtibus offerebat:erantq; illic ſculptæ arbores & uniuerſa poma quaſi ramis & ex eis pendẽ tibus foliis obumbrata:ita ut propter miraculum ſubtilitatis agitari quodãmodo putarent:alia ue-ro pars dealbata erat:& uariis picta coloribus. Edificauit aũt ſup hæc domus alias epularũ & porti-cus ualde protenſas in domo regali poſitas:inter quas unã fecit omnino præclaram ad regum con-uiuia neceſſariam:& undiq; deauratam:necnon & alia uaſa quæcũq; ſũt epulis oportuna:omnia fe-cit ex auro. Difficile itaq; ẽ numerare magnitudinem & uarietatem domuum aularumq; regalium quanta erant maxima:& quanta horum inferiora:& quanta ſub terra quæ uideri non poterant:nec nõ & pulchritudinem ſolariorum & uiridariorum q̃ erant facta delectabiliter ad aſpectum:quo ex-uſta corpora poſſent ab æſtus ardore refugere. Et ut breuiter dicam totam regiam domũ ex albo la pide & cedro:& auro:& argento ſplendide nimis & opulentiſſime iſtruxit:cameras:& parietes ue-ſtiẽs auro:& qũo dei tẽplum reſplendẽtes exhibuit. Fecit etiam ex ebore ſoliũ magnitudine nimis eximium:atq; celatum ſchemate tribunalis:habebatq; ſex gradus:& in ſingulis eorum ex utraq; pte duo leones ſtabant:& in ſupioribus gradibus alii totidẽ in reclinatione uero manus erãt portãtes regẽ:eratq; ipſa reclinatio in uitulo reſpiciẽte poſtergũ:& ex oĩ pte tribunal auro circũdatum. Hæc Salomõ uiginti annis edificauit. Cui multũ auxit & argẽtũ rex Hiram ad ædificiũ cõtulit:inſup & li-gna cedrina & cypreſſina:quẽ Salomõ magnis quoq; cõpẽſationibus redonauit:mittẽs ei p ãnos ſingulos triticũ:uinũ & oleũ qbus maxime rebus eo q; habitaret i inſula ſicut diximus indigebat. Ad hæc aũt & ciuitates galileæ regiõis uiginti nũero ei nõ pcul a Tyro poſitas cõdonauit. Quas dũ cir-cuiſſet atq; cõſideraſſet diſplicuiſſetq; ei donũ:mittẽs ad ſalomonẽ dixit ſe ciuitatib9 nõ egere:& ex tũc hæ appellatæ ſũt terra Gabolon:& enim iterpretatũ linguã phœnicia:diſplicere ſignificat. Mi-ſit itaq; prædictus rex Hiram ad regem Salomonem rogans eum:ut quædam ſophiſmata & uerba parabolam quæ ei dixerat aperiret:& queſtionum difficultates abſolueret. Qui cum eſſet aſtutior & intelligens:nihil horum ignorans:ſed in omnibus ratione præualens:& eorum cauſas agnoſcẽs omnes obſcuritates eorum perduxit ad lumen. Meminit autem horum duorum & Menander qui ex phœnicia lingua antiquitates Sydoniorum in uocem conuertit helladicam ita dicens. Moriẽte autem Abyballo ſucceſſit in eius regnum, filius eius Hiram:qui dum uxiſſet ãnis quinquaginta tri-bus regnauit triginta quatuor. Hic effodit amplum terræ ſpacium:& aureã columnã quæ i iouis tẽ-plo dicauit: inſuper & lignorum materiam a monte libano incidit ad tecta templorum & deſtruẽs antiqua ſacraria:templum edificauit Herculi & Aſtarte:& primum Herculis hoc erexit menſe Pyri-chio:& contra Eucheos tributa non redentes egit exercitum:eiſq; ſibi ſubditis denuo remeauit. Huius temporibus erat i Abdemodis filius iuuenculus qui ſemper propoſitionis quas imperaſſet rex Hieroſolymorum regi Hiram ſoluebat. Meminit illius etiam Dion hiſtoriographus ita dicẽs Abyballo moriente filius eius Hiram regnauit. Hic partem ciuitatis poſitam ad orientem diruit: & maiorem urbem effecit:& olympii iouis templum deſtruens:medium locum ciuitati coniunxit & aureis anathematibus exornauit:aſcẽdenſq; in montem libanum ſiluam maximam ad ſacrorum ſecuit edificia. Et adiecit hæc:regem Hieroſolymorum Salomonem miſiſſe ad Hiram Tyri regem fi guras quaſdam:& petiſſe ab eo ſolutionem ita:ut ſi non poſſet diſcernere:ſoluenti pecunias daret

Cunq; fateretur Hiram non posse se illa dissoluere:foretq; multa pecuniaꝝ detrimenta passurus:per Abdimum quendam tyrum quæ ꝓpositafuerant soluta sunt:& alia ab eo proposita quæ si Salomon nō solueret: Hirā regi pecunias multas daret.Et hæc quidem Dion sic dixit.Cunq; rex Salomon uideret muros pro munimine turrib⁹ indigere aliaq; tutione:nam secundum ciuitatis meritum oportebat etiam copiosam firmitatem esse murorum:hæc effecit: & turribus ciuitatem præcipuis ualde circundedit.Construxit autem ciuitates:inter præcipuas urbes ānumerandas:Asor:& Magedon:& tertiam Zazarum.Quæ cum fuisset in regione Palæstinorum:pharao rex ægypti castra metat⁹: & obsidens eam cœpit:& oēs eius habitatores occidit eamq; subuertit:deditq; eā postea dono iuæ filiæ Salomonis uxori. Quapropter edificauit eā rex:cum eēt natura munita: & ad bella tēporūq; motus utiliter oportuna. Non procul ab hac duas alias edificauit urbes:quarum altera Bitchora:altera uocabatur Balech. Vltra has autem fecit & ad alias ad uoluptatem & epulas oportunas: & rerum tēperamentis:pomorumq; fertilitate:& aquarum frigidissimarum poculis abundantes.Pergens uero & in desertum superioris syriæ:eamq; capiens:cōstituit ibi maximā ciuitatem duoꝝ dieꝝ itinere a Syria superiore distātē:ab Euphrate uero unius: & a maxima Babylone sex mansiōibus procul extātē. Vt autem hæc ciuitas a partibus habitabilibus Syriæ ita distaret:hæc causa est:eo ꝙ in inferiori terra aq̄ nusquā inuenitur:in illo autem loco solummodo fōtes & putei nimis abūdēt.Hanc itaq; edificās ciuitatē: & muris eminētibus eā circūtegens Thadamur appellauit: & hactenus apud Syros ita dicebatur:quam græci Palmirā uocāt. Hæc itaq; Salomō illo tēpore rex agebat.Propter eos aūt q quæ runt:quō omnes ægyptioꝝ reges a Mineo q memphis edificauit:& ante multos annos fuit quā noster ꝓgenitor Abraam:dum inter hæc usq; ad Salomonem mille & triginta anni trāsierunt Pharaones uocati sunt a quodam rege Pharaone:qui post priores his temporibus imperauit:Pharaonū uocabulum assumentes explanare hoc necessarium iudicaui:ut & caliginem eoꝝ ignorationis auferā & causam huius nominis declarare contendam.Pharaonis nomen secūdum ægyptios significat regem.Reor autem eos ab infantia qdem aliis nominibus appellatos:uenientes uero ad regnum hoc ꝙ lingua patria significaret imperium eos fuisse participatos. Nā & Alexandriæ reges cū primitus aliis nominibus uocarentur: uenientes ad regnum uocati sunt Ptolæmei: & romanorum imperatores a natiuitate aliis uocati nominibus Cæsares appellantur:cum potestas & principatus eis nomen imponat:& non hisdem:pmaneāt appellationibus:quas a genitoribus susceperunt.Puto siquidē & Herodotum Halicarnasseum propterea:post Mineum q memphim edificauit dixisse trecētos triginta fuisse reges ægyptiorum:nequaquam eoꝝ nomina declarasse:quia Pharao omnes cōmuniter uocabantur.Nam post horum obitum regnantis mulieris uocabulum posuit nomine Nicaulam eam uocitatem fuisse declarans:quia masculi quidem reges Pharao appellationē habere poterant:fœminæ uero nequaquam & propterea naturale huius nomen dixit.Ego autem & in libris nostræ prouinciæ alias legis repperi:quia post Pharao socerum Salomonis nullus rex ægyptiorum hoc uocabulo nuncupatus est:& quia postea uenit ad Salomōem mulier quam prædixi ægypti æthiopiæq; regia de qua non post multa denuo referemus. Horum ideo nūc memini:ut ostēderem: quia nostri libri & ægyptiorum de multis rebus cōcordare noscuntur.Rex itaq; Salomon Chananæos qui in monte Libano morabantur usq; ad ciuitatem Amathi non obedientes subdidit:& tributa eis imposuit: ut ei ministrarent ac seruile opus efficerent:& agriculturam exhiberēt.Ex his quosdam annis singulis eligebat:quia nullus tūc seruiebat Hæbreorum.Non enim erat rationabile:ut cum deus eis multa milia gentium subdidisset:& ex his oporteret eos habeř seruitia:ipsi in hoc schemate permanerēt quando omnes armati equis & curribus militabant potius quam seruitia peragebant. Chananæis autem quos ad sua ministeria tulerat: constituit principes quingentos & quinquaginta: qui super eos omnem a rege potestatem perceperant: ut eos docerent opera seu negocia:in quibus necessarii esse uiderentur.Fecit autem rex etiam : multas naues in sinu ægyptiaco maris rubri: in quodam loco qui Asyon gaber appellatur:non procul a ciuitate Hellena:quæ nunc Beronica uocatur.Hæc enī regio fuit primitus Iudæorum.Habuit uero ad edificandas naues beneficia regis Hiram. Ipse nanq; multos uiros gubernatores:& in marinis rebus doctos misit:quos iussit nauigare cum dispensatoribus suis ad locum qui olim Ophyra:nunc terra aurea nūcupat:est autē in india:ut aurum deferrent: & colligentes quadringenta talenta:ad regē denuo sunt reuersi.Igit̄ reginam ægypti & Aethiopiæ sapientia plenam:& alias ualde mirandā audientē crebro Salomonis uirtutē atq; prudentiam:& habentem desiderium eius multum: & eorum quæ illi de rege quottidie dicebantur: ad semetipsum adduxit:ut experimento & non auditu potius satisfacere potuisset: quando opinio mendax sæpius inuenitur:& proferentis narratione suscipit. Cum ergo ad eum uenire uoluisset:ut in p̄senti sapientiæ eius experimenta perciperet:studuit etiam quæstiones proferre:& earum solutione exigere .Venit ergo Hierosolymam cum magna gloria:& apparatu multo diuitiarum:cum auro & aromatibus & lapidibus preciosis:eamque rex grate suscepit: & circa eam in omnibus extitit ualde largissimus: & propositiones sophismatum intellectu suo cito concipiens: uelocius quam seperari poterat exoluebat. Cuius illa sapiētiam ita se transcendentem & potiorem quam audiebat agnoscens:uehemēter obstupescebat:& maxime culmina regalia mirabatur:eorūq; pulchritudine mira:& magnitudie

delectabatur egregia:nihilominus & diſpoſitione uaria fabricarum:in qua multam regis prudētiā aſtutiamq; cernebat: plus tamen eam obſtupeſcere faciebat domus: quæ ſilua Libani uocabatur: & quotidianaꝝ opulētia cœnaꝝ:& apparatus eius & miniſterū & ueſtes miniſtrantium:eorumq; de cens circa ſuum officium diſciplina:præcipue tamē ſacrificia quæ quotidie deo celebrantur:& ſacerdotum circa hæc necnon maxima diligentia Leuitarum.Hæc uidens diebus omnibus nimis admirabatur.Et cum non poſſet tacere miracula quæ uidebat uerbis uoluntatem ſui cordis aperuit dicēs ad regem quibus ſuā mentem uictam eſſe monſtrabat. Cuncta inqt o rex quæ p auditum ueniūt ad notitiā.cū q̄dā icredulitate ſeu dubitatiōe ſuſcipiūtur:tuoꝝ uero bonoꝝ q̄ & ipſe in te poſſides:hoc eſt ſapientiā & prudentiā:& q̄ tibi p̄ſtant ex regno:nō ē mēdax fama:ſed uera:licet multo minor q̄ ī præſenti cōſpicio. Nā opinio auribus qdē aliqd ſuadere nitit. dignitas uero rerum non ita fieri nota:ſicut aſpectu & ipſa præſentia cōprobatur. Ego ſiquidē neq; his q̄ nūciabātur pp multitudinē & magnitudinē credēs: multo potiora cōſpexi:& beatū dico populū Hæbreoꝝ ſeruoſq; tuos piter & amicos:q qnotidie tuo uultu fruunt: & ſapientiā audire ꝓmerent:Q ui etiā nō benedicat deum: ſic hāc diligentē ꝓuidā & eius habitatores: ut te ad regni culmen eueherēt.Oſtēdēs āt poſt uerba hæc quemadmodum eius regis habuiſſet effectum:etiam muneribus aperuit ſuæ mentis iudicium. Vigī ti nanq; auri talēta regi dedit: & aromatum innumeram multitudinem:& lapides precioſos.Dicūt autem: quia & radicem. Balſami quam hactenus fert noſtra prouincia:ipſa dederit regi. Cui etiam e diuerſo Salomon bona multa donauit:& maxime quæ ipſa deſideranter eligeret: nihilque fuit quod poſtulanti non præberet:promius dabat quæ illa petierat:quam quæ ipſe magis offerret:eam que ſuæ largitatis munere præcurrebat. Regina itaque ægyptiorum & æthiopiæ dans: & rurſum dona:recipiens quæ prædiximus: ad propria remeauit.Eodem tempore dilati ſunt regi a terra quæ uocatur aurea lapides precioſi:& ligna pinea quibus uſus eſt ad fortitudinem templi: domumque regalem:& ad inſtrumenta muſicorum: fecitque ex eis cithras & nablas:ut dicerent deo hymnum Leuitæ.Omnium uerō rerum quæ fuerant quocunque tempore regi delata:ea quæ illo die deuecta ſunt magnitudinem & pulchritudinem præcellebant.Nullus igitur arbitretur q̄ ligna pinea quæ nunc propter precia uendentium ſic appellantur illis uicina ſint: illa ſiquidem uiſione rotunda quaſi pinea ſunt: ſed multa candidiora:& ualde fulgētia. Hoc autem dixi ut nullus naturam uere pinus ignoret. Quia uero propter utilitatem regis eius memoriam fecimus oportunum etiam:iudicamus ſignificare allati auri illo tempore quantitatem: quæ fuit pondere talentorum ſexcentorum ſexaginta ſex:non reputatis eis: quæ negociatores emerant:neq; q̄ dono arabiæ toparchiæ: regeſq; mittebant. Conflauit ergo aurum: ut ducentas lanceas faceret:quæ ſiclos ſexcentos haberent.Fecitq; & ſcuta trecenta uno quoq; habente auri minas tres: poſuitq; eas in domum quæ ſilua libani uocatur: necnō & coopcula ex auro & lapidibus præcioſis ad cōuiuia neceſſaria p̄parauit. Dūq; uno p̄cipuo artifice hæc feciſſet:etiam alia uaſorum opa largitate auri ut faceret exqſiuit. Nōeni aut aut argētū uendebatur aut emebatur:ſed multæ fuere naues quas rex in mari tharſico conſtituerat:ut interiora gentium penetrarent:& oia cōparārēt:& cōparatū aut argētūq; regi deferrent:necnon & elephātes & pauos:& ſimias, Nauigio uero euntes & redeuntes tribus annis ſiplebant. Tunc ēni regis illuſtris opinio oēs in circuitu ꝓuincias circuibat:uirtuté eius ſapiētiamq; ubiq; diuulgans:ita ut omnes undiq; reges deſiderarent eius aſpectū: ꝓpter incredulitatē reꝝ quæ de eo referebantur: magniſq; muneribus ſuū circa eū ſtudium demōſtrabant. Mittebāt itaq; ei uaſa aurea & argentea:ueſteſq; purpureas: & aromatum genera multa & currus & equos:& onagros:mulaſque quæ uirtute & pulchritudine regi placerent:ita ut curribus & equis priſtinis ex his qui dirigebātur acreſceret curruum numerus q̄dringētoꝝ:erant enim primitus mille: & inter equoꝝ duo milia:cū primitus fuiſſet.xx.milia. Nutriebantur aūt ut eēnt pulchri piter & curraces:& comparatōe facta:nec decentiores alii nec uelociores iuenirentur.Exornabantur aūt & aſcenſores eoꝝ:primū decora iuuentute florētes:habēteſq; magnā ꝓceritatē:& ſatis alios excedētes: lōgamq; diffundentes i equoꝝ ſeſſiōe cæſariē:ex purpura tyra ueſte circumamicti:auriq; tinctura quotidie in ſuis comis adiicientes:ut equorum capita percuſſo ſole auro radiante fulgerent.His circa eum armatis exiſtentibus:arcuſque ferentibus:rex uectus in curru:& alia ueſte circum amictus: ſolitus erat exire ad quendā locum:qui ab Hieroſolymis duobus funiculis abeſt uocaturq; hortus:aquarum rigationibus gratus & locuples.Huc ergo cauſa delectationis egrediebatur circa res omnes maxima prouidentia & ſtudio ſemper utens:& ubique cultus ac decorus exiſtens:neq; uiarum deſidiam habuit:ſed regias uias quæ ad Heroſolymam ducerent:lapide nigro ſtrauit:ut etiā ambulantibus non poſſent eē difficiles:& oſtenderent diuitiarū & impii dignitatem.Diuidens autem currus:& diſponens ut ſingulis ciuitatibus certus eoꝝ numerus eſſet:paucos quidem circa ſe retinuit:urbes autem ubi diſperti ſunt ciuitates curruum nominauit. Argenti uero tantam multitudinem fecit rex in Hieroſolymis abundare: quanti erāt & lapides:ſed & lignis cedrinis quæ primo non fuerant: ſicut arboribus mori campos iudeæ ita compleuit.Iuſſit autem & negociatoribus commertia ex ægypto defferentibus:ut uenderent ei currum unum cū duobus equis dragmis argenti ſexcentis: quos ipſe regibus Syrie & trans euphraten habitantibus deſtinabat. Qui dum ſuiſſet omnium rerum glorioſiſſimus atque religioſiſſimus:& prudentia &

diuitiis excelleret uniuerſos: qui ante eum Hæbreorum tenuerunt principatum: non in his uſque ad terminum uitæ ſuæ permanſit: quando relinquens ſolemnitatum cuſtodiam paternarum: non ſine ſimili rerum quas de Dauid prædiximus conuerſatus eſt: ſed circa mulieres & ueneream intemperãtiam turpiter exardeſcens non prouincialium ſolummodo delectationem habuit fœiarũ: ſed etiam multas ex alienigenis gentibus duxit uxores: Sydonias: & Tirias: etiã ãmonitidas: & Idumæas & leges eſt prænaricatus moſaicas: qbus ille cõtradixit alienigenis mulieribus Hæbreas debere miſceri: & deos illarum cœpit colere. ut mulieribus earũq; amori placuiſſet: cũ legiſlator prædixiſſet: ne Hæbreus alienæ regionis uxores duceret: ne forte illaꝝ ſolẽnitatibus mixtus: & deos earum coleret: & a uenerationeproprii dei pariter ſe abſtineret. Sed hæc quidẽ deſpexit Salomon: irrationabili amori conſtrictus: & ducens uxores pricipiũ iſignium uiroꝝ filias numero. lxx. alias ſeptingẽtas: & trecẽtas concubinas: ſuper has autem & filiam regis Aegyptioꝝ: repente captus ab eis eſt: ita ut eaꝝ ſectaretur quoq; culturas. Et ideo cogebatur fauoris ſui præbere dilectionis inditia: ut more earũ patriæ uiueret: & quæ illis eſſent grata compleret. Aetate ſiquidem procedente: & ratione propter tempus pariter infirmante: cum iam non poſſet ſtudia patria retinere: deum quidẽ propriũ nõ ſolũ illicitis uxoribus iugiter inhonorabat: ſed etiam ante hæc peccauerat: & circa legum cuſtodiam iã deceptus fuerat: quando boum æneoꝝ ſimilitudines fecit: quos mari ſubiecit: & leonum quos in ſuo ſolio regali decoris cauſa diſpoſuit. Non enim hæc facere fas erat: dũ optimum & familiare paternæ gloriæ & uirtutis habuiſſet exemplum: quod ei propter dei pietatẽ fuerat relictum. Hoc ergo non imitatus cum ſecũdo eum deus per ſomnium patrem monuiſſet ſequi: in gloria huius rei expers effectus eſt. Venit ergo propheta miſſus adeo dicens. Quia neq; iniquitas eius lateret eum: neq; diu in his eſſet lætaturus: incriminatus ſimul: quia ei quidem non auferret imperium: quomodo Dauid patri eius fuerat ꝓmiſſũ: moriente uero eo: citius filiũ hoc ãmittere: nõ tamẽ omnẽ ab eo populũ receſſurũ: ſed decem quidẽ tribus eius traderet ſeruo: duas autẽ nepoti Dauid huius filio reſeruaret: & ꝓp illũ q dilexit deũ: & ꝓpter Hieroſolymoꝝ urbem: in qua tẽplum habere decreuit. Hæc audiens Salomon contremuit: & ualde turbatus: ex omnibus pene bonis in quibus repente eſt mutatus: non multo tẽpore tranſeunte: ex quo hæc enĩ ipſa ꝓuenere: quæ ꝓdicta fuerũt a propheta. Mox ſuſcitauit ſuper eũ deus inimicum Adat noie: quaꝝ inimiciciarũ cauſa fuit huiuſmodi. Hic Adat puer erat genere Idumæus de ſemine regio natus. Qui dum Ioab princeps militiæ Dauid uaſtaſſet Idumæã: & oẽs qui armis uti poterant ſex mẽſibus pemiſſet: fugiens uenit ad Pharaonem Aegyptioꝝ regẽ q eũ magna largitate ſuſcipiens: dedit ei domum & ꝓuĩciã ad habitandũ. Et cũ creuiſſet dilexit eũ: ita ut ei uxoris ſuæ ſororem noie Talphim daret uxorẽ: ex qua natus eſt ei filius: & iter filios regis ẽ nutritus. Audiens ergo in ægypto Dauid mortem piter & Ioab: accedẽs ad pharaonẽ rogauit ut eũ ad ꝓpria remeare ꝓmitteret. Cũq; requireret rex cur hoc peteret: aut quid paſſus eſt relinquere deſtinaret: cum ſæpius ei inoportune & nimis inſiſteret atq; rogaret: trũc quidem dimiſſus nõ eſt: ſed tpe quo iã Salomon in malis erat pp ꝓuaricationes prædictas & dei pariter iram: diuiſſus Adat a pharaone uẽit in Idumæã. Et cũ eã non potuiſſet a Salomone exercitu retollere: qa multis præſidiis ſeruabat: nec eẽt facilis eius inuaſio: ſurgens inde uenit in Syriam. Iunctis aũt illic cuidã Raam noie: qui regẽ Sophone Adrazaꝝ dominũ ſuũ fugerat: & ꝓuinciã latrociniis deuaſtabat: eiq; amiciciis copulatus: cũ haberet ille circa ſe latronũ maximã multitudinẽ aſcẽdẽs & tendẽs ĩ Syriã: rex eius effectus ẽ: Tũc quoque diſcurrẽs Iſrahælitaꝝ prouinciã affligebat & aduc uiuẽte Salomone: uaſtabat. Et hæc qdem hæbreis ꝓuenerũt ꝓ Adat. Inter hæc aũt Hieroboam filiꝰ Nabath ſurrexit cõtra Salomonẽ & quoſdam cõtribules ſuos ſecũdum prouinciam oli ſibimet dictam. Is cũ eſſet puer a patre derelictus & erudiretur a matre: uidens Salomõ robuſtũ & nimis ſtrenuum eũ ſuper edificiũ muroꝝ eẽ conſtituit: quando munitionẽ ꝓpugnaculoꝝ in hieroſolymis fecit. Qui ita in hoc ope laborauit: ut rex eũ approbaret: eiq; principatum militiæ ſuper tribũm Ioſeph conferret. Illo itaq; tempore cum Hieroboam ueniret hieroſolymis: occurrit ei ꝓpheta de ciuitate ſylo nomine Achia. Quem dum ſalutaret: deflexit eum paululum ex itinere ad quẽdam locũ ubi nullus alius itereſſet: & diuidẽs ſuũ pallium quo erat indutus in duodecim partes: iuſſit ut Ieroboam decem ex his ſumeret ꝓdicens q; deus hæc uellet: ut ſciſſo principatu Salomonis: filio quidẽ eius ꝓpter ꝓmiſſionem Dauid duas relinqueret tribus: & illi decem. quõ ſalomon in eo peccaſſet: & mulieribus earumq; diis ſe improuide ſubdidiſſet: ſciens inquit cauſam pro qua deus ſuam dilectionẽ a Salomone ſubtraxit: eſto iuſtus & eiꝰ cuſtodi ꝑcepta ꝓpoſitam habẽs palmam de pietate & honore dei præcipuam. Talis utiq; futurus: qualẽ noſti fuiſſe Dauid. Elatus itaq; Hieroboam ex prophetæ ſermonibus cum eſſet natura feruens iuuẽis: & rerum grandium appetitu ĩmenſus nõ quieſcebat: ſed cum ueniſſet ad exercitum: habens memoriam eoꝝ quæ ei dixerat achias: repente niſus eſt populo ſuadere: ut a ſalomone recederet: & regnum ei cõtraderet. Cognoſcens uero ſalomon eius uoluntatẽ & dolum quærebat ut eum cõprehẽdens: ueloci-ter interimeret. Quod dum cognouiſſet Hieroboam: fugit ad Seſach ægyptiorũ regem: & uſq; ad Salomonis obitum ibi moratus eſt: & ne quid pateretur lucratus eſt futuro ſeruãdus imperio. Mortuus eſt itaq; Salomon: ualde longæuus: qui regnauit quidem ãnis. xl. uixit autem quatuor & nonaginta: & ſepultus eſt in Hieroſolymis: cunctos fœlicitate & prudentia & diuitiis reges: excellens:

præter illa in quibus circa ſenectutem deceptus mulierum ardore prævaricatus eſt: de quibus & de malis quæ propterea prouenerunt Hæbreis: opportunius explanabo.

Quō ſubiectoꝝ quendam Hieroboam fecerunt ſibi regē decē tribus recedētes a domo Dauid: & ī duabus tribubus regnauit filius Salomonis Roboam. CAPI. IIII.

POſt mortem Salomonis: in eius regno filio ſuccedēte Roboam: ex muliere Ammanitide Naama noīe procreato: repente miſerūt ī ægyptū principes populi: & reuocauerūt Hieroboam. Qui dum ueniſſet ad eos in ciuitatē Sycimorū: etiam Roboā uenit ī eā. Placuerat enim ut illic cōueniētes Iſrahelitæ: eū cōſtituerēt regē. Adeūtes ergo eū principes populi ſimul & Hieroboam: rogabant dicētes ut aliquid de ſeruitio relaxaret: & melior eſſet patre: cuius fuerant prægrauati iugo: ut & ipſi deuotiores eſſent: & propter manſuetudinem potius quā timorem ei ſeruirent ac diligerent. Qui dū poſt tres dies reſpōſurū ſe eoꝝ petitionibus dixiſſet: mox quidē eos ſuſpectos fecit: cur non repente quæ petebatur annueret. Nam rem bonam & humanam eſſe iudicabant: & magis in iuuene: attamen & in eo q̄ cogitare ſe dixerat: & non repente negauerat: ſpem aliquā faciebat. Qui conuocatis paternis amicis: tractabat cū eis quale deberet populo præbere reſponſum. Illi uero qui deuoti facerent naturam uulgi utiq; ſcientes: monebant ut manſuete loqueret ad populū: & cōmunius quā regib⁹ exigeret faſtus: ut ita fauorē ſibimet obligaret: dū naturaliter diligant ſubiecti potius mānſuetudinem regum: quā cōminationē. Tūc ille optimum cōſilium forſitan deo uolente deſpiciens: uocās adoleſcētulos ſecū nutritos: eiſq; pādēs ſeniorum conſilium: quod oporteret fieri iuuenes exquiſiuit. Illi uero cum neq; iuuentus neq; deus meliora eos tractare pmitteret: monuerunt ut aſperius reſponderet ad populum: & ſeriorem ſuum digitum: lumbis paternis diceret uaſtiorem. Et ſeueritatē quā fuerant in illo comperti: in ſe multo potiorem agnoſcerent: & ſi ab illo flagellis caſtigati ſunt: cedi a ſe ſcorpiis expectarēt. In his delectatus rex: & credens dignitati regiæ cōuenire reſponſum: cum die tertia plebs auditura ueniſſet: & oīs populus uideretur ſuſpenſus eſſe: ut uerba regis audiret: credens aliquid fore clementius: relinquens ille conſilium ſeniorum reſpondit adoleſcentium. Hæc autem dei uoluntate gerebantur: ut quæ prædixerat Achias perducerentur ad terminum. Tunc ergo cuncti ei ſermonibus uelut opere iam percuſſi: & dolentes quaſi iam experimento ipſaꝝ rerum quæ dicerentur afficerentur: indignati ſūt & omnes pariter uoce magna clamauerunt: nihil ſibi poſt illum diem eſſe cōmune ad genus Dauid uel qui erant ex eo progeniti: ſed ſolum templum ei cedere quod pater eius edificaſſet: eumq; interminati: ſunt ſe relicturos: & ſic amare iracundiam ſeruauerunt: ut dum miſiſſet rex Roboam quendā nomine Adoram ſuper tributa conſtitutum: qui eos aliquomodo mitigaret: & poſt ſermones qui petulanter ab ætate iuuenili prolati fuerant: ad concordiam reuocaret: paſſi non ſunt: ſed eum lapidantes interemerunt. Quod dum uidiſſet Roboam: credens quoque ſe lapidandum: metuens ne & ipſe tale aliquid ſuſtineret: aſcendēs in currum fugiens mox uenit in Hieroſolymam. Et tribus quidem Iuda ſimul & Beniamin eum conſtituere regem: reliqua uero plebs ab illa die recedens a filiis Dauid: dominum rerum Hieroboam eſſe conſtituit. Roboam uero Salomonis filius conuentu facto duarum tribuum in quibus regnabat: ſumens ex eis electos milites centum octoginta milia uirorum: contra Hieroboam & cōtra populum dimicare cogitabat: quatenus eum ſubderet ſibi bello ſeruiturum. Prohibitus uero eſt a deo per prophetam Rameum: ut bellum inferret: eiſque dicebat non eſſe iuſtum ut aduerſus contribules dimicarent: cum ab eo dei uoluntate populus receſſiſſet. Quo facto: nequaquam egreſſus eſt ad prælium. Diuiſo itaque regno prius narrabo quæcunq; Hieroboam iſrahelitarum rex egit. Deinde quæ Aroboam duarum tribuum rege geſta ſunt explanabo. Sic enim totius ordo hiſtoriæ ſeruabitur. Igitur Hieroboam inſtitutus in Sycimorum ciuitate regalibus: ibidem morabatur: quod etiam in Phanuel ciuitate fecit. Dumque non multo poſt ſcenophegie feſtiuitas imminēret: cogitans Hieroboam quia ſi permitteret populo ut deum in Hieroſolymis adoraret: pergens & feſtiuitatem illic ſolenniter agens pœnitentia duceretur: & propter templum: & propter dei religionem forſitan metuens ne eum quidem relinqueret: ad regem uero priſtinum remearet. Et ob hoc mortis picula ſibimet ī minerēt: op⁹ hoc malignū ſua cogitatiōe molitus eſt. Fecit duas uitulas aureas & totidem tēpla conſtruxit: unū quidē ī ciuitate Bethel: aliud ciuitate Dan: quæ ad fontes Iordanis minoris uidetur exiſtere: poſuitque has uitulas in templis quas præ diximus ciuitatum: & inuocans decem tribus quibus ipſe regnabat. his uerbis contionem fecit ad populum. Viri contribuli noſce uos puto: q̄ omnis locus habeat deum: & non oſtenditur locus in quo proprie præſens eſt ſed ubique ſemper exaudit: & cultores ſuos intendit. Vnde mihi non uidetur neceſſitatem uos pati: ad Hieroſolymam properandi ad hoſtium utique ciuitatem: ut adoretis deum longo itinere fatigati. Homo quidem illic edificauit templum: & ego feci duas uitulas aureas: deo æquiuocans: quarum unam quidem in Bethel ciuitate dedicauit: aliam uero ī Dan urbe conſtitui: quatenus quicunque ueſtrum eis urbibus ſunt uicini: adorent in eis deum. Conſtituam ergo ex uobiſipſis ſacerdotes earumq; Leuitas: ut tribu Leui nequaquam: neq; Aaron filiis egeatis: ſed qui uoluerit eſſe ſacerdos: offerat uitulum deo & arietem unum: quod & primum pontificē Aaron feciſſe dicunt. Quod dum dixiſſet: ſeduxit populum ut a patria religione recedens præua-

ricaretur leges. Hoc itaq; Hæbreis malorum fuit initium: & qui cuncta deuicerant præliis in alienarum sunt gentium ditione subiecti. Sed hæc quidē opportune narrabimus. Igit̄ dū instaret. vii. mē. se festiuitas: uolens & ipse eam ita in Bethel agere sicuti due tribus in Hierosolymis celebrabant: an te uitulam quidē ædificauit altare & ipse pontifex factus cū sacerdotibus ad altare conscēdit. Cunq; esset hostias & holocausta coram populis oībus oblaturus: uenit ad eū hierosolymis propheta nomie Iadan: missus a deo. Qui stans in media multitudie: stāte etiā rege: faciens ad altare sermones: deus inquit futuꝝ quendā esse p̄dixit ex genere Dauid noīe iosiam: qui non tantum tēporis illius supra te & altare falsos pimat sacerdotes: sed ēt ossa eoꝝ populoꝝ seducētium & erroꝝ eoꝝ & impioꝝ super te tunc simul exurat. Vt autē credant hoc futuꝝ: signū eis nunc prædico faciēdum: subito. n. rumpetur hoc altare: & ois pinguedo sacrifici oꝝ super illud posita fundet̄ in terrā. Hæc dicente prophetā: indignatus Hieroboam: manum extendit: p̄cipiens eum cōtinuo cōpræhēdi. Cuius manus mox est arefacta: nec ualuit eā denuo reuocare: sed habuit eam marcidam & solutam. Ruptum ergo ē repente sacrarium: & sicut ꝓpheta p̄dixerat cuncta diffusa sunt. Cunq; uideret ueracem hoīem: & p̄sentiam diuinam hēre cognosceret: rogauit ut supplicaret deo: q̄tenus eius dextera curaretur. Quo rogante deum manum sibi naturaliter restitutā gaudebat: ꝓphetāq; rogabat enixe: ut eius cōuiuiis interesset. Idan uero dixit: nō se pati ut ingrederet̄ ad eum: nec panē aut aquā in ciuitate gustaret: hoc sibi p̄ceptum a deo dicens: ut etiā & alio quā unde uenerat itinere remearet. Huius igitur abstinētiā rex miratus: erat in timore positus: & per mutationē reꝝ ex his quæ dicta fuerant: non prospera sibimet imminere credebat. Erat aūt quidam in ciuitate senior: malignus homo: fallusq; propheta quē hieroboam magnis studiis honorabat: cū eo dicente quæ illi grata forent crebro deciperet̄. Iste itaq; tunc erat in lectulo pp senectutis infirmitatem. Filiis aūt indicantibus ei ꝓphetam q de Hierosolymis uenerat & de signi effectu: & qūo arefacta manus dextera Hieroboam: illo orante fuerat restituta: metuens ne peregrinis esset melior apud regē: & potiori honore frueret̄: præcepit filiis: ut ei repente ad iter asinum stratū præpararent. Quibus p̄ceptum festinanter iplentibus: ascendēs prosecutus est ꝓphetam: & iueniens eū sub alta & umbrosa ilicis arbore quiescentem: salutauit primum deinde culpauit: cur apud eum nō itrasset: & esset eius hospitalitate participatus. Quo dicēte: se a deo prohibitum: ut apud quēquā in illa ciuitate gustaret: nō inq; ꝓhibuit diuinitas ut meā mēsulā deuitares. Nam & ego ꝓpheta sum & in ea tecū religione cōis: & adsum nunc missus a deo: quatenus te cōmissuꝝ ad me deducam. Ille uero credens mētienti: reuersus est. Quibus adhuc prandentibus & pariter epulantibus: deus apparuit Iadan: eiusq; mandata præuaricantem dixit supplicia sustinere: & qualitatem pœnæ cōtinuo declarauit: leonem ei occursum in itinere quo lacerar̄etur: & q̄ sepultura patria priuaretur dixit. Hæc autem facta reor uoluntate diuina: ut Hieroboam nequaq̄ uerba Iadan metueret: quasi fallacis & ita defuncti. Remeante siquidem Iadan rursus in Hierosolymam: occurrit leo: & deiiciens eum de asino peremit: & asinum quidem in nullo nocuit: sed cum eo sedens & illum & corpus prophetæ magna tuitione seruabat: donec aliqui iter agentium uidentes hoc: & ueniētes in ciuitatem falso prophetæ denunciarent. Qui missus filiis: eius corpus deuexit in ciuitatem: ac splendida pompa eius celebrauit exequias: præcipiens filiis ut ipsum mortuum cum illo sepelirent: dicēs q̄ omnia quidem uera essent quæcunq; ille ꝓpheta fecet aduersus illam urbem: & altare & sacerdotes necnon & contra falsos prophetas: & q̄ ipse post mortem non pateretur iniuriam: si cum eo sepultus & eius ossibus cōpulatus: propter societatem ossium prophetæ non posset agnosci. Sepeliens ergo prophetam: & filiis ista præcipiens: cum esset malignus & impius: accessit ad Hieroboam eiq; dixit. Quare turbatus es uerbis fatui uiri? Cunque illi rex de sacrario & manu sua narraret: sanctum uere: & prophetam egregium eum uocans: cœpit destruere eius opinionem: & uerisimilibus utens: rerum gestarum creditam imminuere ueritatem. Nitebatur enim suadere: quia pro labore portandi multa sacrificia: eius manus obstupuisset: & deinde cum requieuisset: ad naturam propriam denuo remeasset. Altare autem cum prius fuisset uacuum: susceptis multis hostiis & ingentibus: propter onus impositorum fuisse ruptum & cecidisse dicebat: significauitque ei simul ita mortem eius qui hæc signa prædixerat: eo q̄ fuisset a leone discerptus: & nihil esset quod propheta locutus est. Hæc ergo dicens regi satisfecit: eiusque mentem penitus auertit a deo: & a sanctis operibus: & ad actus impios euocauit. Qui rex tantam deinceps contumeliam diuinitati fecit: & ita contra leges atrociter insiluit: ut nihil aliud quotidie quereret: quam ut aliquid noui super ea quæ iam perpetrauerat scelera cumularet. Igitur de Hieroboam hæc in præsenti dixisse sufficiat. Filius autem Salomonis Roboam: qui sicut prædiximus super duas regnauit tribus: ædificauit munitissimas ciuitates & magnas Bethleē & Icā & thecos & Bethsura & Socho & Odollā: & Hipā: & Meresam: & Zipha: & Adorā: Lachis: & Zecheram: & Hellum: & Ebron. Has quidem in sorte Iuda primas ædificauit: fecitque & alias præcipuas in sorte Beniamin: muris q̄ circundans: custodes instituit uniuersis: & principes militum: q̄ frumentum simul & uinum & oleum: & alia quæ singulis ciuitatibus pro cibariis essent necessaria largissima ubertate recondidit: insuper autem & scuta & iacula nimis innumera. Conuenerant aūt ex omnibus Israhelitis sacerdotes ad eum in Hierosolymam pariter & leuitæ: & quicunq; alii de populo erant boni uel iusti: relinquentes proprias ciuitates: ut cultura dei in Hierosolymis exhiberent:

minimeq; libenter audiebant dum compellerentur uitulas adorare:quas fecit Hieroboam: & auxe runt imperium Roboam per tres annos Qui dum cognatam quandam duxiſſet uxorem & tres ex ea filios ſuſcepiſſet:poſtea quoq; duxit nomine Macham natam de Thamar:filiam Abſolonis: quæ & ipſa uidebatur eſſe eius cognata:de qua natus eſt ei filius maſculus: quem Abiam appellauit: habuitq; filios ex aliis coniugibus:ſed ſuper omnes potius diligebat Machan. Habuit autem lege ſibi coniunctas uxores decem & octo:concubinas uero triginta. Et filii quidem ei nati ſũt octo & uiginti:filiæ uero ſexaginta. Succeſſorem ſui regni conſtituit Abiam ex Macha procreatum:cui & theſaurum & minutiſſimas credidit ciuitates. Reor enim quia ſæpius cauſa malorum & iniquitatis:exiſtat hominibus magnitudo rerum:earumq; ad potiora conuerſio. Videns nanq; Roboam regnum ſuũ his crementis augeri ad impias & iniuſtas conuerſus eſt actiones:& ſpreuit dei religionem:ita ut & populus eius imitaretur iniquitatem cum maioribus. Nam cum præcipuum moribus corrumpitur conuerſatio:leditur deuotio ſubiectorum:& cum uiderint illorum luxurias:ſuæ caſtitatis merita reſpuentes quaſi uirtutem eorum imitari nituntur illecebras. Non enim opera principum approbare uiderentur:niſi etiam ſimilia agerent. Hoc igitur accidit ſubiectis Roboam. Nam cum ille ageret impie & iniq;:ſtudebant & illi non eſſe iuſti:ne rex uideretur offendi.

Quia Seſach ægyptiorum rex caſtrametatus eſt contra Hieroſolymam:& ciuitate deuicta: diuitias eius tranſmigrauit in Aegyptum. CAPI. V.

QVapropter uindicem ſuper hæbreos miſit deus regem Aegyptiorum nomine Seſach: de quo narrans Herodotus: actus proſtremo eius adiũxit. Hic enĩ Seſach quinto anno regni Roboam cum multis milibus exercituum caſtrametatus eſt. Sequebantur enim illum currus mille ducenti:equitum uero ſexaginta milia & quadraginta milia peditum:quorum plurimos habebat Libyas:& Aethiopes. Inuadens itaq; regionem Hæbreorum:munitiſſimas Roboam ciuitates ſine dimicatione detinuit:& nouiſſime armatus ad Hieroſolymam uenit:ubi Roboam & eius exercitus propter militiam Seſach tenebatur incluſus:deumq; rogabant ut eis uictoriam ſalutemq; conferret. Quos tamen nõ exaudiuit deus:nec eis pugnaturus ſpem uictoriæ promiſit. Propheta quoq; Sameas ait deum eis interminari:eoſq; relicturum:ſicut ipſi eius uidebantur deſeruiſſe culturam. Hæc audientes:animo ſunt ſoluti: & dum nullam uiderent in ſe ſalutem:confitebantur omnes q; eos deus iuſte deſpexerit cum ipſi circa eum impie crudeliterque geſſiſſent:& eius legitima ſpreuiſſent. Quos uidens deus ita deiectos & ad penitentiam fuiſſe perductos:non ſe perditurum eos prophetæ dixit: ſed ægyptiis tantum fore ſubdendos: ut agnoſcerent: utrum hominibus ſeruire eſſet infatigabilius:an certe deo. Capiens ergo Seſach non lege bellica ciuitatem:ſed pactis præcedentibus Roboam eum ſuſcipiente propter timorem:ingreſſus fœdera nõ ſeruauit:ſed & templum expoliauit & theſauros dominicos & regios exhauſit:auri & argenti multa milia & innumerabilia ſecum deuehens ornamenta:& nihil omnino illic derelinquẽs. Abſtulit autem & aureas lanceas:& ſcuta quæ rex fecerat Salomon:ſed neq; pharetras aureas dimiſit: quas Dauid ſumptas a rege Sephone deo dicauerat. Quod cum idem Seſach feciſſet:ad propria remeauit. Meminit autem huius prælii & Herodotus Halicarnaſeus:qui ſolummodo circa regis nomen erranit. Sed quia & gentes alias multas inuaſit & palæſtinam & Syriam ſubiugauit: capiens ſine prælio cunctos in ea regione degentes. unde palam eſt:quia noſtram gentem ſubditam ægyptiis iudicare uult. Ait ergo:quomodo & ſtatuas eorum qui ſine prælio ſe tradiderunt reliquerit:& mulierum genitalia in eis celauerit. Roboam & enim rex noſter ei tradidit ſine prælio ciuitatẽ. Dixit aũt Aethiopas ab Aegyptiis didiciſſe genitalium circunciſionem Phœnices autem & Syri in Palæſtina fatent hoc ſe ab ægyptiis didiciſſe & palam eſt:quomodo alii nulli circunciduntur Syrorum in Paleſtina habitantium præter noſtros. Sed de his ſentiat quis quod uoluerit. Igitur diſcedẽte Seſach:Roboã rex pro aureis lanceis & clypeis:ærea eiuſdem numeri fecit:cuſtodibus regalibus ſeruanda tradidit: & qui cum ſplendenti principatu & claritate rerum debuerat imperare: & ſub multo ſilentio & timore regnauit:fuitq; Hieroboam regi cunctis temporibus inimicus. Mortuus eſt autem cum uixiſſet quinquaginta & ſeptem annis: in quibus regnauit decem & ſeptem uir ſuperbus:& fatuus:& nolens paternis amicis credere:perdiderat principatum:ſepultuſque eſt in Hieroſolymis in tumulis regum. Roboam itaque ſucceſſit in regnum filius Abia:cum Hieroboam octauumdecimum annum haberet in regno. Et quidem huiuſmodi fine conſumpta ſunt. Conſequens eſt nunc:ut de Hieroboam dicamus:quemadmodum & ipſe fuerat conuerſatus. Is enim non quieuit iniquitates facere coram deo:ſed quotidie in excelſis montibus erigebat aras: & ſacerdotes de populo eligebat. Contra quas impietates ſupplicia non poteſt longum tempus in eius caput & totius generationis ipſius erat relatura diuinitas. Illa ſiquidem tempeſtate cum eius filius nomine Abimen egrotaret:dixit uxori ſuæ ut mutata ueſte priuatum ſchema ſuſcipiens:iret ad Achiam prophetam aſſerens eum uirum eſſe mirabilem:& futura prædicere:qui etiam de regno ei ſignificaſſet: & ab eo quaſi peregrina requireret:ſi puer lãguorem poſſet euadere. Quæ mutata ueſte:ſicut maritus ei præceperat: uenit in Sylo ciuitatem:ubi morabatur Achias. Cunq; foret domum illius ingreſſura:cum eſſet iam prophetæ uiſus ſenectute grauatus:apparuit deus ei:utrũq; denũcians:& qa Hieroboã regis ad eum ueniret

uxor:& quid deberet pro quibus aderat reſpondere. Q ua in eius domum ueniente: uelut priuatā ſimul & peregrina. Ille clamauit. Ingredere uxor Hieroboam. Q uid te celas. Deum latere non potes qui mihi & te uenturam eſſe denunciauit:& imperauit quæ tibi dicam. Reuertere igitur ad maritum:& dic ei hæc dixiſſe deum. Q uomodo te magnum ex paruulo & nihil exiſtente conſtitui regem:& ſcindens regnum a genere Dauid tibi contradidi: tuq; horum non recordatus: meamq; religionem deſerens:fuſileſq; deos efficiens illo potius honoraſti: deiiciam te denuo: & omne tuum genus exterminabo & canum uoracitati uolatiliumq; præbebo:& quidam a me ſuſcitabitur rex totius populi:qui de genere Hieroboam nullum penitus remanere permittat. Participabatur autem iſto ſupplicio etiam populus:& copioſa terra hac priuabitur:& trans Euſraten ulterius diſpergetur: quomodo cuncti regis impietates ſecuti:deos ab eo factos adorauerunt:& meam religionem uenerabilem reliquerunt. Tu uero mulier hæc marito feſtina renunciare: filium uero tuum inuenies eſſe defunctum. Te nāq; ingrediente ciuitatem:ſpiritum mox amittet:ſepelieturq; planctu populi cōiter honoratus. Hic nāq; ſolus ex genere Hieroboam bonus fuiſſe uidebatur. Hæc itaq; propheta dicēte exiliens turbata mulier de morte filii lamētans:p uiā feſtinanter ibat lugens & ingemiſcens: filium utiq; quem in ſpe reliquerat uiuū ulterius nō uiſura:quē cōtinuo moriturū eſſe crederet. Quæ dum ueniſſet in ciuitatē:filiū qdē ſicut propheta dixerat inuenit extinctū: regi uero cuncta narrauit.

Bellum Hieroboam regis Iſrahel cōtra filium roboam Abiam:& triumphus Abiæ. CAPI. VI.

Ieroboam itaq; nihil hoꝝ cogitans:multo exercitu cōgregato cōtra Abiā filiū Roboam:qui in duabus tribubus patri ſucceſſerat:caſtrametatus eſt: deſpiciebat enim illum pp ætatē. Q ui dū Hieroboā inuaſionē audiſſet: obſtupefactus eſt ueruntamen ultra prudentiā iuuētutis ad ſpē bellandi roboratus:electo ex tribus duabus exercitu: occurrit Hieroboā ad quendā locum q uocaī mons Amorteoꝝ:& caſtra circūfugiēs: bello neceſſaria præparabat. Erat enī eius exercitus quadragīta milia uiroꝝ:Hieroboam uero manus duplex erat. Cūq; exercitus ex utroq; ad opus bellicū & certamina cōmittenda eſſet iam in acie cōſtitutus:ſtans in loco excelſiore rex Abia manu ſilentiū impauti: & Hieroboā petit ut cū quiete prius ſe audiret:factoq; ſilentio cœpit hæc dicere. Nec uos equidē ignoratis:q; deus principatum Dauid & eius ſoboli in tempore uniuerſo conceſſerit:miror autē qūo recedentes a meo patre:ſeruo ſuo Hieroboam indecenter adheſeritis:& cum eo pugnaturi cōtra eos qui a deo regnare decreti ſunt nunc aduenīſtis:ut eoꝝ regnū his præliis auferatis. Hactenus itaq; regnū Hieroboā iniuſte detinuit:qd non reor maiori eum tempore poſſeſſuꝝ:qui ideo pœnas etiā de præterito nunc ſoluens:ab iniquitatibus & iniuriis nō ceſſabit:quas ei hactenus inferre præſumpſit:ſed & uos talia perpetrare coegit qui nullam a meo patre paſſi contumeliam:& tamen quia non quæ uobis placerent in cetu locutus eſt malignis hominibus credens:illum quidem ut putatis ira faciēte reliquiſtis: qd autem uerius ē: a deo uos & eius legibus abſtraxiſtis:cum potius ignoſcendum fuerat non uerbis ſolūmodo duriōribus uiro iuuenculo & contētionis ignaro:ſed etiam ſi ad aliquā difficultatē operis per iuuentutē fuiſſet experitiāq; pductus:eſſet p ferendus pp Salomonem patrem illius:& beneficia uobis ſæpe collata:quæ danda ſunt utiq; peccatis filioꝝ:pro beneficiis & affectu parentum. Vos autem nihil eorū cogitaſtis:neq; tunc:neq; modo:ſed ſup nos tātus uenit exercitus. Vel in quo deuictoria cōfiditis? An in uitulis aureis & aris in montibus conſtitutis? quæ ueſtræ ſunt impietatis & non religionis iudicia? An certe ſpem uobis multitudo præbuit? quia noſtra caſtra tranſcendit. Sed nulla uirtus illic eſt:ubi licet cum multis milibus aliquis pugnat iniuſte:ſolummodo enim iuſticia & pietate diuina ſpes uictoriæ conſtat īmota: quæ ſcilicet & apud nos eſt:ſeruantes a principio leges:& deum ppriū uenerantes:quē nōn manus de putreſcibili ſilua fecerunt:nec excogitatio mali regis p populi ſeductione conſtruxit:ſed cuius eſt opus principiū finiſq; cunctoꝝ. Vnde ſuadeo ēt nunc uobis:pœnitētiam pteritoꝝ ut habeatis & meliora cogitātes:dimicare ceſſetis. paternaſq; leges recolatis: & quic quid ad magnitudinem uos tātæ fœlicitatis exeuit. Hæc equidem Abias eſt locutus ad populum. Adhuc aūt eo loquēte:quoſdā militū Hieroboā latēter īmiſit: ut Abiā ex aliquibus ptibus circūdarent:qua exercitus nō uideret. Qui cū inter hoſtes apparuiſſent:exercitus quidē eius cōturbatus expauit. Abias aūt cōfortauit eos:& in dño ſpē habere poſcebat. Tūc illi piter īuocātes dei ſolatiū:ſacerdotibus tubis clāgentibus:cū clamore hoſtes aggreſſi ſunt. Et illoꝝ qdē audaciā ac iuuētutē diſſoluit deus:exercitū aūt Abiæ fecit excelſiorē. Nā quāta ī illo bello refert cædes fuiſſe cōmiſſa: neq; græcoꝝ:neq; barbaroꝝ referūt hiſtoriæ. Abia aūt & filii Iuda & Beniamin de exercitu Hieroboam mirabilem & famoſiſſimā pceperunt deo conferente uictoriam. Quinquaginta milia enim hoſtiū bello pſtrata ſunt. eorūq; munitiſſimas ciuitates diripuerunt:inſup Bethuliā eiuſq; regionem forti dimicatione tenuerunt. Hieroboam itaq; hac dimicatione fatigatus:nequaq; uires habuit: quantocunq; tpe poſt hæc Abia uixit. Q ui tamen poſt hanc uictoriam puo tempore ſuperueniēs: obiit cū regnaſſet annis tribus & ſepultus eſt in Hieroſolymis:in monumentis paternis. Reliquit autē filios quidē duos & uiginti filias aūt decē & ſex:quos oēs de uxoribus uigintiſeptē procreauit. Huic ſucceſſit in regno filius Aſa:cuius iuuenculi fuit mater noīe Maacha. Hoc ergo mō Abiæ filii Roboam nobis geſta ſunt tradita. Mortuus eſt aūt & Hieroboam rex decē tribuū:cū uiginti & duobus annis

tenuisset imperium: successitq; ei filius Nadab: secundo iam anno regis Asa trāsacto: regnauitq; Hieroboam filius annis duobus: patris impietati malitieq; concordans.

Quia generationē oēm Hieroboā qdā noīe Baasa perimēs: ipse tenuit principatū. CAP. VII.

IN his autē duobus annis: castrametatus est cōtra Gebethon ciuitatem Palæstinorum. Cūq; eam foret obsessione capturus: dolum passus a quodam amico nomīe Baasa Meheli filio mortuus est. Qui post eius obitum potius imperio: omne genus Hieroboam interemit & euenit: ut secundum prophetiam dei: alii quidem cognatorum Hieroboā ī ciuitate mortui lacerēt a canib⁹ atq; cōsumerēt: alii uero ī agris a uolatilib⁹ deuorarē tur. Et domus qdē Hieroboā pro eius īpietate atq; iniquitate pertulit ultionē hac uice dignam.

Bellū æthiopū cōtra hierosolymitas: regnāte super eos Asa: & cædes æthiopū. CAP. VIII.

Ex aūt hierosolymo⁹ asa dū moribus esset egregius: spq; ad diuinitatē respexerit nihilq; gereret neq; cogitaret: qđ non eēt pietati cōueniēs: aut ad legū custodiā ptineret suū cōposuit regnū: abscindēs cūcta ab eo neqcia: & ab omni macula emūdās. Habuit aūt exercitū electo⁹ uiro⁹ arma gerentiū scuta & lanceas: de tribu quidem Iuda trecē ta milia de Beniamī āt scuta arcusq; portātiū: ducēta qnquagīta milia. Cūq; iā decē regnasset annis: castra cōtra eū mouit cū maxio nimis exercitu zara rex Ethiopiæ: ducēs pedestriū qdē ducēta milia: eq̄strium uero decē milia: & curr⁹ trecētos. Qui dū usq; ad ciuitatē Morī sam q̄ ē in tribu Iuda cū exercitu suo ueniret: occurrit ei Asa: & castris cōtra eū positis: in q̄dā conual le noīe Sabatatha: nō pcul a ciuitate: cū uidisset Ethiopū multitudinē: poscebat a deo cū clamore uictoriā: & ut multa milia hostiū ipse pimeret. Neq; eni & in alio confidendū esse dicebat: quā in eo q̄ posset etiā paucos multo⁹ potiores ostēdere: & facere īfirmos fortissimis p̄ualere. Hæc orante asa signum uictoriæ deus ostēdit: & cū gaudio: diuinitatisq; auxilio bello congressus: multos Ethiopū p culit: & cōuersos in fugā pſecutus est usq; ad Geraritidē regionē. Relinquentes autem occisionē hostiū: ad direptionē gentiū ciuitatis Geraretine conuersi sunt quā ceperant: eorūq; ad castra protinus accesserūt: ita ut tollerēt multū aur⁹: multūq; nimis argentū: prædāq; deueherēt ualde mirabilem camelosq; & subiugalia: & pecudū greges īnumeros. Asa igit & eius exercitus sumpta hmōi a deo uictoria atq; præda: in hierosolymis remeauit: Quibus uementibus occurrit in uia azarias noīe pphēta: & p̄cipiens ut paululū a gressu itineris abstinerent: cœpit ad eos dicere: q̄ illa uictoria fuisset eis a deo cōcessa: eo q̄ iustos se sanctosq; seruassent: & oīa dei uoluntate fecissent. Quos in eius mandatis permanentes dixit sup hostibus præualere: & habituros diuina uirtute fœlicitatem relinquētes aūt eius religionē in cōtraria deuenire: futurūq; tēpus: in quo nullus inueniret uerax propheta in eo populo: neq; sacerdos: qui iuste aliquid responderet: ob quā rem ita ciuitates subuertendas: & gentem in oī terra disseminandā: & uitā miserabilē & inopē habituros: suasitq; eis: ut dum hoc haberent bene agerent: & nequaquā a diuina deuotiōe recederēt. Hæc audiens rex: & populus gauisi sunt: multum studium & oēs in cōe: & singuli circa iusticiā exhibebāt: misitq; rex in oēm p̄uinciam p̄cipiens ut legitima diligenter ubiq; seruarent. Sic igit Asa duar⁹ tribuum regis actio gerebatur. Reuertat āt ad regem Baasa qui israheliticum populū possidebat: occideratq; Nadab filium Hieroboam: & eius tenuerat principatum. Hic. n. iter Saulim ciuitatem degens: & habitaculū ibi cōstituēs. Regnauit q̄dem annis uiginti & q̄ttuor sed fuit malignus & īpius ultra Hieroboā & filiū eius: & populum multis malis afflixit: & deo fecit iniuriā. Qui mittēs ad eū Gimō pphētā: dixit & se & omne genus ei⁹ exterminaturū: & hisdē malis quibus domū Hieroboā pdiderat pditur⁹ q̄ rex ab eo cōstitutus: beneficium nō repensauit: ut iuste & pie populo præsideret: cū hæc primitus ipsis p dictum sent: deīde gratissima deo semp forent: sed magis imitatus est pessimū Hieroboā: cuius dū deperisset anima uideret tamen eius in isto malignitas: dicebatq; suppliciū malo⁹ illius hunc habitu⁹ qui ei similis extitisse uidebatur. Baasa aūt quāuis per pphētā audisset futurā sibi suoq; generi p cōmissis sceleribus ultionē; tamen de reliquo nō queuit: neq; respexit q̄ male agēdo deperiret īglorioſe: si nō penitendo p malis p̄teritis a deo uenīā mereret. sed tanq̄ illi quibus præmiū proponitur laborare nō cessant: donec ad proposita dona ueniant. Sic & Baasa propheta prædicente sibi futura tanq̄ si ad magna bona cōcurreret: in p̄niciem sui generis: & totius domus interitum peior fieri quotidie non cessabat. Nanq; uelut athleta nequitiæ in his agebatur malis. Nouissime uero exercitu sumpto: rursus non ignorabilē quandā Ramath ciuitatē obsederat: quæ quadraginta stadiis ab Hierosolymis aberat eamq; capiēs cogitauit ut in ea exercitū derelinq̄ret: quatenus & ide pcedens: terrā Asa regis iuaderet. Metuens ēt Asa conamen hostis q̄ posset exercitus qui Ramath cœperat eius uiolare p̄uinciam: misit ad regem Damascenor⁹ legatos: simul & aurū & argentum: petens ab eo solatium: & cōmemorans quia amicitiam antiquitus habuissent. Ille uero & pecuniar⁹ opulentiam grate suscepit: & solatia præbuit: soluens amicitiā quā habuerat cum Baasa: misitq; ad ciuitates quæ Baasan uidebant īperio subiacere: ut eas affligeret. Qui alias qdem īcenderūt: alias populati sūt. Ideſt Eleō: & Abella: & alias multas. Hæc audiēs rex Israhelitar⁹: edificare quidē Ramath atq; munire cessauit: reuerti uero cum studio festinauit: ut propriis ferret auxilium. Igitur Asa ex apparatu edificiorum quem Baasa congregauerat cōstruxit in eo loco duas fortissimas ciuitates: quarum altera Gabaa: altera uero Maspha uocabatur,

Quia:generatione Baasa pẽpta:regnauit sup Israhelitas Amari:& post eũ filiꝰ eiꝰ Achab. CA. IX.

ET post hoc ipſ nõ habuit iam Baasa pugnãdi aduersus Asa. Peréptus ẽ enī a Creone: & sepultꝰ i ciuitate Thersa:cui succeſſit filius Helan. Hic cũ regnasset duobus ānis defũctus é:quẽ occidit Zamarias equoꝝ ordinis dimidii priceps. Nã dũ epularet apud diſpẽſatorẽ ſuũ noie Osa:ſuasit qbusdã equitibus ut ſubito deſerentibus cũ armigeris & principibus:deſolatũ reperiẽtes occiderẽt. Illi nãq; cũcti circa obſeſſionẽ Gabathenæ ciuitatis i Palæſtina poſitæ occupati uidebant. Perimẽs itaq; Helã regẽ princeps equoꝝ Zamarias: ipſe regnauit:& omne Baasan genus ſecũdũ prophetiã Gimon iteremit. Eodẽ nãq; mõ eius domus propter impietatem radicitus eſt euulſa:ſicut genus Hieroboã piſſe deſcripſimus. Exercitus q Gabathon obſidebat audiẽs qđ de rege cõtigerat:& ꝙ Zamarias occidẽs eũ inuaſiſſet īperiũ:& ipſi prici pẽ ſuũ Amari cõſtituere regẽ. Qui a Gabathena urbe mouens exercitũ:uenit:in Therſa:& accedens ad ciuitatẽ:manu bellica eã cœpit. Zamarias aũt uidẽs ciuitatẽ ſuiſſe detẽtã:fugit ad locum aulæ regiæ ſecretiorẽ:& ſuccedẽs eã ſemetipſũ pariter cõcremauit:cũ regnaſſet diebus ſeptẽ. Moxq; Iſraheliteꝝ diuiſus ẽ populus:& alii quidẽ Themã regnare uolebãt:alii aũt Amari. Cũq; uiciſſet ps Amari:interẽptus ẽ Themã:& i toto exercitu regnauit Amari. Triceſimo aũt ãno regis Aſa:Amari ſuſcepit īperiũ:& tenuit ānis duodecī. Quoꝝ quidẽ ſex ānis in Therſa fecit:reliquos autẽ in ciuitate eã q̃ Mareõ appellatur a grœcis uero Samaria. Hic aũt noīauit eam Somareõ a Somaro quodã:q ei mõtẽ uenũdauerat:in quo ciuitatẽ conſtituerat. In nullo ãt differebat a ſtudiis prioꝝ regnũ:niſi ꝙ peior erat:oẽs enim quærebant modũ:quatenus ſuis īpietatibus quotidie populũ facerent a deo recedere:& propterea extinxit eos:& nullũ permiſit ex eoꝝ genere ſupeſſe. Et is ergo defunctus ẽ in Samaria ſucceſſitq; ei filius Achab. Ex his nãq; cognoſcit:quãta prouidentiã humanaꝝ rerum probat habere diuinitas:& qũo bonos quidẽ diligat:malos autẽ abhorret:& a radice diſperdet. Iſrahelitarũ denicq; reges ꝓpter ſuã iniquitatẽ & iuſtitiã alter ſup alterum irruentes multi paruo tempore perierunt:& eorum genus exterminatũ eſt.

Qũo regnãte Achab ꝓphetauit Helyas:& de ſignis q̃ fecit:& qa diſcipulũ elegit eliſeũ. CA. X.

ASa aũt rex Hieroſolymoꝝ q duabus tribubus ꝓſidebat:& propter pietatẽ atq; iuſtitiã ad longã fœlicẽq; a deo ꝓductus ẽ ſenectutẽ:& cũ regnaſſet quadragīta duobus ānis: bona morte defũctus ẽ. Quo moriẽte ſucceſſit ei filius Ioſaphat:de Abida matre procreatus. Hũc aũt imitatorẽ ꝓ aui ſui Dauid pietate atq; fortitudine cũcti ipſis operibus decreuerũt. Sed de hoc rege nõ ẽ modo referẽdi neceſſitas. Igiſ Achab Iſrahelitaꝝ rex habitabat i Samaria:tenuitq; principatũ ānis uigīti:& mẽſibus duobus:nihil âplius renouãs:q̃ priſci fecerãt reges:niſi ꝙ mali magnitudine tẽderet ad peiora:ſupans oẽm eoꝝ neqtiã:& qđ ad diuinã ptineret iuriã uiuaciter imitatus:& ꝑcipue cõſtructas adorauit uitulas:& ſup hæc alia peiora molitus ẽ. Duxit uero uxorẽ filiã Ionabal regis Tyri & Sydonis noīe Iezabel:p q̃ didicit eius adorare deos. Erat enī mulier nimis acerrima ſimul & audax. Quæ ad tãtã uẽit luxuriã atq; uæſaniã:ut etiã deo tyri & Sydonis quẽ Baal appellabãt tẽplũ edificaret:& plãtaret oīum arboꝝ lucos. Cõſtituit aũt & ſacerdotes:falſoſq; ꝓphetas huic deo ſeruituros. Sed & ipſe rex multos huiuſmõi circa ſe fouebat: ſtultitia atq; neqtia omnes priores ſuos excellẽs. Quidã igiſ ꝓpheta ſummi dei de ciuitate Theſbites Galaditidis regionis ueniẽs ad Achab:dixit ei. Quia dixerit deus:neq; imbrẽ:neq; ros illis ānis in ea ꝓuincia ſe miſſuꝝ:niſi ipſe rurſus apparuiſſet. Et in his dictis cũ iuraſſet acceſſit ad partes auſtrales:& habitabat circa torrentem quẽdã:unde poculi habebat auxiliũ:nã corui cibum ei quotidie deferebãt. Cũq; fluuius ſiccitate nimia defeciſſet:in ciuitatẽ Sareptã non ꝓcul a Sydone Tyroq; deuenit:q̃ ciuitas in haꝝ medio cõſtituta eſt. Deus enī ꝑcepat cuidã illic mulieri uiduæ:ut cibũ ei præberet:Cũq; non ꝓcul eẽt a porta:uidit mulierẽ uiduã ſibimet colligẽtẽ ligna. Cui cũ deus ſignificaſſet hanc eſſe q̃ ei cibũ miniſtraturā foret:accedẽs ſalutauit eã:& ad bibendũ aquã ſibi tribui poſtulabat. Quæ cũ procederet:denuo uocans eam:etiam panẽ ſibi poſſit afferri. Illa cum iuraſſet nihil ſe intus in domo habere:niſi modicũ farinæ & paululũ olei:& ꝓpterea prexiſſe ad colligẽda ligna:ut cõſperſa farina:ſibi ſuoq; filio panes faceret:quibus expenſis cum aliud nihil ſupeſſet ut fame moreꝛẽtur:ait ꝓpheta. Cõfidens pge:& ſpe meliori conſiſte:faciẽs primitus mihi paululũ deſer. Prædico nãq; ꝙ non tibi deficiet hidria farinæ:neq; uas olei:donec dei gratia imbrẽ fundat in terras. Hæc ei dicente ꝓpheta:ueniẽs ea quæ dixerat fecit. Et ipſa habuit paululũ:& ex hoc filio miniſtrauit pter & prophetæ:nihilq; horum defuit eis:donec ſiccitas defecerat. Meminit etiam ſiccitatis & Menãder in geſtis Ithobali Tyriorum regis ita dicens. Et ſiccitas ſuper eos facta eſt a menſe Hyperberetæo uſq; ad aliumanimum Hyperberetæi. Qui dum deo ſupplicaret multa flumina ſunt emiſſa. Iiq; ciuitatẽ Botrã edificauit in phœnice & Aazon in bliphſa. Et hoc quidẽ ait:ſub achab factam ſignificãs ſiccitatẽ. Hoc enī tpe Ithabalus cuius menãder fecit mẽtionem:regnauit in tyro. Mulier itaq; quã paulo ante diximus pabulũ ꝓphetæ prebuiſſe:cum cecidiſſet eius filius in languorem:ita ut iam dimitteret & mortuus eſſe uideretur:deflens & manibus ſemetipſam ualde diſcerpẽs:uoceſq; quas dictabat luctus emittens:accuſabat apud ſe ꝓpheta præſente factã iniuriã:quaſi ipſe peccata eius argueret:& ideo puer fuiſſet extinctus. Ille uero eam equo aio eẽ ꝓcipiẽs ſibi filiũ cõtradi dicẽs:uiuũ le eũ reſti-

tuere promiſit. Q ua tradente:portans ēum ad locum in quo ipſe degebat & in lectulo collocans: clamabat ad deum dicens:q̄ non fuiſſet bene mulieri repenſatum q̄ illum ſuſceperat & nutrierat:cū eius filius eſſet ablatus:rogabatq̄ ut denuo aīam puer reciperet atq̄ uiuendi copia præberetur. Cūq̄ deus & matris habuiſſet miſericordiam:& uellet precibus prophetæ rogantis annuere:ne uideretur ad eam pro læſione ueniſſe :continuo ultra omnem opinionē reuixit puer. Illa uero gratias prophe tæ referens:tunc aperte ſe cognouiſſe dicebat q̄ loqueretur ei uere diuinitas. Tranſacto itaq̄ puo tē pore:ex uoluntate dei pergebat ad regem Achab ei nunciaturus imbrē. Aerumna enim & neceſſari orum inopia prouinciam nimis inuaſerat:ita ut non ſolum homines propter ſiccitatem:ſed etiam cætera animalia fames afficeret. Rex igitur reuocans quendam Abdiā:qui erat ſuper eius iumenta: dixit ei:ut ad fontes aquarum & torrentes pergeret:quatenus paſcua animalibus inueniret. Qui dū iam miſiſſet in cunctum orbem terrarum:ad querendum prophetam Helyam:nec inueniſſet:præce pit ut eum etiam ipſe requireret. Q uod dum fieri placuiſſet:& rex & Abdias per ſingula itinera pre xerunt. Contigerat itaq̄ tēpore quo Iezabel regina prophetas domini occiderat:ut cētum prophe tas iſte in ſpeluncis abſconderet:eoſq̄ ſolūmodo pane & aqua nutriret. Cū igitur Abdias receſſiſſet a rege:propheta ei Helyas occurrit. A quo requiſitus quis eſſet:& agnoſcēs eſſe prophetam protinus adorauit. Cui propheta:pgē inquit ad regem:& dic quomodo adſum. Cui ille reſpondit. Quid ma li paſſus a me:illic me dirigis:quo poſſim indubitanter occidi. An ignoras:qūo nullum reliquit lo cum rex:quo non dixerit:ut te reptum ad caſum necis adducat. Præcauebat enim:ne dum regi nun ciaret:Helya alibi diſcedente:mētiri uideretur:ac morti ſuccūberet:cōmemorabatq̄ ei quēadmodū cum Iezabel prophetas occideret:centum ipſe abſcōſos:& multos alios in ſpelæo liberaſſet. Cui pro pheta:nihil metuēs inquit ad regem feſtinus accede:præbuitq̄ ei iuſiurandi religionē:qūo illa die ad Achab ipſe quoq̄ ueniret. Dūq̄ regi nūciaſſet:q̄ uidiſſet Helyā:& mox occurrit Achab:requirēs cū ira grādi:ſi ipſe eſſet qui in populo Hæbreoꝝ ipietatis auctor exiſteret. Tūc propheta in nullo for midans ait:eum potius mala omnia ppetraſſe:eiuſq̄ genus qui in ilam prouinciā deos alienos itro duxiſſet:ac deū q ſolus ē reliqſſet. Sed nūc iquit oēm populū ad mōtē carmelū precipe congregari necnon prophetas tuos piter & uxoris tuæ quocūq̄ ſunt numero:prophetaſq̄ lucorū q̄ſi quadrigē tos. Qui dū oēs ad præfatū montē Achab euocante ueniſſent:ſtans in medio eoꝝ Helyas ait. Q uo uſq̄ diuiſam mētē & uoluntates habētes in hac cōuerſatione cōſiſtitis. Siquidē putatis noſtræ puī ciæ deū ueꝝ & ſolū:eū ſequimini eiuſq̄ mandata ſeruate:ſi uero hoc non exiſtimatis:ſed pegrinos creditis & illis exhibenda etiam putatis eſſe culturam:eis nihilominus obedite. Cūq̄ nihil populus ad talia reſponderet:petit Helyas pro experimēto fortitudinis alienoꝝ deoꝝ:& ſui cuius remāſerat ſolus ipſe propheta cū illorū eſſet numero quadrigēti:ut ſumeret bouē:& eū occiſum ſup altare po neret:nequaq̄ igne ſuppoſito:ſimiliter etiam illos faciētes proprios deos inuocare:quatenus eorum hoſtias cōcremarēt:hoc inquit facto cognoſcetis ueram dei præualere naturā. Q uod dū placuiſſet ait Helyas:ut eligētes bouē illi prius occiderēt:& deos proprios inuocarēt. Quorū dū non audiret oratio:deridēs Helyas magna eos uoce ad deos ſuos clamare monebat:quia aut profecti aliquo fu iſſent:aut forte dormirēt. Illis autē a matutino uſq̄ ad diē mediam hoc faciētibus:& ſemetipſos mo re patrio cultris & gladiis incidētibus:& nihil agētibus cum ipſe eſſet iam hoſtias oblaturus:illos q dem abire præcepit:populum uero ī proximo iuſſit accedere:ut uiderēt & cuſtodirēt eum:ne lignis ignem latenter immitteret. Cūq̄ populus acceſſiſſet:ſumens.xii.lapides.ſecundum tribus Hæbraicī populi:conſtituit ex eis altare:& circam illud fecit foueam ualde profundam:& impoſuit ligna ſup altare:& eis ſuperpoſuit hoſtias:præceptiq̄ ut quattuor hydriæ de fonte completæ deferentur ſup altare:donec fouea quæ aquam ſparſam exaltari ſuſcipiebat:impleta maneret. Quo facto:cœpit ora re deum:atq̄ clamare:ut erranti populo multo iam tempore:ſuam manifeſtam faceret poteſtatem. Cūq̄ hoc dixiſſet:repēte ignis de cælo uidente populo cecidit ſuper aram:& conſumpſit hoſtias uni uerſas:ita ut etiam aqua ipſa concremaretur & locus ad cinerem uſq̄ perduceretur:& hactenus ita p durat. Hoc uidentes Iſrahelitæ ceciderunt in terram & adorauerunt unum deum:ſolum:maximum uerumq̄ clamantes:alios uero falaciter ſe & uana opinione coluiſſe. Tunc compræhendentes pro phetas ſuos & cunctos Hælya præcipiente peremerunt. Dixitq̄ propheta regi. Perge ad conuiuium tuum:nihil decetero cogitans:poſt paululum nāq̄ adeo imbrem largiſſimum uidebis effundi. Igi tur Achab poſt hæc uerba diſceſſit:Helyas autem in culmen carmeli montis aſcendens:poſitis in terra genibus:eiſq̄ coniungens caput orauit. Q uo facto iuſſit ut eius meniſter pergens in quēdam ſcopulum ad mare reſpiceret:& ſi aliunde nubem ſuſcitari uideret:& referret. Tunc etenim erat aer ualde puriſſimus & ſerenitate perſpicuus. Q uo aſcendente ſæpius:nihilq̄ uidere ſe dicente:dum ſepties hoc feciſſe t:ait ſe uidere aerem aliquo modo non tamen amplius quam unius hominis ueſti gio nigreſcentē. Q uod dum audiſſet Helyas:miſit ad Achab iubens:ut ad ciuitatem citius abiret: antequam imber prorumperet. Q ui mox in urbem Iezrahel feſtinus aduenit. Tunc repente ſiqui dem aere obducto caligine & nubibus adoperto ſpecie uehemens ortus eſt & ubertimus himber effuſus. Propheta uero diuinitus inſpiratus:ante currum regis ad ciuitatem Iezrahel uſque perre xit. Audiēs itaq̄ uxor Achab Iezabel:& ſigna quæ fuerāt ab Helya celebrata:& q̄ pphetas eius iteri-

meret:indignata misit ad eum nuncios:& per eos interminata est se eum ita interfecturum:sicut p-diderat ille eius prophetas. Tũc formidans Helyas:fugit in ciuitatem nomine Bersabee:hæc est aũt in ultimo sortis Iudæ.i terra Idumæoꝝ:quo reliquens suũ ministrũ:abscessit i heremũ:& orauit ut moreret:non eni se melioꝝ esse patrũ dicẽs:ut illis perditis ipse uiuere aliquatenus exoptaret. Quo facto:circa quandam arboꝝ obdormiuit.Et cũ eum aliquis excitasset:surgẽs inuenit cibũ:& aquã. Comedens autem & percipiens ex illius cibi refectione uirtutem:uenit ad montem Syna:ubi Moy-ses leges a deo dicitur accepisse:inuenienſq; in eo speluncam quandam:ingressus in eam cõmorabat Cũq; eum uox quædam ex incerto facta requireret:ut quid illic adeet:& cur relinq̃ret ciuitatem:ait: eo q̃ occidissent prophetas alienigenaꝝ deoꝝ:& populo cõprobasset:quia unus sit deus quẽ ab ini-tio coluissent:& ob hoc ad supplicium q̃reret a regis uxore.Rursus aũt audiens ut sub diuũ ꝓcede-ret:& qd oporteret fieri altera die cognosceret:ex spelunca digressus est:& facto subito terræmotu: splendoꝝ fulgentis ignis inspexit:factoq; silentio uox diuina nequaq̃ eum timere præcepit:quem nullus derinere posset inimicus:iussitq; ut domum reuertens:ungeret populo regem Hieu:nam si fi-lium in Damasco uero Syriæ Azahel:pro se autem prophetam constitueret Helisẽũ de ciuitate Abe la:ut totius impios populi perimeret:alios quidem Azahel:alios autem Hieu:Hæc audiens Helyas ad regionẽ reuersus est Hæbreorum:& inueniens Helyseum filium Saphat arantem:& cum eodem alios usq; ad iuga duodecim accedẽs:proiecit super eum pallium suum.Helyseus autem cœpit pro-phetare:& relictis bobus secutus est eum:rogans eum ut permitteret:quatenus parentes proprios sa luaret.Q uo iubẽte ut faceret:ualedicens eis secutus est:& fuit Helyæ cuncto tempore eius uitæ di-scipulus:& minister.De hoc itaq; propheta hæc dixisse sufficiat.

De morte Naboth & agri ei⁹ possessiõe iusta:& qa Adath damasci & Syriæ rex secũdo Zahab pu-gnauit & uictus est:& de religione seu gloria Iosaphat regis hierosolymorũ. CAP. XI.

Vidam igitur Naboth de Azan ciuitate regio agro uicinus:rogante rege ut ei uicinũ agrum quoliber precio uenundaret:quatenus eo cõiuncto possessionem faceret poti orem qui si nollet pecunias:acciperet ex eius agris quem uellet eligere:Naboth dicẽ-te:hoc se facere nolle:sed paternam fortẽ eligere ac possidere contristatus rex:q; alie num prædium nõ posset accipere:neq; lauacris usus est:neq; cibis.Iezabel autem uxor sua requisiuit:cur ita tribularetur:cum neq; balnea:neq; prandium appeteret:neq; cœnam narrauit ei Naboth superbiam:& quia dum præ mansuetis sermonibus & inferioribus a regia dignitate lo-cutus ei fuisset:non impetrando quæ popoſcerat:pertulisset iniuriam. Illa uero rogabat:ut pusilla-nimitate tristiciaq; recederet:suo corpori solenniter prouideret:se dicens de Naboth supplicio co-gitare.Quæ misit litteras ad iudicem Israhelitarum ex nomine Achab:iub ẽs ut ieiunarent omnes: & habitõ conuentu:Naboth facerent præsidere:cum utique insignis esset genere & instruerent tres quosdam uiros audaces:qui contra eum testimonium quasi deum blasphemasset & regem : & hoc modo perimeretur.Naboth itaque secundum scripta reginæ & testimonio contra se perhibito q̃-si deum blasphemasset & regem:lapidatus & mortuus est Audiens autem hæc Iezabel:ad regem in-gressa mox est:eiq; dixit:ut uineam Naboth gratis acciperet . Achab autem lætatus in his quæ acta sunt:exiliens e lecto:pergebat uineam Naboth inspecturus.In hoc idignatus deus: misit prophetam Helyam ad agrum Naboth:quatenus ad Achab accederet:eique de his quæ fuerant gesta loquere-tur& q̃ occidens uerum dominum agri:ipse illius hereditatem possideret iniuste.Cunque uenisset ad eum:dicente rege quid uellet : ait quia peccato pollutum eum inuenisset:in illo loco in quo Na both mortuus a canibus uidebatur fuisse deuoratus : eius sanguinem & uxoris fundendum: & om-ne genus eius esse periturum:eo q̃ huiusmodi impietates effecerint : & contra leges patrias ciuem iniuste peremerint.Contristatus autem Achab:& penitentiam agens:ingressus est:& indutus sacco nudis pedibus ambulabat:non appetens penitus cibum:& peccata sua confitẽs:& deum hoc modo placare contendẽs.Tunc deus prophetæ dixit:Achab quidem uiuẽte:eius generis differendum eẽ supplicium: sed eius filii temporibus inferendum . Et hæc quidem Helyas regi dixit : & abisse sit. His itaque temporibus Adadus filius Adadi regis Syriæ & Damasci:collecto prouinciæ totius exer citu & triginta duorum regum solatiis habitantium trans Euſraten:contra Achab castrametatus é. ille uero cum par non esset exercitu ad dimicandum nõ præsumpsit accedere: sed omnia necessaria in ciuitatibus munitis includens :ipse mansit in Samaria.Habebat eni hæc muros ualde fortissimos: & erat expugnabilis obsidentibus.Rex uero Syrorum exercitu sumpto uenit ad Samariam:& ob-sidens eam preconem misit ad Achab: petens : ut eius legatos susciperet:& quid uellent agnosceret. Quod dum rex Israhelitarum fieri permisisset:ueniẽtes legati ante regem dixerunt:diuitias filios & uxores Achab Adado regi dandas:& si promitteret hæc ita faciendа:ut tolleret horum quæcunque uellet:castra solueret : & ab obsessione cessaret. Achab autem legatis dixit:ut euntes suo dicerent regi:quia & ipse & omnes eius possessio sorent.Hæc illis renũciantibus : misit denuo dicens : altera dæ missurum se famu os : qui eius regalia perscrutarentur : & amicorũ & cognatorum domos: & quicquid in eis optimum reperi rent auferrent: & quæ displicerent : sola relinquerent.Achab itaq; secunda legatione Syrorum regis uehementer affectus:collecto populo in ecclesiam dixit:qa ipſ

quidem paratus fuerit pro ſalute & pace cunctorũ & uxores ſuas:& filios & omnem dare poſſeſſionem:& quia hæc Syrorum prima legatione queſiſſet núc inquit denuo miſſa legatione petit perſcrutandas domos:ut quicquid in eis optimum inuenire poſſit auferat:& occaſionem hanc machinãs ad pugnam:& ſciens quia meis rebus non peperciſſet:ad ueſtras acceſſit:ego uero quod uobis placuerit exhibeo.Populus autem reſpondit:ei non obediendum:ſed potius contemnẽdum eſſe:& ad pugnandum ſe præparatos exiſtere. Legatis itaq; rex reſpondit:ut abeuntes dicerent:quia primæ qdem petitioni eſſet paratus obedire manere aũt pro ciuium ſecuritate ſe ſollicitũ dicẽs:nec ſe cũdã petitionẽ poſſe ĩplere:dimiſit eos. Adadus aũt audiẽs hæc potius indignatus:tertiã legationẽ miſit ad Achab iterminando atq; dicendo:q; altiorem terræ congerie muris de qbus ille præſumebat erigeret:ſingulos terræ pugillos de exercitu eius unuſquiſq; portaret:& his eum interminationibus dererrebat. Achab aũt reſpondente quia non deberet gloriari qui eſſet accinctus:ſed qui bello ſuperior demonſtratus:legati ueniẽtes: & regẽ cũ triginta duobus regibus qui in eius ſolatio uenerant inueniẽtes in epulis:ei renũciauerũt reſpõſum. At ille repẽte p̃cepit circundari ciuitatẽ:& agger es circa eam extolli:& nullo modo obſeſſionem relĩqui. Achab autẽ his geſtis:erat cum omni populo in anguſtia conſtitutus. Tunc tamen ſecurior factus eſt:a formidineq; releuatus: cum ad eum quidem propheta ueniret atq; dixiſſet:promiſiſſe deum:ut tanta hoſtium milia eius ditioni contraderet. Quo requirẽte p quos hæc uictoria proueniret:p filios inquit pricipũ:te ſcilicet eorum impietiam præcedẽte. Conuocans autem filios principum rex:inuenit quaſi centum trigintaduos:agnoſcenſq; Syrum ad conuiuium fuiſſe conuerſum:aperiens portas:filios principum mox emiſit. Explo ratoribus autem renunciantibus Adado quid gereretur:deſtinauit qui eis occurrerent percipiẽs ut ſi quidem ad prælium uenirent:eos ad ſe ligatos adducerent:ſi uero pacifici eſſent:idem efficerent. Achab autem exercitum habuit alium intra murum in ſubſidiis. Porro filii principum congreſſi ſyrorum cuſtodibus:multos eorum interemerunt:& alios uſq; ad caſtra ſecuti ſunt. Vidẽs autem eos rex Iſrahelitarum:uincentes:etiam alium exercitum dimiſit exire. Q ui repente in Syros irruentes: præualuerunt eis. Non enim Syri ſperabant eos ſuper ſe ſic inopinabiliter fuiſſe uenturos. Q uos propterea inuenientes nudos & ebrios:ita perſecuti ſunt:ut illi etiam relinquerent fugientes:& uix in equo rex potuiſſet euadere. Achab autem multos in itinere perſecutos interfecit ſyrorum:& eorum caſtra diripuit:& inueniens in eis diuitias auri & argẽti non paruas & currum Adadi:& equos quæ ſumens in ciuitatem denuo remeauit. Dicente uero propheta:ut præpararet exercitum:quia futuro anno denuo ſup eum Syri reuerterẽtur: Achab in ciuitate hæc agebat. Adad autem cum quãto potuit exercitu de prælio liberatus:cum amicis propriis cogitabat:quemadmodum cum Iſrahelitis denuo dimicaret. Q ui in montibus equidem non pugnandum eẽ dixerunt:quaſi deus eorum in locis talibus præualeret:& propterea tunc ab eis eſſent uicti:ſed ſi in campo gererent bella deuincerent. Super hoc conſilium dabant:ut reges qui uenerunt in ſolatium:ad propria remeare dimitteret:& eorum exercitum ad prælium retinens:ſatrapas ordinarer:& in loco occiſorum exercitum de prouincia eorum eligeret:& equos:curruſq; ſuppleret. Credens hæc ſibi bene fuiſſe dicta rex Syrorum:diſponebat exercitum:ueriſq; tempore caſtra mouens:accedebat ſuper Hæbreos:uenienſq; in ciuitatem Apheca:in magno campo caſtra conſtituit. Achab uero occurrens ei cum ſua uirtute e diuerſo tabernacula ſua fixit. Erat autem quantum ad Syrum paruus ualde eius exercitus. Tunc rurſus acceſſit ad eum propheta:& uictoriam deum dare promiſit:ſuamq; uirtutem oſtendere:qui non ſolum in montibus:ſed etiam in campis uictor exiſteret:quod apud Syros non ita conſtaret. Igitur diebus ſeptem caſtris poſitis quieſcebant ſeptima uero diluculo præcedentibus hoſtibus aciemq; conſtituentibus:ad pugnandum e diuerſo :& Achab ſuum egit exercitum. Tunc congreſſi robuſtiſſima dimicatione commiſſa:hoſtes conuertit in fugam & ad eorum interitum proſequens imminebat. Illi uero ſuis curribus impediti ab inuicem ſunt extincti:pauciq; diffugere ualuerunt in ciuitatem Aphecath. Sed & ipſi ſunt mortui:muris enim cadentibus ſuper eos uigintiſeptem milia defecerunt. In prælio autem centum milia ſunt occiſa. Rex autem Syrorum Adadus fugiens cum quibuſdam fideliſſimis ſeruulorum ſubterraneo loco eſt celatus. Cui dum dixiſſent ſerui:quia clementes eſſent & miſericordes Iſrahelitæ:& poſſent modo conſueto roganti ſalutem ei conferre:ſi euntes rogarent Achab:dimiſit eos hoc agere. Tunc illi induti ſaccis & reſtibus capita ſua alligantes:ſic enim olim captiui rogabant Syri:ad Achab uenerunt petentes eũ:ut Adadus rex mereretur ſalutem:quæ gratia eius proprius foret ſeruus. Ille uero dicens:ſe libenter eum ſuſcipere ſi uiueret nec in prælio defeciſſet:honorem quoq; atq; deuotiõem exhibiturum ſe ei ut fratri debitam promiſit. Tunc illi accipiẽtes iuſiurandum:ut nihil pateretur aduerſum:eduxerunt eum de loco:in quo uidebatur eſſe celatus:& ſedenti in curru Achab obtulerunt. Q ui cum adoraſſet eum:dans ei Achab dexteram leuauit eum in currum:& oſculatus eſt eum:uſſitq; eſſe ſecurum:dicẽs:ut nihil mali deberet decetero formidare. Adad aũt gratias egit:& nullo tẽpore ſe obliuiſci hæc beneficia compromiſit:ſed etiam ciuitates Iſrahelitarum quas abſtulerant reges ante eum redditurum ſe dixit & Damaſcum:ut ita rex Hæbreorum egrederetur ad ſua:ſicut maiores eor; i Samariam. Celebratis itaq; federibus iter eos Achab multis muneribus donatum Adadum.ad propriũ dimiſit imperiũ. Igit bellũ

Adadi regis Syroꝝ:quod habuit aduerſus Achab:& Iſrahelitas:hoc mō terminatū ē.Interea qdā ꝓpheta noīe micheas:accedens ad unum Iſrahelitaꝝ:petit ut eū in capite pro uoluntate dei ꝓcuteret. Quo nolente:ꝑdixit ei:quia eo ꝙ inobediens eſſet deo:eiuſq; ꝓcepto:leone occurrente perimeret. Quod dū illi hoī cōtigiſſet:acceſſit ꝓpheta rurſus ad aliū:& idē ut faceret impauit.Qui dū ꝓcuſſiſſet eū & eius uerticē crucitaſſet:alligato capite acceſſit ad regē dicēs:qa dū eſſet in exercitu conſtitutus:accepiſſet a quodā tribuno ſeruandū captiuū:ſibiq; ab eo dictū:ut ſi captiuus fugeret: ipſe moreretur:quo fugiente is qui eū tradiderat morte ei minaret inferre.Tūc rndente Achab morte ei ipmi nere iuſtiſſimam:ſoluēs caput agnitus eſt Micheas eſſe ꝓpheta.Hac.n.parabola utebat: propter ſermones quos erat ei dicturus.Ait nāq; qa cū deus ei conceſſiſſet ut ſuppliciū hoſtis euaderet:ipſe inimicum eius Adadum qui deum blaſphemauerat dimiſiſſet:propterea deus decreuiſſet ipſum qdem ab illo perimi:populum uero ab eius exercitus inuaſione conſumi.Iratus ergo Achab prophetæ: illum quidem clauſum ſeruari iuſſit. Confuſus autem Micheæ ſermonibus:ad ſuam domum remeauit. Igitur de Achab hæc dixiſſe ſufficiat. Reuertar autem ad regem Hieroſolymorum Ioſaphat:is enim agens ſuum imperium & exercitum in ciuitatibus:& ſubiectorum prouinciam uniuerſam conſtituens:non minores quam auus eius Abias tempore quo Hieroboam ſuper decem tribus regnauerat munitiones ubiq; collocauit.Habuit enim propiciam & cooperatricem ſibi diuinitatem:cum eſſet iuſtus & pius:& quod boni coram deo facerent:ſingulis diebus inquireret.Honorabant autem eū reges in circuitu conſtituti conferētes pecunias:ita ut diuinitas haberet ampliſſimas:& gloriam ualde preclaram.Anno ſiquidem tertio regni ſui:conuocans prouinciæ principes & ſacerdotes iuſſit ut peragrantes ubiq; omnem populum ſub eo conſtitutum:docerēt per ſingulas ciuitates moſaicas leges:ut eas ſine præuaricatione ſeruarent: & circa eius religionem deuoti ſemper exiſterent. In his etenim cuncta multitudo ita gauiſa eſt:ut nec amplecteretur potius:neque diligeret q̄ ſeruare leges. Sed etiam confines nimis amabant Ioſaphat. Cunq; etiam pacis fœdera celebrarent:eiq; Palæſtini ſolita tributa redderent:& Arabes annis ſingulis miniſtrarent:agnas duo milia & totidem arietes: muniuit maximas ciuitates atq; fortiſſimas:& exercitus in eis contra hoſtes & arma præparauit.Tūc enim erat ei ex tribu quidem iuda armatorum exercitus trecēta milia uirorum:quoꝝ principatum habebat Edorus:Ioannes autem ducentoꝝ milium princeps erat:hos ipſe duxi. Tribum Beniamin habuit Acharius:ducēta milia.Alter aūt princeps militiæ noīe Gozonat:armatoꝝ habebat centum milia:& poſt hos alia cētū milia qui regi fabulant:quos direxit ad munitiſſimas ciuitates is filio ſuo Ioram accepit uxorē filiam Achab:qui decē tribubus impabat:noīe Gotholiam.Cūq; poſt tēpus ad Samariam prexiſſet:opulēter eum Achab ſuſcepit:& populo q eū ſecut⁹ fuerat:claram ualde largita tē hoſpitalitatis exhibuit:ideſt tritici & uini & pecudū ubertatē: rogauitq; ut contra regē Syroꝝ ei ſolatia non negaret:q̄tenus Ramoth ciuitatem in Galaad conſtitutam auferret: q̄ eius patris primo fuerat:& a patre tūc regis Syriæ uideret ablata. Promittēs uero Ioſaphat ſolatia ſe datuꝝ:quamuis non ab illius minor erat eius exercitus:& euocante ex Hieroſolymis ad Samariā ſuū populū:egreſſi foris ciuitatē ambo reges & in ꝓpriis ſolis utriq; reſidētes:ſuū exercitū diſponebāt.Ioſaphat aūt iter hæc iuſſit:ut ſi ꝓphetaꝝ qdam adeſſent:euocati conſulerentur: ſi eſſet eo tēpore prælium contra Syrum agēdum. Fuerat nāq; tunc pax Achab una cum Syro permanens annis tribus:exquo eum poſt captiuitatem dimiſerat ad propria remeare uſq; ad illū diem.Vocās ergo Achab ꝓphetas ſuos quaſi numero q̄dringentos:iuſſit conſulere deū:ſi ei uictoriam contra Adadum pugnandi concederet:& captionem ciuitatis propter quā bellum præpararet inferre.Prophetis autem dicentibus pugnare ſimul & uincere:& Syrum eſſe captiuandum ſicut & prius:intelligens in eorum ſermonibus Ioſaphat quia ſunt falſi prophetæ:requirebat Achab regem:ſi alter aliquis eſſet propheta dei ut certius de futuris agnoſcerent.Achab autem eſſe quendam dixit:ſed inuiſum ſibi hominem:eo ꝙ mala ꝓphetaret: & prædixiſſet eum moritur⁹ a ſyroꝝ rege deuictum:quapropter tūc in cuſtodia teneretur:cuius nomen erat Micheas filius Obedi.Cūq; petiſſet Ioſaphat eū uocari:miſit eunuchum & eduxit eum..Et dum eunuchus iſſet:indicauit ei omnes alios prophetas regi uictoriam prædixiſſe. Ille uero dicens nihil ſe aliud de rege fore dictuꝝ:niſi quod deus in ore eius potuiſſet:cum ueniſſet ad Achab eumq; coniuraſſet:ut id quod uerum eſſet ediceret:ait oſtendiſſe ſibi deum fugientes iſrahelitas:& eſſe in perſecutione Syrorum:& ab eis cunctos diſpergi per montes ſicut greges paſtoribus deſolatos dicebatq; ſignificatum ſibi eo ꝙ alii quidem reuerterentur ad propria:ipſum uero ſolummodo in prælio perimi. Cunq; Micheas hæc dixiſſet.ad Ioſaphat. Achab ait. Nonne pauloante ſignificaui tibi:qualis ſit circa me hominis huius affectus:& quod peſſima prophetaret. Et cum Micheas diceret quod eum oporteret omnia quæ a deo prædicebantur audire:& ꝙ falſi quidem prophetæ eum exacuerent:ut ſpe uictoriæ egrederetur ad bellum:immineret autem caſus eius in prælio erat Achab triſticia remiſſus. Interea Sedechias quidam falſus propheta accedens ad regem ait: non eſſe reſpiciendum Micheam qui nihil diceret ueritatis: & indicio ſimul utebantur: Helyam prophetaſſe in Iezrael ciuitate in agro nathei ſanguinem eius a canibus lambendum:ſicut & nabuthei:qui per eum a populo fuiſſet occiſus. Quibus ab illo ſic prophetatis:Micheam dicebat eſſe mendacem: quando meliori prophetæ dicere uidebatur contraria:& ꝙ rex tertia die moreretur.Cognoſcetis inqt re-

pente:si uera sunt quæ dicit iste:aut si potest spiritus sancti habere uirtutē. Cesus a me palmis nō nocebit meæ manui:sicuti Iadā dextrā regis Hieroboam aridam fecit:dum eū cōprehēdere uoluisset. Hoc enī oībus notū est. Cūq; pcussisset Micheā & nihil fuisset passus confortatus Achab in semetip, so:contra syroꝝ mouit exercitum. Vincebat arbitror illud qđ iminebat:& falsi prophetæ uerba plus q̄ erat ueritas credibiliora faciebat:ut ex occasione pueniretur ad finem. Tunc stans sedechias & faciens cornua ferrea dixit ad Achab:ūnū ei manifestasset deus:in illis omnē syriam subuertendam. Micheа uero dicente:quia Sedechias post non multos dies in cubiculo se celaret & quæreret pœnā declinari sui mendacii:iussit rex Micheam in custodiam duci Amon & Ioas:principum ciuitatis: & nihil aliud amplius ei præter panem & aquam ministrari.

Quomodo Achab contra Syros pugnando deuictus est:& ipse disperiit. CAPI. XII.

IGit Achab & Iosaphat hierosolymoꝝ rex sumētes exercitū:uenerūt in Ramoth Galaditis ciuitatē. Rex uero Syroꝝ audiēs eoꝝ aduētū:suis eis obiecit exercitū:& nō pcul a ramoth castra fixit. Cōstituerūt āt inter se Achab & Iosaphat:ut Achab regiū schema deponeret hierosolymoꝝ rex,ppria stola uestitus astaret in acie. Et illi q micheæ dicta cōtēpserat:pter habitū regiū & qđ debebat euēit. Adad nāq; syriæ exercitui præcepat uniuerso post principes suos:ut nullū aliū pimerēt:nisi tātūmō israhelitaꝝ regē. Syri uero scā cōgressiōe uidētes añ aciē regē Iosaphat astatē:& eū credētes eē regē achab:ipetū fecerūt: eūq; circūdederunt. Dūq; appropiquātes ipm nō eē cognoscerēt:recessere post tergū. Ab ortu nāq; diei usq; ad uesperā pugnātes:& pualēte mādato regis neminē occiderūt:q̄rētes Achab iterficere solū: & inuēire nequerunt. Quidā uero Adadi regis puer noīe Adā cū sagitasset iter hostes:regē Achab p loricā in pulmone pcussit. At ille casum suum exercitui māifestare noluit:ne timore cōuerteret i fugam: sed aurigæ pcepit:ut cōuerso curru a plio declinaret. Grauiter enī & mortaliter fuerat sagittatus: & usq; ad occasum solis factus exanguis iteriit. Igit syroꝝ exercitus nocte supueniēte signum dante pcone discessit a castris:& agnoscētes cuncti mortuū Achab:ad ppria sunt reuersi. Corp⁹ autē Achab sui ad Samariā referētes sepelierūt currūq; ei⁹ abluerunt i Iazara fōte Samariæ regis sanguīe cruētatum:& tunc cognouerunt Heliæ pphetiā fuisse ueram. Canes nanq; ei⁹ lixerunt sanguinem:& meretrices ad fontem qđ erat reliquum diluerūt. Mortu⁹ est nanq; in Ramoth:michea hunc pdicente casum. Dū ergo hæc Achab regi a duob⁹ pphetis pdicta uideat. oportet magnam iudicari diuinitatē:& honorari semp & coli:& q̄ uera fūt recipi:quam ea q̄p cuiusq̄ libidīe dūr cōpleti & arbitrandū:q; nihil utilius ē q̄ uiroꝝ talium pntia:pbente scām deo:qđ unusq̄sq; debeat obseruare:& cogitandum ex his q̄ regi puenerunt:qa qđ debet neq; dum pscitum fuerit euitat:sed repit in aias hoium iutili spe blandiendo:& hoc mō seducēdo:donec a deo debita passio compleatur. Hoc ergo mō uidet etiam Achab deceptus:ut pdicentibus qdem pditionē suam non crederet:prophetantibus autem ea quæ delectabatur de se credendo moreretur. Cui Ochozias successit filius in regnum.

Continet hic liber tempus annorum centum quinquaginta:& mensium.vi.

Incipit liber.viiii.antiquitatis iudaicæ.

Quemadmodum castrametatus est Iosaphat contra Moabitas:& domino pugnante mirabiliter sine prælio uicerit eos. CAPI. I.

IOsaphat itaq; rege ad Hierosolimam remeāte:post bellū quo solatiū pbuerat Achab cōtra Adadū regē Syroꝝ:sicut pdixim⁹: occurrēs hieu,ppheta culpauit eū:cur Achab solatia pbuisset:hoī impio piter & malignō:deū dicens molestе qđē hoc ptulisse:sed licet peccasset ualde:tñ pp naturā ei⁹ optimā:ab īcursu hostiū pepcisse. Et tūc qđē ad gratiaꝝ actionē rex & ad sacrificia dei cōuersus ē. Post hæc aūt cœpit oēm suā,puiciam circuire:& populū edocere ut leges p Moysen a deo datas oīo seruarēt:& pietatē circa deū mihilomin⁹ exhiberēt. Cōstituēsq; iudices i unaquaq; sui ipii ciuitate:pcepit ut,p nulla re ita cogitarēt:q̄ ut iusticiā populis exhiberēt:& neq; munera:nec cuiuspiā dignitatē pp iudiciale scīm aut diuitias aut genus cōsiderarent:sed oībus equa iura tribuerēt:sciētes qa etiam quæ occulte gerunt:a deo non ignorant. Hæc cum docuisset in unaquaq; ciuitate duaꝝ tribuum:in Hierosolymam denuo remeauit: constituitq; ēt ibi iudices a sacerdotibus:& leuitis:atq; primatibus: monens: ut diligenter & iusta iusticia cuncta disponerēt:sin aūt de reb⁹ maiorib⁹ qdā contribulium ex aliis ciuitatibus eos consuleret:cum maximo studio eis & iustissime rīderent:quando rectum deberet esse iudiciū in ea ciuitate constitutum:ubi & templū dei & habitaculum erat impatoris. Hoꝝ aūt principes constituit Amasiam sacerdotem:& Sabadiam qui erat de tribu Iuda. Rex igit hoc mō cuncta disposuit. Eo nāq; tpe castrametati sunt aduersus eū Ammonitæ & Moabitæ:sumentes secum Arabum maximam legionem & castra posuerunt apud Gaddi ciuitatem quæ est circa paludem Affaltidem trecentis stadiis pcul ab hierosolymis:in qua nascitur palma præcipua simul & opobalsamum. Audiens autē Iosaphat:quō hostes transeuntes paludem:in eius puinciā deuenissent:& metuens:conuocauit in cetu populum Hierosolymorum in diuino sacrario: & stans contra faciē templi orabat: & inuocabat deū ut sibi suum auxilium præberet & robur:quatenus hostibus præualeret:dum & is qui templum ipsum edificaue-

rat hoc rogaſſet:ut ipſe contra hoſtes dimicaret:& præſumentes contra eos manus inſerre comprimeret q utiq; ob hoc uenerũt:ut terram quã eis ipſe præbuerat:molirent auferre. Hæc aũt orauit deflẽs:ſimul & populus uniuerſis cum uxoribus atq; filiis ſupplicauerũt. Quo facto:quidam Iezel prophera progreſſus in medium cetum:clamauit ad populum dicens & regem:quia deus eorum preces audiſſet:& contra hoſtes ſine dubio debuiſſet dimicaſ:præcepitq; ut altero die electo exercitu occurrerent hoſtibus:eoſq; inuenirent ab Hieroſolyma in aſcenſu Gaddi:qui lucis dicitur culmen:& contra eos quidem non dimicarent:ſed tantummodo ſtarent:uidentes quomodo diuinitas eos expugnaret. Hæc uero dicente propheta:rex equidem & populus in terra proſtratus: deo gratias retulerunt:Leuitæ autem in organis ſolennibus inceſſanter dicebant hymnos. Die itaq; facto:procedens rex in deſertũ ſub ciuitate Thecua:dixit ad populum quia oporteret prophetæ audire uerbum: & ad bellũ die illa non congredi:ſed proponi debere ſacerdotes cum tubis & leuitas ut hymnũ dicentes: ſic deo gratias agerent:quaſi Hæbreorũ prouinciam ab hoſtibus liberaſſet. Placuit ſententia regis:& q̃ præceperat agebant. Deus aũt terrorem maximũ & tumultũ ſup Ammonitas immiſit: & credentes inter ſe hoſtes ſuos:mutuis ſe uulneribꝰ occiderũt:ita ut ex tanta militia nullus penitus euaſiſſet. Ioſaphat aũt reſpiciens in conuallem:ubi hoſtium erat exercitus:& uidens eam plenam corporibus mortuorũ:lætatus eſt in dei ſolatio ſic inopinabiliter euidenterq; allato:ut non laborantibꝰ illis ipſe victoriam contuliſſet:iuſſitq; ut exercitus hoſtiũ caſtra diriperet:& mortuos expoliaret:diebuſq; tribus exuentes eos pene defecerũt:tanta erat multitudo utiq; peremptorũ. Quarto uero die omnis populus congregatꝰ in q̃dam conualle:de uirtute & ſolatiis benedixit deũ:pro qua re etiam locus ipſe uocatus eſt conuallis benedictionis. Exinde ducens exercitũ ad Hieroſolymam rex:multis diebus ad hoſtias eſt conuerſus & epulas. Igitur poſtquam hanc eius uaſtationem alienigenæ gentes audiebant:omnes ualde ſunt territæ:deum eius auxiliatorem eſſe aperte uidentes. Ioſaphat itaq; ex illo tẽpore cum magna gloria & iuſtitia:diuinæq; pietatis amore degebat. Fuit autem amicus & Achab filio Iſrahelitarum regi. Cum quo communione facta in conſtructione nauium quæ a portu nauigarent in Ophir Tharſis:nequaquam animum ſuum implere præualuit:naues enim præ magnitudine perierunt:& propterea naues ulterius non inſtruxit. Circa Ioſaphat igitur hæc ſunt geſta.

De Ochozia rege Iſrahelitarum:quæ de mirabilibus Heliæ prophetæ:& q̃ ſublatus eſt ab hominibus:relinquens diſcipulum Heliſeum. CAPI. II.

Achab uero filius regnauit in Iſrahel in Samaria degens malignus homo:& per omnia ſimilis utriq; parenti:& Hieroboam:qui prius iniquitatem fecerat:& populũ decipere inchoauerat. Cũq; iã in regno ſedm haberet annũ:rex Moabitarũ rebellauit ei:& tributa quæ Achab eius pater reddebat:miniſtrare ceſſabat. Cõtigit aũt ut Ochozias cum deſcẽderet de ſuperioribꝰ domꝰ ſuæ caderet:& cũ lãgueret:miſit ad deũ Acharon muſcã: hoc.n. erat nomẽ illi deo:& cõſuluit de ſalute ſua. Apparuitq; deꝰ Heliæ ꝓphetæ præcipiẽs ut miſſis a rege nũciis occurreret:eoſq; requireret ſi deũ propriũ Iſrahelitarũ populus non haberet:& ideo miſſiſſet rex eorũ ad alienũ deũ:ut de ſalute ſua conſuleret:ſimul & ut faceret eos ad regẽ reuerti: eiq; diceret:q̃ non euaderet hunc languorẽ. Helia uero dei faciẽte p̃cepta:audiẽtes nũtii ad regem ſunt cõtinuo regreſſi:admirantiq; reuerſionis uelocitatẽ:& requenti cãm:dixerunt occurriſſe ſibi quændam hoiem:& phibuiſſe quidẽ eos ulterius ꝓcedere:reuertẽtes aũt nos tibi dicere ex mandato Iſrahelitarum dei mandauit:& non poſſis ab hac ægritudine liberari. Rege præcipiente:ut ei hominem q talia dixerat indicarent dixerunt eſſe uirum hirſutum:& pellicea zona circundatum. Ille uero per hæc agnoſcens Heliam eſſe quem nuntii deſignabant:miſit ad eum tribunum & quinquagita armatos: ut eum adducerent. Tribunus aũt qui miſſus fuerat inueniẽs Heliã in montis uertice reſidentem:petebat ut deſcendens ueniret ad regem qũo ille iuſſiſſet:qui ſi nollet:duceretur inuitus. Cui Helias:ut agnoſcas inquit me prophetam uerum exiſtere:deſcendẽs ignis e cælo conſumat & milites tuos & te. Continuo ueniens flamma:conſumpſit & tribunũ:& qui cũ illo pariter erant. Hac ꝓditione regi denunciata:nimis iratus ad Heliam tribunũ alium cum totidem miſit armatis. Qui cum ueniſſet ad prophetam:credẽs ſe eũ uiolenter adducere:ſi noluiſſet ſpõte uenire:orans iterum ꝓpheta & eum ſicut priorẽ fecit igne conſumi. Agnoſcens hoc rex:etiam tertiũ deſtinabat. Ille uero cum eſſet ſapiẽs & more ualde mitiſſimus:ueniens ad locum ubi erat Helias:ei nimis blande locutus eſt: dicẽs q; inuitus regiæ iuſſioni parens ueniret ad eũ:& priores non uoluntarie ſed coacti neceſſitate ueniſſent: rogabatq; ut illius & qui cum eo uenerant armatorum haberet miſericordiam:& deſcendens ueniret ad regẽ. Helias aũt ſuſcipiens manſuetudinem:& uerborum eius urbanitatem:deſcendens ſecutꝰ eſt eum. Cunq; ueniſſet ad regem:ꝓphetauit ei dicens: hec ſibi indicaſſe deũ eo q̃ rex eum ſpreuiſſet quaſi non eſſet deus:& non uere de eius languore prædicere ualuiſſet:ac miſiſſet ad deum Acharon ut conſuleret qualis ei terminus languoris accederet ob quam rem inquit cognoſce te moriturum. Et ille itaq; paruo tempore tranſacto: ſicut prædixerat Helias extinctus eſt. Cui ſucceſſit in regno frater eius Ioram: nam ſine filio mortuus eſt:hic uero Ioram par fuit Achab malignitate: regnauitq; annis.xii. homo iniquitate circa deum & impietate plenus. Nam relinquens culturam ſui dei deos uenerabatur extraneos: erat enim in aliis nimis acerbus & peſſimus. Illo ſiquidem tempore Helias

ab hominibus eſt ablatus:& uſq; ad hodiernum diem nullus finem eius cognouit. Diſcipulum uero ſicut prædiximus reliquit Heliſæum. De helia tamen & Enoch qui fuit ante diluuiũ in libris ſcriptum eſt:quia ſublati ſunt quorum mortem nemo cognouit.

Rex Ioră:rex Ioſaphat:& rex Idumeæ caſtra mouẽtes cõtra Moabitas:depopulati ſunt terrã eorũ & de morte Ioſaphat: deq; mirabilibus Heliſei prophetæ. CAPI. III.

VScipiens itaq; regnũ Ioră:cõtra regẽ Moabitaꝝ mouit exercitũ:q ſicut ſupradiximus ab eius fratre receſſerat:dum pater eorum Achab tributa ſolueret: ouium cũ lanis ſuis ducenta milia. Congregans ergo Ioram exercitum:miſit etiam ad Ioſaphat:rogãs eũ cum eſſet olim eius patris amicus:ut ei ſolatium contra ammonitas pugnaturo præberet:qui ab eius receſſiſſet imperio. Tunc ille nõ ſolum ſe adiutorem eſſe compromiſit: ſed etiam regem Idumeæ qui ſub eo erat compulſurum:ut ei quoq; ad pugnam occurreret. Ioram autem talibus promiſſionibus ſolatiorum ab Ioſaphat rege perceptis:ſumpto exercitu uenit in Hieroſolymam:& clare nimis ab hieroſolymorum rege ſuſceptus eſt:placuitq; eis ut itinera ad hoſtes p deſerta facerent Idumeæ:non credentibus inimicis:quia exinde eis fieri potuiſſet inuaſio. Tres ergo reges ab Hieroſolymis properabant:hoc eſt rex Hieroſolymorum:& Iſrahelitaꝝ & Idumeæ:& dum ſeptem diebus peragraſſent iter:ad inopiam aquæ exercitus & iumenta uenerunt:cum duces eorum ignorantia itineris oberraſſent. Et omnes hi quidem erant in anguſtia conſtituti:præcipue tamẽ Ioram:qui nimia triſtitia faciente clamauit ad dominum. Quid mali facientes deduxiſti tres reges:ut ſine bello tradantur regi Moabitarum. Quem Ioſaphat conſortabat cum eſſet iuſtus. Qui mittens in omnem exercitum:requirere præcepit:ſiquis in eo eſſet dei propheta ut per eum audiret uolũtatem dei:& cognoſceret quid faciendum eſſet. Et dum quidam famulus Ioram dixiſſet ſe illic Heliæ diſcipulum Heliſæum filium Sapha monente Ioſaphat:ad eum pariter reges tres aduenerunt. Dumq; ad prophetæ caſtra uenirent:habebat autem habitaculum ſuum extra tabernacula conſtitutum:conſulebant eum de futura militia præcipue tamen Ioram. Qui dum diceret:ut illi moleſtus nõ eſſet:ſed potius adꝓphetas patris ſui matriſq; properaret:quos illi uenerarentur quaſi ueri eſſent:rex rogabat: & ſupplicabat:ut prophetaret:& a periculo eos liberaret:illo uero iurante per deum quia non reſpõderet:niſi propter Ioſaphat ſanctum & iuſtum:deducto ad medium quodam homine ſciente pſallere:diuinitus inſpiratus:præcepit regibus:ut in torrente multos lacus effoderent:dicens. Neq; nube neq; ſpiritu aliquo flante. neq; imbre diffuſo:uidebitis fluuium aqua plenũ:ita ut homines & iumẽta ubertatis poculo ſatientur:& id uobis non ſolum deus donabit:ſed etiam hoſtes ſuperabitis:& urbes Moabitarum munitiſſimas capietis:& arbores quidem incidentis pomiferas:& uaſtabitis ꝓuinciam:fontes aũt fluuioſq; damnabitis. Hæc propheta dicente:altera die priuſq; ſol orietur:torrens uehementer influxit. Cõtigerat autem ut tribus diebus Idumæa uehemens imber effunderetur:ita ut exercitus & iumenta abundantia nimia irrigarentur. Cũq; audiſſent Ammonitæ tres reges p deſertum contra ſe uenientes collecto exercitu rex eorum iuſſit:ut montana exercitus eius aggrederẽt:ne latenter hoſtes prouinciam inuaderent. Et cum non eſſet Hæbreorum Moabitis procul exercitus:reſpicientes Moabitæ orto ſole aquam in torrente ſanguini ſimilem:ſuſpicari ſunt: ut tres reges ſe inuicem peremiſſent:& fluuius eorum ſanguine redundaret. Quod cum arbitrati fuiſſent:petierunt a rege ſuo:ut eos ad ſpolia hoſtium deſtinaret. Et impetu facto quaſi ad diuitias præparatas ad inimicoꝝ caſtra uenerunt:& ſpe ſua decepti ſunt. Nam circundantes eos Iſrahelitæ:alii qdem eorum peremptiꝰ alii p uniuerſam ꝓuinciam ſunt diſperſi. Tres ergo reges ingredientes Moabitarum ciuitates: & eas ſubuerterunt:& agros eoꝝ depopulati ſunt:& uehementer exterminauerunt:replentes eos ex lapidibus torrentis:& arbores optimas abſciderũt:& fontem aquaꝝ pariter obſtruxerunt:ac muros uſq; ad fundamenta depoſuerũt. Rex aũt Moabitaꝝ dum pſecutionẽ:& obſeſſionẽ nimiã pateretur & uideret ciuitatem capi poſſe:impetũ fecit cũ ſeptingẽtis uiris:ut inter hoſtiũ caſtra quoquo poſſet mõ effugeret:quod tñ implere nõ potuit. Nam ad quendam locũ ueniẽs ualde munitũ dum fugẽ non ualuiſſet:reuerſus in ciuitatẽ:opus deſpationis:& crudelis neceſſitatis impleuit. Filium. n. ſeniorem q erat ei ſucceſſurus in regnũ:eleuans ſup muꝝ:ita ut a cũctis hoſtibus uideretꝰ: deo immolauit holocauſtũ. Reges aũt uidẽtes hoc factũ:eius neceſſitatis habuerũt miſericordiã:& humana cõpaſſione detẽti:obſeſſionẽ ſoluerũt:& ſinguli adꝓpria remearũt. Ioſaphat aũt reuerſus in Hieroſolymã in pace degebat:& cũ paucum tẽporis poſt illud prælium uixiſſet:defunctus eſt. Qui uixit ánis quidem ſexaginta:impauit qnq; & uiginti magnificamq; meruit in Hieroſolymis habere ſepulturam:ſi miliſq; fuit magnoꝝ opeꝝ Dauid. Reliquit aũt filios multos: ſucceſſorem uero habuit ſeniorem filium Ioram. Is enim nomen hẽbat fratris matris ſuæ regis Iſrahelitaꝝ filii Achab. Veniẽs aũt de regione Moabitide rex Iſrahelitarum in Samariam. habebat Heliſeum ſicutꝓphetam cuiꝰ actus uolo narrare. Sunt enim ualde præcipui & hiſtoria digni:ſicut ex libris ſacris datur agnoſci. Ad hũc enim cum acceſſiſſet uxor Abdiæ diſpenſatoris Achab:eique dixiſſet quia non ignoraret: qũo uir eius liberaſſet a morte prophetas dum requiſiuit Achab:uxor Iezabel eos occidere:& cõtracto ex debitoꝛ centum ex eis occulte pauiſſet:& poſt eius mortem a creditoribus urgereꝰ:atq; eius filii ad ſeruitium deducerentur:ob quam cauſam rogabat ut eius meritis miſeretur operibus. & aliquod ſolatium ad

neceſſitatem præberet. Qui dum reqſiſſet ſi quid haberet in domo: aliud nihil eſſe ſibi reſpondit: niſi parũ uas olei. Tũc ꝓpheta præcepit: ut multa uaſa uacua ſibimet a uicinis accommodaret: & clauſis ianuis domus ſuæ: ex illo oleo in omnia uaſa diffunderet: qa deus ea cũcta impleret. Quod dum mulier feciſſet: & eius filii unũquodq; obtuliſſent: cũ impleta fuiſſent omnia: & nullũ uacuũ remãſiſſet: ueniens ad ꝓphetã: núciauit hoc ei. Ille uero conſiliũ dedit: ut oleũ uenderet: & precium creditorib⁹ daret: & ex ipſo olei precio qd remaneret: ad alimentũ filioꝝ eius efficeret. hoc ergo modo Helyſeus mulierẽ a debito & a creditorum iniuria liberauit. Inter hæc autem miſit Heliſeus ad Ioram. ammonens: ut cuſtodiret locũ quẽdam in quo eſſe Syroꝝ uolentiũ eũ occidere dicebat inſidias. Tunc rex ad uenationẽ præparatam nequaq; egreſſus eſt: obediens ꝓphetæ. Adadus aũt rex ſyroꝝ: dum ſe ui diſſet fuiſſe deceptũ: quaſi aliquis hominũ ei⁹: Ioram regi ſua conſilia ꝓdidiſſet indignat⁹ ueluti proditores ſecretoꝝ regis occidẽ minabat: cũ utiq; hoc nulli alii niſi illis tantũmõ credidiſſet. Et dum ei quidam præſentiũ dixiſſet: ne falſa opinione tenerent: nec crederet quomodo aliqui inimico eius conſilium ꝓdidiſſent: ſed Heliſeum ꝓphetam omnes regi factas inſidias indicaſſe: miſit requirens: in qua ciuitate habitaret Heliſeus. Illi uero qui miſſi fuerant reuertentes: indicauerunt eũ in Dothai ciuitate commorari. Tũc Adezer qui & adadus miſit ad ciuitatem multũ nimis exercitum equeſtriũ ſimul & curruũ: ut caperẽt Heliſeũ. Qui tota nocte circũeũtes urbẽ: nihil egerunt. Die itaq; facta: cognoſcẽs hoc ꝓphetæ miniſter quia hoſtes Heliſeum compræhendere niterent: propheræ quod agebatur aſſeruit. Ille uero ſecurus de auxilio dei contẽnebant hoſtes: miniſtrũq; metuentẽ crebro fiducia habere præcipiebat: ſperans qũo oſtẽderit deus uirtutis & poteſtatis ſuæ ꝑſentiam. Tũc deus ꝓphetæ orationes exaudiẽs: multitudinem curruũ & armatoꝝ Heliſeũ circũſtantiũ ut miniſter uideret oſtendit. ita ut ille remoto timore illa uiſione confortatus aſſiſteret. Poſt hæc autem Heliſeus rogabat deũ: ut etiam hoſtiũ aſpectus obcecaret: & nebulam eis immitteret: per quam eũ inſpicere nõ ualerent. Quo facto: ueniens inter medios hoſtes requiſiuit: quẽ quererent. Illis autem prophetam ſe quærere reſpondentibus Heliſeum: promiſit ſe eum traditurũ: ſi ad ciuitatẽ in qua eẽt illum ſequerent. Qui præcedẽte ꝓpheta deo. ſ. eoꝝ mente obcecante: cum feſtinatione ſequebant. Tunc heliſeus deducẽs eos in Samariam ad iorã regẽ: præcepit ut clauderent portæ: & regis exercitus circa Syros aſtare. Quo facto: rurſus orauit deum: ut hoſtium oculos aperiret: & caliginem ab eis auferret. Tum repente ab illa cecitate reuocati: inuenerunt ſe inter medios inimicos exiſtere. Et obſtupeſcentes Syri: in nimia ſunt anguſtia conſtituti: & cogitabant qualis utiq; liberatio potuiſſet eis ſic inopinabili & diuino opere prouenire. Tunc rege ioram conſulente prophetam: ſi eos iaculari præciperet: hoc fieri prohibuit heliſeus: dicens iniuſtum eſſe: qui lege bellica non capiuntur occidi: illos autem nihil mali feciſſe in eius prouincia: ſed neſcientes ad eum ueniſſe uirtute diuina. Dedit uero conſilium: ut & hoſpitalitatẽ eis præberet & mẽſa eius abſq; leſione frueren⁹ ſoram ergo obediens ꝓphetæ: dum conuiuia ꝓbuiſſet opulentiſſima Syris: dimiſit eos ad ꝓprium remeare regẽ. CAP. IIII.

His uero redeuntibus: & quæ prouenerant indicantibus: admiratus Adezer inopinabilem Iſrahelitaꝝ dei præſentiam atq; uirtutem: pariter & prophetam: cui ſic adeſſet aperte diuinitas: latenter iam nequaquam uoluit contra regem Iſrahelitarum aliquid attẽtare: metuens Heliſeum: ioram uero palam impugnare diſpoſuit: multitudine militiæ & exercitus ſui magnitudine ſe credẽs hoſtibus ꝑualere. Caſtra itaq; metatus eſt cum magna uirtute cõtra iorã: qui credens non ſe ſufficiens non ſe ſufficere ad reſiſtendum Syris: ſemetipſum in Samaria clauſit de murorum munitione confidens. Adezer autem cogitans quia ſi nõ poſſet machinationibus capere ciuitatem: tamen inopia ciborum Samaritas obſtrigeret: ad obſidionẽ ciuitatis acceſſit: & tanta fuit apud Ioram neceſſariorum inopia: ut ꝓp magnitudinẽ famis in Samaria octoginta argenteis numiſmatibus caput aſini uenderet: quinq; uero argenteis numiſmatibus ſextariũ fimi colũbarum ꝓ ſalute cõparabat hæbrei. Inter hæc timebat Ioram: ne ꝓp famem traderetur ciuitas inimicis: & muros quottidie circuibat atq; cuſtodes: ne quis ab eis itus occultaretur & actus ciuitatis hoſtibus ídicaret. Quod dum faceret: quadã die clamarẽ aliqua muliere: domine miſerere putans eam aliquid cibi petituram: iratus maledixit ei: ꝓ deum dicens nec areã ſibi eſſe nec torcular: unde aliqd poſſet ei præbere. Cũq; illa nihil hoꝝ ſe diceret poſtulare: nec pro cibo depoſcere: ſed ut eius cãm dignaret audire. iuſſit ut loqueret atq; diceret quæcunq; uellet. Tunc illa feciſſe ſe dixit cũ altera muliere uicina & amica ſua hanc pactionem: ut quomodo famis inopia talis eſſet: interficerẽt filios ſuos utræq; maſculos: & in ſingulis diebus comederent eos. Et ego inquit meum occidi: & ꝑtento die meum ambe comedimus hæc autẽ non uult hoc facere: ſed pacta tranſcẽdit: & filium ſuũ ne comedat abſcondit. Hæc cum audiſſet ioram: uehemẽter afflictus eſt: & ſciſſa ueſte: crudeli uoce clamauit. Deinde iratus: Heliſeum ꝓphetam interficere uoluit: qa non ſupplicaret deo: cum potuiſſent oẽs hoc modo a malis ꝑſentibus liberari: & repẽte miſit: q eius caput auferret. Ille itaq; ad necem ꝓphetæ pgebat: Heliſeum uero regis ira non latebat. Sedens aũt in domo ſua cum diſcipulis ſuis indicauit eis: quia Ioram homicidæ filius miſiſſet qui caput eius auferret ſed uos inquit dum uenerit qui miſſus eſt & intrauerit: obſeruantes ianuas claudite: eumq; paululum retinete: ſecuturus eſt nanque ueniens ad me rex eo q; eum pœnituerit ſui præcepti. Tunc illi Heliſei dicta fecerunt. Ioram uero

pœnitentia ductus:ob iram ſuam circa ꝓphetā & metuens ne eū qui miſſus fuerat occideret: feſtinauit ut necem ꝓhiberet:& ꝓphetam a morte reduceret:uenienſq culpabat eum: cur a deo abſolutionē malorū præſentiū minime poſtularet:ſed ſic eos intuerire deſpiceret. Heliſeus aūt altera die ea hora qua uenerat rex ad eum promiſit multā ciborū copiam affuturā:ita ut uenderetur in publico duobus ſyclis ſatum ordei:& uno ſyclo ſimilæ ſatū. Hoc aūt dictū & ioram & qui cū eo erant cōuertit in gaudia:ꝓphetæ nāq non poterāt diſcredere ueritatē:ꝓpter regis ꝓcedētiū confirmationē. incōpraq illius diei atq miſeriam:ſpes iā futuræ abundātiæ lenigauit. Princeps aūt ptis tertiæ cū regi amicus erat:ſupra quē tunc ipſe rex incūbebat:incredibile eſt inquit o prophera qd dicis:& ſicut impoſſibile eſt:ut de cataractis cœli ordeū pluat deus aut ſimilā:ita non pōt credi qd a te nunc dicit adimpleri. Ad quē ꝓpheta hæc inqt uidebis hoc modo fieri:ſed non guſtabis ex eis. Quæ ſcilicet ſicut ab heliſeo fuerant prædicta completa ſunt Lex igit erat in Samaria:ut habētes leprā:a tali paſſione mundi non eſſent corpore:ſed extra ciuitatē manerēt. Quattuor ergo uiri pp hanc cām manētes ante portam:cū nullus eis ꝓ famis nimietate aliqd deferret:& in ciuitatē ingredi pp legis mandata non poſſent:qbus uel ſi liceret ingredi ꝓ fame ibi necarent:cogitauerūt inter ſe dicētes:quia ſi illic manerēt: propter inopiam deperirēt:& ꝓterea tradere ſe hoſtibus magis eligerēt:qui aut parcēdo aut necando famis eos neceſſitatibus liberarēt. Hoc apud ſe conſiliū confirmantes:nocte ad caſtra hoſtium deuenerunt. Incipiebat autē deus iam terrere & conturbare Syros:& ſonū curruū & armorum eis ſferre:tanq exercitus ſup eos grandis accederet:& paulatim tubarum fragor eorū auribus increpitaret: qui ita repente turbati ſunt:ut relinquentes caſtra propria:concurrentes ad regem dicerent:quia Ioram rex iſrahelitaꝝ conducto ſolatio regis Aegyptiorū & inſulaꝝ ſup eos accederet:quibus uenientibus ſonum tubæ uehementis audirent. Hæc eis dicentibus:etiam Adezar cum ad eius aures ſonus ſimilis aduenirēt populo credidit:& cum multa turba atq confuſione relinquentes in caſtris equos atq iumenta:innumeraſq diuitias::repente conuertuntur ad fugam: Leroſi autem qui diſceſſerant a Samaria:ad caſtra Syrorum uenientes:& in in eorum tabernaculis multum ſilentium taciturnitatēq repperientes:ingreſſi ſunt in unum tabernaculum:dumq nullum prorſus inſpicārēt comedētes & bibentes:portanteſq multas ueſtras & aurum:& extra caſtra celantes:deinde in aliud tabernaculū accedētes:ſimiliter res exinde ſibi placitas tolentes:dum hoc quater feciſſent: & nullus eos omnino uideret:arbitrati hoſtes abſceſſiſſe:culpabant ſemetipſos:cur hæc Ioram regi & ciuibus minime nunciarent. Tunc illi uenientes ante ciuitatis muros & cuſtodibus clamantes: indicauerunt eis quæ de hoſtibus contigiſſent. Illi autem hæc regis cuſtodibus indicarunt:a quibus audiens rex hæc Ioram: uocauit amicos ſuos & principes: quibus ait pro inſidiis arte calidiſſima ſyrorum diſceſſiſſe regem:eo ꝙ deſperaret fame capi poſſe ciuitatem:ut quaſi fugiētibus illis:& egreſſis ad caſtrorum direptionem nobis:latenter irruerent & interficerent:& ciuitatem pariter deuaſtarent. Vnde uos moneo inquit:ut cuſtodiatis urbem:& nuſquam abire tentetis:hoſtes abiiſſe credentes. Tunc dicēte quodam optime arbitratum regem:& conſilium dante:ut duos equites uſq iordanem fluuium mitteret:qui cuncta perquirerent. ut ſiquidem illi capti ab inſidiis hoſtium deperirent: ſecuritas exercitui fieret:ne cuncti aliquid ſuſtinerent. pereuntes autem paucos annumeraret illis quos uaſtauerat fames. Hoc dictum cum placuiſſet:rex exploratores miſit. Qui iter quidem hoſtibus inuenerunt:uacuum:plenum uero cibis armiſq quæ reliquerant:ut leues eſſent ad fugam. Hæc cum audiſſet rex:ad direptionem caſtrorum miſit exercitum. Qui nihil tulerunt uile:nec paruulum:ſed aurum multum pariter & argētum gregeſq diuerſos iumēto rum:& ordei multa milia:quantū nec in ſomnio ſe uidere credebant. Quo facto:a malis priſtinis liberati:maximam copiam habuerunt: ita ut emerent duo ſata ordei:ſyclo uno:& ſatum ſimilæ duobus ſyclis:ſecundum ꝓphetiam hominis dei Heliſei. Satū itaq fert modium unū & ſemis italicum. Horum itaq bonorum ſolus ille princeps tertiæ partis quē ꝑdiximus potitus non eſt. Nā cōſtitutus a rege ut ſtaret ad portam:quatenus turbam moderate ab ingreſſu ciuitatis emitteret:ne alterutros comprimentes ad pericula peruenirēt: quod alios pati prohibebat:ipſe ſuſtinuit:& oppreſſus hoc modo:ne guſtaret ex illis quæ fuerant prophetā defuncti eſt: Heliſeo prædicente eius mortem:dum ea quæ uberrate ciborum ille prophetauerat:ſolus ille non crederet. Adezer autem Syrorum rex cum peruenisſet ad Damaſcum:& agnouiſſet quia diuinitas ei & eius exercitui timorem immiſiſſet & fugam:& inuaſione hoſtium non fuiſſet hoc factum: nimis afflictus: eo quot ita deum haberet iratum: corruit in languorem. Illo itaque tempore dum propheta Heliſeus ueniſſet in Damaſcum cognoſcens hoc Adezer fideliſſimum ſeruulorum Azahel nomine miſit:ut ei occurreret:& dona portaret:præcipiens ab eo requiri:ſi egritudinis eius periculum poſſet euitare. Azahel itaque cum quadraginta camelis quæq ſorent optima ac preciosa in Damaſcena prouincia & domo regia dona portabat: & ueniens ad Heliſeum: & decenter ſalutans: ait miſſum ſe a rege Adezer ad eum ut dona portaret: & de languore conſuleret ſi poſſet euadere. Propheta uero Azahel quidem iuſſit ut nihil ei mali denunciaret:dixit autem regem eſſe mori turum. Et famulus quidem hæc audiens: triſtabatur. Helyſeus autem flebat: & multas lachrymas effundebat: præuidens mala quæ populus paſſurus eſſet poſt mortem Adezer. Dumq Azahel cauſam eius confuſionis inquireret: defleo inquit iſrahelitarum populum dolens

in his malis quæ paſſurus abs te eſt. Interficies enim optimates eorum: & munitiſſimas ciuitates incendens: & paruulos lapibus alliſos crudeliter trucidabis: & mulieres habentes in utero: ſeua morte diſrumpens: Azahel autem dicente: quæ mihi uirtus eſt: ut per me poſſint talia prouenire: ait deum ſibi indicaſſe hæc: quia eſſet regnaturus in Syria. Azahel itaq; ueniēs ad regem: illi quidem bona renunciauit: altera uero die infuſo laqueo uinciens eum ſtrangulauit: ipſeq; apicē regie poteſtatis obtinuit. Erat enim uir efficax: multaq; Syrorum & populi Damaſcenorum deuotione florebat: ita ut hactenus & ipſe Adezer & Azahel qui poſt eum regnauit quaſi dii colerētur: propter bñficia & templorum edificia: quibus Damaſcenorum exornauere ciuitatē. Iſti nāq; ſoli in pompa quotidie quaſi pro honore regio deferuntur & Syri de eorum antiquitate gloriantur: ignorantes quia ſūt nouelli: & non habent iſti reges ultra mille & centum annos. Ioram uero rex iſrahelitarum audiens Adezer eſſe defunctum: a timore & formidine quam propter eum habebat: aliquomodo reſpirauit: & pacem gratanter accepit.

CAP. V.

Igitur Ioram hieroſolymorū rex: q & ipſe idē ſicut p̄dixi mus nomē hēbat: reg̃ apice potitus: mox ad necē fratrū ſuorū: & paternorū pariter amicorū & principum ē cōuerſus: & malitiæ ſuæ hoc fecit initiū: in q̄bus malis differēs a regibus q̄ ante eū iniq̄tatē ferāt in ſolēnitatibus Hebræorū: & in religione diuina docuit quoq; uulgus & i aliis eē malū: & extraneos adorare deos p Athaliā. Achab filiā uxorē ſuā. Et deus qdē pp Dauid regis p̄miſſionē genus eius noluit exterminare: ioram uero nihil p̄termittebat quo minus aliqd quotidie nouæ impietatis efficeret: & qd̄ non ad uaſtationē paternæ traditionis attenderet. Illo itaq; tpe ab eo recedētibus Idumæis: & primo qdem interficientib⁹ regem: q erat ei⁹ patri ſubiectus: & conſtituētib⁹ quē ipſi uoluerāt: ioram cū equitib⁹ & currib⁹ noctanter in idumæā uenit: & eos qdē qui uicini eius regno eē uidebant occidit. Longius aūt non abiit: nihil tñ dum hoc feciſſet utilitatis exhibuit. Nam omnes ab eo receſſerunt: ſimul & qui prouinciam Lobennam habitabant. Erat autem ita ueſanus: ut etiam populū cogeret in excellentiſſimos montes aſcendere: & deos alienos adorare. Cunq; hæc ageret: & omnino leges patrias a mente ſua repelleret: delata ē ad Heliā p̄pheta ad eum epiſtola in qua pandebat magnā pœnā eum fore paſſurū: quoniā patrū ſuorū non eſſet imitator: ſed Iſrahelitarum regum impietatem ſequeretur: inſup & cogeret tribum Iuda & ciues Hieroſolymitas relin quere ſancta patrii dei culturam: & ad idola conuenire: quæ Achab rex Iſrahelitarū in ſuo regno feciſſet: & quia fratres interemiſſet: & bonos uiros & iuſtos pariter occidiſſet: ſuppliciumq; quod pro his ſuſcepturus erat: propheta in litteris indicabat: ideſt cladē populi: & corruptionē uxorū regis & & filiorū & qa ipſe quoq; morereť ægritudine longa nimis afflictus: uiſceribus pp nimietatem intrinſecæ corruptionis effuſis: ita ut uideret ſuam calamitatē: nec ſibi poſſet ullatenus ſubuenire. Et hæc qdem epiſtola ſignificabat Heliæ. Poſt breue itaq; tēpus: exercitus Arabum iuxta Aethiopiā habitantium & alienigenarū: ioram regnū aggreſſi ſunt: & p̄uinciam uaſtauerūt: & regis domum: inſuper & eius filios occiderunt pariter & uxores: & un⁹ quidē ſolūmō filiorū eius noīe Ochozias: hoſtes effugiens derelictus eſt. Qui poſt hanc calamitatē prædictam ſibi a propheta: languorem incurrens: multo tempore fatigatus diuino nutu: eius uiſceribus imminēte miſerabiliter ſuperna indignatione defunctus eſt cum uiſcera ſua diffuſa uidiſſet. Quem etiam populus mortuum contumeliis multis affecit: ut reor credētes ita mortuum ira fuiſſe diuina peremptum: nec exequiis regalibus eum fecere dignum: nec in paternis ſepeliri munumentis: nec alium ei exhibuerunt honorē: ſed ueluti priuatum tumulo tradiderunt. Qui uixit annis quadraginta: regnauit octo: tradiditq; principatum eius Hieroſolymorum populus filio eius Ochoziæ.

CAP. VI.

Igitur Ioram rex iſrahelitarū poſt mortē Adezer ſperās Ramoth cape ciuitatē: & eā Syris auferre: cū magno apparatu caſtrametatus ē ſup eos: In qua obſeſſiōe a quodam Syro nō mortifere ſagittatus abiit in ciuitatē iezraelē: ut uulnus ſuū poſitus in ea curaret: de relicto in Ramoth oī exercitu ſimul & duce noīe Hieu: qui filius erat Nāſi: ut poſt curā reuerteret ad pugnā. Heliſeus uero p̄phetā unū diſcipulorū ſuorū dato ei oleo ſancto miſit in Ramoth: ungeret Hieu: eiq; diceret: quomodo eum regem diuinitas elegiſſet: cui & alia pariter indicaret præcipiens ei: ut ſub modo fugæ faceret iter: quatenus cunctos illic p̄ficiſcendo lateret. Qui dum ueniſſet in ciuitatē: Hieu quidē inuenit cum principibus militum reſidentē in medio ſicut ei prædixerat Heliſeus: & accedēs ad eū: ait: quædam ſe ei fore dictur⁹. Qui dum ſurrexiſſet & in cubiculum ſecutus eum fuiſſet: ſeorſum ſumēs eum iuuenis oleo eius caput infudit dicēs eum unctum a deo rege ad Achab generis pemptionem: & ad uindicandum ſanguinē prophetarum: qui ab Iezabel nequiter fuiſſet effuſus: ut domus eorum ſicut Naboth nabuthei & Baaſa p̄pter impietatem priam radicitus deperiret: & nullum ſemē de Achab genere remaneret. Et ille quidē cū dixiſſet. hæc de cubiculo p̄tinus exiliuit: ne ab aliquo in exercitu uideret. Hieu autem uenit ad locū unde ſurrexerat: & cum aliis principibus reſidebat. Quibus requirentibus ut eis diceret: cur ad eum iuuenculus aduenīſſet inſup & uæſanum eū eſſe dicentibus: recte inqt iudicaſtis: nam uerba uæſanie locutus eſt. Quibus feſtinantibus. ut ea audirent: atque rogantibus: ait eum dixiſſe: quia ipſe fuerit electus a deo rex. Hæc itaq; cum dixiſſet unuſquiſq; exuens ſe quod habuerat: ueſtes ei proprias ſubſternebant: &

mittentes tubas. Hieu regem esse clamabant. Illo uero exercitu congregato: pergebat ad ioram in ciuitate iezrael: in qua sicut prædiximus pro uulnere curandus abierat: quam cœperat cum obsidere Ramoth. Contigit autem: ut eo tempore Hierosolymitarum rex Ochozias uenisset ad ioram: erat enim filius sororis eius sicut dudum diximus: ut uisitaret eum propter uulnus quod in obsessione acceperat: Hieu ergo subito uolens super ioram irruere: rogauit ut nullus militum discedens: regi ioram quæ gesta fuerant nunciaret dicens: hanc esse maximam eorum circa se deuotionem: si eum regem hoc ordine demonstrarent. Illi uero in his quæ fuerant dicta gratanter itinera conserebant: ne quis latenter pergens: quod gestum fuerat indicaret. Et hieu quidem sumptis equitibus electis: sedens in curru ibat in iezrael. Cunq; proximus fuisset ciuitati: explorator quem rex constituerat ioram ut ad ciuitatem uenientes inspiceret: uidens cum multitudine uenientem Hieu nunciauit ioram regi uidere se equites uenientes. Ille uero repente aliquem mitti iussit equestrium qui ei occurreret: & quis esset agnosceret. Qui dum uenisset ad Hieu: de exercitu requisiuit: dicens a rege se missum. At ille nihil de his respondens requirenti: sequi se iussit. Quod dum explorator uidisset: indicauit ioram: q; qui missus fuerat equestris: mixtus multitudini ueniret una cum eis. Iterum rege mittente & alium: etiam is multitudini admixtus est: hoc enim eum facere Hieu imperauit.

Quod dum explorator ioram indicasset: nouissime in curru ipse conscendens: cum Ochozia Hierosolymorum rege in eius occursum egressus est. Hieu: autem cum multa moderatione & disciplina agebat inter. Cunque ioram uenisset in agrum Naboth requirebat: si in exercitu recte omnia gerentur. Et cum ei Hieu amarissime malediceret: matremque eius ueneficam ac meretricem clamaret: metuens rex: & nihil eum cogitare quod esset salubre credens: conuerso curru suo ut poterat: fugiebat: dicens ad Ochoziam eo q; insidiis & dolo fuisset captus. Hieu uero sagittam post eum mittens: eius cor suo iaculo penetrauit: & ioram quidem repente cadens: flexo poplite animā dereliquit. Hieu autem continuo iussit uadacro principi tertiæ partis ut corpus Ioram in agro proiiceret Naboth: recordans prophetiam Heliæ: quam patri eius qui fuit interfector Naboth prædixerat: quomodo & ipse & eius genus in illius agro perirent: Hæc enim cum sederet tunc post tergum currus Achab: uidisse se propheta narrante dicebat: quod etiam secundum illius prouenit eloquium. Igitur cadente ioram: mentens Ochozias de sua salute: currum in aliam itineris partem conuertit credens q; taliter effugeret Hieu. Ille uero persecutus est eum ad quendam ascensum: comprehendensque sagitta emissa eum percussit. Qui derelicto curru: ascendens in equo: fugit Hieu in Magedon: ibiq; curandus: post paucum uulneris illius tempus & ipse defunctus est: portatusq; in Hierosolymorum ciuitatem: illic sepultus est: cum regnasset anno uno. Fuit autem malignus & plus ualde quam pater eius. Cum autem Hieu intrasset in Iezrahelem urbem: iezabel ornata stans supra turrim: bonus inquit seruus qui occidit dominum suum. Ille uero respiciens ad eam: quæ esset interrogauit. & descendentem ad se uenire præcepit. Nouissime uero Eunuchus imperauit: ut eam de turre deiicerent. Quæ dum præcipitata fuisset: murum. sanguine suo aspersit: & conculcata equorum pedibus expirauit. His ita gestis: Hieu ingressus palatium cum suis amicis: & semetipsum reficiebat: & illos conuiuiis aliisque rebus: præcepitq; famulis qui iezabel pereme rant: ut eam propter decus generis sepelirent: erat enim ex regibus. Sed nihil de eius corpore quibus hoc imperatum fuerat inuenerunt: nisi tantummodo summitates manuum: aliud uero corpus a canibus est absumptum. Hæc audiens Hieu: Heliæ prophetiam obstupuit: is enim in Iezrael prædixerat: hoc eam interitu fore perituram Interea dum Achab filii septuaginta in Samaria nutrirentur: misit Hieu duas epistolas: aliam pædagogis eorum: aliam principibus Samaritanorum: dicens: ut fortissimum filium Achab constituerent regem cum & currus haberent multos & equos: & arma ad militiam: & ciuitates munitas: quod dum facerent: domino suo repensarent. Hæc autem scripsit: uolens Samaritanorum mentes agnoscere. Relegentes ergo litteras principes ac pædagogi. timuerunt excogitantes: quot nihil possent contra eum facere qui magnis duobus præualuisset imperatoribus: scripseruntque profitentes: se eum habere dominum: & facere quæcunque præciperet. Ille uero ad hæc rescripsit: præcipiens: ut si obedirent filiorum Achab abscidentes capita destinarent. Tunc principes euocantes nutritores infantum iusserunt ut occidentes eos: capita eorum absciderent & mitterent ad Hieu. Hæc illi nihil resistentes egerunt: & componentes in quibusdam uasculis de uimine factis eorum capita destinauerunt. His autem allatis ad Hieu cum amicis cœnanti: nūciatum est: quot capita filiorum Achab uiderentur esse allata qui iussit ante portam ex utraq; parte ex eis capitibus aggeres fieri. Factoque die: ad ea uidenda. processit & inspiciens: dicere cœpit ad populum: quia ipse quidem conta suum dominum militasset: & illum peremisset eosque cognoscere deposcebat de generatione Achab: quia omnia secundum dei prouidēriam fuerant gesta & domus eius sicut Helias prædixerat deperisset. Cunque necasset eos qui apud Iezraelitas ex Achab genere sunt inuenti: cum equis ad Samariam properabat: per iter autem inueniens aliquos fratres Ochoziæ Hierosolymitarum regis: interrogabat eos quo properarent. Illis uero dicentibus: quia uenerant ut ioram salutarēt: & regem suum Ochoziam: nescientes quot ambo ab eo occisi fuissent: Hieu eos comprehensos præcepit occidi. Erant enim numero quadraginta &

duo. Post hæc occurrit ei uir quidam bonus & iustus: Ionadab olim amicus eius. Qui cum salutasset eum: cœpit laudare eum q̃ omnia cum dei uolũtate fecisset: & Achab genus exterminasset. Hieu ãt rogabat ut ascendens in currum ad Samariam cum eo ueniret: ei se demonstraturum dicens q̃ nulli parceret malignantium: sed & falsos prophetas & falsos sacerdotes & suadentes plebi: ut magni q̃dem dei religionem desererent: & extraneos adorarent ipse punirer: cum esset utique optima nimis hæc insectio: atq; gratissima: ut bonus & iustus uir uideret malos tormentis affligi. His consentiẽs Ionadab: ascendens in currum: uenit pariter in Samariam: Hieu autem requirens omnes cognatos Achab: interfecit: uolensq; nullum de falsis prophetis: neq; sacerdotibus idolorum Achab suppliciũ declinare: deceptione quadam & dolo compræhendit uniuersos. Cõgregato siquidem populo dixit: uelle se duplices deos introductos quam Achab colebat adorare: rogans ut eorum sacerdotes: & prophetæ: & serui pariter aduenirent: quatenus copiosa sacrificia: & præcipuas diis Achab hostias ĩmolarent: & esset morte mulctandus sacerdos qui tunc non fuent inuentus. Deus Achab Baal appellatur. Cõstituit itaq; diem: quo uellet sacrificia celebrare: missis in omnem Israhelitarum regionem nuntiis: qui ad illum Baal sacerdotes adducerent. Quibus pariter congregatis iussit Hieu pontificibus ut darent omnibus uestes: eisque sumentibus ĩgressus in domum cum amico suo Ionadab: præcepit: ut cum diligentia quereretur ne quis inter eos alienigena aut peregrinus ĩueniretur: cum nollet: ut sacerdotibus idolorum: alius interesset fidelium: illis uero dicentibus: nullum interesse peregrinum: & inchoantibus sacrificia celebrare: constituit a foris octoginta numero milites armatos: quos nouerat fidelissimos: iussitq; eis ut falsos prophetas occiderent: & ipsi in paterna solennitate p manerent: a qua multo iam tempore destitissent: & simul interminatus est: ut si qui effugerent proillis animas eorum auferret. Illi ergo & omnes uiros interemerunt: & domum Baal igne concremauerunt: & hoc modo a peregrinis solennitatibus Samariam liberauerunt. Hic itaq; Baal Tyriorum fuerat deus: Achab autem uolens parere socero Iobal: qui rex Tyriorum tunc erat: & Sydonis templum ei fecerat in Samaria: sacerdotesq; ĩstituit & omnes eos cultura religionis honorauit cum hic igitur deus fuisset exterminatus: aureos tamẽ uitulos Israhelitas Hieu adorare permisit: hæc uero dũ fecisset & pro impiorum castigationibus cogitasset deus ei per prophetam prædixit: q̃ in quattuor generatiõibus super israhel essent eius filii regnaturi. Igitur circa Hieu talia gerebantur.

Interfecto ab Hieu Ochozia Athalia mater eius Hierosolymis imperauit: quã postea pontifex Ioiadas perimens ochozie filium Ioan constituit regem.

CAPI. VII.

AThalia uero Achab filia: audiens Ioram fratis sui mortem & Ochoziæ filii: & totius generis regum unam perditionem: studuit: ut nullum de Dauid domo relinqueret: sed omne genus exterminaret: ut nullus ex eis ad regnum ulterius peruenireti: & hoc quidem sicut potuit fecit. Euasit autem unus filius Ochoziæ morrem hoc modo diffugiens. Ochozias ex uno patre habuit sororem nomine Iosabeth cui copulatus erat pontifex Ioiada. Hæc ingressa regiam domum: ubi erant interfecti filii regum infantulum nomine ioas anniculum celatum inueniens cum nutrice: & portans in cubiculum clausit: & latenter aluit ipsa & uir eius Ioiada in templo sex annis: quibus in hierosolymis super duas tribus Athalia: regnauit. Septimo uero anno Ioiada hunc sermonem pandidit quinq; uiris centurionibus: eisq; suasit ut ei consentirent contra ea: quæ ab Athalia: fuerant perpetrata: & regnum infanti traderent: percepturus ab eis iusiurandum: q̃ securitas talia gerentibus præpararetur: prodidit eis quæ gerenda forent atque complenda. Tunc uiri quibus sacerdos Ioiada suum consilium commiserat: circumeuntes omnem prouinciam sacerdotes & leuitas congregantes ex ea simul & principes tribuum: omnes Hierosolymis ad pontificem deduxerunt. Qui mox fidem ab eis cum iureiurando petit: ut quod ab eo cognoscerent cum taciturnitate seruarent: donec nisus eius intentionis potuisset impleri. Quibus iurantibus securus effectus deducens eum quem de genere Dauid nutrierat: iste inquit uobis rex ex illa domo erit quã nostis deum prophetasse super nos omni tempore regnaturam. Moneo itaq; ut tertiã partem uestri eum custodire faciatis ĩ templo: tertiamq; in omnibus templi ianuis statuatis reliqua uero pars teneat portam quæ ducit ad tecta regalia: alia maxima multitudo consistat in templo: nullumq; armatum permittatis intrate: nisi tantummodo sacerdotes. Eis quoq; præcepit: ut pars aliqua sacerdotum & leuitarum circa ipsum regem assisteret cum euaginatis gladiis circũdantes: ut si quis armatus in templum intrare præsumeret: repente perimeretur: & nihil metuentes regem tam fortiter obseruarent. Illi uero consilio pontificis obedientes: suam uoluntatem opere declararunt. Interea Ioiada aperiens armamentarium quod erat in templo a Dauid constitutum diuisit centurionibus & sacerdotibus: pariter & leuitis arma quæcunq; illic inuenit: lanceas & pharetras & quodcũq; aliud appræhendit genus armorum: armatosq; circa templum statuit: ut manu sua totum constipare uiderentur ingressum: & quasi murum habita testudine molirentur: percipientesq; in medio puerum: ei regium diadema imposuerunt: & ungens eum Ioiada: regem solenniter ordinauit. Populus itaq; gaudens clamauit. Viuat rex. Porro Athalia tumultum & laudes inopinabiles repente cognoscens uehementer perturbata cum suo exercitu de regalibus exiluit. Et cum uenisset ad templum: sacerdotes quidem eam protinus exceperunt: armatos uero qui sequebantur introire prohibuerunt

Erant enim a pontifice præpoſiti ſicut dictum eſt ut templi aditus obſeruarent. Tunc Athalia uidēs puerum ſtantem ſupra tribunal regium eiq; diadema regale ſuperimpoſitū:ſciſſa ueſte ſua uehementer exclamans iuſſit occidi qui ei fecerat inſidias & principatum auferre tentauerat. Ioiada uero uocans centuriones:iuſſit ut educentes Athaliam in conualle Cedron:eam ibi perimerēt:ne templum occidentes illic ueneficam uiolarent:unum præcipiens:ut ſi quis ei ferre uellet auxilium: pari ſorte perimeretur. Tunc quidam cui fuerat eius iniuncta peremptio:ſumēs Athaliam deduxit eam ad portam mularum regis:& illic interfecit. Cunq; hæc circa Athaliam fuiſſent geſta:cōuocans populum & armatos Ioiadas in templum:couiurauit omnes:ut regi fauerēt:& eius ſaluti proſpicerēt quando in deuotione regia deum potius honorarēt:& ne tranſcenderēt Moſeas leges: iuſiurandum quoq; compulit exhibere. Poſt hæc concurrentes ad domum Baal:quā Athalia & Ioram uir eius inſtruxerant ad iniuriam paterni dei & honorem Achab:eam funditus euerterunt: & ſacerdotem eius Matam nomine peremerunt:diligentiam uero atq; templi cuſtodiam ſacerdotes & leuitas Ioiada habere permiſit:& ſecundum regis Dauid præceptum iuſſit eos ſecundo ideſt bis in die holocauſta & ſacrificia ſolenniter immolare:ut ſecundum legem incenſum offerrent. Fecit autem & quoſdam leuitarum portarios ad templi munimen:ne illic ſordidum aliquod latenter intraret. Hæc itaq; uniuerſa diſponens cum centurionibus & omni populo:ſumens puerum de templo Ioiadas eum cum uniuerſis ad regalia uſq; perduxit. Quo in regio ſolio reſidente:cunctus populus cum fauore ſolenniter acclamauit:& ad epulas conuerſi ſimul feſtiuitatem multis diebus egerunt. Ciuitas ergo equidem habebat pacem. Athalia de rebus humanis ablata. Ioas itaq; adeptus regnum erat annorum ſeptem cuius mater fuit nomine Sebia ex regione Berſabe multāq; habuit cuſtodiam legum: & cultu rām diuinæ religionis exhibuit omni tempore quo uixit Ioiada. Aetate cōgrua duxit uxores duas dante ſibi pontifice:ex quibus & maſculi ei & fœminæ natæ ſunt. Igitur de rege Ioas:& quemadmodum inſidias Athaliæ diffugerit:regnumq; percepit:his indicaſſe ſufficiat.

Expeditio Azahel regis Damaſcenorum aduerſus Iſrahelitas qui deuaſtata eorum regiōe urbeq; Samaria mox contra hieroſolymitas conuerſus multum ab eorum pecuniarum accipiens Damaſcū rediit. Inde etiam reliquum geſtorum Heliſei prophetæ. CAP. VIII.

AZahel autem Syriorum rex:dum pugnaret contra Iſrahelitas:& contra regem eorum Hieu:uaſtauit prouinciam trans Iordanem:quæ erat ad oriētem tribus Ruben:& Gad & Manaſſes:& Galaath:& Batchaneam percurrens ubiq;:& cuncta diripiens:& uim reſiſtentibus inferens uniuerſis. In quo non potuit quidem ulciſci Hieu:dum cunctam prouinciā deuaſtaret:ſi circa diuinitatem ſuperbus & contemptor exiſtēs: & legitima ſancta deſpiciens:mortuus eſt:cum regnaſſet ſuper Iſrahelitas annis ſeptem & .xx. ſepultus eſt autem in Samaria:ſucceſſorem principatus Ioacham filium derelinquens. Regem uero Hieroſolymorum Ioas quoddam deſiderium appræhenderat:ut templum innouaret. Quadam ergo die euocans pontificem Ioiadam:iuſſit ut in omnem mitteret regionem:& leuitas & ſacerdotes exigeret pro uniuſcuiuſq; capite dimidium ſicli argenti ad fabricam & renouationem templi: quod a Ioram & Athalia:& eorum filiis uidebatur eſſe deſtructum. Pontifex autem hoc equidem non fecit:ſciēs q; nullus cōferret argentum. Tertio uero & uiceſimo anno regni ſui Ioas euocās:& Ioiadam ipſum & leuitas: & quaſi inobedientes ſui præcepti culpans:iuſſit ut pro hac re in futuro anno pro renouatione templi proſpicerent. Quo facto conſilio pontifex uſus eſt pro congregatione pecuniarum: quod populus libenter habuit:& gratanter impleuit. Fecit nāq; ligneam arcam & undiq; muniens eam:unum foramen aperuit quam ponens in templo iuxta ſacrarium:iuſſit ſingulos quantum uellent in eam mittere per foramen pro templi reparatione. Ad hoc igitur opus omnis populus libenter acceſſit:& multum argenti:multumq; auri largitus eſt. Quo facto euacuantes arcam rege præſente: ſcribæ ſimul & ſacerdotes gazophylaciorum dinumerātes:quod fuerat congregatum: deinde eandem archam in ipſo loco repoſuerunt:& hoc diebus ſingulis faciebant. Cunq; populus quod ei uiſum fuerat obtuliſſet:miſerunt pontifex Ioiada:& rex Ioas:ut ceſores lapidum inſtructoreſque conducerent & ligna maxima de optima ſilua deponerent. Templo itaque reparato:aurum quod remanſerat: & argentum non paruum ad pateras:& uimi fuſoria & coopercula:& uaſa reliqua deputarunt: ſacrificiiſque:quottidie adolendis altare tegebant. Et hæc quidem tempore quoad uixit Ioiadas competenti ſtudio gerebantur. Cum uero is mortuus fuiſſet qui uixerat annis centum triginta iuſtus & per omnia uenerandus: & ſepultus fuiſſet in hieroſolymis in regiis monumentis: quomodo generis Dauid reparārat imperium:rex Ioas curam perdidit diuinæ religionis:cum quo etiam primates plebis pariter incitati ſunt: ut circa ſolennitates & legitima iura delinquerent. Deus autem dure ferens tranſgreſſionem regis & aliorum miſit prophetas qui conteſtarentur:eos ut ab huiuſmodi geſtorum malignitate recederent. Illi uero in tali malorum more & deſiderio permanſerunt ut nec alios qui ante ſe propter legitimorum iniurias fuerant caſtigati:neque prophetas qui prædicabant ut penitentiam agerent: & conuerterentur ab iniquitate reſpicerent. Nam & Zachariam filium pontificis Ioiadæ lapidibus in templo rex iuſſit occidi beneficiorum patris eius oblitus. Quem

cum deus prophetam conſtituiſſet:ſtans in media multitudine ſuadebat eis ſimul & regi:ut iuſticiam facerent:& quia magna ſupplicia ſuſciperent:ſi nollent dei præceptionibus obedire. Qui tamẽ cum moreretur:ſuarum paſſionum teſtem deum & iudicem proclamauit:quia pro bono conſilio: & pro his quæ pater eius præſtiterat regi Ionas: ille amare & uiolenter occumberet. Rex autem nõ poſt multum temporis ſpatium iuſtiſſimas pœnas horum in quibus præuaricatus eſt exoluit. Veniente nanq; Azabel Syrorum rege ĩ eius ꝓuinciam:& Geth deuaſtante atq; depopulante:cum eſſet iã ad heroſolymam deducturus exercitum:metuens Ioas obſeſſionẽ:euacuatis omnibus dei theſauris atq; regalibus & miniſteriis templi:miſit Syrorum regi:his redimens eum:ne ciuitas pateretur oppreſſionem: aut periculum rerum omnium ſuſtineret. Cui dum ſatiſfactum fuiſſet ingenti multitudine pecuniarum nequaquam ad Hieroſolymam caſtrametatus eſt. Ionas tamen cum peſſimum lãguorem incurriſſet:inſtantes amici qui mortam Zachariæ Ionadæ filii defendebant: ei inſidias facientes interemerunt eum:& ſepultus eſt quidem in Hieroſolymis:non autem in monumentis patrũ quia fuerat inimicus diuinæ religionis. Vixit autem annos quidem .vii. & .xl. in eius uero imperio ſucceſſit filius eius Amaſias. Viceſimo autem & primo anno regni Ioas iſrahelitarum principatu potius eſt Ioacham filius: Hieu in ſamaria quem & habuit annis ſeptem & decem: patris quidem ſui: nec ipſe imitator exiſtens:impie uero gerens:ſicut & primi reges qui deum ſpreuiſſe uidebãtur. Hũc autem humiliauit Azabel:& cum extenta poteſtate contriuit:dum aduerſus eum decem milibus armatis:& quinquaginta milibus equitum caſtra mouiſſet. Nam & ciuitates ei plurimas & maximas abſtulit:& eius milites trucidauit. Hæc itaq; paſſus eſt Iſrahelitarum populus ſecundum Heliſei prophetiam: quando Azahel qui occidit dominum ſuum regnaturum eſſe prædixerat ſuper Syros & Damaſcenos. Cũq; Ioachã in his anxietatibus teneretur:ad ꝓces dei:ſupplicatiõeſq; cõfugit:rogãs: ut eum de Azabel manibus liberaret: nec pateretur:ut ſub illius eum ditione uideret. Deus autem pœnitentiam pro uirtute ſuſcipiens:& corripere magis q̃ perdere hominem huiuſmodi uolens:conceſſit ei quatenus belli pericula declinaret. Pace itaque prouincia rurſus ad ſtatum priſtinum copiam quæ regreſſa eſt. Poſt mortem uero Ioacham filius eius Ioas ſuſcepit regnum. Cum ſeptem iam & xxx. annos haberet in regno Ioas ſuper tribum Iuda: tenuit principatum iſte Ioas in Samaria ſuper populum Iſrahel. Nam & ipſe idem hẽbat nomẽ: quod Hieroſolymorum rex:tenuitque regnũ annis ſedecim: fuitque bonus:& in nullo paternæ naturæ conſimilis. Illo quidem tempore dum Heliſeus propheta iam in ſenectute conſiſteret: & ægritudinem incurriſſet: uenit Iſrahelitarum rex uiſitaturus eum. Et dum eum in nouiſſimis inueniſſet: flere cœpit eo uidente:& ingemiſcere patrẽ eum uocans: & ſcutum ſui regni: propter eum dicens nunquam contra eum hoſtes armis egiſſe: ſed ſe proſpere ſine dimicatione uiciſſe:qui dum a uita diſcederet:Hæbreos ſyris relinqueret:& aliis inimicis captiuandos. Quapropter nec ipſam uitam ſecuram ulterius fore dicebat:ſed gratum ſibi eſſe: ut cum eo a præſenti luce recederet. Hæc dicente atque gemente rege: Heliſeus conſolabatur eum:iuſſitque allatum ſibimet arcum extendere. Qui cum præparaſſet arcum contingens manus eius propheta iuſſit ut ſagittaret. Cunq; tres ſagittas dimiſiſſet:atque ceſſaſſet ait. Si plures dimiſiſſes eradicaſſes Syrorum regnum. Quia uero in tribus ſolummodo quieuiſti:totiens congreſſus ſyris pugnando præualebis:& regionem:quam abſtulerunt a tuo patre rurſus obtinebis. Et rex quidem dum hæc audiſſet abſceſſit. Poſt non multum uero temporis & propheta defunctus eſt uir iuſticia famoſiſſimus: & in dei ſtudiis ualde præclarus. Miracula nanq; & inopinabilia opera per ſuas prophetias oſtendit:& apud Hæbreos memoriam claram & magnificam ſepulturam habere ꝓmeruit: & qualem uiro ita religioſo dicebat impendi. Illo ſiquidem tempore contigit:ut quidam latrones in Heliſei ſepulchrum mortuũ:quem ipſi uidebantur iterfeciſſe proiicerẽt. Cuius cadauer dum eius fuiſſet corpori ſociatum:continuo ſuſcitatum eſt. Et de Heliſeo quidẽ propheta:& quæcunq; prædixit:& quomodo poſt mortem uirtutem diuinam habuit:hæc declarata ſufficiant. Defuncto itaq; rege Syrorum:Azahel ad filiũ eius addam imperium peruenit:contra quem Ioas iſrahelitarũ rex cum dimicaret:& tribus congreſſionibus eum uincens:omnem prouinciam ab eo retraxit: & quaſcunq; ciuitates & uicos eius pater Azahel de iſrahelitarum regno ſubtraxerat liberauit. Hoc itaq; ſecũdum prophetiam Heliſei prouenit. Cunq; contigiſſet ut etiam Ioas moreretur:ille quidem ſepultus eſt in Samaria:regnum uero ſuo filio Hieroboam nomine dereliquit.

Amaſias Hieroſolimorum rex aduerſus Idumæos caſtrametatus & Amalechitas deuicit eos. contempſitq; dominum. CAP. IX.

ANno ſecundo Ioas regis iſrahelitarũ:regnauit ſup tribum Iuda in Hieroſolymis Amaſias. Cui⁹ mr̃ erat noĩe Iodam. Genere uero ciuis & iuſticiæ, puiſione mirabilis qui cum iuuenis eſſet:ueniens ad regnum:cogitauit ut inimicos qui patrem eius occiderant:puniret:& compræhenſos omnes occidit:filiis aũt eorum pepercit ſequens Moſeas leges qui non ſanciuit propter peccata parentum filios occidendos. Deinde eligens exercitum de tribu Iuda & Beniamin:qui in flore iuuentutis & circa triginta annos exiſterent: & ex his congregans quaſi trecenta milia:conſtituit ſuper eos centuriones: mittenſque ad regem iſrahelitarum:cõduxit argenti talentis centum milia armatorum. Deliberauerat enim ut Amalechitarum

gẽtibus:& idumæis:& Gabaonitis iferret bellum. Cũq; præpararet ad præliũ:& iam uideret positus in pcinctu:suasit ei ppheta:ut dimitteret israhelitaꝝ exercitum:qa esset impius: & deus eum uinci pdiceret:utq; suoꝝ solummodo solatio uteret: & hostibus prævaleret cum paucis contra eos uolẽte deo pugnãdum. Cũ ergo grauiter hoc ferret rex:q; mercedes israhelitis iam præbuisset ingẽtes:monebat propheta ut ageret qđ deo placeret:cũ possent pecuniæ ex ipsius muneribus abũdare. Et illos qdem dimisit:cedẽs etiã quas dederat rex mercedes:ipse uero cũ suo exercitu ad prædictas gẽtes accessit:Et prælio gesto uincẽs.x.qdem milia occidit:& totidem uiuos cœpit: eosq; deducens ad magnam petrã quæ est in Arabia constituta:prædã aũt & diuitias ex his gẽtib⁹ abstulit infinitas. Dum itaq; in his Amasias cõsisteret:israhelitæ quos cũ mercede data remiserat indignati sunt: & credẽtes iniuriam q; quasi pro uirtupatione fuissent ab eo remissi:ei⁹ regni terras aggressi sunt:& usq; Bethorõ pcedentes diripuere puinciam:& multa quidem abstulere iumenta & tria milia hoium occiderunt. Amasias in uictoria ex his quæ gesta fuerant eleuatus:deum quidẽ qui ei hoꝝ oium auctor extiterat cœpit spernere:ac deos illos quos de Amalechitaꝝ puincia uexerat adorare. Tũc accedẽs propheta mirari se dixit:cum eos deos rex arbitraretur adorandos:qui suos:& a quib⁹ honorabãtur iuuare nõ potuissent:nec ab hui⁹ manib⁹ liberassent:sed peuntes defendere contempsissent:& ipsi quoq; in hierosolymã ad instar hostiũ captiuoꝝ uicti deducti fuissent. Hæc itaq; regi mouerũt ira:& præcepit ut deberent dicere ad pphetam interminantes eum se punituꝝ si amplius loquerent. Et propheta quidem tacere se dixit:prædicens non esse præbiturum deum ea quæ rex facere moliretur.

Ioas israhelitarum rex Amasiam prælio uicit captumque Hierosolymas perduxit: dirutaq; parte muri thesauros abstulit Samariaq; regressus est. CAP. X.

AMasias uero dum se abstinere non posset in reb⁹ fœlicib⁹ constitutus:quas ad deo pceperat:eiq; faceret iniurias:scripsit ad regem israhelitaꝝ Ioas:ut obediret ei & ipse & populus uniuersus:sicut & prius obediebant parentibus eius:Dauid & Salomoni. Qui parere nollent:scirẽt:q; bellum terminum causæ pciperet. Cui ioas rex ita rescripsit. Rex ioas regi Amasiæ. Erat in libano monte cipressus oino potẽs:& carduus exiude misit ad cipressum:petẽs ut filiã eius filio suo daret uxorẽ. Et dum hæc agerent bestia quædam trãsiẽs carduum cõculcauit. Hoc ergo erit tibi exẽplum:ut maiora nõ appetas:nec qũo Amalechitas uicisti:in hoc exultans tibi & tuo regno uidearis iferre picula. Hæc legẽs Amasias:ad bellum potius incitatus est:ideo ut arbitror ad hoc eũ impellẽte:ut p his quæ fuerant ab eo cõmissa pœnas exolueret. Cunq; produxisset exercitum contra ioas esset q; iam præliũ cõmissurus:milites Amasiæ repẽtinus terror & stupor inuasit:qualem non propicius deus imittit:& anteq; uenirẽt ad manus in fugam animi pauore conuersi sunt. Illis igit terror⁹ dispersis:contigit ut Amasias desolatus ab hostibus caperet:eiq; Ioas mortem interminatus est. si Hierosolymitis nõ suaderet. ut aperiẽtes portas:eum cum exercitu in ciuitatem suscipent. Et Amasias quidẽ mortis terrore compulsus suscipi fecit hostem. Qui destruens partem muri quasi quadringẽtoꝝ cubitorũ:curru ingressus est Hierosolymã Amasiãq; captiuũ ducẽs:& dñs hoc modo Hierosolymitaꝝ ciuitatis effectus: & dei thesauꝝ abstulit:& auꝝ argẽtũq; quod in Amasiæ erat regalib⁹ exhausit:& ita eum a captiuitate resoluẽs:regressus est ad Samariam. Hæc itaq; gesta sunt circa Hierosolymitas anno quartodecimo regis amasiæ. Qui post hæc passus insidias amicoꝝ:fugit quidẽ in ciuitatem Iachis:iterfectus est autem ab eis mittentibus:qui eũ illic interimerẽt. Cui⁹ corpus referentes in hierosolymam regaliter tumulauerũt. Igit Amasias hoc modo finiuit uitam ppter supbiam & contemptum quem habuit circa deum:qui uixit annos quidem quatuor & quinquaginta:regnauit autem uiginti nouem:Huic successit filius suus nomine Ozias.

Bellum Hieroboam regis israhelitaꝝ aduersus Syros. Historiaq; Ionæ prophetæ et de ozia Amasiæ filio rege hierosolymorum qui gentes in circuitu posita subegit mox ut uendicans sibi pontificium honorem lepra percussus obiit. CAP. XI.

IN no quintodecimo regni Amasiæ regnauit in israhel filius Ioas Hieroboam in Samaria annis undecim. Hic autem rex circa deum quidem iniuriosus:& iniquus extitit uehementer:idola colendo:& multa incongrua:& opera extranea faciendo:populo uero israhelitarum multorum bonorum operum occasio fuit. Huic quidem Ionas propheta uit: quot oporteret eum Syros uincere dimicantem: & regnum proprium dilatare in partibus aquilonis:usque ad Emath ciuitatem a meridie uero usq; ad Asphaltiden paludem. Antiquitus enim termini Chananæi isti fuerunt: sicut princeps Iesus ea loca determinauit. Igitur Hieroboam castrametatus contra Syros: omnem eorum prouinciam sicut Ionas prophetauerat deuastauit. Necessarium uero iudicaui integritatem rerum contradere: studens quæcunque & de isto propheta in sacris libris inueni conscripta omnia declarare. Hic enim iussus a deo ut iret ad Niniue regnum:& ibidem prædicaret:quod esset amissura ciuitas principatum: metuens non perrexit:sed fugit deum in Ioppe:& inuenta naue ingressus in Tharsum ciuitatem ciliciæ nauigabat. Cũq; tẽpestas immineret asperrime:& nauis submersionis pericula sustineret:nautæ quidem & gubernator:& ipse nauclerus fundebant orationes:quatenus piculũ maris euaderẽt. Ionas aũt operiens semetip̃m

iacebat:& nihil metuebat horum quæ uidebat eos afficere. Cum ergo tempeſtas potius augeretur: & uiolentibus uentorum nimietate mare attolleretur in cumulum : cogitantes ſimul: quia aliquis nauigantium huius tempeſtatis auctor exiſteret : conſtituerunt ut quicunque is eſſet ſorte prodere-tur. Quibus hoc facientibus ſors cecidit in prophetam. Interrogantibus autem illis unde eſſet: & quid ageret : genere ſe quidem dixit Hæbreum:prophetam uero ſummi dei : eiſque ſuaſit:ut ſi uellent præſens periculum declinare:eum in pelagus proiicerent : quia tempeſtatis eorum auctor exiſteret. Et illi quidem prius non hoc facere præſumpſerunt impium indicantes : ſi peregrinum hominem: & qui eis ſuam commiſerat ſalutem: ad hæc mala compelletent: cum utique nondum nauis ſubmerſio proueniſſet : a propheta uero poſt hæc compulſi : & timore ſuæ ſalutis aſtricti eum in pelagus proiecerunt:& tempeſtas quidem remota eſt. Ille uero ut ſermo eſt: ꝙ a ceto deuoratus poſt tres dies totidemq; noctes in Euxino ponto uiuus euomitus eſt in nulla parte corporis maculatus:qui ſupplicans deo:ut ei ueniam concederet pro delicto:ad Niniue profectus eſt ciuitatem : & aſtans in medio prædicauit:ꝙ poſt breuiſſimum tempus Aſiæ perderent principatum. Hæc ergo eis indicans eſt reuerſus:Hanc itaq; narrationem explicui:ſicut ſcriptam inueni. Igitur hieroboam rex cum omni fœlicitate uitam degens:& regnans:annos. xi. defunctus eſt : & ſepultus in Samaria:cui ſucceſſit in regnum eius filius Zacharias. Eodem modo & Ozias Amaſiæ filius quarto & decimo iam anno regni Hieroboam duabus tribubus in Hieroſolymis imperauit : cuius mater fuit Athelamas nomine: genere uero ciuis. Erant autem hic bonus & naturaliter iuſtus atq; magnanimus:& ad rerum prouidentiam nimis induſtrius. Caſtrametatus contra palæſtinos:eoſq; bello deuincens: ciuitates eorum cœpit poſt Geth:& Iamniam:ſed & muros earum deſtruxit. Poſt hanc militiam aggreſſus eſt Arabas uicinos Aegyptiis :& edificans ciuitatem circa mare rubrum: conſtituit in ea cuſtodiam: Deinde ammonitas ſubdens:& tributa eis imponens: & omnia uſq; ad terminos Aegyptiorum:ſuæ ditioni ſubiiciens cœpit de decætero Hieroſolymitarum habere curam:nam quicunque muri fuerant longo tempore:aut regnum priorum deſidia iam deſtructi:eos rurſus ædificauit:& reparauit:necnon & quoſcũq; deſtruxerat Iſrahelitarum rex quãdo patrẽ eius Amaſiam captiuum tenens ingreſſus fuerat ciuitatem. Edificauit aũt & turres multas:ſingulis quibuſq; centum & qnquaginta cubitos habentibus altitudinis. Fecitq; & in deſertis magnas ualde munitiones : & multos aquæ ductus inſtituens. Habebat aũt iumẽtorum & aliorum animaliũ innumeram multitudinem quando & prouincia fertilis erat ad paſcua:eratq; præcipue terre cultor:& curam habebat circa plantationes:& ſemina fructuum diuerſorum. Exercitum circa ſe habuit electorum trecenta octoginta milia uirorum:quorum duces & tribuni:& millenarii erant ualde fortiſſimi:& q ſuo robore poſſent ferri numero duo milia. Conſtituit autem per cohortes totum exercitum : & omnes armauit:dans unicuique iaculaturam & ſcutum & loricas æreas:& arcus & ſphendonas. Super hæc autem & machinamenta multa ad oppreſſiones inſtituit : quibus petræ dimitterentur & iacula & arpagones: & his ſimilia præparauit. Dunque hæc ita conſtituiſſet mentis elatione corruptus : & ſubſtantia mortali ditatus:contra immortalem omni tempore agere nitebatur. Eſt autem immortalis : ſubſtantia:pietas circa deum : & cuſtodia mandatorum. Lapſus eſt itaque fœlicitatis euentu: & ad paterna peccata deſcendit:quæ etiam illum poſtquam claritatem bonorum & rerum magnitudinem dereliquit appræhenderunt. Hic enim inſtante inſigni die & generali feſtiuitate indutus ſtola ſacerdotali intrauit in templum : oblaturus incenſum in aureo altari deo. Pontifice uero Azaria cum aliis octoginta ſacerdotibus eum prohibente ne faceret : quomodo hæc ſolummodo his adiacerent:qui ex genere Aaron erant: & clamantibus ei ut exiret : & non ageret contra dei leges: iratus interminatus eſt eis mortem: niſi tacerent. Inter hæc autem terræmotus factus eſt magnus: & ſtupeſcente populo/claritas ſolis nimis effulſit : & incidit in faciem regis : & illi quidem lepra continuo prouenit. Ante ciuitatem uero in loco qui dicitur Eroge ſciſſa eſt media pars montis ad occidentem: & ſua uolubilitate per quattuor ſtadia procedens: ad orientalem reſtitit montem: ita ut ei uias clauderet & regios hortos opprimeret. Cunque ſacerdotes regis faciem lepram apprehendiſſe conſpicerent: pandebant ei calamitatem ſuam:hortantes ut tanquam pollutus exiret a ciuitate. Ille uero confuſione huius euentus affectus : & dum illi iam nulla eſſet fiducia tremefactus quod iubebatur impleuit. Qui licet fuiſſet ultra humanas mentes elatus:& propter hæc impie geſſiſſet in deo miſerabilem : tamen hanc & uilem pertulit paſſionem:& tempus quidem aliquod extra ciuitatem commoratus in uita priuata degens:filio eius ſcilicet ſuſcipiente regnum : deinde meſticia faciente defunctus eſt. Qui uixit quidem annos octo & ſexaginta : quibus regnauit quinquaginta & duobus:ſepultus eſt autem in hortis ſolus. Zacharias autem filius Hieroboam dum menſibus ſeptem regnaſſet in Iſrahel dolum paſſus occiſus eſt a quodam amico nomine Sellum: filio Iotauis : qui poſt eum regno percepto non amplius quam diebus triginta tenuit regnum. Princeps enim militiæ Manaen illo tempore: cum eſſet in ciuitate Tharſo: & audiret quod de Zacharia fuerat geſtum : ſurgens inde cum omni militia uenit in Samariam & commiſſo prælio Sellum peremit: & ſemetipſum conſtituit regem : ſurgenſque exinde in Thabrain ciuitatem uenit: cuius ciues obſeruantes portas eius : regem ſuſcipere noluerunt. Ille uero ulciſcens in eis : &

quæ foris erant depopulatus est. & ciuitatem obsessione fortissima acceptã & grauiter ferẽs: quod fe cerunt eius ciues: omnes simul occidit: neq; paruulus parcens: & quicquid ad culmen pertinebat fe rocitatis & scuiciæ non reliquit. Nam quod neq; alienigene capientes eos facere potuissent hoc iste de suis contribulibus operatus est. Itaq; Manaen hoc modo regnauit annis .x. fuitq; peruersus & re rum omnium ualde sæuissimus.

Mala quæ Israhelitis sub diuersis regibus prouenere ab assyriis. Ioatham Oziæ filii regnum pro phetiaq; Naum. CAPI. XII.

Vnq; aduersus eũ castra mouisset Phulus Assyriorũ rex: ad certamina quidem pugnæ cõtra Assyrios nõ accessit: sed mittẽs ei mille argẽti talẽta: egit ut bello discederet. Ad hãc itaq; cãm, pfuit populus regi Manaen. Nã unusq; sq; p capite suo qnquaginta præ buit dragmas: post hæc defunctus est: & sepultus in Samaria: Phaceiã uero suũ filiũ sue cessorẽ regni, ppri dereliqt. Qui sequens pñam crudelitatẽ duob⁹ tantũmodo regna uit annis: deide in cõuiuio dolo cũ amicis, ppriis pemptus ẽ. Phaceias. n. millenarius fili⁹ Romeliæ ei fecit insidias: q & ipse Phaceia tenuit annis principatũ .xx. Fuit aũt impius & iniquus. Rex uero: assy rioꝝ Teglatphalasser noie castrametatus aduersus Israhelitas: & cũctam Galaditẽ regionẽ uastãs: & transiordanẽ: & q̃ Gabbani nũcupant: & Trasa & Asaran habitatores una captiuos ducens: eos in re gnũ suũ migrauit. Igit & de assyrioꝝ rege hæc nos declarasse sufficiat. Ioathã itaq; filius regnauit in Hierosolymis sup tribum iuda cuius mater fuit ciuis illi⁹ ciuitatis quæ uocat Iraſis: is rex nulla uirtu te minor fuit: sed & rebus qdem diuinis pius. apud hoies aũt extabat iustus: habuitq; curã reꝝ ciuita tis: & quæcũq; reparatione & ornatu pariter indigebant: hæc largissime, pcurabat: fecitq; porticus in tẽplo: & ei⁹ ingressus ornauit: muros quoq; q ceciderũt rursus erexit: turresq; , peras & iuincibiles in eis edificauit: & in reliqs oĩbus quæ in regno neglecta uidebant: opus fabricatiõis exhibuit. Qui dũ ammonitis ituliſſet bellũ atq; uicisset: eos annis singulis tributa p̃cepit exoluere talenta auri centũ & tritici decẽ milia choros: tãtũdẽ & ordei. Sic aũt, ppriũ auxit regnũ: ut hostibus qdem esset ualde terribilis: familiarib⁹ uero p̃cipue fœlix. Eo itaq; tpe fuit, ppheta qdam noie Naum: q de Assyriorum subuersione & Niniue urbe, pphetãs hoc dicebat. Niniue quasi piscina aquæ cõmota: sic & populus oĩs turbatus: & fluctuans cõmouebit fugiẽs cũctis dicentib⁹: ad alterutros state & manete: aurũq; ne bis & argẽtum diripite: & nullus hanc uolũtatem agẽdi habebit: cũ aĩas suas oẽs magis q̃ facultates salutare festinent. Crudelis. n. alterutros decertatio habebit: & luctus & solutio magna membroꝝ & uultus eoꝝ terrore palescunt. Vbi tũc erit habitaculum leonum: & mater catuloꝝ leonum. Dicit aũt tibi deus Niniue: qũo exterminabo te: ut nequaq̃ leones, pgredientes ex te imperẽt mũdo. Sup hæc autem & multa alia prædixit iste propheta de Niniue: quæ dicere necessarium non putaui: ne le gentibus uiderer importunus ostendi. Hæc aũt omnia, puenerunt in Niniue post annos centum & xv. De his ergo nunc a nobis sufficienter expositum est. Porro Ioathan mutauit uitam: cum uixisset annos unũ & quadraginta: ex qbus regnauit sedecim: sepultusq; est in regiis monumẽtis: uenitq; re gnum ad eius filium Achan: q impius circa deũ existẽs: & paternæ præuaricator legis: reges Israhe litaꝝ imitatus: in Hierosolymis idoloꝝ aras istituit: & sup eas sacrificauit: in quibus etiam suũ in ho locaustum obtulit filium more Chananæoꝝ: & sup hæc multa alia scelera perpetrauit.

Damna cladesq; quæ Israhelitis euenere imperante eis Acham Syrorumque inter & Assyriorum prælia. CAPI. XIII.

Vnq; circa hæc ita uæsanus existeret: castrametatus est aduersus eũ Syroꝝ & Damasce norum rex Rasin: & Phaceias Israhelitarum: erãt enim amici & recludentes eum i hie rosolymis: multis eam tẽporibus obsidebant: , pter muroꝝ munitionẽ eam cape non ualentes: Syrorum uero rex capiens ciuitatem Ailach ad mare rubrum positam & ha bitatores eius occidẽs i ea uiros statuit: & alios i circuitu ciuitatib⁹ ita fecit: pimẽs ubiq; Iudeos: qui multam deuehens p̃dã: in damascũ cum suo remeauit exercitu. Rex aũt hierosolymoꝝ cognoscẽs Syros ad, ppria remeasse: & cedẽs p̃ualeꝝ se cõtra Israhelitaꝝ regẽ: exercitũ suũ aduersus eum armauit: & congressus bello faciente ira dei deuictus est: propter impietates suas multas & ma ximas: Ea nanq; die centum &. xxx: milia eius militum ab Israhelitis occisi sunt: & Amasias princeps militiæ Zachariam filium regis Acham in bello peremit: & tutorẽ totius regni Ericam constituit & principem militiæ tribus iudæ nomine Elicam captiuum tulit: & ex tribu Beniamin mulieres & infantes: multamque simul diripiens prædam: in Samariam sunt reuersi. Quidam uero Odidas illius temporis propheta cum esset in Samaria exercitui ante muros occurrẽs magna uoce clamauit dicens uictoriam eis non propria uirtute collatam: sed propter iram dei q̃ habuit super Acham regẽ culpauitq; eos cur eis non sufficeret sua fœlicitas: sed etiã præsumpserint ex tribu Iuda & Beniamin cognatos suos captiuos abducere: suasitq; illis ut eos continuo sinerẽt ad propria remeare: q; si non obedirent deo subderent repetiti prælio. Populus igit Israhelitaꝝ in cetu cõueniens: quid de his fie ret cogitabat. Tunc quidã Barachias noie cũ esset in republica , pbatissimus: surgẽs in medio: & cum eo tres alii dixerunt. Non est permittendum ut captiui in urbem introducantur ne omnes a deo pa riter peream⁹. Sufficiant prima peccata sicut prophetæ domini: & non nouas inpietates adiicia-

mus. Hæc ergo miſſos audiẽtes: permiſerunt eis ut facerent quodcunq; crederẽt expedire. Sumẽtes ergo prædicti uiri captiuos lauanteſq; & diligentiam exhibẽtes: & itineris dantes expẽſas innoxios ad propria remiſerunt. Nihilominus quattuor uiri uenere cum eis: & uſq; ad Hiericũta deducẽtes eos non procul ab Hieroſolymis in Samariam ſunt reuerſi. Rex aũt Acham hæc paſſus ab Iſrahelitis mittẽs ad regem aſſyriorũ thadaphaſarũ: popoſcit ab eo belli ſolatium aduerſus Iſrahelitas & Syros: & Damaſcenos: multas pecunias ſe ei daturum eſſe promittẽtes miſitq; ei & munera ualde præclara. Ille uero legatis ad ſe ueniẽtibus: uenit in auxiliũ regis Achã: & caſtrametatus aduerſus Syros: & regionem eoꝝ depopulatus eſt: & Damaſcum bellico iure cœpit: inſuper & regem Raſin occidit. Damaſcenos aũt in ſuperioꝝ mediam deſtinauit: & quoſdam Aſſyrioꝝ in ciuitate Damaſcena conſtituit: Iſrahelitarum uero terram nimis affligens multos ex ea captiuos abduxit: dum hæc contra Syros egiſſet rex Hieroſolymorum auferens aurum quodcunq; erat in regalibus theſauris pariter & argentũ: & qđ erat in tẽplo dei: & quicquid fuit optimũ ornamẽtũ in tẽplo: deuehens hæc uenit in Damaſcum: & ſecundum promiſſiones dedit hæc Aſſyrioꝝ regi: & gratias ei pro omnibus referẽs: in Hieroſolymã remeauit. Hic aũt rex fuit ſtultus: & circa modũ ſuæ utilitatis a ratione alienus quia neq; dum bello cõprimeretur ab aſſyriis deos eorum adorare ceſſauit: ſed in eoꝝ ueneratione permanſit: quia ſi poſſet ei conferre uictoriã: & deuictus Aſſyrioꝝ denuo cœpit colere deos: & oẽs potius uidebatur honorare: q̃ patrẽũ uerumq; deũ cuius ira fuerat eius perditionis cã. Qui ad tantã inſaniam: contẽptumq; dei peruenit: ut oĩno clauderet tẽplũ: & ſolennes offerri hoſtias prohiberet & ornamenta eius auferret. His igitur rebus iniuriam faciẽs deo. mortuus eſt cum uixiſſet annis ſex & triginta ex quibus regnauit ſedecim. Cui filius Ezechias mox ſucceſſit in regno. Eodẽ tempore mortuus eſt etiã rex Iſrahelitaꝝ Phaceia: dolo cuiuſdam amici nomine Ozias: q tenuit regnum annis nouem: fuitq; malignus dei contẽptor.

Ozias Iſrahelitaꝝ rex tributa aſſyriis pendit Ezechiaſq; Hieroſolymorum templum ſacrificiaq; religioſe inſtaurat & Palæſtinos ſubdit. CAP. XIIII.

COntra hunc aũt caſtrametatus ẽ Aſſyriorum rex Salmanaſſar: eũq; cũ utiq; Ozias deũ non haberet propicium nec adiutorem fecit ſibimet ſubditum: & tributa definita cœpit exoluere. Anno itaq; quarto Oziæ regis: regnauit in Hieroſolymis Ezechias filius Achã: & Abiæ qui fuit ex genere ciuis. Erat aũt huic uiro, natura benigna iuſta & ualde religioſa. Nihil enim ob aliud ſe credidit ueniſſe ad regnum: neq; aliquid neceſſarium: nec utilius ſibimet eiq; ſubiectis arbitratus ẽ eẽ q̃ ut coleret dei religionẽ. Et conuocans omnẽ populum pariter ſacerdotes & leuitas: contionẽ habuit apud eos dicens. Non ignoratis: quomodo patris mei peccato qui tranſgreſſus ẽ dei ſanctũ honorabilẽq; culturã: multa & maxima mala eſtis experti: & ab eo ueſtra mens corrupta eſt: & qũo ſuaſit: quos ipſe colebat uos deos ſuos pariter adorare. Honorifitaq; uos poſtq̃ opere cognouiſtis: quomodo peſſimum eſt agere impie: ut illorũ oblitionem habẽtes: purgetis uos a priore pollutione: & cum ſacerdotibus atq; leuitis conueniẽtes aperiatis tẽplum: & purgãtes illud cum ſolẽnibus ſacrificiis: ad honorẽ antiquum & patrium reuocetis: Sic enim deus uobis propitius erit: & iraſci ſup ueſtra peccata ceſſabit. Hæc dicẽte rege ſacerdotes apuerunt tẽplum: & eiiciẽtes pollutiones: uaſa dei & ſolẽnia ſacrificia ſup altare impoſuerunt. Mittẽs aũt rex in prouinciã ſibi ſubiectam populũ ad Hieroſolymã cõuocauit: ut feſtiuitatẽ celebrarẽt azymorum: multum nãq; præterierat tẽpus propter iniquitatẽ prædictoꝝ regum: quod non fuerat actum. Miſit uero pariter ad Iſrahelitas: nuntians eos: ut relinquẽtes malam conuerſationẽ & conſuetudinẽ reuerterentur ad priſtinam dei culturam: dicens concedere ſe uenientibus in Hieroſolymã: ut azymorum feſtiuitatem agerẽt: & cum eis pariter epulas exercerent. Hæc dicebat: monens tãtum non ſibi eos ſubiectos facere ſtudens: ſi tamen nollẽt: quod ſi quidem uoluiſſent: utiq; beati fuiſſent. Iſrahelitæ uero uenientibus legatis: & eis regis proprii mandata nunciantibus: non ſolum non acquieuerunt ſed etiam legatos tanquam fatuos irriſerunt. Pariter etiam prophetas hæc mouentes & prædicantes quæ paterentur: ſi ad pietatem dei conuerti nollent: ſpreuerunt: & ad nouiſſimum eos cõprehẽdẽtes interemerunt. Et neq; in his ſolis iniquitatibus perſtiterunt: ſed horum quoq; peiora faciebant nec prius quieuerunt donec deus uindicãs in eis: hoſtium eos ſubderet ditioni. Et de iſtis quidem poſtea declarabimus. Multi tamen de tribu Manaſſe: & Zabulon: & Iſachar obediẽtes monitionibus prophetarum: ad pietatis iura conuerſi ſunt. Et iſti omnes ad Ezechiam in Hieroſolymam concurrerunt: ut adorarent deum. His autem uenientibus rex Ezechias aſcendens in templum cum principibus & omni populo: ſacrificauit pro ſe tauros ſeptem & totidem arietes: & agnas ſeptem. & totidem hircos: imponenteſque manum ſuper capita peeudum ipſe rex & principes ſacerdotibus ſolennia ſacrificia facere permiſerunt. Et illi quidem ſacrificabant & holocauſta faciebant: leuitæ uero circũſtantes cum muſicis organis cãtabant hymnos in deum atq; pſallebant: ſicut docti fuerant a Dauid: reliqui ſacerdotes tenentes tubas cum hymnis dicentibus concrepabant. His itaq; factis proſtratus in faciem: & ipſe rex & populus uniuerſos adorauerunt deum: deinde ſcrificauerunt boues ſeptuaginta tauros centum: agnas ducentas. Populis uero ad epulas condonauit: boues quidem ſexcentos: reliquaq; pecora tria milia: & omnia quidẽ ſacerdotes

ſecundum legis cõſuetudinẽ complebãt. In his itaq; rex delectatus epulabat cũ populo gratias agens deo. Inſtantem uero azimorum feſtiuitatẽ celebrantes ideſt paſcalia decætero ſacrificia diebus ſeptem exhibuerunt. Populo uero præter illa quæ imolata ſunt donauit rex tauros quidẽ tria milia: pecudum diuerſorum ſeptem milia. Idem autem fecerũt & principes: mille nãq; tauros dederunt ei: & pecora mille & quadraginta. Et dum hoc modo a Salomonis regis tẽpore celebratio nõ fuiſſet effecta: tunc primum ſplẽdide & largiſſime probatur exhibita. Cunq; feſtiuitas fuiſſet impleta: egreſſi in prouinciam purgauerunt eam: ſed & ciuitatem ab idolorũ omnium pollutione mõdauerunt. Conſtituitq; rex ut quotidiana ſacrificia ex eius propriis celebrarẽtur impẽſis ſecundum legẽ: & ſacerdotibus atq; leuitis dicatas dari a plebe decreuit primitias frugum: ut ſemper circa religionem obſeruarent: & a dei cultura ſeparari nequirẽt: & populus quidem offerebat omnis fructus ut moris erat. Domus enĩ & cubicula rex edificans: ſingulis ſacerdotibus diſtribuit: & leuitis: eorũq; filiis & uxoribus: & ita ad antiquã dei culturam denuo ſũt reuerſi. Hæc itaq; prædicto modo rex ſtatuẽs: bellum egit aduerſus Palæſtinos: eiſq; deuictis tenuit oẽs ciuitates hoſtiũ a Gaza uſq; ad Geth. Rex aũt Aſſyrioꝝ mittẽs interminatus eſt: oẽm ſe eiꝰ ſubuertere prĩcipatũ: niſi tributa quæ pater eiꝰ dabat priꝰ exolueret. Ezechias aũt de iterminatiõibus non curabat: ſecurus de pietate dei & pphetia Eſayæ a quo futura oĩa certiſſime cognoſcebat. Et de hoc qdẽ rege hæc in pſenti dicta ſufficiãt.

Salmanaſſar aſſyriorum rex Samariam tribus annis obſidens cœpit Oziãq; regem captiuam abduxit & decem tribus iſrahel in Mediam & perſiam abire iubens alienigenas gentes in Samaria poſuit.

CAP. XV.

SAlmanaſſar autem aſſyriorum rex: dum ei nunciatum fuiſſet: quia Iſrahelitarum rex Oſias latenter miſiſſet ad Suſam ægyptiorum regem: petens contra eum ab eo ſolatia iratus caſtrametatus eſt in Samariam anno ſeptimo regis Oſiæ. Et dum eum rex ſuſcipere noluiſſet: annis tribus obſidens Samariam: cœpit eam nono quidem anno regni Oſiæ ſeptimo Ezechiæ regis Hieroſolymorum: & Iſrahelitarum regnum uehementer exterminauit: & omnem populum trãſmigrauit in Mediam & perſida. Inter quos & regem Oſiam uiuum cœpit atq; migrauit: aliaſq; gentes & quodam loco nomine Authi: qui ex flumine perſico ita uocatur in Samaria & Iſrahelitica regione conſtituit. Migrauerunt ergo decem tribus Iſrahelitarum de Iudæa poſt annos numero nongentos quadraginta & ſeptẽ: a quo tempore egredientes ex ægypto maiores eorum hanc tenuere prouinciam ſub principe Ieſu: ex quo autem recedentes a Roboam qui fuit ex genere Dauid: regnum Hieroboam tradiderunt: ſicut & prius a me ſignificatum eſt: anni tunc erat ducenti & quadraginta: & menſes ſeptem & dies ſeptem. Hic ergo finis appræhendit Iſrahelitas tranſgredientes leges: & prophetis non obediẽtes: qui eis hanc prædixere calamitatem: nec ab impietatibus recedentes. Cœpit autem malorum eorum cauſa fabricare: ex quo ſeditione facta circa Roboam nepotem Dauid Hieroboam eius ſeruum fecerunt regem: qui in deũ peccando fecit eum uniuerſis populis inimicum imitantibus ſuum malum. Et ille quidem quam dignus erat exoluit pœnam. Rex autem aſſyriorum inuaſit pugnando cunctam Syriam: & Phœnicem uniuerſam. Nomen uero huius regis in Archiuis Tyri conſcriptum eſt. Pugnauit is aduerſus Tyrum: cum in ea regnauit Hylyſeus. De quibus teſtatur & Menander qui temporum facta conſcripſit: & Tyriorum antiquitatem in græcam linguam conuertens ſic ait: Hylyſeus nomine regnauit annis triginta & ſeptem: hic recedentibus Cetheis nauigans reduxit eos contra quos denuo Salmanaſſar Aſſyriorum rex inſurgens cunctam Phœnicem bellis inuaſit. Qui facta pace cum omnibus poſt terga ſua reuerſus eſt. Receſſit autem a Tyro ciuitas Sydon: & arce & antiqua Tyrus: & multæ aliæ ſimul urbes: quæ ſemetipſas Aſſyriorũ regi tradiderunt. Quapropter Tyriis nõ ſubiectis denuo rex aduerſus eos egreſſus ẽ Phœnicibus exhibentibus ei naues ſeptuaginta: & remiges octoginta. Contra quos Tyrii nauigãtes cum duodecim nauibus: diſperſis hoſtiũ nauibus cœpere captiuos uiros quingentos. Vnde honor Tyriorum propter hæc creuit eximie. Reuertẽs autem Aſſyriorum rex diſpoſuit cuſtodiam ſuper fluuium: & aquæ ductus ciuium: ut Tyrios haurire pocula prohiberent. Et dum hæc quinq; annis fuiſſet factum: tulerunt de effoſſis puteis bibentes aquã. Hæc itaq; in archiuis Tyriis de Salmanaſar aſſyriorum rege conſcripta ſunt. Igitur dum fuiſſent in Samaria tranſmigrati Chuthei. hoc enim uocabulo hactenus utebãtur: eo ꝙ a prouincia Perſida: & a quodã flumine quod Chutã uocatur migrati uiderentur. ſinguli eorum ſecũdum gentem propriam deos in Samariam portauerunt: erant autem quinq;. Et cum eos more proprio colerent: ad iracundiam & furorem deum maximum prouocarunt: uenitq; peſtilentiam ſuper eos: per quam corrupti: cum nullam malorum medicinam inuenire poſſent: deum maximum colere pro ſalute cœperũt. Mittẽtes itaq; ad regem Aſſyriorum legatos: ſupplicauerunt: ut ſacerdotes eis ex captiuis Iſrahelitarum: quos pugnando tenuerat deſtinaret. Quo mittente ſacerdotes: leges & dei culturam eos edocuerunt. Et cum cepiſſent eum in ſumma deuotione uenerari: peſtilentia repente ceſſauit: & hactenus ipſas ſolennitates celebrare noſcuntur. Hi ſiquidem ſecundum eloquium hæbreorum Chuthei ſecundum genus: græce autẽ Samaritæ uocantur: & propter rerum motum ſeperati ſunt: & quãdo uidẽt Iudæos eſſe ſœlices cognatos appellãt: & quaſi de Ioſeph nati uideãtur: & ex illo cum eis habe-

ant ſocietatis initium:quando uero deiectos uident: nequaquam eis deuotione aut genere communicare uolunt: ſed & tranſmigratos & alienigenas ſemetipſos dicunt.Sed & de his quidē opportunius edicemus.

HAec inſunt in decimo libro Ioſephi hiſtoriæ Iudaicæ antiquitatis. CAP i.
Bellum regis Aſſyriorum Sennacherib contra Hieroſolymam : & Ezechiæ regis oppreſſio. CAP. ii.
Quemadmodum deperiit Aſſyriorum exercitus una nocte: & rex eorum domi reuerſus.filiorum inſidiis interemptus eſt. CAP. iii.
Quomodo Ezechias infirmatus uſq; ad mortem quindecim annis adiectis ſibi a domino ſuperuixit cum pace degens poſtea defunctus reliquit ſucceſſorem regni manaſſen. CAP. iiii.
Quia caſtrametati contra eum Chaldæi & Babylonii reges:& captum agentes duxerunt in Babyloniam:& multo tempore ibidem retinentes : miſerunt rurſum eum in regnum & de Ioſia rege:quam religioſus & iuſtus fuerit. CAP. v.
Quomodo Aegyptiorum regem Nechaon agentem exercitum contra Babylonios : & per Iudæā iter faciētem prohibuit rex Ioſias:pugnaq; cōmiſſa uulneratus reductus in Hieroſolymā defunctus eſt:cuius filium Ioacam regem Hieroſolymitæ fecerunt. CAP. vi.
Quemadmodum congreſſus eſt Nechaon contra Babyloniæ regem circa Euſtatem fluuium:& reuertens i Aegyptum:uocatum ad ſe Ioacham regem Hieroſolymorum filium Ioſiæ unctum duxit in Aegyptum. fratrem uero eius Helyachim in hieroſolymis conſtituit regem : mutans ei nomen Ioachim. CAP. vii.
Bellum Nabuchodonoſor regis Babyloniorū contra Nechao regem Aegypti:quo deuicto:& omni Syria ſibi ſubiugata : quæ ante ſub rege Aegypti erat: uenit Hieroſolymam:& regem eius Ioachī fecit ſibi tributarium. CAP. viii.
Quomodo tertio anno poſt diſceſſum regis babylonis:Ioachim denuo Aegyptios eſt ſecutus:cui prophetauit Hieremias de perditione ſua & ciuitatis futura per regem Babylonis:quæ & euēit: nā non poſt multum tempus Nabuchodonoſor caſtrametatus cōtra eum:& ſuſceptus intra ciuitatem Ioachim quidem peremit : filium uero eius Ioachim conſtituit regem:& multos captiuos duxit in babylonem:inter quos erat Ezechiel propheta. CAP. ix.
Quomodo pœnitentia ductus rex babylōis:eo q; Ioachim feciſſet regem:miſſo exercitu:eum i hieroſolymis obſedit:qui accepto iureiurando:ut nihil pateretur mali:nec ipſe : nec ciuitas matrem & amicos tradidit obſides : ſed rex babylonis rupit iuſiurandum:nam regem cum matre & amicis:ſimul etiam cum omni iuuētute ciuitatis uinctum præcepit ad ſe adduci:patruum uero eius Sedechiā regem conſtituit in Hieruſalem. CAP. x.
Quomodo etiam hunc audiens Aegyptiis præbere ſolatia : & amicitias cum eis habere caſtrametatus contra Hieroſolymam:ſorti eam obſeſſione cœpit : & incenſo templo Sedechiam & populum migrauit in Babyloniam:in qua tranſmigratione fuerūt:Daniel:Ananias:Azarias:Miſael:uaſa quoque ſancta:quæ erāt in miniſterio templi aſportata ſunt. CAP. xi.
Quomodo Godoliam præfecit prouinciæ rex Babylonis:quo percuſſo a quodam Iſmaele:timētes reliquie Iſrahel regem Babylonis:intrauerunt Aegyptum quod non ceſſit eis i proſperum:nam rex Babylonis poſt tempus intrauit Aegyptum cum manu ualida:& ſubuertit eam:Iudæos uero q illo fugerant:captiuos duxit ad Babyloniam. CAP. xii.
Viſio ſomniorum Nabuchodonoſor:& Iterpretatio eorum per Danielem:trium quoq; puerorum i fornacem immiſſio : ſed nulla leſio. CAP. xiii.
Regum Babylonicorum inuicem ſucceſſio:& per mortem ablatio regni babylōici ſub Balthazare per Cyrum & Darium ſubuerſio. CAP. xiiii.
Daniel ſub dario i lacum leonum imiſſio.ſed nulla leſio honor & claritas daniel & prophetiæ eius.
Continet hic liber tempus annoꝝ cētū.:& octoginta duoꝝ menſiū ſex dieꝝ.

Incipit liber decimus antiquitatum.

CVm Ezechias duaꝝ tribuū rex quatrūdecimū annū haberet in regno Aſſyriorū rex nomie Sennacherib cū maxia manu aduerſus eū caſtrametatus.forti brachio oēs tenuit ciuitates tribuū Iuda & Beniamin.Cunq; Hieroſolymā tenderet:præuēit eū miſſis legatis Ezechias ꝓmittēs & obedire ſe ei : & tributa quæ iparet exoluere.Sennacherib uero cognoſcēs quæ legati ferebāt dignū iudicauit bello deſinere:& precantiū ſuſcipere dignitatē tunc promiſit. Qui accipiēs trecenta argenti talenta:& auri.xxx.amicus diſceſſit: dans legatis iuriſiurandi fidem : quia ei nihil diſcedendo noceret. Ezechias autem credens & euacuans theſauros : miſit ei pecunias ſperans ſe a periculo belli & regni ammiſione

liberari· Aſſyrius autem hæc ſumens : ex his quæ promiſerat nihil cogitauit:ſed ipſe profectus ad ægyptios & Aethiopas:pricipem militiæ Rapſachem cum multo exercitus robore & duobus aliis ad uaſtandam Hieroſolymam dereliquit: quoꝝ nomina erant Tharatha & Arachiris. Tũc itaq; uenientes ante muros caſtra fixerunt:miſeruntque ad Ezechiam petẽs:ut cum ipſo poſſent habere colloquium. Ille uero per ſe quidem propter metum non abiit:tres autem neceſſarios ſibi miſit amicos hoc eſt Helyachim tutorem regni:&Sobaneam & Ioan:q ſupra ſcribas erat. Iſti ꝓcedẽtes e diuerſo principium militiæ Aſſyriorum ſteterunt . Quos dum uidiſſet Rapſaches princeps militiæ petit: ut euntes dicerent Ezechiæ.Rex magnus Sennacherib requirit ab eo de quo præſumens atque confidens refugit dominum ſuum:& obedire non uult:neq; ſuſcipere exercitum eius. An certe propter æhyptios ſperans exercitum ſuum illorum ſolatio ſubleuari. Si hoc expectat ſatuus eſt:& ſimilis homini incumbẽti calamo fracto:qui cum ceciderit ſuper eum: manu uexata ſentiet plagam. Sciat autem quia etiam uoluntate dei cõtra eum caſtrametatus ẽ: qui conceſſit ei Iſrahelitarũ uaſtare regnũ ut eodem modo ſubiectum ei diſperderet regnum.Dum hæc Rapſaches Hæbraica lingua diceret: hẽbat enim linguæ huius experimẽtum:helyachi metuens ne populus audiens metu corrueret:poposcit ut Syrõ magis loqueretur eloquio. Ille uero ſtelligẽs ſuſpitionẽ eius:& metum maiore uoce amplius clamans reſpondit hæbraice dicens. Audiant omnes præcepta regis:& ꝙ utile eſt eligant: & ſe nobis tradant. Palam eni ẽ quia rex & uos populum ſpe uana decipitis:& repugnare ſuadetis. Si uero præſumitis & exercitum noſtrum uos repellere dicitis dãte me duo milia equos de exercitu mihi commiſſo:totidẽq; aſcenſores præbentes:ueſtrum exercitũ nobis oſtẽdite:ſed nõ hẽtis tot homines. Quid igitur tardatis tradere uoſmetipſos maioribus : qui uos capturi ſunt & inuitos:dum ſpontanea traditio ſecurior uobis ſit : inuita uero ualde periculoſa:ut cauſa calamitatis exiſtat. Hæc audientes & populus & legati:dicente aſſyriorum principe: Ezechiæ renunciauerunt. Ille ergo hæc audiens exutus ueſte regali & indutus ſacco & habitu miſerando lege patria:proſtratus ifaciem rogabat deum:ut ſe adiũuaret: nullam aliam habentem ſpem ſalutis:mittenſq; & amicos quoſdam & ſacerdotes ad Eſaiam ꝓphetã:poposcit ut oraret : & factis ſacrificiis ꝓ ſalute cõmuni rogaret deum: quatenus ſpem hoſtium frangeret:& populo ſuo miſericordiam condonaret.Propheta hæc faciens monitus a deo confortauit regem:& eius amicos prædicẽs:quia ſine bello deuicti hoſtes turpiter ab urbe recederẽt:& non cum fortitudine illa:quam ſe hẽre credebant : deũq; ꝓuiſuꝝ ut fortiter uaſtarentur.Sed & ipm regẽ Aſſyrioꝝ Sennacherib nõ ꝓualẽtẽ aduerſus Aegyptios cum ad ꝓpria remearet ferro periturum eẽ ꝓdixit.Ipſo ſiquidẽ tpe ſcripſerat Ezechiæ Aſſyrius epiſtolas:in quibus fatuũ eum eſſe dicebat:credẽtem ꝙ eius ſeruitium poſſet euadere:qui multas gẽtes & maximas ſubdidiſſet:& interminabatur funditus ſe eum diſperdere dum capet urbem:niſi portas aperiẽs ſpõte in hieroſolymis exercitum eius excipet. Quæ dum religiſſet Ezechias:ſpreuit propter ſpem quam habebat in deo epiſtolam uero replicans in templo repoſuit. Rurſus aũt cũ deo uota & orationes effunderet pro ciuitate & pro ſalute cunctoꝝ.Eſaias propheta eum aſſeruit exauditum:& nec in præſenti tempore eſſe ab Aſſyriis obſidendum: & in futuro omnes qui ab illo iam capti fuerant eſſe reuerſuros:& tertio anno cum pace opus ſuum facturos:& propriarum poſſeſſionum ſine timore diligentiam habituros.Interea paruo tẽpore tranſeunte : Aſſyriorum Rex bello quod Aegyptiis intulerat ſruſtratus ab huiuſmodi cauſa ſine effectu remeauit ad propria:Is enim cum multo iam tempore fuiſſet commoratus in obſeſſione Peluſii:& dum aggeres cõtra muros eleuati fuiſſent: quibus ciuitati nitebantur inſiſtere:audiuit Aethiopum regem Tharachem cum multo exercitu ad ægyptiorum uenire ſolatium:& per deſertum iter facere:ut ſubito in Aſſyriorum caſtra irrueret. Turbatus ergo eſt rex Sennacherib ac ſacerdotem qui uulcani caſtrametati quaſi rex iſte ad eum regem Aegyptiorum ueniſſet:q eſſet uulcani ſacerdos:& obſeſſionẽ Peluſii huiuſmodi cã diſſoluit. CAPI. II.

QRante itaq; rege Hieroſolymoꝝ ad deum:& deus exaudiẽs maximam plagã miſit in eum:& multi perempti ſunt Herodotus autẽ errorem ideo facit : quia nõ Aſſyriorum dicit regem : ſed Arabum:adiiciens quia ſoricum multitudo una nocte arcus & arma reliqua comedit Aſſyrioꝝ:& popterea cum non habuerit rex arcus:exercit ũ epulſio reuocauit.Et hæc quidem Herodotus.Beroſus aũt q chaldaicã cõſcripſit hiſtoriã meminit regis Sennacherib:& quia regnauit ſuper Aſſyrios:& caſtrametatus eſt in omnem Syriam & Aegyptum:ita dicens: Reuerſus autem Sennacherib a prælis Aegyptiacis ad Hieroſolymam:cum inueniſſet exercitum quem Rapſaci dimiſerat in periculo peſtilentiæ cõſtitutum:deus enim morbum populo eius immiſerat.ita ut prima nocte eorum qui obſidebant deperirent centum octoginta quinque milia uiri cum iudicibus & tribunis propter calamitatem hanc in nimio timore & anguſtia conſtitutis:de cuncta iam militia metuẽs effugit cum ſua manu ad proprium regnum in ciuitatem quæ appellatur Niniue.Et dum modicum tempus ibidem commoratus fuiſſet:dolo a ſenioribus filiis Adramelech & Seleuſtro eſt peremptus in proprio tẽplo quod dicitur Araſci.Et illi quidem ꝓcede patris effugati ad Armeniã diſceſſerunt:ſucceſſit aũt i regno eius Aſaracoddas. Terminus obſeſſionis Aſſyrioꝝ cõtra Hieroſolymitas tali occaſione ꝓuenit. CAP. III.

EZechias autem inopinabiliter a terroribus liberatus gratificás hostias cũ omni populo celebrauit deo:& cognoscés:qa nulla alia cã hostes alios qdẽ peremisset:alios uero timore mortis simul effugasset ab Hierosolymis:nisi diuino solatio oĩ studio & largitate usus est circa dei cultũ. Non post multum uero graui languore detentus a medicis quidẽ desperatus est:nihilq; nec ipse de se:nec eius amici spei ulterius sustinebãt. Adiiciebaſ aũt & alia angustia magna regi:eo ꝙ filios nõ haberet:& ꝙ moriturus esset desolatã reliquẽs domum:nec successorem sui generis habiturus. Dũq; nimis in hac parte fatigaretur:rogauit deum ut ei paruo tẽpore uitã cõcederet: dõec filios habere posset:& nõ prius aĩa priuareſ antequam fieret pater. Cui misertus deus petitionẽq; suscipiens:quia nõ dolebat:eo ꝙ priuãdus esset bonis imperii: sed ut filios haberet:qui in eius principatum succederent. mittens Esaiã iussit ei dicere quia post tertiam diem euaderet casum languoris: post hæc annis qndecim supuiueret:& filios generaret. Et dũ hæc mandata dei ꝓpheta dixisset ꝓpter nimietatẽ lãguoris : & ea q̃ inopinabiliter promittebantur non credens signũ aliquod & indicium petit ut faceret Esaias:q̃tenus hæc dicenti sibi crederet: & a deo eum missum uere cognosceret. Nam ea quæ ultra rationem sunt:& spe fortiora uidentur huiusmodi rebus creduntur esse ueracia. Et dum propheta interrogasset eum: qd̃ uellet fieri signum:umbrã solis petiit decẽ gradibus ad ea loca unde uenerat remeare. Et dum propheta rogasset deum ut fieret:audiẽs rex ipletũ eẽ qd̃ uoluit:repẽte dissolutus a lãguore conscẽdit in tẽplũ : & adorans deũ uota debita celebrauit. Eo siqdẽ tpe cõtigit Assyriorũ regnum a mediis solui:qd̃ tamen in aliis indicabo. Rex itaq; babyloniorum Baladas misit legatos ad Ezechiam portantes munera:& ab eo poposcit ut ei essent socius & amicus. Ille uero legatos libenter excipiens : & thesauros eis ostendens: & armorum instructionem & aliam copiam quam in auro & gemmis habebat : simul etiã munera præbens regi Balado deferenda dimisit eos. Tunc Esaias ꝓpheta uenit ad regẽ: & requisiuit ũde fuissent qui uenerant. Qui dixit de babilonia eos a suo rege uenisse:& ostendisse se eis uniuersa: ut uidentes diuitias & uirtutem regni cognoscerent:& regi suo renũciarent. Cui propheta respondens. Scito inquit nõ post multũ tẽpus ad Babyloniã filios tuos:& diuitias trãsmigrandas:insuper & nepotes tuos eunuchos esse faciendos:& amissuros uirile nomen:& regi Babyloniæ seruituros. Hæc enĩ predixit deus. Ezechias cõtristatus in his q̃ dicta fuerãt ait:nõ se qdem uelle suã gẽtem in talib⁹ ærumnis incurrere:sed quia ipossibile est quæ apud deum deliberata sunt posse mutari: rogabat ut usq; ad uitam ipsius pax permaneret. Meminit autẽ Baladi regis babilonioꝝ Berosus . Cũ itaq; propheta Esaias indubitanter & mirabiliter de ueritate confideret:& nihil falsi penitus loqueretur: omnia quæcunq; prophetauit: scribens dereliqt in libris ut ex effectu postea omnibus appareret. Et nõ solus iste propheta:sed & alii numero duodecim idem fecerunt:& omne siue bonum siue contrarium quod apud nos fit:secundũ illorũ dictum prouenire dinoscitur. Sed horum singula denuo declarabimus. Ezechias autẽ rex dũ super uixisset tempus quod ꝓdiximus:& oẽ illud spacium in pace deguisset:mortuus est anno uitæ suæ qnquagesimo & quarto:i quibus regnauit uigiti & nouem. Cui successit regno filius proprius nomine manasses:de matre quidem nomine Abhisida : qui a paternis uoluntatibus abscissus: & ad diuersa conuersus: omne genus malignitatis ostẽdit:& nihil impium dereliquit:sed iniquitates Israhelitarum imitatus est: quibus in deum delinquentes affligebãtur. præsumpsit etiã tẽplũ dei polluere simul : & ciuitatẽ omnemq; pariter regionẽ. Nã spernendo deum & ad hoc usq; peruenit:ut omnes hebræorũ iustos occideret: neq; ꝓphetis parceret:quorum quotidie singulos ꝓmebat:& eoꝝ sanguine Hierosolymorum:plateas irrigabat. In his iratus deus misit prophetas ad regem & populum ꝓ quos interminatus ẽ easdẽ ei futuræ calamitates : in quib⁹ incurrerant fratres eorum Israheliiæ: cum ei iniurias intulissent. Illi uero non credidere eorum uerbis:quibus lucrari potuerũt ut nihil mali paterentur. operibus autem cognouerunt fuisse uera quæ a prophetis prædicta sunt.

CAP. IIII.

IGitur dum in eis perseuerarent. bellum super eos intulit rex Babyloniorũ & Caldeoꝝ. Is enim misso exercitu in iudæam & regionẽ eoꝝ depopulatus est:& regẽ Manassen dolo captũ & ad se deductum : habuit ad ea q̃ uoluit tormẽta subiectũ. Manasses autẽ tunc intelligens in quibus malis esset : & hoꝝ omnium se arbitratus auctorem:supplicabat deo ut ei hostem suum clementem faceret atq; misericordẽ:cuius orationẽ deus exaudiens:hoc ei concessit:& remissus a rege Babyloniorum ad sua regna reuersus est. Cunq; uenisset ad Hierosolymam:priorum quidem delictorum quæ circa deum gesserat penitens: studebat etiam memoriam si esset possibile ab animo suo repellere :& ad seruitium eius & omnem cultum diuinæ religionis accedere : templumque purgare & ciuitatem : & ad hoc solum erat decætero constitutus : ut gratias deo pro dono salutis exolueret: quatenus in omni uita eius ei propitius permaneret. Hæc autem ipse & populum agere docui : agnoscens in quibus calamitatibus incidisset propter ritum qui sãctæ cõuersationi erat aduersus:& edificans rursus altare solẽnes hostias imolabat sicut Moyses diuinam exponendo culturam. Eodẽ itaq; mõ & ꝓ Hierosolymoꝝ cautela cogitauit: ita ut etiã muros antiquos cum multo studio reparet:& alios ultra eos erigeret:& turres eminẽtissimas exaltaret: custodias uero q̃ ante ciuitatẽ fiunt multa munitione firmauit:& sic in oĩbus a priori

conuerſatiõe mutatus ẽ:& poſt hæc habuit beatiſſimam uitã:ut multi imitatores eiꝰ eſſent:ex quo cœpit dei colere pietatem. Qui cũ uixiſſet annis lx.& ſeptem:& regnaſſet quinquaginta & quinq; defunctus eſt:& ſepultus in hortis ſuis. Cuius regnum peruenit ad eius filiũ Ammõ:& nomen eius matris fuit Maſſelmis de ciuitate Iechabath. Qui dum imitaretur opera patris eius quæ ille ĩ iuuentute ſua præſumpſerat: dolum paſſus a ſuis in domo ſua peremptus eſt:cum uixiſſet annos quatruor & uiginti:& in regno feciſſet tres. Populus aũt eius pemit interfectores:eũq; cũ patre ſepelierũt regnumq; Ioſiæ eius filio tradiderunt cũ eẽt annoꝝ octo. Cuius mater quidem de ciuitate fuit Voſcheti noĩe Ezi. Erat uero ille natura benignus:& ad uirtutem uiriliter ꝓparatus:& in ſtudiis Dauid regis:& intẽtione & regula totius diſpõſitiõis eius ĩtentus. Cunq; ad duodecimũ ætatis ueniſſet annum:pietatẽ & iuſticiã in ſe mirabilẽ eſſe monſtrauit. Cunctũq; náq; populũ correxit & monuit:ut derelicta idoloꝝ ſecta:quaſi non eẽnt: dii colerẽt patriũ deũ: & opera ſimul maioꝝ patrum ĩ quibꝰ deliquerant uelut ſenior emendabat: quæ uero bene & oportune facta cognouerat:obſeruabat:& horum imitator erat.& per ſuã ſapientiã & intellectum naturalem ſimilia celebrabat:conſilíis utiq; & bonis& traditionibus tradens ſenſum. Sequens enĩ leges uelut ordinem ciuitatis:& pietatẽ circa deum gerens:oĩa ꝓſpere gubernabat:& maxime q; a prioꝝ regũ iniqtate recedebat. Qui & oẽm ciuitatẽ & ꝓuiciciã purgauit: & lucos extraneos q facti fuerãt abſtulit:& ornamẽta quæ in eis a prioribus fuerãt ad iniuriã dei oblata depulit:& tali mõ populũ ab huiuſmodi ſecta retractum ad religionis diuinæ iura conuertit: Qui & legitimas obtulit: & holocauſtoꝝ ſacrificia altari ſolenniter rurſus exhibuit:& ĩ unaquaq; cã iuſticiã nõ minus q̃ aiæ ſuæ coluit medicinã:miſitq; in totam ꝓuinciã ĩubens ut qui uellent aurũ & argentũ deferrent ad reparationẽ templi pro ſua uolũtate atq; uirtute. Dum itaq; pecuniæ allatæ fuiſſent ad ſollicitudinẽ tẽpli & eiꝰ expẽſas: ꝓpoſuit Amaſiã q erat & ſupra ciuitatẽ ſcriptorẽ & Saphan: & ſcribam monumentoꝝ Ioan:& pontificẽ Helyachim. Qui dilationẽ nulla ſegnitie facientes: ſed inſtructores:& oĩa quæ erant neceſſaria ꝓparabãt:& hoc modo reparatione tẽpli celebrata pietas regis oſtenſa eſt. Qui dũ octauũdecimum ĩperii haberet annum miſit ad Helyachim ſacerdotẽ:iubens ut pecuniæ q̃ remãlerãt cõflarẽtur:& fierẽt exinde crateres:& libatoria & phialæ ad miniſterium dei:inſuper & q̃tũcũq; aurũ & argẽtum eſſet in theſauris: etiam hoc proferret ad crateras:& ad uaſa huiuſmodi facienda. Proferrens autem Helyachim pontifex aurum:inuenit librum ſacrũ Moyſeos ĩ tẽplo poſitũ quẽ ſimul eiciẽs dedit ſcribæ Saphæ. Qui dum relegiſſet uenit ad regem:& dũ omnia quæ iuſſerat fieri:terminum ſignificaſſet:relegit ei & librum illum. Tũc ille cum uerba libri eius audiſſet:ſciſſa ueſte ſua uocauit pontificẽ Helyachim:& ipſũ ſcribam: & neceſſarios ſimul & aĩcos:miſitq; eos ad quãdam mulierẽ prophetiſſam noĩe Holdam uxorem Salomi cuiuſdam inſignis uiri & nobilitate ꝓclari:iuſſitq; ut euntes cõſulerẽt eã:ſi propitius fieret deus: cum metueret ne ꝓuaricãdo Moyſeos leges & mãdata maioꝝ piculum trãſmigratiõis in currerent:& ad extraneas terras uenientes uitam agerent miſerabilem. Audiẽs aũt ꝓphetiſſa quæ fuerant a rege mandata: iuſſit ut remeantes dicerent regi: quia diuinitas quidẽ decretũ quod iã cõtra eos ꝓtulerat precibus infirmari non poſſet.i.ut populus non piret: aut nõ de prouincia pelleretur: aut bonis tunc præſentibus mĩme priuarentur:dũ trangreſſi fuiſſent leges:& tanto tpe pœnitẽtiam non egiſſent:prophetis utiq; monentibus ut ſobrie uiuerent: & in pietatis ſupplicia deuitarent:quæ faciẽda dicebat ut crederent:quia deus eſt:& nequaq̃ mẽtitus in uerbis q̃ per ꝓphetas ſuos prænunciauit:ꝓpterIuſticiam tamẽ regis retinendas iſtas ærumnas:& poſt eius obitũ definita ſupplicia populis inferenda. Igitur illi q miſſi fuerant muliere ꝓphetante: remeantes nunciauerunt regi. Tunc ille mittens ubiq; iuſſit populum ad Hieroſolymã conuenire:& ſacerdotes atq; leuitas:& omnẽ ætatem ſimul adeſſe ꝓcepit. Quibus congregatis:primum quidem eis ſacros legit libros:& ſtans in tribunali in multitudine media:coegit cunctos fidem & iuramenta præbere:ut apud deum flerent: & Moyſeos leges per oĩa cuſtodirent. Illi uero ꝓmptiſſime & iurauerunt:& ꝓcepta regis ĩplere promiſerunt. Mox itaq; ſacrificia celebrantes: deũ ſibi poſcebant eſſe propitiũ. Rex aũt ſacerdoti præcepit ut ſi qd aliud uas a parentibus eius oblatum idolis aut diis extraneis inueniretur ut templo proferret. Et dum fuiſſent multa collecta:cõburens ea cineres eoꝝ diſperſit in fluuiũ:& ſacerdotes idoloꝝ qui ex genere non erant Aaron interfecit. Dum hæc ergo feciſſet in Hieroſolymis:proceſſit in uniuerſam ꝓuinciam:& lucos qui ab Hieroboam rege ad honorem deoꝝ extraneoꝝ facti uidebant ex terminauit:& oſſa falſoꝝ ꝓphetaꝝ ſuper altare qd prius Hieroboã cõſtruxerat cõcremauit. Ea igiẽ quæ ueniens ꝓpheta ad Hieroboam:cũ ille ſacrificaret:& populus audiret quæ futura eẽ prædixerat modo terminum perceperunt:quando ex genere Dauid Ioſias nomine fecit ea quæ prædicta ſũt ante annos trecẽtos ſexaginta & unum. Poſt rex Ioſias ꝓfectus eſt ad cũctos Iſrahelitas qui captiuitatẽ & ſeruitium Aſſyriorum effugerũt: eiſq; ſuaſit:ut impios actus:& honores deorum extraneorum relinquerent:& patrium maximumq; colerent deum:eiq; dicarent & domos & uicos. Perſcrutatus eſt autem & ciuitatem: ne quod forte idolum habentes intra ſua tecta celarent:necnõ & currus q edificati fuerant a prioribus regibus: & quæq; alia huiuſmodi erant quæ uelut deos adorabant:pariter cuncta amputauit: & hoc modo purgata omni prouincia ad Hieroſolymam omnem populũ cõuocauit:& ad azymorum feſtiuitatẽ quæ paſca dicit:eos adduxit: donauitq; populo in paſca nouellos

edos & agnos triginta milia:boues aũt ad holocausta tria milia. Præbuerũt aũt & primi Iudæorum propter pasca sacerdotibus agnos quinq; milia & leuitis agnos duo milia:sexcentosq; eorum præsules obtulerunt:boues uero quingentos. Et dum esset hæc abundantia quadrupedum sacrificia faciebant Moyseos legibus hostias singulas enarrãtibus ac ministrantibus:nec fuit alia similis festiuitas apud Hæbreos a Samuelis prophetæ temporibus. Causa uero eius festiuitatis hæc erat:ut omnia secundum legis antiquã traditionem paternæ solennitatis efficerẽtur. CAPI. V.

POst hæc autẽ dum Iosias in pace atq; diuitiis & gloria super omnes excelleret. Nechao rex ægyptiorum castra posuit ad Eufratẽ fluuium ut contra Medos & Babylonios dimicaret:qui assyriorum soluerunt principatum. Habebat enim desiderium ut regnaret in asia. Et dum uenisset ad ciuitatem Medin:quæ erat de regno Iosiæ: prohibebat eum rex Iosias per suam prouinciam contra medos iter efficere. Tunc mittẽs legatos ad eũ Nechao:significauit non se contra exercitum ducere:sed ad Eufraten fluuium properare: adiiciẽs q̃ eum non deberet prouocare ad sua bella:prohibendo ne aliena iret ad prælia quo tendebat. Iosias uero non aquiescebat uerbis Nechao:sed instabat ne iter suum per eius faceret regionem reor urgebat eum:ut quod imminebat accideret. Nam dum aciem exercitus sui componeret: & in curru uectus a cornu transiret a cornu:quidam iaculatus eum ægyptiorũ a belli festinatione suspendit. Mox enim uulnere nimis affectus:iussit exercitum reuocari ad Hierosolymamque remeauit. Qua plaga defunctus est:sepultusque magnifice in patriis monumẽtis. Qui uixit annis triginta & octo: regnauit autem ex eis unum & triginta:omnisque populus eum multis diebus magno luctu gemituque defleuit:sed & Hieremias propheta mortis eius carmen lamentabili modulatiõe composuit: quod hactenus noscitur permanere. Hic uero propheta etiam futuram ciuitatis cladem prædixit:scripto reliquit simul & captiuitatem nunc apud nos habitam:& Babyloniorum una migrationem. Et non solum iste prædixit hæc populo esse uentura:sed & propheta Ezechiel primus de his duos libros cõscribens:plebi reliquit. Erant autem ambo genere sacerdotes:sed Hieremias quidem in hierosolymis est commoratus a tertiodecimo anno regis Iosiæ usque dum ciuitas uastaretur & templum. Quæ uero de hoc propheta prouenerunt loco proprio declarabimus. Mortuo siquidem Iosia sicut prædiximus ei successit in regnum filius Ioacham cum trium & uiginti esset annorum. Et hic quidem regnauit in Hierosolymis: matrem uero habuit Amital de ciuitate Abana: fuitque impius & sceleſtus. CAP. VI.

REx igitur ægyptiorũ dum fuisset a pugna reuersus euocauit Ioachã ad semetipsum de ciuitate Syriæ quæ dicitur Emath. Qui dum uenisset eum repẽte uinxit:& seniori fratri eius ex eodem patre progenito nomine Eliachim:tradidit regnum mutãs ei nomẽ ioachim. Prouinciæ uero tributum posuit centum argenti talenta:& unum auri. Ioachim ergo has pecunias exoluebat. Ioachim autem deduxit in ægyptum: qui etiam mortuus est in ea dum regnasset tres menses:& dies.x. Ioachim uero mater uocabatur Zabud de ciuitate Abunia. Hic uir erat natura iniustus & ualde nequissimus:& neq; circa deum sanctus:neq; circa homines mansuetus. CAP. VII.

DVnq; quartum regni haberet annum:Babyloniæ principatum quidam nomine Nabuchodonosor accepit eodemq; tempore cum magno apparatu ad Circamin ciuitatẽ uenit:quæ est iuxta Eufraten:pugnaturus cõtra regem Aegyptiorum Nechao sub hoc enim Syria erat uniuersa. Dumq; cognouisset regis Babyloniæ uolũtatẽ:Nechao pœnitus non expauit:sed cum magno brachio super Nabuchodonosor ad Eufraten uenit. Qui facta congressione deuictus est:& multa milia uariis rebus belli amisit. Transiẽs autem Eufraten babyloniæ rex omnem Syriam usq; ad Pelusium cœpit præter iudeam. Quarto igitur anno Nabuchodonosor: qui erat octauus ioachim regis Hæbreorum contra iudeos cum magno exercitu castrametatus est rex Babyloniæ tributa exacturus ab ioachim:aut certe dimicaturus. Ille uero memens eius minas:& pacẽ hẽre desiderans:præbuit ei tributa quæ p̃ceperat annis tribus. CAP. VIII.

TErtio anno audiens Aegyptios denuo contra Babyloniam pugnaturos tributa non reddidit:sed spe ægyptiaci belli deceptus est. Nam pugnare contra eum ægyptii minime præsumpserunt. Propheta itaque Hieremias quottidie prædicabat: quia frustra ægyptiorum spe tenerẽtur:& quia immineret ciuitati ut a rege Babylonio uastaretur: & rex Ioachim subderetur ab eo. Sed hæc nulla utilitate dicebat: quando qui crederet nullus erat. Nam & populus & princeps audientes hæc negligebãt: & indignãtes super his quæ dicebantur quasi augurium aduersus regem propheta ferret: accusabant eum & subiectum iudicio ut ad supplicium quoque traderetur:contra eum dari sententiam postulabant:quod multi quidem aduersus eum fieri decreuerunt:seniores autem recesserunt. Qui ea uoluntate qua iustæ prophetam absoluerant: & ipsa etiam aliis suadebant ne quid mali fieret Hieremiæ dicentes:quia non solum iste ciuitati prædiceret futura:sed & Micheas ante eum olim talia prædixisset: & multos scirent huiusmodi uerba dixisse:quorum nullus a regibus aliquid pertulisset:sed quasi prophetæ dei honorati fuerãt. His itaq; uerbis mitigãtes turbas:eripuerunt Hieremiam a diffinitio supplicio. Qui omnes

prophetias ſuas ſcribens:ieiunante populo:& in eccleſiam congregato in templo menſe nono: qn
to anno regis Ioachim:relegit librum quem de futuris rebus ciuitati & populis & templo conſcri
pſiſſe uidebatur. Audientes itaq; principes tulerũt ab eo librum: iuſſeruntq; eum & ſcribam Baruch
de medio tolli:ne quibuſdam forent manifeſtati. Ipſi uero librum portantes regi dederunt. Qui p̃
ſentibus amicis iuſſit ſcribam ſuum relegere:& audiens quæ ſcripta noſcebantur in libro:iratus rex
diſrupit eum & igne cremauit:& requiſitos Hieremiam & Baruch iuſſit ad ſe puniendos adduci. Illi
ſiquidem eius tunc iram declinauerunt:non poſt multum uero tempus uenientem contra ſe cũ ma
gno exercitu regem Babyloniorum fœderis iure ſuſcepit propter metum eorum:quæ dicta fuerant
a propheta credens nihil ſe fore paſſurum:neq; per obſeſſionem neq; per pugnam. Dumq; rex Baby
loniæ itraſſet in ciuitatem:fidem nequaquã ſeruauit:ſed & iuuenes fortiſſimos & pulchritudine de-
coros Hieroſolymitanorum occidit una cum rege Ioachim. Quem etiam ante muros inſepultum
proiici iuſſit:filium uero eius Ioachim conſtituit regem uniuerſæ prouinciæ. Eos autem qui erant
in dignitatibus conſtituti numero tria milia captiuos duxit in Babyloniam inter quos erat prophe
ta Ezechiel cum eſſet adhuc puer. Hic ergo finis habuit Ioachim regem:qui uixit quidem annis ſex
& triginta:regnauit autem duodecim. Succeſſor uero eius regni Ioachim de matre nomine Onas:
regnauit menſibus tribus & diebus.x.

CAP. IX.

REgem ergo Babyloniorum qui Ioachim conceſſerat principatum repẽte timor inua-
ſit. Formidatus eſt enim ne forte habens mali memoriam pro nece paterna prouinciã
eius inuaderet. Et mittens exercitum regem Ioachim in hieroſolymis obſidebat. Ille
uero cum eẽt natura benignus & iuſtus noluit ciuitatem propter ſe uidere pericula ſu-
ſtinere:ſed ſumens matrem & cognatos tradidit obſides ducibus qui fuerant a Baby-
lonia regeq; directi accipiens ab eis iuſiurãdum ut nihil mali pateretur:nec ipſe nec ciuitas:quorum
fides nequaquã manſit inuiolata. Non enim ſeruauit eam Babyloniæ rex:ſed præcepit principibus
ſuis:ut omnes qui erant in ciuitate iuuenes captiuos ſumerent pariter & artifices:eoſq; ad ſe ligatos
adducerent:qui omnes fuerunt decem milia & octingẽti triginta & duo:ſimul & Ioachim cum ma
tre pariter & amicis:quos deductos ad ſe habuit in cuſtodia. Patruum uero Ioachim nomine Sede-
chiam conſtituit regem: accipiens ab eo iuſiurãdum ut ei prouinciam cuſtodiret & nihil hoſtiliter
ageret:nec faueret ægyptiis. Sedechias autem erat quidem annorum uiginti & duorum quãdo ac-
cepit regnum:& nomen matris eius Amias. Fuit enim contra iuſticiam ſuperbus:circa quem impii
locum maximum habere uidebantur. Quapropter & propheta Hieremias ad eum ueniẽs crebro te-
ſtabatur dicẽs:ut reliquas quidem impietates & iniquitates deſereret:& iuſticiæ prouideret: & neq;
duces qui eſſent maligni reſpiceret:neq; falſis prophetis eum ſeducẽtibus crederet: quaſi nequaquã
contra ciuitatem Babyloniæ rex dimicaret:quia Aegyptii contra eum bella rurſus inferrent & uin-
cerent:quaſi hæc uerba non eſſent:nec hoc modo uentura forent. Sedechias autem dum auditet p̃-
phetam hæc dicentem:conſentiebat ei per omnia tanquã uera loquenti:& quaſi p̃ deſſent ei:ut eius
crederet uerbis:ſed rurſus eius amici ſubuertebant eius mentem & a prophetæ dictis ad ea quæ uo-
luerant adducebant. Prophetauit autem Ezechiel in babyloniæ futuras populi calamitates: & hæc
miſit in Hieroſolymam:ſed Sedechias eorum prophetiis non credidit propter huiuſmodi cauſam.
Alia ſiquidem uniuerſa conſona a prophetis edicta ſunt:quomodo & ciuitas uaſtaretur: & ipſe Se-
dechias duceretur captiuus in Babyloniam:diſcordabat autem Ezechiel dicens quia Sedechias ba
byloniam non uideret cum Hieremias dixiſſet:quia uinctum eum rex Babyloniæ duceret: & eo p̃
non idem uterq; dixiſſent:etiam illa quæ concordabant non eſſe uera dicebat: licet ei omnia ſecun
dum eorum euenirent prophetias:quæ tamen opportunius declarabimus. Igitur ſocietatem Baby
loniorum quã habuit annis octo:diſſoluit:& ſemetipſum ad ægyptios tranſtulit: ſperans cum illis
contra Babylonios præualere.

CAP. X.

INterea dum hoc cognouiſſet Babylõiæ rex caſtra mouit aduerſus eum:& afflicta pro
uincia:& munitiones eius una diripiens:ad ipſam Hieroſolymorum ciuitatem obſidẽ
dam cum magno ueniebat exercitu. Rex ergo Aegyptius audiẽs quia Sedechias eius
amicus eſſet obſeſſus:ſumpta uirtute maxima bellatorum uenit ad iudæam quaſi eius
ſoluturus obſeſſionem. Babylonius autem receſſit ab Hieroſolymis: & occurrit ægy
ptiis:eiſq; congreſſus prælio ſuperauit:& eos in fugam uerſos de Syria coegit exire. Dumq; diſceſſiſ
ſet Babyloniorum rex ab hieroſolymis:deceperunt falſi prophetæ Sedechiam dicentes:quia neque
babylonius rex denuo pugnaret:& contribuli eorum quos de prouincia ad Babyloniam demigra
uerat cum dei uaſis omnibus quæ rex tulerat ad hoc templum reuerterentur. Sed Hieremias his cõ
traria atque uera tranſiens in medium prophetauit:dicens: quia male quidem facerent illi qui regi
talia ſuaderent quando præ Aegyptios nihil iuuari poſſent: quos utique deuincens Babyloniæ rex
in hieroſolymam remearet:eamque fortiter obſideret: & populum fame corrumperet ac reliquos
captiuos abduceret: ſubſtantiaſque diriperet: ſimul & templi diuitias exhauriret: & illud inſuper
concremaret: ciuitatemque ſubuerteret: & eſſent ſeruituri Babyloniæ regi: eiuſque nepotibus an
nis.lxx. A quorum ſeruitio nos inquit tũc remouebunt Perſæ & Medi Babyloniorum deſtruentes

imperium & ad hanc remeantes urbem:ædificabimus templum rursus:& Hierosolymam denuo reparabimus. Hæc dicente Hieremia plurimi quidem crediderunt: principes autem & impii excessisse eum a sua mente dicebant: eumque sub hoc fomite deridebant. Igitur cum ei placuisset ad patriam properare: quæ dicitur Anathoth:uiginti stadiis procul ab Hierosolymis constituta inueniens eum in itinere quidam principum comprehensum detinuit: calumniam faciens ei quasi ad Babylonios iret. Illi mentiri quidem illum & calumniari sibi: crimenque inferre: se uero ad patriam properare dicebat. Qui ad hæc uerba non flexus uictum deduxit ad iudices magistratuum: a quibus omnia uerbera & tormenta perpessus: ad necis supplicia reseruabatur: qui quoddam per tempus hæc quæ prædiximus iniuste sustinuit. Anno nono Sedechiæ regis:decima die mensis decimi: Babyloniæ rex ad Hierosolymam castrametatus est: & sedens circa eam decem & octo mẽses: cum studio magnæ uirtutis obsedit:obsessosque hierosolymitas duo mala alia & maxima deprimebant morbi languor & fames eis uehementer insistens. Hieremias uero propheta cum esset in custodia non cessabat: sed clamabat: prædicebatque aperte monendo populum ut regem Babyloniorum portas aperientes exciperent: hoc enim facto eos cum omni domo posse saluari:alioquin radicitus asserebat euelli: prædicabatque pariter quomodo si qui manserint in ciuitate omnino perirent: aut fame consumpti aut gladiis hostium. Si uero ad hostes confugerent: & inimicos & mortem quodammodo declinarent. Principes hæc audientes inter ipsa mala consistentes non patiebantur eius uerba animo suo percipere: sed cum ira uenientes iudicauere regi: & accusantes eum quasi uæsanum occidendum esse prophetam poscebant qui eorum animos frangeret: & malis promissionibus audaciam populi ualde molliret:quando dum parati essent omnes pro eo & patriæ salute pugnare ille moneret ut ad hostes fugerent uniuersi: quia ciuitas capienda foret:& omnes in ea pariter perituri. Rex uero ipse quidem pro bonitate & iusticia iratus non est. Sed ne principibus tali tempore uideretur esse contrarius:permisit eis ut facerent prophetæ quod uellent. Qui hoc sibi agere concessos mox ingredientes in carcerem: & sumentes eum in quendam lacum plenum cœno deposuerunt: ut morte propria suffocatus extingueretur. Ille ergo usque ad guttur in luto depositus in his uigebat angustiis. Quidam uero seruorum regis honoribus decoratus genere æthiops erumnas prophetæ regi nunciauit:dicens non recte amicos & principes eius fecisse ut prophetam in cœno submergerent:quod opus omni morte & uinculis esset amarius. Hæc cum audisset rex penitentia ductus: quia prophetam principibus tradidisset iussit æthiopi:ut sumptis triginta regis ministris & funibus:& quicquid expediret ad salutis eius utilitatem: cum festinatione Hieremiam abstraheret. Ethiops autem sumens quod præceperat rex:prophetam de lacu reduxit:& sine custodia esse permisit. Euocante uero eum rege latenter:& requirẽte siquid ei diuinum in rebus præsentibus posset edicere: ille habere quidem se quod diceret asserebat sed non sibi fore credendum: nec dum moneret audiendum:quando iam quasi malum aliquid agentem amici perdere decreuissent. Vbi sũt inquit nunc qui Babylonium nequaquã dimicaturum esse dicebant:audiẽtesque sallebant. Sed & si nunc ueritatem dixero: morte me condemnabis. Cumque ei rex iusiurandum præbuisset: quia nec ipse eum perimeret:nec principibus supplicii iure contraderet:data fide securus: suadebat ei: ut babyloniis traderet ciuitatem. Hæc enim dicebat ei deum per se prophetare si liberari uellet:& præsentia pericula declinare:& neque ciuitatem usque ad fundamenta deici: nec templum ab hostibus concremari:quod si non fieret:ipse malorum auctor & sibi & ciuitati huius calamitatis existeret. Hæc audiens rex:uelle se quidem quæ monebat facere dixit:& expedire sibi:sed metuere contribules: qui ad regem Babyloniæ perrexissent:ne accusantibus eum periculo subiacerent. Quem propheta consortabat:& frustra supplicium suspicari dicebat:nihil mali passurum: si Babyloniis traderet ciuitatem: nec ipsum:nec filios:nec uxores eius: insuper & quia templum maneret illesum. Et Hieremiam quidem cum hæc dixisset dimisit rex præcipiẽs:ut nulli ciuium quæ locuti fuerant proderet: sed neque principibus aperiret: qui si cognoscentes eum a rege uocatum requirerent:ut quid cum eo locutus fuisset:eis quoque narraret diceret quia popposcisset:ne in uincula aut in carcerem denuo traderetur. Qui scilicet eis hoc dicebat:dum uenientes ad prophetam requirerẽt quid locutus fuisset ad regem. Hæc quidem ita sunt gesta. Babylonius autem obsessionem grauius inferebat: faciens turres cum magnis ædificiis: & aggeres ingentes exaltans ex quibus resistebat de muris pugnare nitentibus multasque machinationes erexit æquans muris per circuitum ciuitatis. Illi siquidem qui intra urbem erant fortiter & promptissime resistebant: neque fame: neque languore fatigati: & licet intus his passionibus augerentur animo: tamẽ fortes uidebantur ad prælium. in nullo adinuẽtiones inimicorum & machinamenta expauescentes: sed contrarias machinationes in omnibus quæ faciebant illis opponere cogitantes:ita ut magnum certamen esset Babyloniis simul & Hierosolymitis uelocitatis atque prudentiæ:his quidem nihil arbitrantibus amplius commodi quam captionem illius ciuitatis:his autem salutem suam non in alia causa ponentibus: nisi ut magno studio laborarent:& non desperarent excogitare quibus modis hostium machinamenta destruerent. Et hæc passi sunt mensibus octo & decem donec fame uastarentur & iaculis quæ turribus iaculabantur aduersus eos hostes. Capta est ergo ciuitas undecimo anno Sedechiæ regis quarto mense: die nono:cœ-

peruntq; eā principes Babyloniorum quibus obſeſſio a rege Nabuchodonoſor uidebatur eſſe commiſſa. Ipſe autem in Reblatha ciuitate commorabatur. Nomina principum qui hieroſolymam ſubiderunt hæc ſunt: Hergella: Sarrare: Matuſe: Megarus: Nabuzardan: Saris. Capta itaque ciuitate circa mediam noctem: & principibus hoſtium ingreſſis in templum: agnoſcens hæc Sedechias rex: ſumptis uxoribus: & filiis: & principibus: & amicis: de ciuitate fugit per deſertum ualde tutiſſimum. Quod dum a quibuſdam traditis principibus babyloniorum indicatum fuiſſet diluculo eum perſequi ſunt egreſſi. Quem dum circa Hiericuntem appræhendiſſent: eum circundederunt. Amici uero & principes Sedechiæ fugiebant dum hoſtes proximos eſſe conſpicerēt: diſperſique ſunt relinquentes eum: alter ad alium locum fugiens & unuſquiſque ſe liberare contendens. Quem compræhenſum cum paucis: hoſtes cum uxoribus atque filiis duxerunt ad regem. Venientem quoque ad ſe regem: Nabuchodonoſor impium & infœlicem uocare cœpit: & iuſiurandi immemorem quod præbuerat ut ei prouinciam cuſtodiret. Super hæc autem cum obiurgauit eum ingratum: quia dum ab eo percepiſſet imperium quod ab eius fratre tulerat & illi tribuerat: contra munificum largitorem egiſſe uidebatur hoſtiliter. Dixitque poſt hæc. Magnus deus: qui habens tuam nequitiam odio: noſtro te ſubiugauit imperio. His igitur uerbis uſus aduerſus Sedechiam: filios eius iuſſit pariter & amicos continuo pim: ipſo ſcilicet Sedechia & aliis captiuis inſpicientibus deinde oculos eruens Sedechiæ eumque uinciens: perduxit in Babyloniam. Hæc uero prouenerunt ei quæ Hieremias & Ezechiel prophetauerant: quia compræhenſus duceretur ad Babylonicum regem: & loqueretur ei ex ore ſuo & uideret ſuis oculis eius oculos ſicuti Hieremias dixit: cecatus autem & ductus ad Babyloniam: eam non uidit: ſicut Ezechiel prædixit. Hæc igitur quæ ſufficienter poſſunt dei manifeſtare naturam neſcientibus explanauimus: quomodo diuerſa eſt atque multimoda & uniuerſa ordine ſuo conſpiciens & quæ congruant agi prædicens ignorantiamque hominum & in fidelitatem redarguens per quæ curari nequiuerunt ab his quæ erant paſſuri. Nam cum ea quæ prædicabantur cuſtodire nollent: calamitatibus noſcuntur eſſe contraditi: ita ut eſſet impoſſibile uti ab ea declinarent. Igitur qui de genere Dauid regnauerunt: huiuſmodi conuerſationem habere noſcuntur. Fuerunt autem uiginti & unus uſque ad ultimum regem: regnaueruntque omnes annis nongentis: & quatuordecim mēſibus ſex diebuſque decem. Ex quibus principatum tenuit primus eorum Saul annis uiginti: non tamen ex ea tribu conſiſtens. Porro Babylonius miſit principem militiæ ſuæ Nabuzardam in Hieroſolymam: ut expoliaret templum præcipiens: ut & illud incenderet: & regalia pariter: & ciuitatem ad pauimentum uſque deponeret: & populum in Babyloniam migraret. Qui dum uenisſet ad Hieroſolymam undecimo anno Sedechiæ regis: & templum ſubuertit: & uaſa dei aurea argenteaque tulit necnon & maximum cantharum: quem impoſuit Salomon: inſuper & columnas æreas: & capita earum: aureaſque menſas: & candelabra: & hæc auferens: templum quoque ſuccendit: menſe quinto: initio mēſis: anno undecimo Sedechiæ: octauo decimo autem Nabuchodonoſor. Succendit autem & regalia: ciuitatemque deſtruxit: & templum ita concrematum eſt: poſt trecentos & ſeptuaginta annos: & menſes ſex: dieſque decem: ex quo illud conſtat ædificatum: ab egreſſu autem populi: tunc erant anni mille ſexaginta duo: menſes ſex: dieſque decem a diluuio uero uſque ad uaſtationem templi: omne tempus fuit annorum mille: nongentorum quinquaginta ſeptem: menſium ſex: dierum decem: ex quo uero factus eſt Adam uſque ad ea quæ prouenerunt templo: anni ſunt tria milia quingenti tredecim: menſes ſex: dies decem. Tantus ergo numerus annorum erat. Quæcunque geſta ſunt: ſingula ut prouenere manifeſtauimus. Princeps itaque regis Babylonis poſtquā Hieroſolymam & templum ſubuertit: ſumens captiuos: migrauit eos & pontificem: & Zardam & ſacerdotem Ioſedech ſecundarium eius & cuſtodes templi: & tres eunuchos qui erāt ſuper armatos: & amicos Sedechiæ ſeptem: & ſcribam eius: & alios principes ſexaginta: quos omnes cum uaſis quæ deprædatus eſt deduxit ad regem in Reblata prouinciæ ſyriæ ciuitatem. Rex autem pontificis quidem & principum ibi capita iuſſit abſcidi: ipſe uero omnes captiuos & Sedechiam deduxit in Babyloniam: unctum quoque circūegit & Ioſedech pontificem filium Sacræ pontificis: quem occidit babylonius in Reblata ſyriæ ciuitate: ſicut dudum iam deſignatum eſt. Igitur quia genus regum explanauimus: & qui fuerant: & eorum tempora cuncta narrauimus: neceſſarium iudicaui: etiam nomina referare pontificum: qui pontificatum regum temporibus habuerunt. Primus ſiquidem Sadoch pontifex templi fuit: quod Salomon ædificauit: poſt eum filius Achimaas in eius honore ſucceſſit: poſt Achimaam Zarias: poſt hunc autem Ioram & poſt eum Anxi Ioram: deinde Fideas: poſt Fideam Sudeas: poſt hunc Bilus: Bilo uero ſucceſſit Ioatham: cui rurſus Vrias Vriæ uero Nerias: poſt Neriam Odeas fuit: poſt hunc Sallom: deinde Belchias poſt hunc Zaroch: & poſt hunc fuit Ioſedech: qui captiuus in Babyloniam ductus eſt. Iſti itaque omnes in pontificatum filius patri per ordinem ſucceſſerunt. Veniens autem in Babyloniam rex: Sedechiam habuit donec aduixit in carcere. Quem dum regaliter ſæpeliſſet: uaſa quæ in Hieroſolymorum templo fuerat deprædatus: diis dicauit ſuis: & populum in Babyloniorum regione conſtituit: pontificem uero ſoluit a uinculis. CAP. XI.

PRinceps itaq; militiæ Nabuzardan dum captiuaſſet populum Hæbreorum: pauperes & eos qui tradiderunt dereliquit: conſtituens eis principem nomie Godoliam filium Aicham de nobilibus natum: manſuetum & iuſtum: iuſſitque ut opus in terra prouinciæ facientes: regi definita tributa perſoluerent. Hieremiam uero prophetam ſoluit de carcere: eique ſuaſit: ut ad Babyloniam cum eo uẽiret: fuerat enim ei hoc a rege iuſſum ut illi per omnia placida miniſtraret: qui ſi nollet hoc facere: ut indicaret ubi manere uellet: quatenꝰ hoc regi ſignificaret. Propheta ergo nec ſequi uoluit: nec alibi cõmorari: ſed libẽter ſe abire dixit in deſerta patriæ: & cum miſerrimis habitare reliquiis. Cognoſcẽs autem eius uoluntatẽ militiæ princeps: Godoliæ quem conſtituerat in hieroſolymorum urbe præcepit: ut eius prouidẽtiam in omnibus haberet: eique miniſtraret quibus egeret: & donans prophetam multis præcioſiſq; muneribus dimiſit ad propria: Et Hieremias quidem manſit apud Godoliam in ciuitate prouiciæ quæ dicitur Maſphat: rogabatque Nabuzardan: ut cum eo dimitteret diſcipulum Baruch filium Neriæ: ex magna ualde familia: & qui lingua patria præcipuæ fuerat eruditus. Hæc dum feciſſet Nabuzardan in Babyloniam profectus eſt. At illi qui obſeſſa Hieroſolymorum urbe diffugerãt diſperſi per certa loca: dum receſſiſſe Babylonios cognouiſſent: & quaſdam reliquias in Hieroſolymorum terra reliqſſe: & qui eam incolerent ſupereſſe: undique collecti uenerunt ad Godoliam in Maſphat. Erant autẽ principes eorum Ioab filius Careæ: & Zareas: & Iezomas ſimul & alii. Porro de genere regio erat qdam Iſmahel uir malignus & callidus qui dum obſideretur Hieroſolyma: ad regem euaſit Ammonitarum nomine Bachalim: & ibi illo tempore moratus eſt. Igitur qui ad Hieroſolymam cucurrerant: fecit eos Godolias ibi manere: nequaquã Babylonios metuentes colenteſque terram: nihil mali paſſuros eſſe dicebat & hæc iuramento firmauit: adiiciens quia ſolatium cunctis præberet: & ſiqs ab aliquo grauaretur illius mereretur auxilium: ſuaſit ut ſinguli in qua uellent ciuitate morarentur: & ut mitteret cum eis qui eorum habitacula repararent: & ipſe quoque faceret dum tempus eẽt ut triticum: & uinum: & oleum reconderent: quatenus hyemis tempore pabulo non egerent. Hæc cum dixiſſet: dimiſit eos ad prouinciæ loca quæ unuſquiſque uoluerat. Fama uero diſcurrente ad gentem Iudeæ: quia uenientes ad ſe de fuga Godolias clementiſſime ſuſciperet: & ad terram colendam omnes habitare permitteret: ut regi Babylonis tributa perſoluerent: concurrerunt omnes ad Godoliam: & in prouincia habitarunt: conſideranteſque prouinciam in pace regi: & Godoliæ benignitatem atque clementiam: Ioannes & principes qui cum eo erant ualde dilexerunt eum: dicebãtque mittendum ad regem Ammonitarũ Bachalim: ut Iſmahel latenter occideret: quatenus ipſe ſecurus eſſet in Iſrahel: quia ille erat de regio genere: qui ſolus poterat debellare. Cuius dolum dicebant poſſe declinare: ſi potius Iſmahelem ipſe perimeret ut metum decætero nõ haberet: adiicientes inſuper ſe timere: ne Godoliam magis ab illo peremptо: funditus Iſrahelitarum reliquiæ deperirẽt. Ille uero acquieſcere noluit: dicens: non eſſe rectum contra uirum qui adhuc nihil malignitatis geſſerat: inſidias exercere: non enim ueriſimile eſſet: quia in tali deſolutione huiuſmodi malitiam exerceret: & quem in tanta neceſſitate fouerat: & ab inimicis aliis eripuerat: ipſe perimeret: ſed & ſi e diuerſo faceret ille dolum: melius eſſe ut ipſe perimeretur ab illo: quam homo qui ad illum confugerat: ſuamque ſalutem ei tradiderat: & commendauerat uitam: dolo perimeretur iſtorum. Et Ioannes quidem: & principes qui cum eo erant cum non potuiſſent perſuadere Godoliæ: protinus receſſerunt. Tempore itaque dierum. xxx. tranſacto: uenit ad Godoliam in ciuitatem Maſphat Iſmahel cum uiris decem: quos Godolias ſplendidis epulis muneribuſque ſuſcepit. Tunc Godolias inter cõuiuia Iſmahel ſæpius ut aſſolet inuitato: deebriatus eſt. Quem Iſmahel uidens ita uino repletum: & uelut inſenſatum: & in ſoporem ebrietatis conuerſum: ſurgens cum decem ſuis amicis eum occidit & qui cum eo in conuiuio recundebãt. Et poſt horum peremptionem egreſſus per noctem: cunctos pariter in ciuitate Iudæos & milites trucidauit: qui a babyloniis fuerant derelicti. Altera uero die cũ muneribus ueniebant ad Godoliam de prouincia octoginta uiri: nihil ſciẽtes: quod de eo fuerat geſtum. Quos cum ueniſſet Iſmahel: eos quaſi ad Godoliam acceſſuros: interius euocauit. Quibus ingreſſis aula clauſa cunctos occidit: eorumque corpora in lacum profundiſſimum ne uiderentur abiecit. Ex his itaque octoginta uiris aliqui reperti erepti ſunt: qui ſe rogauerunt non prius occidi: antequam occultas in agris diuitias & pallia ſimul & ueſtes reconditas: & frumenta monſtrarent. Hæc audiẽs Iſmahel: pepercit eis. Populum uero qui erat in Maſphat cum uxoribus & filiis captiuum duxit: inter quos & filias Sedechiæ regis quas Nabuzardan babyloniorum princeps Godoliæ reliquerat conſeruandas tulit. Et dum hæc egiſſet: uenit ad regem Ammonitarum. Audiens autem Ioannes & principes qui cum eo erant quæ in Maſphat fuerant geſta ab Iſmahel: mortemque Godoliæ nimis exaſperati ſũt: aſſumenteſque ſinguli arma ſua: egreſſi ſunt: ut Iſmahel uiriliter expugnarent. Quem dum apprehendiſſent: circa fontem Chebron: illi qui ab Iſmahel captiui ducebantur: uidentes Ioannem & principes: & ad ſolatium ſibi ueniſſe iudicantes: releuati ſunt: & relinquentes eũ qui illos cœperat: ad Ioannem ſe contulerunt. Iſmahel itaque cum uiris octo ad regem fugit Ammonitarum: Ioannes ergo ſumens: quos de manibus eripuerat Iſmahel: & eunuchos: & mulieres: & infantes: uenit ad quendam locum quẽ Caulas appellant: & illo die ibi manſit. Deliberauerãt aũt ut inde

surgentes:abirent in Aegyptum:metuentes ne eos Babylonii perimerent propter Godoliæ mortẽ: qui ab eis dux fuerat institutus. Et dum in tali consilio permanerent:petierunt Hieremiam prophetam Ioannes & principes qui cum eo erant ut deum consuleret:quatenus eis in angustiis constitutis quid deberent facere demonstraret:facturos se iurantes:quicquid eis Hieremias diceret. Cunque propheta oraturum se pro eis apud deum compromisisset:post dies decem apparuit ei deus dicens: ut indicaret Ioanni & principibus suis:& uniuersis:quomodo consistẽtibus eis in illa prouincia ferret prouidentia diuina & solatium & a Babyloniis quos metuebant seruaret illesos: proficiscentes autem in Aegyptum perituros:& ab ægyptiis illa passuros quæ olim fratres eorum constat esse passos. Hæc cum dixisset Ioanni & populo deum propheta prædicere:non ei credebant: quia deus eos prouinciam habitare præceperat:sed ut præstaret Baruch suo discipulo:mentiretur quidem de diuino mandato:suaserit autem eis ibi manere:ut a Babyloniis interirent. Populus ergo & Ioannes nõ obedientes consilio dei quo eos monuerat per prophetam discesserunt ad ægyptum: ducentes:& Hieremiam panter & Baruch. Dunque illic essent indicauit prophetæ diuinitas uenturum regẽ Babyloniorum ad Aegyptum:iussitque prædicere populo: Aegypti uẽturam captiuitatem:& quia alios quidem eorum occideret:alios captiuos sumens in Babyloniam perduceret. Et hæc ita completa sunt. Quinto siquidem anno captiuitatis Hierosolymorum qui est tertius & uicesimus regni Nabuchodonosor castrametatus est idem Nabuchodonosor in inferiorem Syriam:eamque detinens: expugnauit & Ammonitas & Moabitas. Cunq; subdidisset has gentes:perrexit ad Aegyptum eamq; subuertit:& regem qui tunc erat ibi occidit:aliumq; ei in ea constituens: denuo Iudeos captiuos duxit in Babyloniam:& Hæbreorum quidem genus huiusmodi terminum Eufraten transisse percepimus. Igitur per Assyrios corruit populus decem tribuum de Samaria cum regnaret apud eos Osias:deinde duarum tribuum multitudo Nabuchodonosor rege Babyloniorum: & chaldæorum captis Hierosolymitis est uastata. Salmanasar transmigrans Israhelitas:in eorum regione instituit Cutheorum gentem qui prius in interiori parte Persidæ & medie morabantur: tunc tamen Samaritæ uocati sunt:uocabulum prouinciæ sumentes:in qua habitare uidebantur. Babyloniorum uero rex cum duas tribus captiuas duxisset:neq; gentem aliam in eorum habitare fecit prouincia: & propterea desolata omnis Iudæa & hierosolyma & templum annis septuaginta permansit. Omne itaque tempus a captiuitate Israhelitarum:usq; ad duarum tribuum transmigrationem:fuit annorum centum triginta mensium sex:dierumq; decem.

Visio somniorum Nabuchodonosor:& interpretatio eorum per Danielem:trium quoq; puerorum in fornacem immissio: sed nulla lesio. CAP. XII.

PRorro rex Babyloniorum Nabuchodonosor sumens omnes Iudæorum nobiliores:& cognatos regis eorum Sedechiæ:qui & pubertate corporum & aspectus pulchritudine resplẽdebant:pædagogis eos pro diligentia exhibenda contradidit:eosq; castrauit quod etiam eis quoq; quos cœperat ex aliis gentibus quas uastauerat cum eẽnt in ætatis huius pulchritudine constituti feciſſe dinoscitur:iussitq; eis ministrari de mensa sua cibos:& eruditi prouincialibus litteris pariter & Chaldæis. Erant autem isti sapiẽtia quidem idonei habentes exercitium iocundum. Inter quos erant aliqui de genere Sedechiæ quattuor optimi & natura benigni:quorum alius quidem Daniel:alius autem Ananias:alius Misahel: quartus uero uocabatur Azarias. Horum Babyloniorum rex nomina cõmutauit: & aliis iussit appellari uocabulis: & Danielem quidem uocabat Balthazar:Ananiam Sydrach. Misahel Misach:Azariam uero Abdenago. Hos autem rex cum essent nimis igenioſi:& circa litterarum doctrinas assiduis:habebat in honore & dilectione præcipua. Placuit uero Daniel cum cognatis suis:ut se a cibis regiæ mensæ suspenderent:& ab oĩbus animatis generaliter abstinerent. Et accedentes ad Aschan eunuchum:cui eorũ diligentia fuerat a rege cõmissa:rogauerunt eum:ut ea quæ rex iusserat eis expendi ipse perciperet:& eis legumina comedẽda præberet:uel qd aliud ianimatum uellet:ad istos cibos se eẽ dicentes deditos: & alios sibi ualde cõtrarios:Ille uero paratum quidẽ se eẽ dicebat eorum uoluntatibus obedire sed metuere regẽ:ne p corporis maciẽ uultusq; mutationẽ proderẽtur regi:eo q; ab epulis abstinerent: dicẽs eẽ consequẽs:ut pro qualitate ciborum eorum quoq; color & corpora mutarẽtur:ut dum alii pueri bene refecti a rege uiderẽtur isti enim periculi & supplicii auctores existerent. Dum igitur Aschanis formidinẽ hanc hẽret:p suaserunt ei:ut pro experimẽto decẽ diebus hæc ministraret illis: & dum habitus eorum corporis minime uerteretur ad peius:in his sine dubio permanerẽt: tanq; ex hoc ledi non possent:si uero eos subtiliores inspicerẽt:& deteriores ab aliis:ad priora cõuiuia reuocarent. Quos dum non solum cibus ille non noceret:sed etiam magis q; aliorum pinguiora atq; decentiora eorum corpora reperiret:ita ut illi quibus regalia cõuiuia præparabant inferiores eẽnt. Daniel ãt & qui cum eo erant crederẽtur in magna copia epularum cõuiuari:ex illo tempore audacter Aschanis ea: quæ quidem de mensa regis quottidie illis pueris mittebantur ipse sumebat: & illis quæ dicta sunt ministrabat. At illi dum & aĩæ eorũ propter hoc eẽnt limpidæ & ad doctrinas euectæ corporaq; eorum ad laborẽ acta consisterẽt:non enim aut animas hebetes habebant:& pro ciborũ uarietate cõfusas:aut corpora p eas epulas molliora:omnes uelociter didicere doctrinas quæcunq; & apud

barbaros erant:& apud Chaldæos præcipue tamen Daniel ſapiẽtia erat idoneus:& ad ſomniorum interprætationes expertus:eiq; reuelabat aperte diuinitas. Igitur poſt annum ſecundum ægyptiacæ naſtationis:rex Nabuchodonoſor uidit ſomniũ ualde mirabile:cuius explanationẽ ipe ei p ſomniũ deus aperuit. Quã dum euigilauit oblitus mox Caldæos uocauit & magos:atq; diuinos:ſeq; uidiſſe dixit ſomnium & expoſitionẽ eius:& hæc ſimul oblitum:iuſſitq; ut dicerẽt & ſomnium : & quid ſignificare uideret. Illis uero dicẽtibus hoc inuenire eſſe hoĩbus ipoſſibile : ſed ſi uiſionẽ exponeret: ſomni explanationẽ ab eis audiret:interminatus eſt eis mortẽ:niſi ſomnium edicerẽt. Et dum fatere tur non poſſe quod uidebat fieri oĩs una p̃cepit occidi. Daniel autẽ audiẽs:quia omnes ſapiẽtes rex iuſſiſſet interim:inter quos & ipſe cum ſuis cognatis piculo ſubiaceret:acceſſit ad quẽdam Ariochũ cui fuerat p̃ricipatus cõmiſſus ſup regis armigeros:eũq; rogauit:ut ei cauſam ediceret:pro qua re rex omnes ſapiẽtes & chaldæos:& magos iuſſiſſet occidi:& dum de ſomnio cognouiſſet: & quia iuſſiſſet rex indicari ſibi quã uiderat uiſionẽ:quod dum nõ potuiſſent facere:ad ſuum interitum prouocaſſent regẽ rogauit Ariochim:ut ingreſſus ad regẽ:unam noctẽ peteret:ut a magorum nece ſe retineret:ſperare dicẽs:q; ea nocte ſupplicans deo:ſomnium:regis agnoſceret. Ariochis uero nunciauit regi indutias quas poposcerat Daniel. Tunc ille puer cum ſuis cognatis ad habitaculum ꝓprium ueniẽtes:tota nocte rogauit deum:ut ei ſomnium indicaret ne magi:& chaldæi:& iter eos & illi periret:ſed ut eos potius ab ira regis eriperet:atq; oſtenderet uiſionẽ:quã rex reuelatã ſibi nocte præterita noſcebat oblitus. Deus aũt miſericordiã habẽs illoꝝ qui periculo ſubiacebant:ſimul & Danielis:& ſomnium ei & modum eius explanationis innotuit:ut ab eo rex ẽt q̃ ſignificaret cognoſcere: Daniel ergo a deo ſibi reuelata cognoſcẽs gauiſus ſurrexit & hoc ſtratribus indicans : illos quidẽ qa de uita iam deſperauerant:& parati uidebant ad mortẽ ad ſecuritatẽ & ſpẽ uitæ reduxit:deo aũt gratias p̃cipuas egit:q miſericordiã eoꝝ ætatis habuiſſet. Facto quoq; die uenit ad Ariochim : petẽs:ut eũ introducere deberet ad regẽ:ac dicens:debere ſe ſomniũ quod uiderat tranſacta nocte narrare. Ingreſſus igit ad regẽ Daniel:hoc primo poposcit:ne ſapiẽtior putaret aliis chaldæis & magis:quia dum illi ſomnium nequaquã inuenire potuiſſent:ipſe indicaturus accederet:quãdo non experimẽto humano nec quia maiori ſtudio mẽte propria laboraſſet ut hoc ſciret: ſed miſeratus inquit deus omnium qui in mortis uidebant periculo conſtituti:& mei:ſimul & qui eiuſdẽ ſunt gentis:ſomniũ & eius explanationẽ mihi aperuit. Non enim minus pro illis quã pro nobiſipſis uitæ termino te iubente mulctatis ſolicitus eram:dum utiq; iniuſte uiros bonos & optimos mori præceperas:quos nihil quod ſit humanæ ſapientiæ præcepiſti facere:ſed quod dei ſolius eſt ab eis exigere uoluiſti. Tibi itaq; cogitanti qui poſſent mundi totius principatum tenere:uolens deus regnaturos oſtendere:huiuſmodi ſomnium reuelauit. Vidiſti enim ſtatuam ualde proceram:cuius caput quidẽ erat aureum: humeri & brachia argentea:uenter aũt & fœmora ærea:crura pedeſq; ferrei. Deinde uidiſti lapidem de monte abruptũ cecidiſſe ſup ſtatuam:eãq; proſtratã:cõtriuiſſe totã:& nullam eius partẽ itegrã reliquiſſe:auꝝ & argẽtum:& es:plus farina contritũ: & ſpũ uehemẽte flante direptũ : atq; diſperſum: lapidẽ uero creuiſſe tantũ:ita:ut oĩs terra ab eo uideret impleta. Somniũ itaq; quod uidiſti hoc ẽ:cuius iterprætatio hunc hẽt modũ. Caput quidẽ aureũ te ſignificat:& qui ante te in gẽte babylonia regnauerunt. Duæ inquit manus & humeri idicant:qũo a duobus regibus ueſter poſſit deſtrui principatus. Illoꝝ denuo alter quidẽ ab occidẽte erit deſtructurus imperiũ:ſimilis æraméto cuius rurſus regnũ ceſſare facit qui ferro uidet equalis:tenebitq; oĩa:qa ferri natura eſt robuſtior auro & argento ſimul & ere. Significauit quidẽ & de lapide regi:quod mihi non placuit indicare:ſed præterita quæ ſunt iam facta deſcribere:non futura tractare. Siquis autẽ integritatẽ deſiderans uult hæc p̃ſcrutari: & de incertis utrum fiant ſtudet agnoſcere:feſtinet librum legere Danielis : quẽ inueniet inter litteras eſſe diuinas. Rex itaq; Nabuchodonoſor hæc audiens & ſomnium ſuum agnoſcẽs: obſtupuit ingenium Danielis:& procidens in faciem eo modo quo deus adorat ſalutauit Danielem: eiq; ſacrificari q̃ſi deo p̃cepit. Cui etiã ꝓprii dei ipoſuit nomẽ:& curatorẽ totius regni eſſe conſtituit:cũ cognatis ſuis:qui per inuidiam & dolũ picula ſuſtinuerũt & regem ex hmõi cauſa offendiſſe uidebantur. Interea rex dum feciſſet ſtatuam auream:altitudine ſexaginta cubitoꝝ:latitudine ſex:& eam ſtatuiſſet in maximo campo Babyloniæ:dedicaturus eam:conuocauit ex omni terra cui præerat principes uniuerſos eis primo p̃cipiens:ut dum audirent tubæ ſonũ:proſtrati ſtatuam pariter adorarẽt qui uero hoc nõ facerent:eos in ignis caminũ iterminatus eſt eſſe mittendos. Oĩbus ergo poſt tubæ ſonũ adorantibus ſimulacrũ:Daniel & cognati eius minime hoc feciſſe dicunt:nolentes utiq; leges p̃uaricate patrias. Qui dum uincti fuiſſent repẽte:& in ignem miſſi inopinabiliter diuina prouidentia liberati:mortis picula fugierunt. Non.n. cõtigit eos ignis. Reor itaq; eo q̃ nihil iniuſte feciſſent in caminũ miſſi:nõ ſunt ab igne contacti:& facta eſt flammæ natura debilior:habens in ſe dei miniſtros q eoꝝ corpora eſſe talia ꝓparauit:ut nõ potuiſſent ab igne cõſumi. Hoc ergo factũ oſtendit eos apud regem iuſtos atq; religioſos:ꝑ quo habebant ab eo in honore præcipuo. Poſt paululum uero tempus denuo uidit in ſomnis rex aliam uiſionẽ:quia caſurus de regno cũ beſtiis eſſet habitaturus & cum degiſſet hoc modo annis ſeptem in deſerto:reciperet denuo principatũ. Hoc cũ uidiſſet ſomnium magos denuo conuocauit:eiſq; referẽs quod uiderat:interprætationem cõgruã exigebat. Et

aliorum quidem nemo potuit uirtutem somnii cõprehendere neq; rem manifestare:daniel uero so lus & hoc exposuit:& sicut ei prædixerat:ita prouenit. Nam cũ habitasset p̃ dictum tẽpus i heremo & nullus septem annoꝝ spatio ad regnũ ausus esset accedere:supplicans deo ut regnũ reciperet: de nuo reuersus ad illud est. Nullus igit culpet me:eo q̃ ita narrauerim singula sicut in antiqs libris inueniunt scripta. Nam ipso historiæ meæ principio pp eos qui q̃stiones faciunt:ut in aliquo culpare nitunt:astruxi dicẽs trãslatuꝝ me libros hæbraicos in eloquiũ Græcũ:& hos uolẽtibus apire neq; adiicere ipse aliqd seorsum:neq; subtrahere me promittens. Porro Nabuchodonosor dum uixisset annis quadraginta defunctus est:uir industrius:& prioꝝ regum ualde fœlicior. Meminit huius actuũ & Berosus in libro tertio historiæ chaldæorum:ita dicẽs. Audiẽs aũt eius pater Nabuchodonosor quia satrapa qui constitutus fuerat in Aegypto & locis syriæ inferioris & Phœnicis:recessisset ab eo: cum ipse iam fatigati non posset:cõmittens filio Nabuchodonosor iuueni quãdã partem exercitus: misit aduersus eũ. Nabuchodonosor aũt filius congressus aduersus eũ qui ab eius patre recesserat: facta dimicatione & eum uicit:& prouinciam ex isto principio suo subiugauit imperio.

Regum babylonicorum inuicem successio:& per mortem ablatio regni Babylonici sub Balthazare per Cyrum & darium subuersio. CAPI. XIII.

EO itaq; tempore cõtigit:ut patet eius Nabuchodonosor egrotaret i Babylone ciuitate & a uita recederet:qui regnauit annis uiginti & unum. Nabuchodonosor filius non post multũ tp̃s morte patris agnoscens:& disponens causas Aegypti reliquãq; prouinciam:& captiuos eius & phœnicũ:& Syroꝝ & gentium Aegyptiorum: & præcipiens principibus qbusdã amicis:ut cũ magna uirtute & oĩ utilitate ad Babyloniã cuncta deferrẽt:ipse cũ paucis p̃ desertum uenit ad Babyloniã & potitus reꝝ q̃ gubernabatur tũc a Chaldæis a quodã ultro optio sibimet reseruanti totius regni p̃ni dñs est effectus. Captiuis aũt ueniẽtibus habitationẽ cõstituit in locis oportunissimis Babyloniæ ciuitatis:ipse uero de diuitiis quas acceperat de manibus hostiũ & tẽplum Belis & reliqua largissime nimis ornauit: & antiq̃ ciuitati alia quoq; cõtulit:& prisca repauit:ita ut nequaq̃ obsidẽtes ualerẽt fluuiũ cõuertere:& ciuitati aliquo mõ p̃ualere:erexitq; tres porticus i trinsecus:& tres extrinsecus de latere cocto:decẽteq; muniẽs eas & exornãs ualde magnifice:p̃nis quoq; regalibus alia ꝑxie regalia fabricatus ẽ:quoꝝ spacia: & reliq̃ pulchritudinẽ dicere credo supuacuũ. Verũtamẽ hoc sciendũ:qa dum essent hæc magna & nimis eximia:diebus tñ. xv. consumata sũt. In istis uero regalibus lapides posuit:quoꝝ similitudo erat instar mõtis:& plantauit diuersas arbores:fecitq; hortũ qd suspẽsile dicebat:eo q̃ uxor eius positionem regionis propriæ uidere desideraret quæ nutrita fuerat in locis Medie. Hoꝝ itaq; meminit etiam megasthenes in quarto indicoꝝ libro:ubi nitit approbare hũc regẽ fortitudine & actuũ magnitudine herculẽ trãscendisse. dicit aũt eũ uastasse libye ciuitatẽ:& Hiberiã. Sed etiã diocles in secundo Persicorum libro meminit huius regis:& Philostratus in iudicis & Phœniciis historiis dicit:quia iste rex obsedit Tyrum annis tribus & decem mensibus:cũ illo tpe Tyro regnaret Ioathabules. Hoc mõ ergo diuersi scriptores huius regis fecere memoriam. Post mortem uero Nabuchodonosor Amilmadapacus qui & Abimatadocus filius eius suscepit regnũ:& Hierosolymitaꝝ regem Iechoniam qui & Ioachim soluit a uinculis:eũq; inter amicos necessarios habuit:& multa ei dona concessit: fecitq; eum in Babylonia inter teges haberi. Nam pater eius fidem non seruauerat Iechoniæ: qui se utique cum uxoribus & filiis & omni cognatione sponte tradiderat pro ciuitate:ne sicut prædiximus obsessione capta uastaret. Moriente uero Amilmadapaco post annos octo & decem sui regni. Egressarius filius eius tenuit principatum. xl. annis. Eo quoq; mortuo:ad eius filiũ Laborsordachum peruenit imperium. Quod dum nouem mensibus habuisset:regnũ eo defuncto transit ad Balthazar qui Naboat nuncupat. Contra hunc itaq; regẽ castra metati sunt Cyrus Persaꝝ rex & darius Medoꝝ. Qui dum obsiderent eũ in Babylonia:mirabile quoddã ꝑdigium cõtigisse dinoscitur. Iacebat nãq; cœnans in domo maxima & conuiuiis regalibus oportuna cũ suis cõcubinis pariter & amicis placuitq; ei:ut de proprio templo uasa dei deportarentur:quæ hierosolymis dep̃datus Nabuchodonosor: usus quidem eis nõ fuerat:sed in templo suo dicauerat. At ille superbia ductus est:ut eis uteretur ad pocula:& hoc modo blasphemaret in deo. Tunc itaq; uidit de muro uenientem manũ:& in pariete quasdã syllabas scribẽtem. Qua uisiõe turbatus cõuocauit magos atq; Chaldæos:& oĩ genus similium qd inter barbaros somnia & hmõi signa discernere prætalebant:ut ei q̃ fuerant scripta manifestarent. Cunq; magi nihil penitus inuenire neq; intelligere se posse dicerent in angustia rex constitutus:& multa tristitia propter hanc sic inopinabilem causam:in oĩ prouincia prædicari fecit ut qui litteras illas & quæ per eas significarent posset exponere:ei torquẽ aureã: uestemq; dari purpuream sicut regibus Chaldæis mos erat uti:& tertiã partẽ ei sui pariter principatus offerret. Quo facto:dum multi magni concurrerent:ut propositam munificentiam regis haberent:inuentionem aut significationem litterarum nequaq̃ inuenire poterant. dumq; regem uideret in anxietate sua auia constitutum. cœpit eum confortare ac dicere:eo q̃ esset quidam de iudæa captiuus: ex eorum genere quos deduxerat Nabuchodonosor cum Hierosolymã deuastasset:cui nomẽ erat daniel:uir sapiens & argutus:ut possit res inuenire difficiles:& quæ soli deo nota uiderent:qui etiã Nabuchodonosor regi

cum nullus alter potuiſſet dicere quibus egebat:ad agnitionis lumen adduxerat quod q̄rebat adiiciens:ut eum euocaret & peteret:quatenus de litteris eo narrante cognoſceret: quod nullus poterat inuenire:ſi triſte aliquod ſignum ſignificaret a deo.Hæc audiens Balthazar:Daniel ad ſe uenire præcepit.Cui cum dictum fuiſſet de eo:eiuſq; ſapia:quia ſanctus ei ſpūs ineſſet:& ſolus inuenire poſſet q̄ alii nec mente conceperant:poſcebat:ut ei q̄ ſcripta fuerant & quæ ſignificare poterant indicaret.Quod ſi faceret:purpura ueſtiendum:& torquem auream circa collum eius dādam eē promiſit: inſuper ei & tertiam partem regni pro honore ſapiæ conferendam ut ex eis in ſignis uidentibus appareret.Quo facto:Daniel dona quidem eū retinere apud ſe dixit:ſapiētiam nāq; & diuinitatē ſine ſuffragiis ſemper exiſtere:& gratis prodeſſe querentibus:ea uero q̄ ſcripta uidebant ei ſignificatu; ſe eſſe promiſit:dicēs:hæc eius uitæ indicare ſubuerſionē:eo q; neq; ex his ex quibus parēs eius propter iniurias dei fuerat caſtigatus:ille didicit eē prius & nihil ultra humanam cogitare naturam:qñ & Nabuchodonoſor mutatus in beſtiam propter ea quæ impie geſſerat:poſt multas preces ac ſupplicationes miam potuit promereri:& ad humanam redire conuerſationē:ac regna priſtina repare: q propter hæc ſolum deum omnē habere uirtutē & humano generi prouidere donec aduixit aſſeruit.Tu inquit obliuionē horum habēs multumq; diuinitati blaſphemans:in eius uaſis una cum tuis cōcubinis tibi miniſtrari feciſti.Quæ uidens deus & iratus:p ea quæ ſcripta ſūt pronunciauit:q tibi terminus ſit futurus.Illæ uero litteræ deſignabāt hæc.Mane quod latina lingua ſignificare pōt numerum:quia uitæ inquit tuæ deus tēpus:& regni dinumerauit:& paruū tibi ſupereſſe decreuerit. Techel & idem hoc ſignificat pondus..Apponderans inquit deus tuæ uitæ tēpus:iā illud declinare pronunciat.Phares ſed & hoc fragmentum ſignificat lingua romana.Frangit inquit deus regnum tuum:& Medis illud perſiſq; diſtribuit.Cunq; Daniel hæc indicans:dixiſſet q̄ fuerat in pariete conſcripta Balthaſar equidem regiam triſticiam q̄li poterat pro tantæ calamitates ſignificatione proue nire detinuit:non tamen prophetæ quaſi malax rex indici dona quæ promiſerat denegauit:ſed cū ſta conceſſit:cogitans:quia illa quidem pro quibus darent propria eius:& non ꝓphetantis eſſent:illū uero qui hæc uere diſcreuerat uir bonū dicebat ſimul & iuſtū.Igitur non poſt multū tēporis & ipſe eſt captus:& ciuitas Cyro Perſar regi aduerſus cū fortiſſie dimicanti tradita.Balthaſar enī is eſt ſub quo capi contigit Babyloniā:cū regnaſſet iam decē & ſeptē ānis:nepos Nabuchodonoſor regis:cui talem fuiſſe terminū pcepimus.Darius aūt Aſtyagis filius:qui Babylonior principū deſtruxit cū Cyro cognato ſuo:annū habebat ſexageſimū ſecundū:cū Babylon fuiſſet inuaſa:qui tamen alio noīe uocabat a græcis:quiq; Danielē ꝓphetā ſumēs ad ſe in mediā duxit:& oī honore eū celebrauit:eratq; unus inter tres Satrapas quos Darius ſup trecētos ſexaginta Satrapas inſtituerat.

Daniel ſub Dario i lacum leonum immiſſio:ſed nulla leſio honor & claritas Daniel & prophetiæ eius. CAP. XIIII.

DAniel itaq; dū eſſet apud Darium in honore præcipuo:ita:ut q̄ſi ſoli cuncta uiderētur eſſe cōmiſſa:inuidiæ apud cæteros crimine laborabāt.Mordent enī:qui quoſdā apud principes pluſq̄ ſe ualere conſpiciunt.Et dū quererēt occaſionē:& derogationis fomitē:uidentes eū apud Darū eſſe probabilē nullam inueniebāt cauſam.Nam dū eſſet & ſuper theſauros & omne ſuffragiū oblatum a quocunq; deſpiceret:cui turpe uidebat aliquid etiam pro bonis rebus accipere nullam criminis cām accuſatores inuenire faciebat.Illi uero cum nihil haberent quod contra Danielem dicentes:regio eum poſſent honore priuare:alium queſiuere modū quo eum minorem apud gratiam regis oſtenderent.Videntes nanq; eum tertio in die orantem ad deum:occaſionem ſe inueniſſe putauerunt:per quam perderēt:Danielem.Et uenientes ad Darium nunciauerunt ei:quia ſatrapis & eius principibus placuiſſet:ut triginta diebus populus requieſceret: quatenus neque ipſum aliquis neque deos eorum adiret:ſimiliter nec exoraret:& horum ſiquis ſententiam tranſcenderet in lacum leonum periturus includeretur.Rex autem eorum nequitiam non intendentes:nec hæc quoque contra Danielem arbitratus facta molimina:dixit placere ſibi quæ ab eis decreta uidebantur:& eorum ſententiam confirmare promiſit:propoſuitque decretum in populo:quod ſatrapum placita deſignabant.Et cæteri quidem iuſſa cuſtodientes ne tranſcēderent q; ꝓcepta uidebantur a rege quieſcebant: Danieli uero nulla fuit in iſtis cura:ſed ut erat ſolitus:ſtans deum cunctis inſpiciētibus adorabat.Satrapæ occaſione ſumpta:quam contra Danielem inuenire querebant:mox uenerunt ad regem accuſantes tanq̄ ſolus Daniel eius præcepta tranſcenderet:quia dum nullus alter apud eos orare præſumeret:qđ non qđē ꝓpter ipietatē:ſed ꝓpter cuſtodiam faceret ꝓceptoꝝ ille contēnens ꝓcepta:ad ſuum oraret deū.Credētes etenī:quia ꝓpter magnū fauorē quo eū Darius diligebat:etiam illoꝝ decreta contēnens Danieli ueniam daret:in hoc potius habētes inuidiā:magis inſtabant:& ad nullā manſuetudinē recedebāt:ſed eū ſecūdū legē datā in lacū leonū ꝓiciēdū eſſe poſcebant.Sperans aūt Darius quia eū eriperet deus:& nihil a beſtiis ſuſtineret aduerſum:conſolabat eū ut fortiter ferret euentū. Rex itaq; dū fuiſſet in lacū miſſus Daniel:ſignato lapide:qui pro ianuis in eius poſitus erat ore diſceſſit:& incœnatus totā noctē duxit inſōnē:meſtus & p Daniele nimis afflictus.Die uero facto:ſurgēs uenit ad lacum & inueniens eū ſanū:ſignaculū quo lapidem obſignauerat aperiēs:clamauit uoce magna Daniel:requens ſi ſanus eēt.Quo reſpondente

regi:quia nihil paſſus fuiſſet mali:iuſſit eum repente de lacu protrahi beſtiaꝝ. Inimici ergo uidentes nihil mali pertuliſſe Daniel:dicebant regi:nō eū diuina prouidentia cuſtodirū: ſed ſaciatos leones corpus eius cōtingere noluiſſe. Ille uero eoꝝ nequitiā uidens:iuſſit leonibus multas carnes apponi: eiſq; ſaciatis inimicos Danielis in lacū p̄cepit immitti:ut ſi reuera p ſacietatem ad eos:minime leōes accederent:hoc apte cognoſceret. Quo facto & ſatrapis in lacum depoſitis:Dario manifeſtatum eſt: qa diuinitas ſalutauerit Danielem. Leones.n. nulli eoꝝ penitus pepcerūt:ſed oēs piter diſcerpſerūt: q̄ſi rabida fame pleni:& nulla cibi copia recreati. Arbitror.n. qa non fuerūt ad hoc fame puocati leones:qui utiq; pauloante uidebant carniū abundātia ſaciati:ſed hoium nequitia etiam irrationabilibus erat aialibus manifeſta:ſimul & qa dei uolūtate uocabant ad pœnā. Peremptis itaq; hoc modo Daniel inimicis:rex clarius qđ actū fuerat diuulgauit in oi puicia:laudās deum quē Daniel colebat: eūq; ueꝝ & oīpotentē aſſerens eſſe ſolū. Habuit aūt ét daniel in honore p̄celſo:principem eū ſuoꝝ faciens amicorum. Cū ergo daniel ſic eſſet inſignis & clarus:eo q; religioſus exiſteret:ædificauit in echbathanis Mediæ mauſoleū ualde p̄claꝝ:& mirabiliter nimis inſtructū:quod eqdē manet hactenus & uidentibus credit nup ædificatū:ita ut ea die q̄ cōſpicit putet eſſe conſtructū. Sic eius pulchritudo noua uidetur:& ſolida:nullaq; ſenectute tā magni tpis lōgæuitate cōfecta:cū eadem edificia q̄ ubi hoies ſpacianť:& ad uetuſtatem ueniāt:& ſua fortitudine longæuitatæ careant:ac p̄rii decoris amiſſione marceſcant. Hactenus enim ſepeliunť ibi Medoꝝ reges atq; Perſaꝝ piter & Parithorū: & cui hæc cura cōmittit:ſacerdos eſt Iudæoꝝ:& hoc fit uſq; ad p̄ſens tp̄s:Dignum eſt.n. de daniele dici qđ maxie q̄libet audiens debeat admirari. Qui dū mirabiliter & q̄ſi uno quodā loco maxio poſitis oīa prophetaſſet:& uitæ ſuæ tpe apud reges & plebē in honore fuit:& gloriam & memoriā poſſidens ſempiternam. Omnes itaq; libri quoſcunq; conſcribens dereliquit:legunt hactenus apud nos & ex his credimus:quia Danieli loquebatur deus. Nō ſolū enī futura ſicut alii quoq; prophetæ p̄dixit. etiam ſed tp̄s diſiniuit:quo hæc neceſſe ſit adimpleri. Prophetis nāq; prioribus mala prædicentibus. & ꝓpterea a regibus & populo nō bene ſuſceptis: Daniel bonaꝝ reꝝ ꝓpheta fuit apud eos:& ꝓpter famā reꝝ quas prædicebat:fauorem uidebat habere cūctoꝝ:per euētum uero cāꝝ ueratius ac quirebat dictorū fidē & opinionē diuinitatis hēbat in populo. Reliqd.n. nobis ex his quæ conſcripſit:unde integritas eius prophetiæ:& nulla mutatio poſſit agnoſci. Ait.n. qa cū eſſet in Suſis ī metropoli Perſidæ:cū ſuis ſodalibus exiuit in cāpū: & repente terremotu facto:relictus ſit ſolus:aīcis eius per diuerſa diffugientibus:conturbatuſq; in faciē ſuper ambas ceciderit manus. Tum quodā tā gente eum:& inter hæc ut ſurgeret imperante:quatenus ea quæ erāt poſt multas generationes ciuibus euentura conſpiceret:dum ſurrexit oſtēſum ſibi dixit arietē magnum multa quidem cornua habētem:nouiſſimum uero eoꝝ præcelſum:deinde reſpexiſſe quidem ad occidētē:& uidiſſe hircū exinde ferri p aerē:congreſſumq; arieti:& eū ſecundo cornibus impetu ꝓſtrauiſſe in terram:& undiq; cōculcaſſe deinde ſe uidiſſe hircum de fronte cornu maximū produxiſſe:quo facto:orta ex eo loco cornua q̄ttuor:& ad uētos ſingulos eſſe conuerſa:inter q̄ aliud puulū ortum fuiſſe conſcripſit. Qđ dum creſcerer dicebat deus q hæc monſtrabat:hoc expugnatuꝝ fore eius gētem:& ciuitatem fortiter eē captutum:templumq; concrematuꝝ:& ſacrificia fieri prohibituꝝ diebus mille:ducētis:& ſexaginta ſex. Hæc quidem in campo q̄ eſt in Suſis Daniel ſe uidiſſe conſcripſit:& tali modo deum ſibi hanc aperuiſſe uiſionē expoſuit:arietē quidem regnū Perſaꝝ & Medoꝝ ſignificare dicēs:cornua eos q regnaturi forent:nouiſſimum uero cornu ſignificare dicens ultimum regem:& hūc diuitiis & gloria priorum eē p̄cipuum. Hircum aūt ſignificare narrabat:qa aliquis de Græcis regnaturus eſſet: qui ſecundo congreſſus aduerſus Perſam:eum bello deuinceret:& omnē gloriam eius principatus auferret:& maximo cornu quod erat in hirci fronte primum ſignificari regē & ortum q̄ttuor cornu oꝝ illo cadente:qui ad quattuor ptes terræ uidebat aſpicere:ſucceſſionē uniuſcuiuſq; poſt obitum primi regis dixit ānunciare:& diuiſiōem regni inter eos eē faciendam:dū ille prior nec filios:nec cognatos habiturus eſſet:multiſq; annis in terraꝝ orbe eſſet regnaturus:& ex eis quendā oriri regem: & expugnatuꝝ gentē eius:& leges atq; conuerſationē pariter ablatuꝝ:& tēplū depcatuꝝ:& ſacrificia celebrare: trib⁹ ānis eē ꝓhibituꝝ. Et hæc utiq; gens noſtra ſuſtinuit per Antiochū qui appellatus eſt Epiphanes:hoc eſt p̄clarus:ſicut uidit Daniel & ante multos conſcripſit:q̄ oīa illi deo ſibi monſtrante conſcribens reliquit:uti legentes & quæ iam prouenere conſiderantes:credant in honore diuino fuiſſe Danielem:& per hæc q̄ ſunt ita ueriſſima epicureos errare cognoſcant:qui & prouidentiam uitæ negant:& deum res humanas curare non exiſtimant:neq; abdita incorruptibiliq; ſubſtantia pro ſtabilitate cunctoꝝ gubernari iudicant uniuerſa:ſed hunc mundum ſine rectore:& ſine cura aliqua ferre ſponte confirmant. Quæ ſi ita ſunt ſine p̄ſule:ſicut naues gubernatoribus deſolatas uētoꝝ uiolentia ſubmergi conſpicimus:aut currus ſine agitatore confringi:ita & mondus ſine prouidentiæ regimie olim potuit deiici & pire quaſſatus. Ego itaq; Daniel dicta hæc reſpiciēs:ualde puto a uera opinione recedere eos qui nullam prouidentiam humanarum rerum dicunt habere deū. Non enim ſi hæc ſponte gererentur ſecūdum illius prophetiam omnia prouenire conſpiceremus. Ego ſiquidem ut de his inueni & legi:ita conſcripſi. Si quis autem uult opinionem aliam ſequi:crimen pro diuerſa ſententia non habebit.

HAec continentur in undecimo libro Ioſephi hiſtoriarꝫ antiqtatis iudaicæ.

Qualiter Cyrus perſarꝫ rex Iudæos a Babylonia ad propriam redire terram:& templũ reædificare præcepit:dans eis pecunias. CAP. i.
Qũo phibuerũt eos præſides regis templũ reædificare impediẽtes. CAP. ii.
Qualiter defuncto Cyro filius eius Cambyſes accipiens regnum interdixit omnino Iudæis templum reconſtruere. CAP. iii.
Quia Darius rex pſarꝫ Hyſtaſpis filius honorauit gẽtẽ Iudeorꝫ:& tẽplũ eiꝰ edificauit. CAP. iiii.
Quia poſt ipſum filius eius Xerxes familiariter Iudæos tractauit. CAP. v.
Qũo regnante Artarxerxe:gens Iudaica pene cũcta deleta eſt. CAP. vi.
Qualiter Vagoſus dux Artarxerxis ionioris multa i iudeos iniurioſa miſit. CAP. vii.
Quãta iudeis rex macedonum Alexander bona fecit:poſtq̃ Iudæam obtinuit. CAP. viii.

Cõtinet hic liber tempus ánorꝫ ducẽtorꝫ quinquagintatrũ:menſium quinq̃.

Incipit liber undecimus antiquitatum.

Qualiter Cyrus pſarꝫ rex Iudæos a Babylonia ad ꝓpriã redire terrã:& tẽplũ reædificare ꝑcepit: dans eis pecunias. CAP. I.

PRimo imperii ãno regis perſarꝫ Cyri.Qui ſeptugeſimus concurrebat: ex die quo noſtrũ populũ contigit ex propriis finibus ad Babyloniam migrare:miſeratus ẽ captiuitatis deus:& illius calamitatis infœlicium iudeorꝫ:& ſicut ꝓ Hieremiam prophetam ante ꝑdixerat q̃ ciuitas euerteret:poſtq̃ ſeruierũt Nabuchodonoſor:& nepotibus eius:& hãc ſuſtinuerunt ſeruitutẽ p annos fere ſeptuagintа:rurſus eos ad propriam reſtituit terram:& tẽplũ reædificare:& ꝑterita frui fœlicitate decreuit.Cõcitãs igit animum Cyri:fecit eũ p omnẽ aſiam ſcribere.Cyrus rex hæc dicit.Qũo me maximus orbis terrarꝫ deus regẽ conſtituit:credo hũc eẽ quẽ genus iſrahel adorat.Is.n.& meum ꝑdixit nomẽ p prophetas: qũo tẽplũ eius edificaturus eẽm in Hieroſolymis in terra Iudæa. Hæc aũt cognouerat Cyrus legẽs librũ quẽ inter ſuas ꝑdicationes Eſaias reliquerat ante ducenteſimũ & decimũ annũ.Sic enim in archano ꝑdicauerat dixiſſe deũ.Quo uolo Cyrum quẽ multarꝫ & magnarꝫ gentrũ regẽ conſtitui mittere populũ meũ ad propriam terram:& tẽplũ mihi conſtruere.Hæc Eſaias ꝑdicauerat ante ános cẽtũ.xl.deſtructiõis tẽpli.Quæ dũ legeret Cyrus:& miraretꝰ nomẽ dñi impetus eũ qdã accepit:ut magnificam ſcripturam impleret.Cõuocãs at clariſſimos Iudæorꝫq Babyloniã habitabãt:dixit ſe concedere ad propriam Iudæos remeare,puiñciã & ciuitatẽ Hieroſolymã:& tẽplũ dei recõſtruere ſe eos.ſ.adiuuãte.Tũc ſcripſit ſuis ducibus illius regiõis:ut aurũ cõferrẽt & argẽtũ ad tẽpli renouationẽ:inſup ad imoladũ pecora.Hæc Cyrus cũ Iſrahelitis diſſerẽtibus,egreſſi duarꝫ tribuũ principes:Iudæ ac Beniamin cum leuitis & ſacerdotibus: ad Hieroſolymam puenerunt.Multi uero reſiderũt Babyloniæ:minime paſſi poſſeſſiones ſuas relinquere.Quo dum uenirent:omnes amici regis adiuuabant eos:& conferebãt ad tẽpli renouationẽ alii auꝝ,alii argentum:quidam aũt & equos:ac iumẽtorꝫ multitudinẽ:& uota deo reddebãt:& cõſtitutas ſecũdum ueterẽ conſuetudinem immolationes celebrabant:tanq̃ recreatã & antiquã religionis conſuetudinem rediuiuam.Tranſmiſit ẽt Cyrus uaſa dei:q̃ auferens a tẽplo Nabuchodonoſor ad Babyloniam uſq̃ portauerat.Quæ reuehenda tradidit Mitridati cuſtodi ſuo thеſaurorꝫ ꝓpræcipiens ea dari Sanabaſaro:donec tẽplũ redificaretꝰ:ꝑfecto aũt eo:traderet ſacerdotibus & principibus uulgi reponenda in tẽplo:Direxit etiam epiſtolam rex Cyrus aſſyriæ ſatrapis:hæc continẽtẽ.Rex Cyrus Siſinnio.& Satrabanæ ſalutẽ.Iudæos terram meã inhabitantes q uoluerunt ad ſuã patriã redire:pmiſi:& ciuitatẽ renouare tẽplũq; dei in Hieroſolyma rurſus edificare in eodẽ looo in quo prius fuerat conſtitutũ.Miſi aũt & Mitridatẽ pecuniarꝫ mearꝫ cuſtodẽ:& Zorobabel principẽ iudæorꝫ:ut fundamenta reſtituant tẽpli,q̃ recõdant.Cuius altitudo ſit cubitorꝫ ſexaginta:rotũdẽ & latitudo & faciant tres parietes lapideos ex lapide polito:& unũ parietẽ ligneũ ex materiis ipſius prouinciæ:ſimiliter & altare:ſup quod immolẽt deo.Sumptus uero de meis in his oĩbus uolo fieri. Tranſmiſi etiam uaſa quæ de tẽplo rex Nabuchodonoſor abſtulerat:tradẽs ea Mitridati pecuniarꝫ cuſtodi:& Zorobabel principi Iudæorꝫ:quatenus ea ad Hieroſolymam reportẽt:& tẽplo dei reſtituant.Quorꝫ numerus eſt tantus:Refrigeratoria aurea.l.argenta.lx.ſitulæ aureæ.l.argẽteæ quigẽtæ labatoria aurea triginta:argenteа duo milia:pateræ aureæ quadraginta:argenteæ quadringentæ:& uaſa alia maxima mille.Cõcedo etiam eis honorẽ quo potiebant pentes eorꝫ:ꝓterea ꝑ numẽtũ & uinũ & oleum:dragmas ducẽtas:qnq; milia qngẽtas:& ad ſimiliam tritici:uigintiqnq; milia:quinq̃gẽtas artabas:quas iubeo ꝑberi de tributis Samariæ faciantq; ei immolationes in Hieroſolymis ſacerdotes ſecũdũ leges Moſayeas:& offerẽtes ſupplicẽt deo ꝓ ſalute regis & generis eius:ut regnũ Perſarꝫ ꝑmaneat.Eos uero q hæc cõtẽpſerit uel infirmauerit:iubeo crucifigi ſubſtãtiaſq; eorꝫ eẽ regales. Et epiſtola qdẽ hæc fuit.Hi aũt q ex captiuitate ad Hieroſolymã cõuenerũt:fuerũt milia ducenta.quadraginta duo:cũ quadrigẽtis:ſexaginta ſeptẽ.

Qũo phibuerũt eos ꝑſides regis templũ reedificare impediẽtes. CAP. II.

SEd dum mitterent templi fundamẽta:& nimis circa edificia festinarent:omnes in ciuitu gẽtes:præsertim Cuthei quos a Medica & persica terra Salmanassar rex assyriorum migrans:habitare fecit Samariam:cum exide populum israhel tulisset.petebãt satrapas & eos qui edificia curabant:ut impedirent Iudæos:ne instaurarent ciuitatem tẽplumq; construerent:qui pecuniis corrupti uendiderunt Cutheis negligentiã & socordiam edificationum.Hæc Cyrus ad bella occupatus ignorabat:qui exercitum ducẽs contra Massagetas uita priuatus est. CAP. III.

CAmbyse autem filio Cyri principatum suscipiente:qui in Assyria:& Phœnice:& Amonitide & Moabitide ac Samaria morabantur:epistolam mittunt hæc continentẽ.Domine serui Mirabimus omnia accidentia scribens:& Semelius scriba:& curia Syriæ iudicesq; phœnice.Cognoscere te rex oportet iudæos qui ad Babyloniã deducti fuerant ad nos rediisse & ciuitatẽ rebellẽ ac maliuolam ac fora eius:ac muros edificare tẽplumq; reconstruere.Scito aũt his perfectis:neq; tributa eos pati reddere:neq; obedire:sed etiam regibus resistere & magis imperare q̃ obsequi festinare.Dum ergo edificatur templum & fieri festinatur optimum nobis uisum est:rescribere tibi quatenus monumenta parentum tuorum inquiras:in quibus inuenies rebelles iudæos & regibus inimicos:ideoq; ciuitatem eorum fuisse destructam. Propterea uisum est nobis & uobis certum facere quod fortassis nesciturquomodo si ciuitas renouata:& undiq; muris munita fuerit:uia tibi claudetur ad inferiorem Syriam & Phœnicem.Postquã uero Cambyses hanc legit epistolam:natura maliuolus existens mouetur:& scripsit hæc dicẽs.Rex Cambyses Rathymo accidentia scribenti:& Belle Semio:& Semelio scribæ:& reliquis constitutis & habitantibus Phœnicem & Samariam:hæc dicit.Legens missos a uobis apices:iussi parẽtum meorum inquiri uolumina:& inuẽta ẽ ciuitas inimica regibus semp existere:& seditiones:ac bella habitatores eius cõmouisse:regesq; eos cognouimus potenter & uiolenter tributa inferioris Syriæ & Phœnicis exigisse.Igitur præcipio minime concedi Iudæos ciuitatẽ edificare.ne plus crescat eos malitia:qua semper contra reges usi sunt.Cum has litteras legissent.Rathymus & Semelius scriba & qui cum eis erant:statim equis deuecti:propere ad Hierosolymam ducẽtes secum multitudinem aduenerunt:& ciuitatem & templum edificare Iudæos uetabant.Quæ qdẽ opera p annos nouem sunt impedita:usq; ad secundũ annũ Darii regis psarum.Nã Cambyses sex annis regnauerat.Qui cũ subiectis Aegyptiis reuerteret:defunctus est in Damasco. CAP. IIII.

POst magorum uero interitum:qui defuncto Cambyse principatum persarum tribus annis tenuerunt:hi qui septem domini nuncupãtur apud persas:filiũ Hystaspis Darium regem ordinauerunt.Qui dum priuatus esset deum orauit:& si fieret rex:omnia dei uasa quanta Babyloniæ inuenirentur:ad templum Hierosolymitarum mittere se promisit.Contigit autem eodẽ tẽpore ꝓficisci Zorobabel ducẽ captiuoꝝ Iudæoꝝ ab Hierosolymis ad Darium.qui regi quõdam amicus extiterat. Vnde etiam corporis eius custos cum aliis duobus dignus iudicatus:quẽ sperauerat honore potitus est.Primo uero imperii anno:Darius sũmo apparatu cœnã exhibuit amicis:& uernaculis suis:& satrapis persarũ:& ꝓfectis Indiæ:& Aethiopiæ:magistratibusq; centum uigintiseptem prouinciarum. Cum autẽ completis dapibus unusq;sq; ad dormiendum rediisset:rex Darius ad cubiculum ueniens.paucum noctis requiescens:expergefactus quod noctis restabat:reliquum insomne protraxit:sermonemq; ad tres corporis sui custodes conuertit:promisitq; summo honore fulciendum:qui eius interrogationi sapienter & uere respondere ualuisset:& uestimento purpureo indui:& in poculis aureis bibere:& super aurum dormire:curruque frenis aureis ornato:& cidari byssina:ac torque aurea uti:& post seipsum sedere propter sapientiam:affinemque suum esse uocitandum.Cum igitur hæc illis dona promisisset:primum consuluit:utrum fortius sit uinum:secundo:utrum rex:tertio utrum mulieres:aut si his omnibus magis fortior sit ueritas. Has cum illis proposuisset quæstiones:requieuit.Lucescente autem die:conuocauit omnes magistratus:& satrapas:& præfectos Persarum:& Medorum:sedensq; i solio quo solebat unũquẽq; corporis custodẽ corã oĩb9 iussit pronũciare:qd eis de ꝓpositis qõnibus uideret.Tũc primus excellentẽ uini fortitudinẽ oſtẽdẽs ait.Cũ uini fortitudinẽ cõlicio:oĩa ipsã hoc modo uincẽ rem inuenio.Nam mutat & decipit bibẽtium mẽtes & animos.Reges etiam pupillis & infantibus similes facit:seruo quoq; ac libero audaciã concitat pauperes diuitibus similes parat.Conuertit enĩ & reformat animas:& calamitatibus cõpressas reficit:mæstitiam extinguit:alienæq; debitores pecuniæ ad obliuionẽ perducit:ita disponens eos:ut se oĩbus ditiores putẽt:nihilq; uile loquantur:sed memores diuitiarum:sœlicibus utantur uocabulis:& reges magistratusq; contemnãt. Amicorum quoq; solitam expellit memoriam.Nam scit homines etiam contra amicissimos armare:societates dissoluere:& ad sobrietatem cum per noctem uino relinquente peruenerint:excitantur nihil penitus de his quæ in ebrietate cõmiserũt cogitantes.Hæc ergo cõsiderans omnibus fortitudinem uini comperio potiorem:& uiolenter omnia uincẽtem.Postq; hæc primus quæ dicta sũt de fortitudine

uini differuit:ſecundus dicere cœpit de regis fortitudine:oſtendens eum ſuperiorem ac potentiorē his quæ ualida dicuntur. Modum aũt probationis hinc aſſumpſit:& dixit. Dum omnia ſub hominum coherceantur poteſtate.qui maria ac terras cogunt competenter ſibi ſeruire:etiam ipſi homines ſub manu regum ac poteſtate degunt. Qui ergo ſuper tam potens & ualidum animal dominãtur:cur non inſuperabiles illi uirtute ac fortitudine iudicentur. Illi & bella:& pericula ſubiectis imponentes audiuntur:& eos contra inimicos dirigentes propter ſuam fortitudinem habent obediẽtes:montes quoq; dirui:muros ac turres deponi iubentes:præterea occidi ac interfici faciunt:ne regum præcepta tranſcendere uideantur. Vincentes aũt ꝑdam quam ipſis abſtulerint bellis regi reportant Hi quoq; q non militãt:ſed terram colũt arantes:cũ p laborauerit:& oẽm opꝰ miſeriã tolerauerint:meſſe faciẽtes:ac fructus colligentes:tributa regibus offerũt:& qd uel dixerint uel iuſſerint ſine dilatione compleꝫ. Qui cũ oĩ luxuria uel libidine ſaturati dormierint:aliis uigilãtibus cuſtodiunt:tãq; ipſo timore uicti:minime audẽt dormientẽ relinq̃re uel diſcedere:ac ſibi ꝓuidere:ſed unũ opus hoc exiſtimant neceſſarium:ꝓmanẽtes cuſtodiãt regẽ. Cur itaq; nõ uideꝝ rex cũctos fortitudine ſuperare:cui tot populi obſecũdare ꝓcipiuntur. Iſto quoq; tacẽte de mulieribus & ueritate terti⁹ Zorobabel cœpit docere dicẽs. Sic eqdẽ forte uinũ & rex fortis ẽ. cui oẽs obaudiũt:ſed his potentior pulchritudo mulieris exiſtit. Nam regem enixa mulier ad uitã edidit:& eos q̃ uites plantauerunt unde ꝓfluit uinũ:mulieres creauerũt & aluerũt. Nihil aũt eſt:qd nõ ab his hẽamus. Nã & ueſtes nobis ab his texuntur:& domus noſtræ p has curant atq; ſeruantur:& non poſſumus a mulieribus ſegregari. Sed etiam aurum multũ & argentũ ſi poſſideamus:& quicqd aliud fuerit ꝓcioſum & iduſtria dignum:cũ uidemus decoram mulierẽ:oĩa relinquentes:ſpeciem eius obſtupeſcimus:& patimur omnia cõcedere quæ poſſidemus ut deſiderata pulchritudine potiamur. patres & altricem terram:ſæpius & amicos obliuiſcimur propter uxores:& animas una cum ipſis perdere non timemus Sic ergo præcipue conſiderate mulierum fortitudinem. Nonne laborantes & omnem tolerantes miſeriam per mare ac terram:cum aliquid perlabores acquirimus:totum offerentes uxoribus:tanquam dominis tradimus. Regem quoq; uidi aliquando tantorum dominum a filia Rabezaci Themaſi nomine Apama concubina eius alapis percuti:& diadema tollentem capitis eius ſibimet imponentem:& hæc oĩa tolleranteꝫ ridebatq; cũ illa riſiſſet:& cũ irata fuiſſet meſtitia confuſus:blãdimẽtis placabat mulierẽ:rogans eã & ſe nimis humilians:ſi quando triſtem uidiſſet. Poſt hæc inuicem reſpicientibus ſatrapis & ducibus. Item Zorobabel diſputare de ueritate cœpit:euidẽter:qdẽ oſtendens:quantũ mulieres fortes exiſtũt:debiles tamẽ & iſtæ:ſimul & rex ad cõparationẽ ueritatis apparent. Nam ſi terra maxima eſt cœlũ altũ & uelox:hæc oĩa uoluntate dei mouentur. Verus autem deus & iuſtus eſt:& ex eadem cauſa oportet ueritatem fortiſſimam iudicari q̃ nihil contra eã iniquitas ualet:inſuper & cætera quidem quæ fortia uidentur mortalia & citius deficientia probantur. Veritas autem & immortalis eſt & ſempiterna:nobiſq; non pulchritudinem tempore tabeſcentem accõmodat:neq; ſubſtantiam caſibus auferẽdam:ſed iuſta & religioſa diſcernẽs ab his quæ iniuſta uel iniqua monſtrãt. Cum terminaſſet Zorobabel de ueritate ſermonẽ:laudante multitudine optime eũ dixiſſe:qũo ueritas fortitudinẽ imutabilẽ & nõ ſeneſcentẽ ſola poſſidet iperauit ei & rex petere ꝓter promiſſa quæ uellet:nam præſtaturũ ſe dixit:eo q̃ ſapiẽtior & prudẽtior aliis apparuiſſet. Iuſſitq; etiam ſecum eum ſedere:& affinem uocari. Tũc Zorobabel admonuit eum ut uotum qd̃ deuouerat ſi regnum perciperet adimpleret. Votum autem quod ꝓmiſerat hoc erat reedificare Hieroſolymam:tẽplumq; conſtruere:& uaſa reſtituere:quæ auferẽs Nabuchodonoſor ad Babyloniam portauerat:& dixit hãc eſſe eam petitionẽ quã nunc me iubes poſcere:propter quod iudicatus ſum prudẽs ac ſapiẽs. Rex autẽ in hoc lætatus ſurrexit:& eum oſculatus. Toparchis & Satrapis ſcripſit ꝓcipiẽs ut deducerẽt Zorobabel:necnon & eos qui ad tẽpli renouationem cum eo profecturi eſſent. Præterea mãdauit Syriæ ac Phœnicis magiſtratib⁹ ligna cedrina a libano deciſa Hieroſolymã trãſmittere & cum eis recondere ciuitatẽ. Scripſit ẽt liberos eẽ oẽs iudæos:qui a captiuitate redierũt ad terram iudææam:phibuitq; Satrapas & curatores ſuos iudæis opera ꝓperare regalia. Sup hæc ꝓcepit & oẽm terrã quã colere ualuiſſent:ſine tributis eos poſſidere:iuſſitq; etiã Idumæos & Samaritas: & eos qui humilẽ ſyriam habitabant:reddere uicos iudæorum quos tenebãt inſuper ad templi ædificationẽ quinquaginta milia dari talenta mãdauit:ſacrificare quoq; eos legitimas imolatiões pmiſit omnẽ aũt ipẽſam & ſacram ueſtẽ q̃ ſeruiunt i templo pricipes ſacerdotum & reliqui ſacerdotes a leuitis inſtrumẽta in qbus domino cantẽt:de ſuo fieri præcepit: cuſtodibus quoq; ciuitatis & templi: iugera terræ per ſingulos annos: & pecunias ſtatutas ad neceſſaria uitæ dari decreuit. Tranſmiſit etiã uaſa:& omnia quæ Cyrus ante ipſum de iudæorum reſtitutione facere uoluit:eadem Darius definiuit implere. His oĩbus a rege donatis: Zorobabel exiẽs de regia domo. reſpexit ſurſum ad cœlũ & cœpit agere deo gratias ſapiæ: p quã uictoriã Dario ꝓſente ꝓcepat dicens. Nequaquam his dignus fuiſſet:niſi te domino propitio. Ita deo gratias agens de præſentibus:petebat ut ei futuris adiutor exiſteret. Peruenit autem ad Babyloniam:& contribulibus ſuis regis mandata patefecit. Audientes illi deo gratias offerrebant:qui eos patriæ ſuæ reſtituebant& ad potum cõuiuiaq; conuenti:per ſeptẽ dies ſum maleuitia fruebantur:reſtaurationẽ regreſſionẽq; patriæ feſtiua gratulatione celebrabant

Poſtea omnes principes tribuum ad Hieroſolymam profecturi cum uxoribus & filiis ac ſubiugalibus elegerunt homines Darii:quos cum eis rex uſq; ad Hieroſolymam deſtinauit:& cum letitia & iocunditate cum cantibus tibiiſq; ac ſonãtibus cimbalis ibant.Præcedebat autẽ eos & reliqua multitudo Iudæorum cum ludis. At illi ad Hieroſolymam conſcẽdebant:ab unaquaq; patrum tribu certus numero exiſtẽs.Sed mihi minime uiſum ẽ noĩa patrum recẽſere:ne legentiũ aios a rerũ conſequẽtia ſuſpẽdẽs:obſcurã illis facere narrationẽ.Septuagita cãtores & cãtatrices ducẽtæ.xlv.conſcẽdũt cameli quadringẽti.xxx.Sũma uero multitudinis euntium:qui circa duodecimũ ãnum ætatis habebantur:ex tribu iuda & beniamĩ:fuerũt q̃ter mille milia:& ſexcenta.xx.& octo milia leuite.iiii.milia.lxx Mulierum autem infantumq; commixtũ corpora fuerunt.xl.milia.ſeptigẽti.xlii.Præter hos leuitæ cantores fuerunt centũ.xxviii.ianitores centũ.x.ſerui tẽpli trecenti nonaginta duo: inſup & alii ſexcenti.lii.dicentes quidem ſe Iſrahelitas:nullo modo tamẽ ualẽtes ſuum oſtẽdere genus. Repulſi uero ſunt quidẽ a ſacerdotali honore:qui uxores ſibi copulauerãt alienigenas.Hi nec ſuũ genus dicere prævalebant:nec in generatione leuitarũ uel ſacerdotũ:qui inuẽti fuerunt q̃ſi quingenti.xxv.Mancipiorum uero multitudo ſequebatur eos qui ad Hieroſolymam pergebant:numero ſeptem milia trecenti.xxxv.ſubiugalia qnq; milia:qngenti.xxv.Dux uero dinũeratæ multitudinis:Zorobabel fuit filius Salathiel:ex filiis Dauid genitus de tribu Iuda:& Ieſus filius Ioſedech princeps ſacerdotum:necnon & Mardocheus:& Iſrebreus:qui a populo principes fuerunt conſtituti & contulerunt:auri quidem minas cẽtum:argenti aũt quinq; milia.Sacerdotes ergo & leuitæ parſq; totius populi Iudæorum q̃ta in babylone fuit ita ad Hieroſolymorum reſidens ciuitatẽ ibidẽ habitauit:reliqua uero multitudo ad ſuas patrias diſceſſit: Cunque ſeptimus uenifſet menſis:ex quo de Babylone egreſſi ſunt:mittens Ieſus princeps ſacerdotum:& Zorobabel iudex cunctos ex prouicia Hieroſolymis congregauit. Qui ſine dilatione conſtruxerunt altare in loco quo prius edificatum fuerat:& legitimas ſuper ipſum hoſtias obtulerunt ſecundum legem Moyſi.Dumq; hæc facerent: gentes offendebantur uicinæ quæ eis odioſæ erant.Celebrauerunt autem illo tempore dies tabernaculorum:quemadmodum legiſlator Moyſes præceperat.Preterea & oblatiões dõmini:& quas dicunt endehelciſmus:& hoſtias ſabbatorum:& omnium ſanctoꝝ dierum ſacrificabant uota reddẽtes.A primo die ſeptimi menſis:cœperũt etiam renouare templum:multas præſtantes pecunias lapidum ceſoribus & edificatoribus:inſuper & alimenta operantibus miniſtrabant.Sydoniis uero leue & ſuaue uidebatur a Libano ligna cedrina deponere:quæ ligantes in modum ratiũ:ad portũ Ioppe tranſferebant.Nam ſic ante præceperat Cyrus:ſed iubente Dario fiebant.Quæ ſecundo anno profectionis Iudæorum ad Hieroſolymã uecta ſunt menſe ſecundo:cum & templi renouatio ur geretur :& fundamentis reſtitutis ſuper edificaretur a primo die ſequẽtis menſis:anni ſecundi.Operibus uero præpoſuerunt leuitas:uiceſimum iam annum ætatis agentes:& Ieſum & filios:& fratres eius & Obdoilum fratrem Iudæ:& Aminadab:& fratres eius.Itaq; templum omni ſtudio fabricantibus eis qui edificationem curabant propere conſumatio quam ſperabatur euenit. Perfecto autem templo:ſacerdotes cum tubis:ornati habitu ſolenni:& leuitæ & filii Aſaph ſurgentes laudauerunt dominum laudibus quas Dauid primus eis oſtenderat. Cunq; ſacerdotes:& leuitæ:& ſeniores prouinciarum uetus recordarentur templum:ingenti magnificentia conditum:& nouum uiderent per inopiam non ita conſtructum:arbitrati quantum præterita fœlicitate minores exiſterent: triſtes ac dolorem tenere minime ualentes:ad lachrymas lamentationeſque proruperunt.Populus uero præſentia diligebat:& de templi ædificatione letabatur:quia nullam prioris memoriam faciens:nec antiqua comparatione cruciabatur. Vincebant ergo tubarum ſonos:& populi letitiam ſacerdotum & ſenlorum lamentationes eo quod uidebatur minor templi conſtructio inſtitiſſe. Cunq; clãgores tubarum audiſſent Samaritæ:odium erga tribum Iudæ & Beniamin habentes:concurrerunt cauſam tubæ uolentes agnoſcere:uidenteſq; q; captiui Iudæi a Babylone redeuntes:templum ædificaſſent:petierunt Zorobabel:& Ieſum:& principes tribuum:ut ipſis quoq; permitteretur una cum eis templum renouare:& in commune adorare. Nam non colimus dicebant minus illis deum:quomodo & religionis cupidi ex illo tempore ſumus:ex quo nos hic Salmanaſſar rex aſſyrius a Chutia : Media migrauit. Poſtquam hæc ſunt locuti:Zorobabel & Ieſſus principes ſacerdotum:& duces tribuum iſrahel reſponderunt quidem impoſſibile eſſe ſe eis cõicare:quomodo ipſis permiſſa eſſet templi innouatio:prius quidem a Cyro:nunc autem a Dario:adorare uero ſi uellent licere:& hoc ſolum illis eſſe commune:& omnibus hominibus uenientibus in templum ad orare deum.Cum uero hoc audiſſent Cutheinam hac appellatione Samaritæ uocabantur.indignati pſuaſerunt gẽtibus Syriæ petere ſuos ſatrapas eodem modo quo prius ſub Cyro & Cambyſe:ut cum ipſis templi renouationem prohiberẽt:feſtinantibus Iudæis ne morã afferent ac tarditatem.Per idẽ tempus aſcenderũt ad Hieroſolymam Siſinnius Syriæ ac Phœnices præfectus:& Sarobazanes cum aliis:& interrogauerũt Iudæorum magiſtratus:quis eis conceſſiſſet templum ſic edificare:ut magis caſtrum uideretur eẽ quam tẽplum:uel cur porticus & ciuitatẽ tam munito circũdediſſent muro. Zorobabel & princeps ſacerdotum Ieſus ſeruos quidẽ ſe eẽ maximi dei dixerunt:hoc uero templũ ipſi deo quondam a rege ſuo fœliciſſimo:& qui omnes uirtute uicerat fuiſſe conſtructum:multiſq;

temporibus permanſiſſe:ſed cū ſui patres iniquitatem coram deo geſſiſſent. Nabuchodonoſor rex Chaldæorum & Babyloniæ ſua potentia ſuperans ciuitatē euertit:tēplumq; populatus incendit:& populum captiuum ad Babyloniam migrauit. Cyrus aūt qui poſt ip̄m Perſaꝝ & Babyloniæ rex imperium ſumpſit:ſcripſit ut tēplum redificaret:& oīa quæ exinde Nabuchodonoſor extulit ornamēta & uaſa:Zorobabel & Mitridati cuſtodi pecuniarum tradidit præcipiēs:ut hæc iterū ad Hieroſolymam reportarēt:& in proprio renouato reſtituerēt tēplo. Hoc enim mādauerat feſtināter fieri: iōq; Sabaſſirinm aſcēdere iuſſit ad Hieroſolymam:& operi faciēdo omnimodis īminere. Qui poſtq̄ a Cyro litteras accepit:ueniens ſtudioſe fundamenta depoſuit:& ex illo tempore hactenus hoc conſtruxit:ſed propter malorum inuidiam imperfectum adhuc remāſit. Igitur ſi uultis ac p̄batis:ſcribite dario:ut inquirat imperatorum monumenta & inueniet nihil nos penitus fuiſſe mentitos. Hæc dicente Zorobabel & principe ſacerdotū:Siſinnius & qui cū eo erant edificationē uetandam iudicauerunt:donec regi dario ſcriberēt:Statim uero propter hæc ei conſcripſerunt. Tunc iudæi timentes & exterriti:ne aliud q̄ prius iuſſerat regi uideretur de templi conſtructione:fiduciā a duobus p̄phetis qui per idem tempus apud eos erant Aggeo & Zacharia acceperunt. dicentibus nihil penitus a Perſis durū eſſe metuendū:cū deus templū p̄dixerit innouari. Qui cū credidiſſent p̄phetarū ſententiis ædificationem curabant nullum præmittentes diē. Dario uero ſcribētibus ſamaritis & accuſantibus p̄ epiſtolam Iudæos. quia ciuitatē munirent:& templum caſtello magis ſimile q̄ templo conſtruerent:& dicentibus non ea quæ fiunt ei p̄deſſe:inſuper epiſtolas oſtendentibus per quas cambyſes templi edificationē fieri uetuiſſet:cognoſcens rempublicam ſuam non eſſe tutam hieroſolymis reſtitutis:cum litteras legiſſet a Siſinnio & qui cū eo erant directas:iuſſit in monumentis regalibus de his inquiri:& inuentus eſt in Echathanis conſtructa turre in regione Mediæ codex in quo hæc conſcripta leguntur. Primo imperii ſui anno rex Cyrus iuſſit templum in Hieroſolymis renouari cuius altitudo eſſet cubitorū ſexaginta:latitudo eorūdē ex tribus parietibus lapideis lapide polito:& ligneum parietem unum ex materiis ipſius regionis & altare. Sumptus aūt a rege fieri diſpoſuit:& uaſa quæ abſtulit Nabuchodonoſor:& ad Babyloniā portauit reddi Hieroſolymitis. Quorum cura ſua ſub Aſſaro Syriæ & Phœnice præfecto & magiſtratibus collegis eius iniunxit:ut ipſi quidem a locis illius recederent:ſeruis uero dei Iudæis & magiſtratibus eorum templum edificare permitterent. Iuſſit q;oq; ut adiuuarent eos ad opera:& ex tributis prouinciæ quam curabant darent Iudæis immolationis cauſa tauros & arietes:& agnos ac ædos & ſimilam:oleumque & uinum:& alia quæcunq; peterent ſacerdotes:ut orarent pro ſalute regis atq; Perſarum:eos uero qui mandata cōtemnerent:crucifigi præcepit:& eorum ſubſtantias regiæ domui deputari deprecatuſq; eſt orationibus deum:ut ſi quis auderet ædificationem templi ſedare:hunc talem percutiat eumque a ſua iniquitate ſuſpendi. Hæc inueniens in commentis Cyri Darius: reſcripſit Siſinnio & collegis eius dicens. Rex darius Siſinnio equitum præfecto & Sarabateno:& collegis eius ſalutem. Exemplar epiſtolæ quam in monimentis inuenimus tranſmiſiſti:& iubeo omnia fieri quæ in ea continentur. Valete. Igitur per epiſtolam cognoſcentes Siſinnius & qui cum eo erant:regis uoluntatem de reliquo comperentia faciebant. & inſtabant ſacris operibus adiuuantes ſeniores & magiſtratus Iudæorum:& procedebat ſummo ſtudio templi conſtructio:prædicentibus Aggeo & Zacharia ſecundum mandata dei. & cum uoluntate Cyri & Darii regum templum edificatum eſt ſecundo ſeptem annis. Nono autem imperii anno Darii:quæ ſimatertia die menſis undecimi quē hæbrei uocant Adar:macedones Diſtrios:ſacerdotes & leuitæ:& reliqua Iſrahelitarum multitudo poſt captiuitatem pro reuocatione ueterum bonorum & dedicatione obtulerunt hoſtias tauros centum: arietes ducentos:agnos quadringentos: & hircos duodecim pro duodecim tribubus. Nam tantæ ſunt tribus Iſrahel:pro ſuis unaquæq; peccatis. Sacerdotes uero & leuitæ ſecundum legem ordinauerunt ianitores per ſingulas ianuas. Nam edificauerant iam Iudæi templi porticus:in circuitu interioris ſacrarii. Veniente autem die feſto azymorum primo menſe quem macedones Xanticum:nos autem Niſan nominamus:omnis populus ab agris in ciuitatem confluxit: dieſq; feſtos ſanctificati:cum ſuis uxoribus & filiis ſecundum patriam legem celebrauerunt. Sacrificium etiam quod paſcha dicitur quartadecima die eiuſdem menſis immolauerunt:& per ſeptem dies nullis abſtinuere delitiis. Holocauſtum quoq; offerentes:deo ſacrificabant:agentes ei gratias:q; iterum eos terræ patriæ ſuæ legibuſq; reſtituiſſet:mentemq; regis perſarum propiciam eis præbere dignatus eſt. Quibus rebus admonitis:deo munificentiſſimis & locuplebiliter immolabant. Habitabant autem in Hieroſolymis:& optimatum gubernatione regebantur. Nam ſacerdotes tractabant eorum negotium:uſq; quo regnare contigit nepotes Aſamonei. Et enim ante captiuitatem & tranſmigrationem:a Saul & Dauid qui primi imperium gentis iudaice ſuſceperunt:alia illis erat forma reipublicæ per quingentos triginta duos annos:menſes ſex:dies decem. Ante hos autem reges:præſules eos regebant:q; appellabant iudices & monachæ. Et hac republica uſi:ſūt annis plus quingentis:poſt mortem Moyſi & ducis Ieſu. Hæc quidem reductis a captiuitate Iudæis:tēporibus Cyri & Darii oīa contigerūt. Samaritæ uero inuidi uel moleſti aduerſū eos erectis:mala multa in Iudæos operati ſunt diuitiis confidētes & cognatione Perſarum:quō ex his fuerāt p̄greſſi. Nā

quanta iubebantur a rege immolationis cā deuectigalibus præberi:nullatenus dare uolebant:& præfectos equitum fauētes ſibi in hoc & cooperantes habebant:aliaq; multa quibus nocere Iudæis per ſe:aut per alios potuiſſent:non eos pigebat efficere. Placuit igitur Hieroſolymitis:mittere legationem ad regē darium:quo accuſarēt Samaritas. Legat⁹ itaq; miſſus ē Zorobabel:& alii quattuor de magiſtratibus. Cum uero crimina & cās quas contra Samaritas ferebāt a legatis rex cognouiſſet dedit eis epiſtolam reportandā ad equitū p̄fectos:& curiam Samariæ:quæ hmōi erat ſcripta. Rex darius Tangane & Sambaſe p̄fectis equitū:& Sadrace:& uelueni Samaritis:& reliqs conſeruis eorū in Samaria conſtitutis. Zorobabel:& Ananias:& Mardocheus legati Iudæorum uos accuſant:tanq; moleſtos & impedientes templi conſtructionē:& nullatenus uelle præſtare ad hoſtias quos nobis præcepimus ſumptus. Volo igitur:ut legentes præſentem epiſtolam præbeatis his ex regalibus thesauris:& tributis Samariæ oīa quæ illis ad īmolationē ſunt utilia:quēadmodū ſacerdotes uobis indixerint:ut non prætermittant diurnis ſacrificiis:& pro me & pro perſis ſupplicare deo. Epiſtola quidem hæc continebat.

CAP. V.

DArio aūt defuncto:filius eius Xerxes regnū ſuſcipiēs:uolūtatis paternæ colendi & honorandi deū hæres apparuit. Oīa nāq; faciebat quæ religionis erāt patrēq; ſecutus:& Iudæis liberaliter utebat:Per illud tēpus princeps fuit ſacerdotū fili⁹ Ieſu noie Ioachī. Erat & in babylōe uir iuſtus:& gloria magna potitus apud multitudinē:prim⁹ populi ſacerdos nomine Eſdras. Qui cū legū Moyſeos integrā haberet expientiā Xerxi regi amicus ē factus. Ad Heroſolymā aūt aſcendere deliberās:& ducere ſecū quoſdā a Babylōe Iudæos:a rege popoſcit epiſtolam ſibi ad Satrapas Syriæ dari:p quā noticiæ eoꝝ quis eēt intimaretur. Rex aūt ad ſatrapas hmōi direxit epiſtolam .Rex regū Xerxes Eſdræ ſacerdoti:& lectori legis dei ſalutem. Opus eſſe meæ clemētiæ putans:apud eos qui uolunt ex Iudæa gēte uel ſacerdotes uel leuitas ſub noſtro regno conſtitutos pergere ad Hieroſolymam præcipio:ſi qui deſiderāt ut eantꝫquemadmodum mihi & ſeptem meis conſiliariis uiſum eſt:quatenus uiſerent Iudæam:ſecundum ritus legum dei:& portent dona deo Iſrahel:quæ deuoui ego & mei amici Aurum ēt & argentum quantū īuentum fuerit in terra Babyloniæ deo dicatū:hoc omne ad Hieroſolymā deportēt pro ſacrificiis dei:inecnō & quodcūq; uolueris uel ex auro:& argento conſtruere:liceat tibi cum tuis fratribus facere. Vaſa quoq; ſacra quæ tibi tradita ſunt depone:& quicqd mente cogitaueris ut fiat:impendi in his iuſſimus:ut ex regalibus theſauris efficias. Scripſi etiam cuſtodibus pecuniarum Syriæ & phœnices:ut diligentiam habeant circa ea quæ per Eſdram ſacerdotē uel lectorē legū dei mādata noſcunt. Igit ne quā de me aut de nepotibus meis iram deus aſſumat:oīno præcipio ad uſq; tritici modios centum:deo ſecundū legem dari. Et uobis dico ſacerdotibus leuitis:ac ſacris cantoribus & ianitoribus:ſacriſq; ſeruis:& templi ſcribis:ut nullo modo aut tributa pōatis:aut aliquid captioſum aut oneroſum. Sed etiam tu Eſdra ſecundū dei ſapientiam cenſores ordina:qui omni ſyriæ & Phœnice tuamq; legem ſcientibus indicent:eamq; diſcedam ignorantibus tradeā. Et ſiquis ex gente tua dei ſui legē uel imperatoris tranſgreſſus fuerit puniat:ut non tanq; ignorans uideatur trāſgredi:ſed cognoſcens:audaciter negligere cōprobet. Ergo huiuſmodi contēptores:aut morte:aut pecuniis cōdēnent. Valete. Tūc Eſdras hāc epiſtolā accipiens:letatus deū adorare cœpit:& regiæ beniuolētiæ ipſum confitebatur auctorem. ideoq; oēs ipſi gratias dicebat eſſe referendas. Legens autem epiſtolā Iudeis Babyloniæ conſtitutis:eā deſignauit. Exēplum quoq; eius ad oēs Iſrahelitas & Mediam habitantes tranſmiſit. Hi uero cognoſcentes regis circa deū pietatē:& fauorem quē in Eſdram haberet probatur oēs eum dilexerunt. Multi itaq; facultates ſuas deportātes:ad Babyloniā uenerūt:cupiētes ad Hieroſolymā deſcendere. Totus aūt populus Iſrahel in illa prouincia permāſit:ideoq; duæ tātum tribus conſiſtunt per Aſiam & Europā obſequentes romanis. Decē āt tribus hactenus trans Eufratē cōmorari,pbant:quaꝝ multitudines ineſtimabiles:minime poſſunt numero cōprehendi. Venerunt etiā ad Eſdram multi ſacerdotes & Leuitæ:& ianitoreſq; ac ſerui ſacri:quos cōgregans de captiuitate:trans Eufratē tribus diebus moratus ieiunia eis impoſuit:ut deo uota pro ſalute ſolueremo ne quid in uia paterentur aduerſum aut per hoſtes:aut p aliā quādā difficultatē fortitā accidentem. Nam Eſdras regi prædicens:q; deus eos perduceret:iam nō petiit qui eos p̄cederēt eqtes: ſed poſtq; uota præfecerūt ab Eufrate ſurgētes:die duodecimo primi mēſis:ſeptimo īperii anno Xerxis ad Hieroſolymā peruenerūt:qnto mēſe eiuſdē anni. Et illico Eſdras cuſtodibus pecuniaꝝ de ſacerdotali genere exiſtentibus reſtituit ſacras pecunias:argenti talēta ſexcēta qnquaginta uaſa argētea talētorū centū:uaſa aurea talētoꝝ uiginti:& uaſa ærea auro meliora:habentia pondo talenta duodecim. Hæc nāq; rex & cōſiliarii ei⁹ & oēs Iſrahelite Babyloniā habitātes donauerūt. Cūq; Eſdras tradidiſſet ea ſacerdotibus:obtulit deo legitimas hoſtias ī holocauſtum:tauros tredecim:pro cōmuni uero populi ſalute arietes nonaginta:agnos ſeptuagintaduos:ædos pro purgatiōe delictorum duodecim. Regis quoq; diſpenſatoribus & præfectis oībus Syriæ ac Phœnicis:regias litteras obtulit:qui denunciationē eius agere compellebātur:gētēq; honorabāt:& oē opus bonū cū eis elaborabāt. Hæc igit quēadmodū & ipſe Eſdras deliberauerat p̄ceſſerunt:deo eo ut arbitror dignum in his quæ uoluit iudicante ꝓpter iuſticiam ac benignitatē eius. Quē pauco tpe trāſeūte aliq adierūt accuſantes

ꝙ quidam ſacerdotum & leuitarꝫ tranſgreſſi ſunt patrias leges uxores alienigenas ducentes: & genus ſacerdotale confundentes:petebantq; ut legibus ſubueniret: ne cõmunis ſuper omnes ueniens ira calamitatibus iterum eos inuolueret. Quæ cum audiſſet:mox præ merore ueſtem diſrupit: & caput barbamq; contumelioſe dilacerans:ſeſe proſtrauit in terram:ꝙ tale facinus populi primates cõmiſiſſent:exiſtimans:quia ſi præciperet eis uxores cum earum filiis deſerere:nemo obediret: & ideo permanebat in terra iacens. Concurrebant autem omnes mediocres eorum ad eum:& dolorũ eius in his quæ facta ſunt participes erãt. Cum autem Eſdras a terra ſurrexiſſet:& manus ad cælum tetendiſſet:dicebat. Confundor quidem a deo propter populi delicta ueniam ſuſcipere qui etiam de ſua miſericordia:parentum noſtrorum iniquitatem remiſit. Rogabat uero deum qui ſemen aliquod & reliquias ab illa eorum calamitate:uel captiuitate ſeruauerat:& rurſus ad Hieroſolymam & propriã terram reſtituerat:qui & reges Perſarum impendere eis miſericordiam præparabat: ueniam ſolita pietate concedere:ſe uero morte quidem digna cõmiſiſſe:bonitatis autem dei eſſe hos tales a tormẽtis eripi. Qui poſtquam orando conticuit:cunctis lugentibus qui cum uxoribus & filiis ad eum conuenerunt:quidam Achanonius nomine.primus Hieroſolymitanus:accedens ad eum dicebat ipſos quidem peccaſſe:cohabitantes cum alienigenis uxoribus:perſuadebatq; ei omnes iurare: quatenus ſuas uxores cum earum filiis amouerent:& eos punirẽt:qui legi obedire contẽnerent. Flexus igitur Eſdras:fecit principes tribuum ſacerdotum:& leuitarum:& iſrahelitarum iurare ꝙ uxores ſuas & filios ſecundum Achanonii conſiliũ incunctanter abdicarent. Suſcipiẽs ergo ſacramẽta:ſtatim egreſſus eſt templum:habitaculum uero Ioannis ingreſſus filii Eliab:& nihil penitus illo die propter merorem comedens ibidem commoratus eſt. Facta autem prædicatione:iubens omnes qui ex captiuitate redierant ad Hieroſolymam colligi:& hos qui ante biduum:aut tres dies occurriſſent alienati a multitudine:& ſubſtantias eorum auferri decernens:ſecundum iudicia ſeniorum:cõuenerunt intra tertiam diem ex tribu Iuda & Beniamin:in uiceſimo die noni menſis:qui ſecũdum hæbreos Caſleu ſecundum macedones Apelleos uocatur. Cumq; in ſuperiori loco templi conſediſſent:præſentibus ſenioribus:& propter zelum uehementer afflictis:ſurgens Eſdras:criminabatur illos qui præter legis conſuetudines alienigenas duxiſſent uxores:nunc uero facturos eos rem deo gratam:& ſibi utilem dicebat:ſi uxores eiicerent. Cum ergo omnes ſe id perfecturos clamãrent:ſed abundantem eſſe multitudinem:tempuſq; hiemale: & hoc opus non huius aut duorum eſſe dierum: ſed oportere ut duces & alii,qui cum alienigenis habitabant uxoribus tempus acciperent dilationis:& ſeniores cohabitantes cum alienigenis uiſitare multitudinem:cum hæc decreuiſſent:cœperũt querere a primo die menſis decimi eos qui cum alienigenis:habitabant uſq; ad primum diem ſecundi menſis:& inuenerunt multos ex nepotibus principis ſacerdotum Ieſu:& fratrum eius ſacerdotum:& leuitarum: & Iſrahelitarum:qui uxoribus filiiſq; earum dilectionem magis legum ſuarum præponẽtes: eas iliico refutarent. Quo facto:hoſtiis placantes deum:immolantes arietes obtulerũt. Quorum nomina minime uiſum eſt:nobis dicere neceſſarium. Igitur prædictum nuptiarum peccatum ſic Eſdras purgauit:ut decætero hæc conſuetudo non permaneret. Septimo uero menſe ſcenophegiam celebrantes:& toto tunc populo congregato:aſcendentes ad ſuperiora templi ad orientalem portam Eſdrã rogabãt:ut leges eis Moſaycas legeret. Qui ſtans in medio populi:a ſolis ortu legit uſq; ad mediũ diem. Et cum audiſſent recenſitas leges:iuſticiam quidem ad præſens:& impoſterum docebant: de præteritis autem gemebant:lachrymaſq; fundebant & recordati ſunt:ꝙ ſi legem cuſtodiſſent: nihil ex tot ſupradictis malis perpeſſi fuiſſent. Cumq; uideret Eſdras ſic eos afflictos præcepit ad ſua diſcedere:& lachrymis abſtinere propter feſtos dies:in quibus minime liceret affligi:hortaturque magis ad epulationes eos conuerti:& facere quæ ſunt grata & conuenientia celebrationi præſenti:penitentiam & meſticiam de prioribus peccatis habendam & obſeruandum:ne quid impoſterum eis ſimile proueniret. Poſtquã uero eos Eſdras hortatus eſt: cœperunt habere leticiam. Cumq; hoc per dies octo in ſuis tabernaculis egiſſent ad propria diſceſſerunt:laudantes deum:pro emũdatione cõmunium peccatorum Eſdreque gratias referebant. Cui contigit poſt gloriam quam habuit deum in ſenectute ueneranda finire uitam:& Hieroſolymis cum multa ſepeliri liberalitate. Sub idem tempus & Ioachim defuncto principe ſacerdotum:filius eius Eliaſib in principatum ſacerdotalem ſucceſſit. Quidam autem ex captiuis iudeis:Xerxe regis pincerna nomine Neemias:occurrẽs quibuſdam peregrinis ante metropolim perſarum Suſi:ex longo itinere ad ciuitatem intrantibus:& audiẽs eos adinuicem hæbraice loquentes:conſulebat unde eſſent profecti. Illis autem reſpondentibus:ſe a Iudæa ueniſſe:rurſus interrogabat:qualiter haberet ſe eorum multitudo:& metropolis Hieroſolyma. Cumque dixiſſent: male habere ciuitatem:& depoſitis in ſolum muris multa mala gentes in circuitu poſitas inferre Iudæis:& die tota percurrere:deuaſtantes prouinciam:& nocte tanta mala conferre:& multos a prouincia uel ab ipſis Hieroſolymis captiuos abducere:& omnes uias ſingulis diebus cadaueribus plenas inueniri occiſorum:tunc Neemias propter ſuorum calamitatem fleuit:& extendens palmas ad cælum dixit. Domine uſquequo deſpicis quæ noſtra patitur generatio. Sic rapina uel ſpolia ab omnibus ſumus effecti. Remoranti autem eo in porta:& hæc aclẽti quidam nunciauit iam regem accumbere præparatum. Qui ſtatim ſicut erat illotus: adminiſtrantium poculi re-

gis festinauit. Vt autem rex cœnauit: suauitate plenus ad iuuenem respexit mestum: & querebat cur tristis esset. Tunc ille deum deprecatus ut gratiam ei quandam postulanti præstaret: quomodo inquit possum tibi rex non talis apparere: qualem memorem in corde teneo: dum audierim patriæ meæ Hierosolymorum in qua & monumenta & sepulchra meorum sunt parentum muros in terra iacentes: & portas eius incensas. Sed præsta mihi proficiscenti muros restituere: partemque templi cadentem denuo reconstruere. Tunc rex annuit dare se donationem ei quamcunque supplicasset: & ad satrapas litteras deportandas: quatenus eum honorarent: & omnia quæ opus haberet præberent ei dicens. Repelle tristiciam: & dereliquo gaudens nobis ministra. Igitur Neemias deum adorans: & regi gratias agens: mesticiam uultus confusionemque suam pollicitationis hilaritate mutauit. Postea autem die conuocans eum præbuit ad Syrie Phœnicis & Samarie præfectum Addo epistolam deferendam: in qua de honore iuuenis: & de impendiis edificationis mandauerat exhibendis. Veniens ergo ad Babyloniam & multos gentis suæ sponte eum secutos adducens: ad Hierosolymam peruenit: uecesimoquinto anno regnante Xerxe: & demonstrandas epistolas porrexit Addo & aliis præfectis equitum: & congregans omnem populum ad Hierosolymam: stetit in medio templi: talem ad eos fundens orationem. Vos scitis uiri Iudæi: deum quidem in memoria patrum Abraam & Ysaac & Iacob permanere: & per illorum iusticiam non derelinquere prouidẽtiam nostri. Vnde & adiuuit me: ut acciperem a rege potestatem: muros uestros refabricare: ac reliquã partem templi perficere. Volo autem uos uicinarum gentium certe scire inimicitias: & quia si cognouerint magnificenter nos edificia reparare resistent: & multa molientur: ut nos impedire ualeant. Primum ergo in deum cõfidere debemus: qui illorum inimiciciis potest resistere: nec die uero nec nocte studium edificandi relinquere: dum tempus oportunum existit. Cumque hæc dixisset: iussit & magistratibus muros metiri: & opera eius diuidere populo per uicos & ciuitates secũdum uniuscuiusque possibilitatem: pollicitus & semetipsum cum suis seruis ædificationem adiuuare. Soluta q; contione: Iudæi statim opus aggressi sunt. Iudæi uero dicti sunt ex die qua a Babylone profecti sunt ex tribu Iuda: quæ prior ad illa loca peruenerat. Vnde & ipsi: & prouincia a tali appellatione uocitantur. Audientes uero murorum edificationem acceleran Ammonitæ: & moabitæ: uel Samaritæ: & omnes qui inferiorem Syriam habitabant: molestę ferebant: & meditabantur insidias contexere: quatenus uoluntatem eorũ impedirent: multosque interficiebant Iudeos: ipsum etiam Neemiam dilacerare querebant quosdam alienigenas conducentes: qui eum perimerent. Propterea in timorem & turbam dispersis rumoribus eos mittebant: tanquã multis gentibus paratis contra eos arma proferre: quibus turbati rumoribus constructionem pene reliquerunt. Neemias autem nullo modo his permotus: studium operis dereliquerat: sed custodie causa corporis sui armis satellitum circumseptus: sine uulnere permanebat: operis desiderio tribulationem non sentiens. Ita siquidem intentus agebat ac prouidebat suæ saluti: non timore mortis: sed cognoscens post suum interitum minime concedi suis ciuibus muros construere. Vnde præcepit imposterum: ut armis ædificatores cincti fabricarent. Igitur ædificatores: uel impensarum portitores gladios habebant: clypeos autem iuxta eos poni decreuit. Bucinatores etiam quingentis pedibus statuit: præcipiens: ut si hostes apparerent: significarent populo: quatenus armati resisterent: ne eos nudos inermesq; oppugnarent. Ipse uero nocte circuiens ciuitatem: minime aut operibus: aut somno: aut cibo fatigabatur: nihil autem horum suauiter: sed sub necessitate utebatur. Quos labores sustinuit per annos duodecim: & menses quattuor. Nam tanto tempore Hierosolymorum sunt muri perfecti: octauo & uicesimo anno: & mense nono imperii Xerxe. Sed postquam muri perfectionem acceperunt: Neemias & reliqua multitudo sacrificauerunt deo pro eorum edificatione ac per octo dies sunt epulati. Gentes igitur quæ Syriam habitabant audientes factam constructionem murorum: grauiter angebantur. Neemias autem in ciuitate uidens paucos homines habitare: rogauit sacerdotes & leuitas: ut uicos relinquentes: ad ciuitatem migrarent: & in ea manerent: fabricans eorum domicilia propriis expensis. Populum etiam agros colentem decimas fructuum ad Hierosolymam iussit offerre: ut habentes sacerdotes & leuitæ alimenta: perpetua religionis iura non derelinquerent. Et hi quidem libenter sequebantur decreta Neemiæ. Ciuitatem uero exinde contigit hominum multitudine compleri. Multa etiam alia bona laudibus digna cum summa fecisset magnificentia Neemias: ad senectutem perueniens: defunctus est: uir benignus & narura iustus atque magnificentissimus erga propriam gentem qui in memoria eterna sui muros Hierosolymitanos reliquit. Hæc ergo imperii Xerxe sunt anno xxviii. mense nono.

Quomodo regnante Artaxerxe: gens iudaica pene cuncta deleta est. CAP. VI.

DEfuncto uero Xerxe: regnum ad eius filium Cyrum: quẽ græci Artaxerxen uocant contigit transferri. Quo regente Persarum imperiũ periclitata est tota gens Iudæorum uxcum mulieribus & filiis deperiret. Causam uero paulopost demonstrabo. Nam decet primũ de rege differere: quẽadmodum Iudæam duxit uxorem: de regio genere: quam nostram dicunt seruasse gentem. Nam cũ regnũ Artaxerxes accepisset: & ordinasset ab India usq; ad æthiopiam centum & uigintiseptẽ satrapas: tertio imperii sui anno: amicos suos & gẽtes

perſis ſubiectas:cum ducibus earum magnifice pauitſicut regem oportuit: qui diutiarum oſtentationem per centum & octoginta dies parauerat. Poſtea gentes ac legatos earum in Suſis per ſeptem dies delitiis ſaginauit:quorum conuiuiũ huiuſmodi erat inſtructũ. Tabernaculum enim fixerat ex aureis argenteiſq; columnis:uela purpurea ſuper eas extendens:ut multa milia diſcumbentium operirent. Miniſtrabatur ergo poculis aureis:& lapidibus præcioſis ad delectationem ſimul & ſpectaculum præparatis. Præcepit itaq; & miniſtris:ne cogerent bibere eos:potionem eis offerẽtes qđ apud perſas fieri ſoleti;imo concederẽt cuiq; diſcũbentiũ:ut quẽadmodũ uellet epularet. Miſit ãt p oẽm prouinciã:denunciãs:ut opa relinquerẽt:multiſq; diebus,p eius ĩperio letarẽtur. Regina quoq; mulierum conuiuiũ in aula collegit. Quam rex prudentibus uolens oſtendere:ad conuiuiũ iuſſit accedere:pulchritudine cũctas mulieres præcedentẽ. Quæ pro legũ cuſtodia Perſarũ prohibentium ab extraneis alienas coniuges uideri:non acceſſit ad regem. Cunq; ſæpius eunuchos ad eam mitteret inuitandam:nihilominus ſuum denegans permãſit aduentũ. Vnde rex ita cõmotus ſoluit cõuiuiũ & ad ſe conuocans ſeptem Perſas:apud quos legum mandata ſeruant:accuſabat uxorem:dicẽs qualiter fuiſſet ab ea contemptus:cum ſæpius ad conuiuiũ uocaretur:& nec ſemel paruiſſet. Præcepit ergo:ut pronunciarent contra eam quandam legis definitionem. Tunc unus ex his nomine Nocheus locutus eſt dicens:non ipſi ſoli hanc iniuriam factam fuiſſe:ſed omnibus Perſis: periculum uitæ patientibus:ut turpiter a ſuis contẽnantur uxoribus:nullo enim iam pudore tenebũtur: exemplum regiæ ſuperbiæ aduerſum te omniũ rectorem habentes:& hortatur:ut eam quæ ſic iniuriata fuerat regem maximis damnis afficeret:& hoc facto:cunctis gentibus denunciaret:quæ fũt in regina decreta. Placuit ergo:ut regina Vaſthi proiiceretur:& honor eius aliæ mulieri præberetur. At ille amore coniugis detentus:graniter diſiunctionem eius ferebat:& conciliari quidem propter legem non poterat triſtis tamen in ſollicitudinibus permanebat. Quem uidẽtes amici nimio merore confectum: perſuadebant:ut memoriam quidem uxoris:& amorem nihil pro futurum deponeret: & quæreret per uniuerſam terram uirgines decoras:ex quibus pulchriorem haberet uxorem:extigui enim prioris ſic poſſe cupidinem:alia introducta:& paulatim deſiderium a muliere proiecta ſubtractũ:ad cohabitantem poſſe conuerti. Hoc flexus conſilio ſtatim quibuſdam iuſſit de palatio:eligere præcellentes uirgines pulchritudine:& ad ſe deducere. Cum uero congregatæ multæ fuiſſent:inuẽta eſt quædam puella in Babylonia ambobus orbata parentibus:quæ apud auunculum nomine Mardocheũ nutriebatur. Is enim fuerat ex tribu Beniamin. Omneſq; primas iudeorum Heſter:hoc enim nomẽ ei erat:pulchritudine ſuperabat:& gratia uultus ſui reſpicientium magis delectabat aſpectum. Quæ traditæ cuidam eunucho pro diligentia: cuncta rerum prouidentia fruebantur: affluentia aromatum:odore & largitate unguentorum quibus corpora utuntur irrigabantur: & his fruebantur per menſes ſex:numero quadringentæ. Cunq; putaſſet uirgines per prædictum tempus diligentiæ ſatis habuiſſe.& dignas iam regio factas cubiculo: per ſingulos dies ad cõcubitum unam regi mittebat. Qui poſt concubitum ſtatim eam ad eunuchum remittebat. Veniente uero ad eum Heſter delectatus eſtim amoremq; incidens puellæ:legitimam etiam duxit uxorem:& nuptias celebrauit imperii ſui anno duodecimo:menſe qui dicitur Adar. Deſtinauit autem per omnes gentes eos qui aggarii dicuntur:præcipiens eis pro ſuis nuptiis feſta celebrare. Ipſe autem Perſas & primos gentium paſcebat per totum menſem pro nuptiis ſuis. Quam cum introduxiſſet ad aulam corona eam induit. Habitauitq; cum eo Heſter:minime ei prodens:ex qua eſſet natione. Tranſiens autem & auũculus eius a Babylone:ad perſicam Suſin:& habitans illic:ſingulis in palacio commorabatur: requirens qualiter puella conuerſaretur:quã tanquã filiam diligebat cum legem rex poſuiſſet:ut nemo familiarium ad eum non uocatus accederet:cum ſuper ſolium ederet. Sedebat itaq; etiam rex uirgam auream ſceptrum. Quam cum aliquem liberare uoluiſſet:horum qui non uocati uenirent: porrigebat ei: & cum tetigiſſet uitabat periculum mortis. De his quidem ſufficienter a nobis dictum eſt. Interiecto uero tempore inſidiantibus regi Bagatha:& Theodeſto: Bargani eunuchus ſeruus alterius eunuchi:genere Iudæus:cum intellexiſſet inſidias:reginæ auunculo indicauit. Mardocheus autem per Heſter manifeſtans inſidiatores prodidit regi. Rex autem turbatus ueritatem inueniẽs:eunuchos quidem crucifixit:Mardocheo autem tunc nihil præſtitit:quanuis ſalutis eius nuncius extitiſſet: nomen tamen eius annalibus monumentis iſeri præcepit: & in palatio eum permanere:ut amicus regi neceſſarius exiſteret. Quo tempore Aman Amadathii filium genere Amalechitam:ad regem introeuntem peregrini & perſæ ſalutabant. Nam hũc ei honorem Xerxes ab omnibus iuſſerat exhiberi. Mardocheum uero propter ſapientiam & patrias leges non adorantem Aman:cuſtodiri fecit:& interrogauit eum ex quo genere eſſet. Audiens autem Iudæum eſſe indignatus dixit. Omnes liberi perſæ adorant me:hic ſeruus exiſtens:hoc facere dedignatur. Et punire uolens Mardocheum: ipſum quidem a rege petere:ad tormenta paruum putauit:gentem autem eius decreuit totam una perimere. Nam iudæos in odio ſatis habebat: quoniam Amalechitarum genus e quibus ipſe fuerat ab ipſis omne perierat. Audiens ergo regem accuſabat dicens:gentem eſſe malignam diſperſam per uniuerſum orbem:qui eius ſeruiret imperiis:nec mixtam:nec aliis gentibus coadunatam:nec eãdem cum cæteris religionem colentem:quæ nec legibus inquit ſimilibus utitur:& inimica moribus & profeſ

ſionibus tui populi & hoibus cunctis exiſtit. Sed ſi tis aliquot ſubiectis beneficium cõmodare: iube
tadicitus eam perire: nec eius reliquias aliquas remanere: nec aliquos eoꝝ ad ſeruitutẽ aut ad capti-
uitatem ſeruari. Verũtamen: ut nullũ patiaris damnũ: tributa eoꝝ de propria ſubſtantia ipſe me præ
bere polliceor: quadraginta milia pecuniaꝝ talenta ubicunq; præceperis. Has aũt pecunias liben-
ter offero: ſi peccatũ ab his malis tuum fuerit imperiũ. Poſtq; Amã hæc intimauit: rex ei & pecunias
& hoies donauit: quicquid de his uellet efficere. Deſiderio autẽ adepto. Aman ſtatim mandat tanq;
a rege per oẽs gentes præcepta hunc modum continẽtia. Rex maximus Artaxerxes ab India uſque
ad Aethiopiam: centũ uiginti ſeptẽ prouinciaꝝ principibus & iudicibus: qui eius ꝑio ſubiecti ſũt
ſalutẽ dicit. Cũ pluribus gẽtibus ꝑeraſſem: & uniuerſum orbẽ meæ ditioni ſubiugaſſem uolui: neq;
quã abuti potentiæ magnitudine: ſed clemẽtia & lenitate gubernare ſubiectos: ut abſq; ullo timore
uitam ſilẽrio tranſigẽtes: optata cunctis mortalibus pace fruerẽtur. Q uerente autẽ me a conſiliariis
meis: qũo hoc poſſet impleri: unus qui ſapiẽtia ac fide cæteros præcellebat: & erat poſt regem ſecun
dus Aman noie: indicauit mihi in toto orbe terraꝝ populum eẽ diſperſum: qui non nris uteret legi
bus: & cõtra oĩum gentiũ faciẽs conſuetudinẽ regũ iuſſa contẽneret: & uniuerſaꝝ concordiã natio
num ſua diſſenſiõe uiolaret. Q uod cũ didiciſſemus: uidẽtes unam gentẽ rebellẽ aduerſum oẽ ge-
nus hoĩum puerſis uti legibus: nr̃iſq; iuſſionibus contraire: & turbare ſubiectaꝝ nobis ꝓuinciarũ pa-
cẽ atq; cõcordiã: uſſimus ut quoſcũq; Aman q oibus ꝓuinciis ꝓpoſitus eſt: & ſecũdus nois mei ẽ pa
ter mõſtrauerit: cũ coniugibus ac liberis deleanť ab inimicis ſuis: nulluſq; eoꝝ miſereať quartadeci
ma die menſis Adar anni ꝑſentis: ut nefarii hoies uno die ad iferos deſcendẽtes: reddant pacẽ impe
rio nr̃o qđ turbauerunt. Hoc ꝑ ciuitates & ꝓuincias ueniẽte præcepto: oẽs ad interitum Iudæoꝝ cõ
ſtituta die parabanť: qđ etiã in Suſis parabať. Rex uero & Aman epulationibus uacabant: ciuitates
uero turbabanť. Quod Mardocheus cognoſcens ueſtem: rupit & ſacco indutus: cinereq; pſuſus: ciui
tatem circuibat: clamans interimi gentẽ quæ nihil peccauit. Et hoc dicens ad aulam peruenit: & an-
te ipſam ſtetit. Nam minime ei licebat ingredi: tali circũamictũ habitu. Idẽ etiam oẽs fecerũt Iudæi
ꝑ ciuitates quibus de hoc litteræ proponebanť: lugentes & plangẽtes nũciatas ſibi calamitates. Cũ
uero qdã regine nunciaſſet Mardocheũ in tam miſero ante aula habitu ſtantem: audito ſermõe tur-
bata: miſit q eius ueſtimentũ mutarent. Q uo nolẽte ſacco exui: qui nondum erat malũ finitum: pro
quo ſaccum ĩduerat: uocans aſſiſtentẽ eunuchum Acratheon: ad Mardocheũ deſtinauit: ĩterrogans
quid ei triſticiæ contigiſſet: q; hunc habitũ nec ea petente deponeret. Tunc Mardocheus indicauit
eunucho cãm: & litteras cõtra Iudæos per oẽs ꝓuincias ſub rege conſtitutas tranſmiſſas: & ꝓmiſſio-
nem pecuniaꝝ: per quã a rege pditionem gentis cõparauerat Aman. Haꝝ etiam exemplũ ad Heſter
tradidit reportandũ quæ ꝓpoſita in ſuſis fuerant: mandans ei: q̃tenus de his regi ſupplicaret: nec recu
ſaret ꝓ ſalute gentis habitũ humilẽ accipere: per quẽ regi oſtẽderet: Iudæis periculũ imminere. Aman
inquit qui ſecundũ honorẽ poſt regẽ obtinet: accuſando Iudæos: regẽ aduerſum eos incẽdit. Hæc
cum regina cognouiſſet: rurſum mittit ad Mardocheum: dicens: q; non eſſet a rege uocata: & ſiquis
ad eũ non uocatus intraret morereť: niſi uolens quẽdam ſeruare: porrigeret ei uirgam aureã. Nã in-
uocato & ad eum intranti: ſi hoc rex fecerit: hic ſolus nõ interimeret: ſed ueniam accipiens liberať.
Mardocheus uero ea uerba deportanti ſibi ad Heſter eunucho renunciare præcepit: non ſuæ ſaluti ꝓ
uidere: ſed totius gẽtis periculum amouere. Nã ſi nũc ipſa contẽpſerit: adiutorẽ qdẽ genti deum oĩ-
bus modis futuꝝ: ipſam uero & paternã eius domũ ab illis quos contẽpſerat perituram. Heſter autẽ
denunciauit Mardocheo ꝑ eundẽ miniſtrum: ut pgens ad Suſis: conſtitutos illic Iudæos ad contio
nem cõgregaret: & ieiunare cunctos triduo ꝓ ipſa ꝑciperet: quod & ipſa cũ ſuis agẽs ancillis: promi
ſit ſe præter legẽ adire regẽ: & ſi mori oporteret nõ recuſaret. Mardocheus ãt ſecũdũ Heſter mãdata
populum fecit ieiunare: deũq; ſuum petere: ut nec eam: nec gentẽ eius peritura contẽneret: ſed ut ſe-
culi ſalutem ꝓuidit: & peccãti ueniam cõceſſit: & nunc a denũciato dudũ interitu liberaret. Non. n.
ꝑ aliquod peccatũ ita cogebať ſine gloria deperire: cũ & ipſe dominus noſſet cãm furoris Amã q
eum nõ ſaluabat. Neq; n. inquit honorẽ quẽ tibi dn̄e offerebã hunc illi quoq; patiebar offerre: iõq;
iratus contra eos qui tuas leges nõ tranſgrediunť talia machinatus eſt. Eaſdem etiam uulgus uoces
emittebat: petẽs deum ꝓuidere ſuæ ſaluti cũctoſq; iſrahelitas ꝑ oẽm liberare terram a futura calami
tate: nam iam præ oculis eam ſperabant: & ſimul habebant. Rogabat etiã Heſter deum ꝓ patria ſe le
ge proſternẽs in terra lugubriq; ueſte circũamicta. Cibum autẽ & potum: oĩaq; ſuauia renuebat per
tres dies deum petẽs ut adiuuaret eam quatenus regi uideretur ſupplicans ſuauis eloquio: ſpecie ue-
ro pulcherrima: ut ex utroq; ſuſtenta: & ipſa periculũ euitaret: & gentis ſuæ ſalutẽ acqreret: in Aman
quoq; regis odium concitaret. Sic deum ꝑ tres dies deprecans: lugubrem ueſtem depoſuit & habi-
tu mutato ornata: ſicut oportebat reginam: ibat cum duabus ancillis: quoꝝ una leuiter eam incum
bentẽ ſuſtẽtabat: altera uero ſequens lõgitudinẽ ueſtis: quæ uſq; ad terram profuſa erat: ſumẽs eam
digitis deportabat. Quæ ita facie rubore plena: uerecundum ac modeſtũ habens decorem adibat re
gem etiam cum timore. Cum uero ad faciem eius ſedentis in ſolio deueniſſet: & uidiſſet eum cir-
cundatum ornatu: qui ex uaria ueſte: uel auro ac lapidibus præcioſis ualde fulgebat: terribilio-
remque magis eum propter hæc intuens: cunque & ille aſperius eam: uultuque iracundo aſpiceret:

membroꝝ eam debilitas comprehendit: & ſup ancillas quæ prope latera eius erāt: repente collapſa eſt. Rex autē uoluntate arbitror dei mentē mutauit: & timens ne quid mali uxor eius timore patere tur. ſurrexit ſella: ſuoq; eam gremio colligens fouebat & oſculabat blandeq; loquebat: cōfidere pe tens eam: ne aliquid metueret q̄ ad eum nō uocata ueniſſet: nā legem iſtam pp ſubiectos eſſe poſitā ipſam autē ſimiliter cū eo regnantē: oēm habere licentiam. Hæc dicēs ſceptrumq; in manu eius po nens: uirgam ſup ceruicē tetendit eius: pp legem: liberans eam a mortis diſcrimine. Illa uero reſpi rans: domine inquit: non habeo facultatē explanandi: quæ mihi ſubito contigerunt. Nam ut te ui di maximū & pulchrū atq; terribilē: ſtatim ſpiritus meus receſſit: & a mea aīa ſum relicta. Vix illa cū debilitate hæc loquēte: etiam regē anxietas habuit: deinde confidere: melioraq; ſperare Heſter inui tabat. Nam medium ei regnum ſe concedere ſi hoc peteret promittebat. Heſter uero ad conuiuium eum cum Aman amico ad ſe uenire ſupplicabat: paraſſe ei cœnā ſe dicens. Cunq; annuiſſet: & adue niſſet: inter poculorum leticiā iuſſit rex Heſter aperire quod uellet: nihil enim ſe negaturū eē promi ſitūt ſi mediam partem regni poſcere uoluiſſet. Tum illa in poſterū diem explanaturū ſe ſuum conſi lium promiſit: ſi rurſus ad conuiuium cum Aman conueniret. Cunque rex promiſiſſet: Aman egreſ ſus eſt gaudens: q̄ ſolus apud Heſter cum rege meruit epulari: dum nullus alius talē honorē potuiſ ſet adipiſci. Videſ uero in aula Mardocheum: nimis indignatus ē: q̄ non aliquā ab eo ueneratiōnē ſibimet exhiberi ſenſiſſet. Tunc ingreſſus ad ſemetipſum: uxorē Zaraſam cum amicis uocauit. Quibus præſentibus honorē expoſuit: quo frueretur: non apud regē tantum: ſed & apud reginā: & qua liter illo die ad eā cū rege ſolus accitus eēt: & in poſterū diē rurſus inuitaretur. Dicebat aūt: nō ei pla cuiſſe: q̄ Mardocheum uiderat in aula Iudæum. Cui reſpondit uxor ſua Zaraſam. Iube lignū ſecari quinquaginta cubitoꝝ: & mane pete Mardocheū a rege crucifigēdum Cuius conſilium laudans: p̄ cepit famulis lignum paratū in atrio conſtituere: quod ad pœnam Mardochei ſeruarent. Deus autē ſpem malignā Aman deridebat: & accidētia præuidēs: de futuris delectabatur. Nam regi ſomnum per illam noctē abſtulit. Qui nolēs in ocio uigilias perdere: ſed ad gubernationē ſui principatus eas habere ſcribam iuſſit libros afferre prædeceſſorum ſuorum: & factorum eorum monimēta relege re. Cunq; detuliſſet: & recenſeret: inuenti ſunt quidam: qui pro uirtute ſua præcium agros acciperāt quorum & nomē ſignatum erat: alter uero pro fide donationem impetrauerat. Poſt hæc legēdo ue nit ad Bagathan & Theodeſtum eunuchos: inſidiatores regis: quos Mardocheus indicauerat. Et cū hoc tantum ſcriba pronunciaſſet: & ad alterius tranſiſſet actus: rex eum detinuit: conſulens ſiquid ei pro remuneratione datum ſcriptum haberetur. Scriba reſpondit. Nihil. Tunc rex iuſſit eum tace re: & interrogabat eos quibus hoc commiſſum fuerat: quæ ſit hora noctis. Audiens autem iam di luceſcere: præcepit: ut quem inuenirent amicorum ante aulam præſentem nunciarēt. Euenit autem Aman inueniri. Nam præter ſolitam horam maturius proceſſerat mortem Mardochei petiturus. Cunq; ſerui renunciaſſent Aman ante ædem ſtare: p̄cepit eū uocari. Cum ergo intraſſet: amicū inqt te ſciens ſolum fidelē: peto ut conſilium mihi præbeas: quēadmodū debeam ſecundū meā magnifi centiam honorare quēdam ualde chariſſimum. Aman uero putans: conſilium quod dediſſet hoc ſi bi profuturum: nam amari ſe ſolum credebat a rege: quā exiſtimabat optimā eſſe ſentētiam: regi de clarabat & dixit. Si uis quē dicis hominē dilectum & gloriæ meritis honorari: fac eum ſup equū p cedere: tua ueſte indutum: & torquē auream hēre: & præcedere unum ex tuis neceſſariis amicis: cla mantē p totam ciuitatē: q̄ tale beneficium merebitur: quē rex honorificari uoluerit. Igitur Amā hu iuſmodi largitatē arbitratus ad ſe uenturam: talia pſuaſit. Rex uero delectatus hac ammonitione: ua de ait habēs equum: & ſtolam: & torquē: require Mardocheum Iudæum: & his illum induens: ante cede equū meum. Nam tu inquit amicus es mihi præ cunctis. Ergo perfice conſilium cuius utilis pſuaſor extitiſti: & hæc ei a nobis donētur: qui meam animam liberauit. Poſtquā hæc præter ſpem omnē audiuit: mēte confuſus & meſticia pcuſſus exiit: equus ducēs: cum purpura & auro & Mardo cheum reperiēs: ante aulam ſacco indutum: iuſſit exutum: purpura circūdari. Tum neſciēs ille uerita tē: ſed deludi ſe putans: peſſime inquit omnium hominū: ita calamitatē meam derides. At uero cer te cognouit: q̄ ei rex hunc honorē donauerit p ſalute quā illi p̄buerat: inſidiatores eunuchos redar guens purpura: induit: quā rex ſæpe ueſtitus gerebat: & torquē ceruice circundatus: & ſuper equum ſedēs: totam circuibat undiq; ciuitatē: præcedēte Aman & prædicante: q̄ huiuſmodi fruitur donis: quē rex amauerit: & dignum honore p̄bauerit. Cunq; totam circuiſſet ciuitatē. Mardocheus ad regē ingreditur. Aman autē ex confuſione ad ſe recedēs: cum lachrymis uxori & amicis quæ conti gerant: indicauit. Illi nequaquā puniri poſſe Mardocheum dicebant: deum enim eē cum ipſo crede bant. Dumq; hæc adhuc loquerētur: uenerunt Heſter Eunuchi: Aman urgētes ad cenā. Sabucha das uero unus ex eunuchis: uidēs crucē fixam in domo Aman quā Mardocheo parauerat: conſuluit aliquē ſeruorum: cuius cauſa eam paraſſet: & audiēs reginæ auunculo: quia Aman a rege eum petitu rus erat ad pœnam: tunc quidē tacuit. Cunq; rex una cum Aman epulans iterrogaret reginā: quam uellet ab eo donationē impetrare: cōpletorum enim ſe eius deſiderium p̄mittebat: tunc regina pro populi deprecabatur periculo: eo q̄ tradita fuiſſet ad perditionē cum ſua gēte: iōq; ſermones ad eū facere decreuiſſet. Neq; enim moleſtum ſibi dicebat: ſi amaram eius ſeruitutem imponeret: paruum

enim ei hoc esse malum: sed supplicabat hæc amoueri. Itaq; interrogate rege: a quo hæc sancita fuissent: accusabat iam manifeste Aman: & maliuolum contra eos existentem: has molitum insidias arguebat. Tunc rex ad hoc turbatus: a conuiuio ad hortos egredit. Hester uero reginam Aman petere cœpit: ut ueniam pro peccatis exposceret: nam intellexerat: in quibus iam malis esset. Cunq; super lectum procidens reginam peteret: superuenit rex: & huiusmodi uisu magis incitatus dixit. Pessime oium uxori meæ iam uiolentiã irrogare conaris. Ad quod Aman obstupuit: & nihil potuit respondere. Tunc Sabuchadas eunuchus cœpit Amã accusare: quẽadmodum iuenisset in atrio eius paratam crucem ad mortem Mardochei: nam hoc illi interroganti seruus indicauerat: cum ad ipsum inuitaturus eum ad cœnam ueniisset: crucem autem dicebat esse altitudine cubitorum quinquaginta. Quod rex audiens: in illa eum pœna tradere decreuit: quam contra Mardocheum ipse tractauerat statimq; iussit cruci suspẽsum interimi. Vnde mihi contigit mirari nomen dei: & sapientiam: & iustitiam eius agnoscere: q̃ non solum maliuolentiam Aman puniuit: sed q̃ excogitata contra aliũ tormenta in eum cõuertit: & cætero hoc sentire pmisit: qũo qui contra alium quædam molitus fuerit hæc in se primũ parata cognoscat. Itaq; Aman honorẽ quem a rege perceperat supra modum abusus: huiusmodi cruci confixus est. Rex autẽ substãtiam eius reginæ donauit: & Mardocheum aduocans: dedit ei anulum quẽ Amã ipse p̃stiterat. Nam iam Hester ad notitiam eius perduxerat cognationẽ quam ad illum habebat. Donauit uero & regina Mardocheo Amã possessionẽ: & supplicauit regi liberari a mortis metu gentẽ Iudæorum: cito nota ei faciens: quæ p uniuersas prouicias scripsisset Aman filius Amatdathi. Nam patria gente sua perẽpta: nullatenus se uitã posse tolerare dicebat. Cui rex promisit: nihil eam frustra petere: nec studio eius aliquid contrarium prouenire. Vnde p̃cepit: ut scriberet q̃ uellet de Iudæis noie regio: signaretq; eius sigillo: & transmitteret per omne eius imperium: ut siquis legeret signatas epistolas sigillo regio: minime sanctionibus obuiaret. Scribas ergo regales uocans: iussit scribere gẽtibus & primatibus: & magistratibus pro Iudæis: ab India usq; ad Aethiopiam centum uiginti & septem prouinciarum. Epistolæ autẽ hunc ordinem cõtinebãt. Rex magnus Artaxerxes ab India usq; Aethiopiam: centũ uiginti & septẽ prouinciarum ducibus ac principibus: qui nostræ obediunt ditiõi salutẽ dicit. Multi bonitate principum & honore qui in eos collatus est abusi sunt in supbiam & non solum subiectos regibus nituntur opprimere: sed datam. sibi gloriam non ferẽtes in ipsos qui dederunt moliuntur insidias agitare: nec contenti sunt gratias non agere beneficiis: & humanitatis in se iura uiolare sed dei quoq; cuncta cernentis arbitrantur se fugere posse sniam: & in tantũ uæsanie prorupere ut eos qui credita sibi officia diligenter obseruãt: & ita cuncta agunt in oium laude sint digni mendaciorũ funiculis conentur subuertere: dum aures principum simplices & ex sua natura alios existimantes calida fraude subuertunt. Quæ res & ex ueteribus probatur historiis: & ex his quæ geruntur quottidie: qũo malis quibusdam suggestionibus regum studia deprauantur. Vnde prouidendum est paci oium prouinciarum: nec putare debetis: si diuersa iubeamus ex animi nostri uenire leuitate: sed pro qualitate & necessitate temporum: & ut reipublicæ poscit utilitas ferre sniam. Et ut manifestius quod dicimus intelligatis: Aman filius Amatdathi: & aio & mente Macedo: alienusq; a Persarum gente: pietatẽ nostram sua crudelitate cõmaculans: peregrinus susceptus est a nobis: & tantam in se expertus est humanitatem: ut pater noster uocaretur: & adoraretur ab oibus post regem secundus. Qui in tantum arrogãtiæ tumorem subleuatus est ut regno nos priuare niteretur & spiritu. Nam Mardocheum cuius fide & beneficiis uiuimus: & consortem nostri regni Hester cum omni gente sua nouis quibusdam atq; inauditis machinis expetiuit ad mortem hoc cogitans: ut illis interfectis: isidiaretur nostræ solitudini: & regnum Persarum transferret in Macedonas: Nos autem a pessimo mortalium Iudæos neci destinatos: in nulla penitus culpa reperimus: sed econtrario iustis utentes legibus: & filios altissimi & maximi semperq; uiuẽtis dei esse: cuius beneficio: & patribus nostris: & nobis regnum est traditum: & usq; hodie custoditur. Vnde & eas litteras quas sub noie nostro ille direxerat: sciatis eẽ irritas. Pro quo scelere ante portas huius urbis i. Susis: & ipse qui est machinatus: & ois cognatio eius pendet in patibulis: non nobis sed deo ei reddente quod meruit. Hoc autem edictum quod nunc mittimus: in cũctis urbibus proponatur: ut liceat Iudæis uti legibus suis: Quibus debetis esse adminiculo: ut eos qui se necẽ eorum parauerãt possint iterficere. xiii. die mensis duodecimi: qui uocatur Adar. Hãc. n. diem oipotens deus meroris & luctus eis uertit in gaudiũ. Vnde & uos inter cæteros festos dies hanc habetote diem: & celebrate eam cum omni letitia: ut & imposterum cognoscatur: oẽs qui fideliter persis obediũt dignam pro fide recipere mercedẽ: qui autẽ insidiantur regno eorum: perire pro scelere. Ois autẽ prouincia & ciuitas: q̃ noluerit solẽnitates huius esse particeps: gladio & igne depeat: & sic deleatur: ut nõ solum hoibus: sed etiam inuia sit bestiis in sempiternum pro exẽplo cõtemptus & inobediẽtiæ. Igitur equites eplãs deportantes exierunt: & uiam propositam peragebant. Mardocheus uero regia indutus stola: & corona aurea & torque processit ornatus. Quẽ uidentes ita honorificatum a rege Iudæi in susis habitantes: cõem existimauerunt eor̃ fœlicitatem. Præterea gaudium & salutare lumen propositis regalibus sanctionibus per ciuitates & prouincias Iudæos circũdedit ita: ut etiam multæ gentes p̃p timorẽ Iudæor̃ perterrerentur: libertatẽ ex periculo eorum cõparatã inspiciẽtes.

Nam duodecim menſis quarto decimo die:qui apud hæbreos Adar:apud macedones Diſtrios uocatur:portitores regalium litterarum nunciabant: quemadmodum deberent die quo ipſis periculũ imminebat inimicos conſumere. Tunc Perſidis Satrapæ & tyranni:& regis ſcribæ ſummum Iudæis reddebant honorem:quoniam timor mardochei eos ad temperantiam coaceruabat. Poſtq̃ edictũ regis per omnes prouincias lectum eſt:in Suſis iudæi inimicorum quingentos interemere. Cunq; rex pemptoꝝ in ciuitate numeꝝ Heſter nunciaſſet: & ī ꝓuincia quod factum fuiſſet ambigeret:ſiqd amplius uellet interrogauit eam. Illa uero petiuit eum:ut præciperet Iudæis: & ipoſterum diem ita facere in reliquos inimicos ſuos:& ut.x. Aman filii crucifigerentur. Quod quidẽ Iudæis rex conceſſit:nequaq̃ reſiſtere uolens Heſter. Iudæi uero parati.xiiii. die menſis occiderunt rurſus aduerſarioꝝ trecentos:nihil penitus poſſeſſionis eoꝝ tãgentes. Interfecti ſunt etiã p ꝓuinciã aliaſq; ciuitates a Iudæis ſeptuaginta ſex milia inimicoꝝ:quos ſtrauerunt tertiadecia die mẽſis: quẽ feſtũ celebrauerũt. Similiter aũt & Iudæi in ſuſis collecti:die.xiiii.&.xv. eiuſdẽ menſis epulati ſunt. Vnde hactenus oĩs in orbe terraꝝ Iudæi hos celebrant dies:pticulas de cõuiuiis inuicẽ mittẽtes. Scripſit etiam Mardocheus oĩbus ſub imperio Artarxerxe degentibus Iudæis:q̃tenus hos obſeruarẽt dies ſemp eos celebrãtes:& nepotibus traderent p oĩa tẽpora celebrãdos:ne alicui obliuiõi traderent:q; in his fuerant ab Amã pituri: iuſtũq; eſſet:cũ uitaſſent piculũ:& inimicos puniſſent:honorare eos:gratias agentes deo. Vñ ꝑdictos dies Iudæi celebrãt:appellãtes eos cõſeruatores. Mardocheus aũt magn9 erat & clariſſimus apud regem principatũq; eius regebat:& potiebaꝫ cõi conuerſatiõe cũ regina. Tũc Iudæi ſup oẽs libertatis licentia fruebantur. Hæc quidem ſub impio Artarxerxe geſta ſũt.

Qualiter Vagoſus dux Artarxerxis iunioris multa in Iudæos iniurioſa cõmiſit. CAP. VII.

DEfuncto autem Heliaſib principe ſacerdotũ: Iudas filius eius pricipatũ ſacerdotalẽ ſuſcepit. Defuncto uero & hoc:Ioannes filius eius honorẽ ſuſcepit. Propter quẽ Vagoſus dux alteri9 Artarxerxis tẽplũ uiolauit: & tributa Iudæis ipoſuit:nec pri9 dimiſit quotidianas offerri hoſtias:quã ꝓ unoquoq; ãno uectigal exigeret::dragmas quinquagita. Hoc aũt ex hmõi cã contigit. Frater erat Ioãnis Ieſus: cui Vagoſus amic9 exiſtẽs:ꝓmiſit ei ſacerdotii pricipatũ dare. Qua confidẽtia Ieſus altercatus ī tẽplo aduerſus Ioãnẽ ĩcitauit fratrẽ: ut eũ iterficeret:& tãtũ ī tẽplo facinus Ioãnes in fratrẽ cõmitteret: qđ nunq̃ prius:nec apud græcos: nec apud Hæbreos:alias Barbaros ita crudeliter uel ſcelerate factũ ẽ:Vnde nec deus hoc impune dimiſit:ſed populũ pp hãc cãm ad ſeruitutẽ redegit: & tẽplũ uiolari a Perſis dimiſit:dicente Vagoſo. Auſi eſtis homicidiũ in ueſtro tẽplo cõmittere. Ego peremptore illo in tempore mundior ſum. Et hæc uerba faciens:in templum ĩgreſſus eſt:Hac igiꝫ uſus occaſione Vagoſus: anno ſeptimo Ioãnẽ pro nece Ieſu puniuit. Finiẽte uero uitam Ioãne ſucceſſit principatui ſacerdotum filus eius Iaddus. Erat autẽ etiam & huic frater:Manaſſes noĩe. Cui Sanaballath miſſus a Dario ad Samariã:Satrapa genere Cutheus:ex quibus Samaritæ deſcenderũt: audiens clarã eſſe ciuitatẽ Heroſolymã:& reges eius multa Aſſyriis:& habitatoribus humilis ſyriæ pericula feciſſe: libenter Manaſſe copulauit ſuã filiam noĩe Yſacha:arbitratus p affinitatem obſidẽ ei futurã ad fidẽ gẽtis iudæoꝝ.

Quanta iudæis rex Macedonũ Alexander bona fecit. poſtq̃ iudæã obtinuit. CAP. VIII.

ERidẽ tẽpus & Philippus rex macedonũ ab Egeſia Pauſania:filio Ceraſte:Gen9 ab ore ſte trahẽte:inſidias paſſus pimiꝫ. Succedens uero filius eius Alexãder ĩperio:trãſiit hellеſpontũ:& duces Darii deuicit:ſup Granicũ flumẽ cõfligẽs cũ eis. Cũq; pcurriſſet Lydiã & ioniã captiuaſſet Phrygiãq; ꝑdaſſet:ad loca pãphiliæ puenit:qđ alibi explanatũ ẽ hieroſolymoꝝ uero ſeniores ĩdignabãꝫ:qđ pricipis ſacerdotũ Iaddi frater Manaſſes aliẽigenæ cohabitãs uxori ſacerdotii pticeps exiſtebat. Arbitrabãꝫ. n. hoc cõnubiũ initiũ fieri occaſionis ꝑstãde uolẽtib9 leges ttãſgredi ꝓ uxoꝝ copulationibus:q̃s ab alienigenis ſibi cõiũgere feſtinabãt. Nã extitiſſe etiã priorẽ captiuitatẽ p hæc coniugia mala putabant:q; multi in his peccaſſent:dũ non uxores ꝓuinciales ducerent. Iubebãt ergo Manaſſe diſiũgi ab uxore:aut nõ itroire ſacrarium. Principes quoq; ſacerdotũ cum populo hoc indigne ferebant. Manaſſes autẽ ꝓhibitus a fratre ad altare accedere: ad ſoceꝝ Sanaballan puenit:amare ſe dicens filiam eius Yſacha:ſacerdotalẽ uero honorem maximũeſſe apud gentẽ & ciuitatẽ:& genus Iudæoꝝ:nec uelle ꝓpter hmõi cõiũctũ ſacerdotii iure priuari. Itaq; Sanaballath nõ ei ſolũ ſacerdotiũ. ſed etiam principatũ ſacerdotii & potentiã ac honorem oĩum locorum ſibi ſubiectorum dare ꝓmiſit:uolens ſuã apud eũ filiã ꝑmanere. Dicebat etiam templum ei edificare ad inſtar Hieroſolymorũ ſuper mõtem Garizin:q altior oĩbus Samariæ montibus appebat: ſed hoc facere cũ regis Darii ſnia. His pro miſſiõibus eleuatus Manaſſes: pmãſit apud Sanaballath principatum ſacerdotii arbitratus ſe accepturũ Dario cõferente. Nam iam Sanaballath uergebat in ſeniũ. Multis uero ſacerdotibus & Iſrahelitis huiuſmodi ſibi ſubiectis uxoribus: nõ parua ſeditio Hieroſolymitas habebat:dum plures ad Manaſſen trãſirent. Quibus Sanaballath pecunias miniſtrabat:& terrã colendam:habitationẽq; deputabat: oĩbus modis genero ſuo concordans eodem tẽpore Darius audiẽs Alexandrũ helleſpõtũ tranſiſſe: Satrapaſq; ſuos ſup Granicũ flumium pugna uiciſſe:& ulterius acceſſiſſe:exercitũ equitũ peditũq; colligẽs:occurrere ſtatuit macedonibus: priuſq; omnes percurrẽtes Aſiã deuaſtarent. Trãſiens ergo fluuiũ Eufratẽ & montem Ciliciæ

Taurum hoſtes in ipſo ciliciæ ſuſtinebat:illic ſperans eos expugnare.Tunc Sanaballath,ppter deſcē ſum Darii gauiſus:illico Manaſſen dicebat:,pmiſſa cōpleri:dario poſt captiuitatē hoſtiū reuertēte. Nam credebat non ipſe tantū:ſed etiā oēs Aſiam habitantes:nec ad manū belli Macedonas cū pſis pp multitudinē eē uēturos.Aliter uero quam ſpabatur euenit.Nam congreſſus cum Macedonibus rex ē uictus:multamq; partē exercitus pdens:& captis matre pariter & uxore:ſimul & filiis ad Perſas fugiēs remeauit.Alexander aūt ad Syriam ueniēs damaſcum cœpit:& ſubiugata Sydone:Tyrꝝ obſi debat.Lras uero ad principē ſacerdotum Iudæorꝝ direxit inuitans eum auxilia ſibi mittere & uenalia exercitui præparare:& quanta prius dario cōſecrabat:ei præberet:eumq; inuitauit amicitiam Macedonum eligere:ne impoſterꝝ pœniteret.Cunq; princeps ſacerdotum lrasꝝ portitoribus rndiſſet ſacramēta dario ſe dediſſe:ne contra eum arma portaret:nec poſſe uiuēre dario conſtituta tranſcēdeꝛ Alexander incitatus Tyrum quidē relinqre non decreuit:paulopoſt capi futurā qua uicta: minabaꝰ cōtra principē ſacerdotū gētis Iudæorꝝ exercitū mitteꝛ:ut oēs p eū diſcernere:qbus deberēt conſtituta ſeruaꝛ.Quapropter intērius in obſidione pſeuerans:uaſtauit Tyrum.Cūq; eam cœpiſſet ad ciuitatē Gazam puenit eāq; cū duce ſuo Habimaſin obſidebat.Arbitratus aūt Sanaballath oportunum inuēiſſe tēpus:dario iam deſpato:eligēs de ſuis octo milia:ad Alexandrum,pficiſciꝰ:quē repit īchoantē Tyri obſidionē.Cui etiam promiſit dare loca ſub ſua poteſtate conſtituta:magiſq; ipſum dominum libēter hēre quam darium.Cūq; ſe intellexiſſet:grate ſuſceptum:cōfiſus iam & de præſentibus fretus:uerba,pferebat:dicēs ſe generum hīe Manaſſen:fratrē Iaddi principis ſacerdotum Iudeæ gentis:multoſq; alios cum eo pſentes ex eadē gēte:quos uelle aiebat ſub eo tēplum locis cōſtitutis ædificare:hoc aūt & ipſi,pfuturum dicebat:ſi diuideretꝰ in duas partes iudæorꝝ potētia.ne eadē concordia gēs coniuncta debellaret:aut in aliquo regibus obuiaret:quēadmodum prius & Aſſyriorū regibus cōtingebat.Concedēte uero Alexandro:oī ſtudio adnixus Sanaballath edificauit tēplū & ſacerdotē Manaſſen conſtituit:maximū arbitratus præmiū ex filia nepotibus futurꝝ.Septē aūt menſibus in obſidione Tyri tranſactis:& duobus in Gaza:Sannaballath defunctus eſt.Alexāder aūt capta Gaza:ad ciuitatem Hieroſolymitaꝝ aſcēdere feſtinabat.Quod princeps ſacerdotum Iaddus audiēs: in pauore & timore conſtitutus:moliebaꝰ quemadmodū macedonibus feſtinus occurreret rege indignante:& putante timorē eſſe contumaciam.Præcipiens igitur populo ſupplicationem & immolationem offerre deo ipſe deprecabatur ſubuenire gēti:a uēturiſq; eam liberare piculis. Obdormiēte uero eo poſt ſacrificium deus pcepit ut confideret:ſertiſq; ciuitatē ornaret portaſq;,ptinus apiret: & alios quidē cū ueſte alba:ipſum aūt & reliquos ſacerdotes cum legitimis ſtolis iuſſit occurrere:nihil ſæuum ſpantes pati:deo prouidente.Cunq; a ſopore ſurrexiſſet:ualde congaudēs: nocturnum oraculum omnibus indicauit:& quæ uidit in ſomno cunctis facere demandās:regis præſentiam expectabat.Quē audiēs non longe eſſe a ciuitate:,pceſſit:cū ſacerdotibus:& ciuili multitudine: ſacrā & maiorē aliis gētibus ei præparās occaſionē:ad aliquē locū qui Saphin appellaꝰ: quod nomē latine trāſlatū ſcopulū ſignificat:ex quo loco Hieroſolymam tēplūq; potuiſſet uidere. Phœnices uero & Chaldæi regē ſecuti:putabāt:qa qcqd potuiſſet furor impialis pmittere in ciuitatē: ipſe committeret:& principē ſacerdotū ſummis afficeret contumeliis.Quod e diuerſo cōtigit euenire.Nā Alexander ꝑuidens multitudinē ueſtibus albis indutam:antiſtites uero cū byſſinis ſtolis: & principē ſacerdotū hyacinthinā & aureā ſtolam:ſup caput habētem cidarim.& ſup laminā aureā:in qua ſcriptum erat dei nomen:adiit eum ſolus:& nomen adorauit:& principem ſacerdotū primus ueneratus eſt. Omnibus uero iudæis una uoce Alexādrū ſalutantibus Syriæ reges:& reliq:hoc facientē ſtupuerūt: corruptamq; regis mentem putauerunt:Parmenion uero ſolus eum interrogauit dicens:cur omnibus eum non adorantibus ipſe adoraſſet principem ſacerdotum gentis Iudeæ.Cui ille non hūc inquit adoraui:ſed deum cuius principatu ſacerdotii functus eſt.Nam p ſomnium in huiuſmodi eum habitu conſpexi:adhuc in Odio ciuitate Macedoniæ cōſtitutus.Dūq; mecū cogitaſſem:quēadmodum poſſem Aſiam uincere:incitabat me nequaq; negligere:ſed cōfidenter tranſire.Nam ſemper ductuꝝ meū dicebat exercitū & Perſaꝝ traditurꝝ potētiam: ideoq; neminē alium in tali ſtola uidens: cum hunc animaduertiſſem:habēs uiſionis &,pbationis nocturnæ memoriam:ſalutaui.Exinde arbitror diuino iuuamine me directū:Dariumq; uiciſſe:uirtutēq; foluiſſe Perſaꝝ.Propterea ſimul etiam omnia quæ meo corde ſperantur:prouentura confido.Poſtq; hæc Parmenioni locutus eſt principē ſacerdotum honorans occurrentibus: reliquis ſacerdotibus ad ciuitatem uſque peruenit:& ad templum aſcendens:ſacrificauit deo:ſecundum ſacerdotis oſtenſionem. Ipſe autem ſacerdotum principi: & reliquis ſacerdotibus munificenter multa donauit. Allato uero ei uolumine Danielis: in quo ſcriptum erat:quendam græcorum regem perditurum Perſarum potētiam:arbitratus ſeipſum eſſe quem ſcriptura ſignificabat:gauiſus eſt:& tunc quidem multitudinem dimiſit. Poſtera autem die conuocans eos iuſſit petere:& quas uellent donationes accipere. Principe ergo petente ut liceret patris uti legibus:& ſeptimum annum ſine tributis eſſe:mandauit:& omnia conceſſit. Cumque ab eo poſtulaſſet: ut Iudæos in Babylonia & Media gente præciperet ſuis potiri legibus : promiſit libenter facere quæ poſcebat. Dicente uero ipſo ad multitudinem: ſiquis elegerit ei militare : permanens in patris legibus : & ſecundum eas uiuens: paratum ſe eos ducere:ſe pugnaturos

cum eo dixerunt. Igitur Alexãder ita diſponens Hieroſolymam:duxit ad reliquas exercitum ciuitates:omnibus eum ad quos peruenit amabiliter ſuſcipientibus. Samaritæ uero metropolim tunc Sicimam nomine habentes:poſitam iuxta Garizin montẽ:in quo tranſgreſſores habitabant Iudæi: uidentes ab Alexandro ita magnifice Iudæos honoratos:coacti ſunt ſe fateri Iudæos. Nã h mõi Samaritæ naturæ ſunt:ſicut prius alibi demonſtrauimus: in calamitatibus merſos Iudæos negant eſſe cognatos: ueritatem confitentes: & cũ uiderint clarum eis aliquod allatum:tunc ſocios ſe iudaici generis profitentur:originẽ ſuam a nepotibus Ioſeph:Effraí & Manaſſe recenſentes. Tunc ergo claritatem & multũ animi ſui affectum oſtẽdentes:occurrerũt regi:paulominus quã Hieroſolymitæ. Cũq; laudaſſet eos Alexander:Sicimitæ adierunt eũ cũ militibus: quos ad eũ Sanaballath trãſmiſerat petentes:ut ad ciuitatẽ peruenirет: & tẽplum apud eos poſitum honoraret q reuertẽs:ad ipſos ſe uenire promiſit. Petẽtes autem tributorũ ſeptimi anni conceſſionem: nam neq; ipſi ſeminant in eo conſuluit:qui eſſent qui talia poſtularent. Cunq; reſpondiſſent Hebræos ſe quidem eſſe ſicimitas autem a Sydoniis nuncupari: iterum interrogauit eos:utrum Iudæi eſſent illis autem dicentibus non eſſe:at ego inquit hæc Iudæis cõceſſi:ſed reuerſus qdem & a uobis certius edoctus:quæ uiſa fuerint agam. Et Sicimitis quidem ita poſtulationem negauit. Similiter uero amicos Sanaballath ſe ſequi præcepit ad Aegyptum:ibi daturum ſe eis iugera terræ promittens: quod & poſtea fecit:Thebaidã cuſtodire prouinciam eis iniungens. Igitur defuncto Alexandro:& principatu a ſucceſſoribus eius diuiſo:templum ſuper Gazirin montem permanſit. Et ſiquis culpam habuiſſet apud Hieroſolymitas:aut de cibo illicito:ſeu de trãſgreſſione ſabbatorum: aut de huiuſmodi peccato ad Sicimitas recedebat dicens ſe iniuſte culpari. Defunctus eſt autem illo tempore princeps ſacerdotum Iaddus:& Onias filius principatum ſacerdotalem ſuſcepit. Et in his conſtituti Hieroſolymitæ degebant.

Continet hic liber geſta centum ſeptuaginta annorũ.

Incipit liber duodecimus antiquitatis iudaicæ.

Vt ptolomeus filius Lagi fraude uel dolis capiens Hieroſolymam uel Iudæam multos migrauit ad Aegyptum. CAP. I.

ALexander rex Macedonum ubi regnum Perſarum diſſoluit: Iudæamq; diſpoſuit ut prædictum eſt a uita diſceſſit. Cunq; multos principatus ſui ſucceſſores reliquiſſet. Antigonus quidem Aſiam appræhendit. Seleucus autem Babylonem:genteſq; uicinas obtinuit. Lyſimacho ceſſit Helleſpontus. Macedoniam rexit Caſſander. Ptolomeus filius Lagi Aegyptũ poſſedit. Qui dum aduerſum ſe ſeditiones haberent:ſuumque dilatare contenderent principatum:diuturnis bellis ciuitates concuſſæ: multis ciuibus inter certamina pereuntibus ingemiſcebant. Tunc & omnis Syria ſub Ptolomeo filio Lagi qui ſaluator nuncupatur:contraria ſui nominis eſt perpeſſa. Nanque hic etiam Hieroſolymam depugnauit:fraudibus & dolis ciuitatem die ſabbatorum ingreſſus ſub ſpecie ſacrificii nequaquam iudæis reſiſtentibus quoniam hoſtile nihil exiſtimarent:& ideo ocioſi ueluti nihil ſuſpecti ſegnes erant. Qui cum ſine labore ciuitatem appræhendiſſet:crudeliter eis dominabatur. Teſtis eſt orationi meæ Ouidius Sabatarcides: qui ſucceſſorum Alexandri acta conſcribens ſuperſtitionem noſtram pro qua libertatem amiſimus exprobrauit:cum hæc diceret. Eſt gens quæ Iudæa dicitur ciuitatem munitam & magnã Hieroſolymam detinens:quæ contempſit ſub Ptolomeo conſtituta dum arma capere deuitaſſet:& propter ſuperfluam ſupſtitionem ſæuiſſimum dominum pertulit habeт. Sabatarcides quidem hæc de gente noſtra conſcripſit. Ptolomeus uero multos captiuos a montanis Iudeæ: uel a uicinis locis Hieroſolymorũ. i. a Samaria uel a Garizi trahens ad Aegyptũ cõmigrauit. Sed cũ cognouiſſet eos quos ab Hieroſolymis abſtraxerat firmos iuſiurandi uel fidei cultores exiſtere cum Alexandro legationem ad eos mittenti ſic reſpõdiſſent Dario uiuẽte contra eũ arma nequaq; ſumere: poſt Darii expugnationem multos ad caſtella deputauit:& pares cũ Macedõib⁹ Alexãdriæ ciues ſtatuit:fidéq; ab ipſis recepit:ut nepotibus ſuis ſocietatem cuſtodirent: cum & alii non pauci Iudæi ſponte ad Aegyptum peruẽiſſent opulẽtia locorum. Ptolomeiq; munificentia inuitati:quorum nepotes ſeditiones contra Samaritas dũ ſuæ gentis patriã oblationẽ ſeruare feſtinarent excitabant. Nã Hieroſolymitæ defendebant:dicentes ſuum templum ſanctum exiſtere: & immolationes illic tranſmitti oportere. Sicimitæ uero ad Garizim montem deſtinari iubebant.

Qualiter filius eiuſdem ptolomei qui Philadelphus appellatus eſt: leges Iudæorum in græcam tranſtulit linguam: multoſq; captiuos Eleazaro principi ſacerdotum donauit:& ornamenta deo deuouit. CAP. II.

POſt decimum & ſecundum annum imperii Alexandri:& poſt quadrageſimum Ptolomei ſaluatoris:regnũ Aegypti Philadelphus obtinuit p ãnos trigitanouẽ:q & legem Iudæoꝝ interptatus eſt:& famulãtes in Aegypto Hieroſolymitas a ſeruitutis uinculo

reſoluit uſque ad centum uiginti milia ex huiuſmodi cauſa. Demetrius Phalereus ſuper Bibliothecam regis conſtitutus dum ſtuderet omnia per uniuerſam terram inuenta uolumina congregare: & acquirere ſi quid audiſſet dignum induſtria uel uoluntate regis: quem erga collectionem codicum munificenter accendi cognouerat: interrogatus a Ptolomeo: quot milia codicum haberet: cum uiginti milia iam reſpondiſſet. Sed tempore poſt pauco uſque ad quinquaginta milia poſſe peruenire: & nunciatum ſibi diceret: multa apud Iudæos legum eorum eſſe conſcripta: ſtudio uel bibliotheca regali digna: quæ figuris litterarum uel ſermone illorum: compoſita: laborem non paruum præberent: ſi in græcum mutarentur eloquium: cum uideantur Syrorum litteris ſimiles eorũ eſſe figuræ: equa pronunciatione uocis: nihil ergo inquit prohibet tuarum pecuniarum ſumptu eas interpretari: dum in bibliotheca tua illorum quoque leges contineantur. Igitur ex optima Demetrii ſententia delectatus: poſtquam ſtudium ſuum multos colligendi codices demonſtraſſet: ſcripſit ad principes ſacerdotum gentis Iudeæ hæc fieri demandans. Ariſtenus autem amicus regi neceſſarius: propter humilitatem morum ab eo dilectus: cum ſæpius ante n ſus eſſet Ptolomeum petere: quatenus dimitteret captiuos Iudæos qui ſub imperio eius eſſent tempus hoc petitionis proſperum arbitratus: ante loquitur primatibus cuſtodum regis corporis: Soſibio: Tarentino & Andreæ ut ſimul laborarent: de quibus petiturus regem accederet. Quorum ſententia confirmata: cum huiuſmodi ſermonibus regem adiit dicens. Minime rex oportet una nos ſpe negligenter decipi: ſed ueritatem intimare. Nam ſi legem Iudæorum non tantum tranſcribere: ſed etiam interpretari pro tua gratia ſtudemus. qua ratione poſſit hoc fieri: tot Iudæis in regno tuo ſeruientibus. Quos benignitate tuæ munificentiæ decet a præſenti iugo ſeruitutis abſoluere: ac deo qui leges expoſuit pro tui regni tutela remittere. Nam cum multa ſæpius indagaſſem: cognoui factorem eos omnium deum colere: quem nos zena. i. Iouem nominamus: quot omnibus indulget Zena. i. uiuere. Quapropter ad honorem dei quem maxima religione placant: liberos eos patriæ & moribus ſuis reſtitue. Cognoſce tamen princeps me nec affinem eſſe eis: nec ab eadem gentium natione. ut pro illis hæc ſuggeram: ſed dum omnium hominum factorem deum ſcirem ſuauiter ſuos benefactores amplecti: ad hanc petitionem perueni. Poſtquam hæc Ariſtenus locutus eſt & rex in eum hilari uultu ridentique conſpexit: quanta inquit arbitraris milia poſſe dimitti. Tunc Andreas reſpondit dum interfuiſſet: dixitque pauloplus quam centum milia poſſunt exiſtere. Non paruam inquit a nobis Ariſtene donationem poſcis. Soſibio uero cum præſentibus dicente dignum eſſe munificentiæ ſuæ. ſi deo qui regnum ei donauit has gratiarum uices offerret: rex ſapienti uſus conſilio: ne contra eos milites qui eos captiuauerant facere uideretur: & quorum ſtipendia captiuorum abſolutione minui uiderentur: de ſuo eos ærario redimere ſtatuit: dum militibus merces annonæ præſtaretur: & pro ſingulo captiuo apud eos conſtituto dragmæ centum uiginti darentur. De quibus etiam præcepta proponere promiſit: per quæ munificentiam ſuam: & Ariſteni petitionem confirmaret. Præterea uoluntas dei affuit: per quam non tantum illos qui a patre eius uel exercitu illi⁹ tranſlati fuiſſent: uerum etiam illos: qui ſub regno eius præextitiſſent abſolutioni donaret: uel ſi qui poſtea ſuperueniſſent: pro quorum redemptione pluſquam quadrigenta talenta ſunt a rege largita. Vnde & exemplum ſanctionis ad manifeſtandam poſteris regis munificentiã cuſtodiri decreuerunt quod erat huiuſmodi. Quicunque ſub noſtri patris imperio militantes Syriam & Phœnicem cum eo Iudæam que uaſtauerunt: & captiuos adductos ad noſtras ciuitates & prouincias: uendiderunt: hos & qui olim ſub meo regno exiſtunt: & ſi quos nunc ſuperduxerunt dimittant pro ſingulo corpore accipientes dragmas centum uiginti: & milites quidem cum annonis ſuis: reliqui uero a regali menſa redemptionis precium accipiant: Arbitror enim eos ſine uoluntate mei patris contra iuſticiam deprædatos: prouinciamque eorum fuiſſe uaſtatam. Vnde & multos milites profectos eſſe cognouimus: dum ad ægyptum eos traducerent. Iuſtum ergo conſpiciens miſereri eis: iubeo conſtitutos in ſeruitute Iudæos omnes dominis eorum antedictam accipientibus ſummam abſolui: nec quenquam i hac re fraudem aliquam agere: ſed his potius conſtitutionibus obedire. Diſpoſitiones autem meas præcipio: ex quo miſſæ ſunt per tres dies proponi: quatenus ad iudices domini conueueniant: corpora ſtatim oſtendentes: hoc enim meo credo profuturum imperio. Contumaces uero liceat cuique uolenti nunciare: quatenus eorum ſubſtantiæ regis poſſeſſionibus ſocientur. Cum hæc ſanctio regis lecta fuiſſet: & uiſa eſſent omnia iuſte decreta: tantum uero deeſſe de abſolutione priorum: & horum qui poſtea ducti Iudæi fuiſſent: ipſe de his ſua liberalitate præcepit. Præterea ſciens: ſubitaneam diſtributionem difficilem exiſtere iuſſit rerum miniſtris & regiis: ſacellariis pecunias ſeponere. Quo facto intra ſeptimum diem omnia regis præcepta impleta ſunt. & talenta ſuper quadringenta: ſexaginta pro redemptione partita noſcuntur: dum & pro infantibus domini centum uiginti dragmas exigerent: ſicut rex pro his demandaſſet: ſcribendo pro ſingulo corpore prædictam ſummam exhiberi. Cum hæc ſecundum regiam uoluntatem munificenter diſpoſita fuiſſent: iuſtum uiſum eſt Demetrio de iudaicis codicibus tranſcribendis: eius allegare decretum. Nam nihil fruſtra a regibus diſpenſatur: ſed omnia cum multa diligentia geruntur.

Quapropter allegationes: uel epiſtolarum exemplum deſignauimus: & ornamentorum

trasmissorum multitudinem:& quicquid in uno quoq; constructum est. Vnde potest optime opificum ars prospici:& uasorum omnium excellentia agnosci. Allegationis aũt exemplũ huiusmodi probatur. Maximo regi Demetrius. Præcipiente te o princeps de his quæ hactenus ad consumationem bibliothecæ desunt:quatenus colligantur:& de his quæ corruerunt ut debitam diligentiã impetrarent:omni studio usus in his:ad noticiam uestram pduco legislationis iudaicæ uolumina nobis cum aliis deesse. Nam figuris hæbraicis:& uoce gentili conscripta:inexplicabilia nobis existunt. Contigit etiam minus diligenter ea quæ habent transferri :dum regalem prouidentiam minime percepissent:necessarium tamen est hæc apud te cautius exposita reponi. Nam sapientissima & integra legislatio:sic a deo data uidetur existere. Quapropter inquit Acatius abdiripetas:seu cõscripto res historiarum nullatenus meminisse eius:nec uirorum qui secundum eiusdem legislationis præcepta uixerunt:eo quod casta nimis existeret:ac non oporteret eam profanis linguis exponi. Si uidetur ergo tibi rex:scribe principi sacerdotum gẽtis Iudeæ:quatenus transmittat seniores ab unaquaque tribu legum peritos:ut cum eis codicum explanationem & consonantiam cognouerimus:& interpretationis rerum cautam expositionem acceperimus:dignos codices tua uolũtate reponamus. Igitur tali suggestione facta:præcepit rex:ut scriberent de his Eleazaro principi sacerdotum gẽtis Iudeæ:simul etiã de absolutione seruientiũ apud eos Iudæoq;:præterea mãdarẽt ei:quia transmissi sent ad faciẽdas crateras & libatoria:pondus auri talẽta quinquaginta:lapidum uero preciosorum inestimabilẽ multitudinẽ:denunciãs etiam custodibus arcarum in quibus lapides seruabant. ut electionem illoq; darent opificibus:quatenus quos uellent ad speciem operis tollerent necnon imperauit:ut pecuniæ pro immolationibus & reliquis causis cẽtum talẽta sacerdoti darẽtur. Narrabo igit facta & modum constructionis eoq;. cũ declarauero exemplum epistolæ:principi sacerdotũ Eleazaro a rege conscriptæ:qui principatus honorem pro tali cã suscepit Defuncto principe sacerdotum Onia:filius eius Symon successor extitit:qui iustus est appellatus propter pietatem quam in deum : & fauorem quem erga regem habuisse uidebatur. Quo mortuo & filium infantulũ relinquente nomine Oniã frater eius Eleazarus de quo sermonẽ fecimus principatũ sacerdotii suscepit : ad quem Ptolomeus huiusmodi litteras destinauit. Rex Ptolomeus Eleazaro principi sacerdotũ salutẽ. Multis habitantibus imperio meo Iudæis:quos per se cum potentes fuisset ad captiuitatem traxere quorum aliquos pater noster ad militiam maioribus stipendiis deputans honorauit aliis autẽ in Aegyptum cum eò ambulantibus:castella & eorum custodiam demandauit:ut sint ægyptiis i terrorem: Cum uero ego principatum suscepissem:omnes clementer tractaui præsentes ciues tuos : quorum plus centum milia captiuos & seruientes remisi:possidentibus eos pro redemptione pecunias persoluens:ætatibus autem uigentes numeris militaribus designaui multosq; qui mihi uel aulæ potuissent fidem seruare in palatio constitui:arbitratus deo iocundum pro mea prouidẽtia uotum ei hoc maximum deuouere. Porro uolens & istis & omnibus per uniuersam terram Iudæis præstare:leges uestras litteris græcis ab hæbraicis trãslatis:in nostra bibliotheca decreui reponere. Bene ergo facies:eligendo uiros optimos seniores sex:ab unaquaq; tribu dirigere:qui per ætatem legum sunt periti:ualeantq; interpretatiõem earum caute nobis exponere. Nam opinor his perfectis: maximam nobis gloriam præparare. Transmisi uero qui deberent de his uobiscum disputare: Andream primatem custodum mei corporis: & Aristenum mihi dilectissimos : per quos etiam primitias uotorum ad templum:& pro immolationibus:& aliis rebus:transmisi talenta centum. Tu autem manda nobis quæ uolueris fieri:quod gratius amplectimur. Cum regis epistola Eleazaro tuisset porrecta: nimium liberaliter ad eum ita rescripsit. Princeps sacerdotum Eleazarus. Ptolomeo regi salutem. Valentibus uobis cum Arsinoe regina:uel filiis : bene nobis omnia constant. Cum uero epistolam suscepissemus:satis de tua uoluntate sumus gauisi. Congregantes autem multitudinẽ legimus eam quatenus ostẽderemus:quam pietatem erga deum habeas. Demonstrauimus secum dum eas pateras quas misisti aureas uiginti:argenteas triginta crateras quinq; ad mensam dedicandam:& quæ directa sunt pro immolatione uel renouatione eorum quæ templo desunt:talenta centum: deportata per Andream & Aristenum charissimos tibi amicos:uiros optimos:& doctrina præcellentes:tuaq; uirtute dignos. Cognosce uero nos pro tuis utilitatibus:& præter naturam aliquid uel le pati dum reddamus tuis beneficiis quæ multipliciter in nostros ciues largiris. Statim ergo pro te: tuaque uxore:uel filiis hostias obtulimus:& multitudo uota persoluit:ut uobis euenant quæ desiderastis:& tuus principatus in pace custodiatur. Ad interpretandam uero legem quam pro tuis commodis accipere postulas:elegi uiros sex ab unaquaque tribu:quos direximus legem ferentes. Erit autem uestræ pietatis uel iusticiæ:ut post legis transcriptionem ad nos eam caute cum portitoribus remittatis. Vale. Hæc quidem princeps sacerdotum rescripsit. Mihi uero non est necessarium usum : septuaginta senionum ab Eleazaro missorum nomina declarare : licet intimata fuissent sub epistola . Vasorum tamen magnificentiam ad constructionem quæ deo rex direxit non incongruum exponere putaui : quatenus omnibus munificentia regis erga deum dilucidetur . Siquidem ipse largos sumptus præstitit : & semper opificibus opera transmittebat : nihil constructi desidiose concedens : quorum de singulis qualis fuerit magnificentia narrabo : quamuis

hiſtoria narrationē eorū minime depoſcat: regis enim diligētiam uel munificētiam ita legentibus arbitror aperiri. Primus autē de mēſa diſſeremus. Igitur habebat rex in propoſito ſuo ualde maximā menſam conficere. Præcepit autem dedicatæ in Hieroſolymis menſæ quantitatē cognoſci: ſi poſſit maior fieri. Cunq; percepiſſet qualis eſſet illic conſtituta: & quia nihil prohiberet maiorem conſtrui dixit quintuplam magnitudinē uelle ſe facere: ſed timere ne ad miniſterium pro magnitudinis quā titate inutilis fieret. Nam non eam tātum ad ſpectaculum deuouere: ſed etiam miniſteriis: habilem uoluit dedicare. Quapropter arbitratus mediocrem priorem menſam auri inopia confectam: magnitudine quidem ſuperare priorem noluit: uarietate uero uel pulchritudine materiali clariorem conficere iudicauit. Sagax ergo ad diſcernendum uariarum rerum naturam erat: & inuenire nouas ammirandaſque facturas: quæ ſine deſcriptione fuiſſent. Harum ipſe prudenter inueniebat effectum: & oſtendēs artificibus: ita perfici enunciabat: ut quæ deſcripta fuiſſent: eorum cautam ſimilitudinem euidenter opifices imitarentur. Promiſſa ergo complentes: menſam deſcribere feſtinamus. Huius duorum ſemis cubitorum longitudinem: latitudinem unius ſemis conſtruxerunt: totam de auro formantes eam. Coronam quidem in palmam conferunt: frontiſpicia uero uerſatilia: ſculpturam habentia: ornatam in ſpeciem reſtis ex tribus partibus mare ſimilantis. Triangulis enim exiſtētibus frontiſpiciis unuſquiſq; angulus eandem formæ diſpoſitionem habebat. Quæ dum uerteretur: unam & non diuerſam ſpeciem demonſtrabat coronæ. Porro pars quæ ſub menſa erat incluſa: pulchre conſtructa fulgebat: pars autem quæ de foris apparebat: artificii decore plus cuncta ſplendebat: quia uiſui uel ſpectaculo patebat. Vnde proceritate partium ambarum acutam fieri contigerat: nē ullus angulus trium ut prædiximus exiſtentium in tranſductione minor uideretur. Diſpoſiti uero erant in modum funium torno factorum præcioſiſſimi lapides: aureis ſperulis per foramina concluſi. Partes autem quæ per latera coronæ cernebantur: in ſpeciem ouorum optimo lapide factorum figurate nitebant: ſculpturæ uirgulas imitatæ: quæ ſpiſſe circa menſam uoluebantur. Ouorum autem diſpoſitionem circunduxerunt opifices: ornatamq; omniū fructuum naturam: uuas pendentes: ariſtas ſurgentes: mala grana concluſa. Lapides autem ſecundum genus prædictorum fructuum ad ꝓprium uniuſcuiuſq; colorem formatos: circa totam menſam ex auro ligauerunt. Sub corona quoq; ouorum ſimilis ordo: ſeu uirgarū conſtiterat: ut ex ambabus partibus eandem operis uarietatē cauāq; ſpeciē mēſa conſtructa ꝓferret: ne frontiſpicii uel coronæ poſito in alteram partem mēſæ cōuerſa: fieret diuerſa: ſed eadē uſq; ad pedes facies opis extēderet. Nam ductile aurum quattuor digitis latum: ſecundum totam menſæ latitudinem ſuper quod pedes eius imponerent: fecerunt: deinde ſperulis & clauſuris eos cum corona menſæ conſtruxerunt: ut eundem artificii: uel magnificentiæ uiſum præberent. in quacunq; partem menſa conuertaretur. Super mēſam autem Mæandrum fluuium ſculpſerūt: lapides præcioſiſſimos in medio eius tanquam ſtellas uario colore ponentes. Nam carbunculum uel ſmaragdum iocūdo aſpectu fulgētes miſerunt: aliorumq; genera lapidum qui uel induſtria uel emulatione digni: per excellentiam naturæ cunctis exiſtunt. Poſt mæandrum autem completum: in ſpeciem funis quiddam circunferebatur: in medio figuram ſublongā & rotundam habens: ſuper quod chriſtallinus lapis erat electrum impoſiti pari pene formarum aſpectu: qui delectationem miram intuentibus præſtabant. Capita uero pedum eius ſimilia lilliis frabricauerant: curuationem brachiorum habentia ſub menſa reflexam: intus uero rectum inſtar lilii germē uidebatur: quæ lapis carbunculus in palmum factus: figuram crepidinis oſtendēs: & latitudinem octo digitorum habens ſuſtentabat. Nam ſuper eum pedum omne pondus initebatur. Sculpſerunt ēt tenuiſſimo uel laborioſiſſimo torno unūquēque pedum: in quibus hederæ uel uitis palmites cum uuis exiſtentibus eminebant: ut nihil a ueris diſcrepare putarentur. Siquidem ad aure flatum per tenuitatem & extenſionem ſūmitatis ſuæ commotæ: imaginationem naturalium arte præbebant. Verumetiā figurā totius menſæ tribus tabulis conſtruxere: compagine ptium in in uicem ita colligata: ut iuiſibilis exiſteret: nec intelligeretur eorum inſertio. Groſſitudo uero menſæ non minus dimidio cubito fuiſſe dinoſcitur. Talis ergo uotiua menſa multa regis munificētia: uel præcioſitate materiæ: ac uarietate pulchritudinis: & induſtria artificum ſtudioſe perfecta eſt: & licet magnitudine prioris deo deuotæ menſæ non deſtinaret: artificio tamen & nouitate: uel claritate facturæ: ualde melior & ſplēdidior elimata fugebat. Crateras etiam aureas duas fecerunt: ſculpturam uiperam ab inferiore parte uſq; ad cingulum habentes: lapidibus uariis in ſquāma concluſis. De hīc ſuper eos fecerunt Mæandrum altum cubito: compoſitione lapidum diuerſorum: ſpecie magna fulgentem: in quo uirgarum ordo inſtabat: de quibus complexionibus ſimul uſq; ad labrum protrahebatur. Per medium quoq; quattuor digitorum ſculptura pulchris lapidibus iſerta: decorē craterum oſtendebat: quorum labra liliorum foliis: & uuarum floribus in orbem productis corona complectebatur. Et aureas quidem crateras duas: capientes utraſque amphoram huiuſmodi conſtruxerunt. Argentei uero clariorem ſpeculis ſplendorem emittebant: ut certius in his facies aſpicientium uiderentur. Inſuper fecit rex pateras triginta ex auro necnon lapide præcioſo: & circūdate foliis hederæ: uel auratis bratteis: quaſi uitis celatura artificioſe obumbrabantur. Hæc ideo ita fiebant quod per ſcientiam opificis arte mira reliquos anteirent: & multomelius ſtudio uel mu-

ficentia:regis formabantur. Non enim tantum inceſſanter & large artificibus impẽdia præſtabat: quanto etiam publico⁊ negocio⁊ relictis regiminibus:ipſe operantibus ſemp inſtabat:& frequenter artifices uiſitabat. Quapropter opera opificum diligẽtia regis & induſtria feruente propẽſius imminebat. Cunq; hæc ad Hieroſolymam tranſmiſſa Ptolomei uoto fuiſſent:& princeps ſacerdotum Eleazarus ea deo dicaſſet:portitores eorum honorans:donaq; regi deportanda præſtans ad eum remiſit. Ergo poſtquam Alexandriam peruentum ẽ:& Ptolomeus præſentiam eorum cum ſeptuagĩta ſenioribus audiuit:ſtatim Andream & Ariſtenum legatos euocari præcepit. Qui ueniẽtes:epiſtolas quas a principe ſacerdotum deportauerunt obtuleruntꝫ& ea quæ uerbis eos diſſerere iuſſerat edixerunt. Studens autem colloqui ſenioribus ab Hieroſolymis pro interpretatione legum dictis:diuerſos quidem qui pro ſuis cauſis aderant denunciauit dimittiꝫmirabilem hãc & præter conſuetudinem faciens dimiſſionem:ut qui propter huiuſmodi cauſas ducebantur:poſt quintum diem eum adirent. Legati uero poſt menſam a rege⁊ tunc dimiſi:illos ab Eleazaro diſtinatos expectabat. Dũq; ſeniores illi cum donis quæ regi deportãda princeps ſacerdotum eis dederat aduenĩſſent:cũ uoluminibus tranſieruntꝫin quibus litteris aureis conſcriptæ leges continebantur. Et rex eos de cordicibus percunctabatur. Cum uero reuelarent:& oſtenderẽt tenuitatem membranæ:uel in compræhenſibilem eorum compaginem rex miratus ẽ:q; ita fuiſſent compacta. Dumq; hoc diu feciſſet:gratias inquit ago⁊ uobis quidem q; uenĩſtis:maiores uero illi qui uos deſtinauit:ſed ante omnia deo: cuius hæ leges uenerandæ probantur. Cunq; clamaſſent ſeniores:uel hii qui præſentes erãt:orantes proſpera regi diuinitus euenire:nimium delectatus:prorupit ad lachrymas. Nam ſæpius natura hoc ſummo gaudio patitur:quod ẽt dolentibus ſolet accidere. Tunc iuſſit Codices primatibus officii deſignari:uiros autem oſculatus æquum dixit eẽ:primum ad eos facere ſermonem pro quibus eẽnt uocati:immo & diem quo ad eum deducti fuiſſent:clarum ſingulis annis per totum uitæ ſuæ tempus celebrare ſe promiſit. Nam euenit eũdem eſſe primum præſentiæ illorum:& uictoriæ diem:quo Antigonum nauali prælio uicerat. Epulari etiam ſecum eos præcepit:hoſpitiaq; in arce denũciauit eis omnia deputari. Nicanor autem ſuper ſuſceptionem peregrinorum conſtitutus:Dorotheum uocãs:qui de his curam habebat:iuſſit ſingulis neceſſaria præparare. Nam ita diſpoſitum a rege fuerat: ut alimenta quibus ſingulæ ciuitates utuntur:exhiberentur diligenter conſuetudini peregrinorum ad eos uenientium:& eis omnia ad nutum eorum pararentur. quatenus cibis ſolitis magis delectarentur:ne forſan corrupti extraneis grauarẽtur:quod & circa iſtos effectum eſt. Dorotheo uero quẽ pro ſinceritate uitæ ſuper hæc rex conſtituerat:per quem:& præparauerat omnia:quæ ad huiuſmodi conuenirent conuiuia hæc implẽte:partem quidem mediam eorum ad dexteram ſuam:reliquos autem poſt eius accubitum:nihil prætermittens:quod ad eorum honorificentiam pertineret. Poſtquam autem ita diſcubuerunt:iuſſit Dorotheo ſolita miniſtrare:quibus omnes Iudæi ad eum uenientes utebantur. Tunc itaq; ſacros precones & imolatores & alios qui uota faciunt recuſauit:& unũ e ſenioribus nomine Heliſeum ſacerdotem exiſtentem:rex petiuit facere orationem. Qui in medio ſtans regi bona & ſubiectis eius optauit:& poſt plauſus cum gaudio & clamore omnium ſurrexerũt & reſidentes ad epulationem & delitias paratas ſe contulerunt. Præterea rex quantum ſatis ei uiſum eſt cœpit philoſopharĩ:& unumquenq; eorum naturales percunctari ſermones:& ad contemplationem queſtionis accendere:cauteq; illis ad omnia reſpondentibus quæ eis obiecta eſſent & explanãtibus:gauiſus:per duodecim dies hoc conuiuium inſtruxit. Et qui uult ſingula cognoſcere:quæ in conuiuio præparata ſunt: legat uolumina Ariſteni:quæ propter hæc conſcripſerat:& agnoſcet. Mirante uero eos non tantum rege ſed etiam Menedemo philoſopho:dicente omnia per prouidẽtiam diſpenſari:ideoq; uirtutem & pulchritudinem uideri:deſtitit rex quidem de his facere ſermonem. dicebat autem maxima ſibi bona per præſentiam eorum fieri:nam profuiſſe eis:quod didiciſſet ab illis:quemadmodum deberet regnare:iuſſitq; dari ſingulis talenta tria:& deputauit illis:qui eos perducere ad diuerſoria deberent. Poſtquã uero tres exceſſerunt dies:congregans eos Demetrius: tranſiit ad ſtudium maris:& unum tranſiens poteſtatem:adiit partes aquiloni coniunctas concilioq; fecit in domo prope littus ſtante:& apta ſecretis ad cognitionem negociorum. Vbi eos perducens:petebat omnia quæ opus habebant ad legis interpretationem:ut ipſis præſentibus diceret:& inceſſanter opus implerent. Cunq; illi munificenter:& laborioſe cautam interpretationem facerent: uſq; ad horam nonam in hoc ſedentes:ad curam corporis uertebanturꝫita inuitante eos Dorotheo: uel opulenter conuerſationis ſalubria præbente. multaq; etiam ex his quæ regi parabantur. Mane autem ad aulam uenientes: Ptolomeum ſalutabant & rurſus ad eundem locum rediebant:& manus in mari lauantes:& ſeipſos purificantes ita legis interpretationi nacabant. Itaque tranſcripta lege & opere interpretationis ad effectum per. lxxii. dies tranſacto. Congregans Demetrius Iudæos omnes ad locum in quo tranſlatæ leges fuerant:præſentibus etiam interpretibus legit eas. Cũq; multitudo:amplexa legem:uel ſeniores eius interpretes:Demetrium eo quod magnarum rerum inuentor eſſe uideretur laudaſſet rogauit etiam:ut & præſidibus ſuis daretur legenda:& petierunt omnes ſacerdotes interpretes:ſeniores:& præpoſitos gentis:ut bene interpretata:permaneret immobilis. Cum uero omnes ſententiam laudaſſent:iuſſeruntꝫut ſi quod aut ſuperfluum:aut minus ali-

quid ſcriptum uiderent in lege:hoc deſpicerent:& manifeſtum facientes emendarent:hoc exhi gentes:ut quod ſemel iudicatum fuerat bene ſe habere:ſempiterna memoria remaneret. Gauiſus ergo rex & uidens uolũtatem ſuam ad utilem rem eſſe profectam:& delectatus relictis legibus:& ſenſum & ſapientiam:& legiſlatores obſtupeſcens:ad Demetrium ſermones facere cœpit:q̃ ita mira exiſteret legiſlatio q̃ nemo neq̃ hiſtoriographus:neq̃ poeta meminiſſet eius.Cui Demetrius reſpondit:neminem fuiſſe auſum:harum legum tangere conſcriptionem q̃ diuina & uenerabilis eſſet:& quia leſi ſunt quidam a deo hoc præſumentes.Significabat uero:qualiter Theopompus uolens in hiſtoria aliquid de his conſcribere:ſit mente turbatus:plus triginta diebus:& cum ad ſe reuerſus cum humilitate a deo ueniam ſupplicaret:dei ſibi clementiam factam ſuſpicatus eſſet:necnon & in ſomnis uiderit:q̃ ei ideo accidiſſet:quia diuina ſcrutatus eſſet:& proferre ea ad homines impuros uellet: cum conſcribere quieuiſſet recepit ſenſum.Referebat autem & de Theotecto tragœdiarum poeta dicens:quia cum niſus fuiſſet in aliquo dramate eorum meminiſſe:quæ in diuino uolumine continentur:oculis obſcuratis recognouit cauſam ſuæ cecitatis:& ita liberatus eſt a paſſione deo ueniam indulgente. Hæc ergo rex pure ſuſcipiens petiuit interpretes:frequenter ad ſe de Iudæa proficiſci: hoc enim eis ad honorem & ad donationem ab eo profuturum dicens:nunc uero iuſtum eſſe eos dimitti dicebat:ſponte autem ad eum uenientes:omnia quæ æquum eſſet ſapientiam eorum impetrare:& pro ſua maieſtate dignum largiri promiſit.Et quidem tunc remiſit eos donans unicuiq̃ optimas tres ſtolas:& auri talenta duo & calicem unius talenti:totumq̃ conuiuatorium. Principi aũt ſacerdotum Eleazaro deſtinauit per eos lectos cum aureis pedibus decem:& conuenientem eis,ſup pelectilem:& calicem talentorum triginta:inſuper ſtolas decem:& purpuram:& coronam decoram & lineas de byſſo centum:præterea & pateras:& trullam:& libatoria:& crateras aureas duas deuouẽdas.Petiuit autem & per epiſtolas:ut ſi quis de his uiris uoluiſſet reuerti ad ſe eum permitteret:dum nimium delectaretur cum eruditis habere ſermonem:& diuicias ſuas libenter talibus impartiri.Huiuſmodi quidem cauſam ad honorem & gloriam Iudæorum Ptolomeo nomine Philadelpho fieri contigit.

Quemadmodũ honorauerũt reges Aſiæ gẽtem Iudæoꝝ:ciueſq̃ multos ex ipſis in ſubiectis ſuis ciuitatibus ſtatuerunt. CAP. III.

IMpetrauerunt aũt & a regibus Aſiæ honorem:qũo cum eis caſtrametati ſũt.Nam Seleucus nomine Nicanor in ciuitatibus quas per Aſiam edificauerat:& inferiore ſyria: & in ipſa Metropoli Antiochia republica ſua dignos eos effecit & æquum eis honorẽ cum habitatoribus Macedonibus & Græcis deputauit.Hactenus in eadem conuerſatione eos aliquando manſiſſe ſignum eſt:q̃ Iudæi nolentes alienigenaꝝ uti oleo:accipiunt diffinitam quandam a principibus olympiaci certaminis pro p̃cio olei pecuniam:populoq̃ Antiocheno in præſenti bello uolenti ſoluere conſuetudinẽ.Mutianus præfectus tunc ſyriæ conſti tũta ſeruauit:& poſt hæc imperatoribus Veſpaſiano & Tito orbis terrarum:ſupplicauerunt Alexandrini & Antiocheni:ut eis ius reipublicæ de reliquo cum Iudæis non deberet eſſe cõmune:nec impetrauerũt.Vnde poteſt conſiderari romanoꝝ modeſtia:& potius magnificentia Veſpaſiani & Titi. Qui cum multa pericula bellando contra Iudæos ſuſtinuiſſent.acerbe ferentes q̃ ſe tradere noluiſſent.ſed uſq̃ ad finem pugnantes permãſiſſent:nihil penitus eis de hoc quod dudum præſtium fuerat abſtulerunt:ſed ſimul & priorem iram & petitionẽ magni populi Alexandrini & Antiocheni uiuaciter expulerunt:dum nihil neq̃ pro amicitiis ad gratiam iſtorum:neq̃ pro inimicitiis deiectorum concederent:quatenus perſolueretur aliquid priſtinæ Iudæorum utilitatis:dicentes eos in pugna dediſſe pœnas:qui arma cœperunt:inſontes autem non eẽ iuſtum ſua poſſeſſione priuari.Simile uero & Marcum agrippam erga Iudæos ſenſiſſe cognouimus. Nam motis contra eum Cretenſibus:& petẽtibus Agrippã:ut conuerſationẽ quam eis Antiochus Seleuci neposq̃ apud græcos dicitur dederat ſoli poſſideret & dicentibus:ut ſi cognati eẽnt eoꝝ Iudæi:colerẽt ꝓprios eorũ deos:habito iudicio Iudæi uicerũt:ut ſuis utãtur moribus:defẽdẽte eos Nicolao damaſceno.Nã Agrippa interlocutus eſt:nihil ĩnouare eis licere.Siquis aũt certius hæc uult noſſe:legat nicolai centeſimam & uiceſimantertiam & quartam hiſtoriam:& Agrippæ quidẽ iudiciũ non ẽ forſitã admirãdũ.Nõ.n.pugnabat tũc gẽs noſtra aduerſus romanos.Veſpaſiani ẽt & Titi magnificẽtiã qlibet decẽtius obſtupeſcit:q̃ poſt tot bella tãtaq̃ certamina q̃ contra nos habuerũt tã pie diſpoſiti fũt.Repetã ãt orationẽ:unde ad hæc uideor eẽ digreſſus.Iudæos igitur ſub ĩperio magni Antiochi regentis Aſiã conſtitutos contigit multa tolleraſſe:dũ terra eoꝝ diuerſis calamitatibus ſubiaceret:cũ illis q̃ humilẽ Syriã hitare uidebant.Nã cũ Antiochus pugnaſſet contra Eupatorẽ Ptolomeũ:& eius filiũ Ptolomeũ:cognomine Epiphanẽ:laborare contigit eos cũ uincẽte & uicto:& eadẽ pati ut pares exiſterẽt:naues turbatæ & tẽpeſtatibus fluctuãtes:dũ iter fœlicitatẽ & calamitatẽ Antiochi fuiſſent cõmuniter cõſtituti.Cũq̃ uiciſſet Ptolomeũ:Antiochus Iudæam recepit.Defuncto uero Ptolomeo filio Eupatore:filius eius magnã uirtutẽ militũ miſit:& ducẽ Scopam nomine:cõtra humilem Syriãꝫ multaſq̃ eoꝝ ciuitates cœpit.Ex quo noſtra gens expugnata adiecta ei eſt:& non poſt multum Antiochus Scopã uicit:confligẽs cõtra eũ iuxta fontem Iordanis:& multos ab exercitu eius proſtrauit.

Poſtea uero Antiocho capiente Syriæ ciuitates:quas Scopa tenuerat:ex Samaria ſponte gens Iudæorum ad eum tranſiẽs:in ciuitatem omnem eius exercitum ſuſcepit:& elephantis abundanter alimẽta præbuerunt:& obſidẽte eos qui ab Scopa in arce Hieroſolymorum relicti ſunt cuſtodes: prono animo auxilium præſtiterũt. Igitur Antiochus iuſtum arbitratus Iudæorum erga ſe ſtudium liberaliter remunerandum:ſcripſit magiſtratibus & amicis teſtimonium exhibẽs q̃ ab eis bene tractatus eſt:ſed & donationes quas eis pro gratia retribuere cogitauit:manifeſte illis innotuit. Referam uero epiſtolas quas magiſtratibus de ipſis ſcripſerat:præponẽs teſtimonium:quod nobis p̃bet Polibyus Megalopolytanus in undecima hiſtoria ſua ita dicens. Ptolomei dux Scopa ad ſuperiora uadens loca:ſuperauit hiemis tempore gentem Iudæorum. Dicit nanq̃ & in eodem uolumine: qualiter Scopam Antiochus deuincens. Bythyniam & Samariam:& Abella: & Gadera cepiſſet. Paulo poſt uero tradiderunt ſe ei Iudæi:qui circa templum habitabant. Factæ autẽ apparitionis in templo ad aliud tempus narrationẽ differamus. Polybius quidem hæc in hiſtoria conſcripſit. Nos autẽ reducamus orationẽ ad narrationẽ priorẽ:intimantes epiſtolas regis Antiochi. Rex Antiochus Ptolomeo ſalutem. Iudæi mox ut prouinciam eorum ingreſſi ſumus:liberalitatem circa nos ſuam oſtẽderunt:& uenientes ad ciuitatẽ clare nos ſuſceperunt:cum ſenioribus & principibus occurrentes:& abunde miniſtrauerunt militibus:& elephantis uictualia & nobiſcum ad arcẽ pugnauerunt contra cuſtodes Aegyptiorum. Ergo dignum & nos iudicamus eos remunerari:& reficere ciuitatẽ deſtructam:& rurſus in eam habitatores congregare diſpſos. Et primũ conſtituimus,ppter pietatẽ eis p̃ſtari ad īmolatiões uictimarũ:& uini & olei & libaminis p̃cium argẽteoꝝ uiginti milia: & ad ſimilam ſecundũ prouincialẽ legẽ tritici modios mille quadringentos ſeptuagintaquinq̃. Præberi ãt hæc inquit eis uolo ſecũdum mea mandata: & opus templi conſtrui: & porticus & ſi quid oportet aliud reſtitui Materies autem lignorum deponatur ex ipſa iudæa:& ab aliis gentibus:& a libano:nullo p̃ his exigente uectigal. Similiter & in aliis in quibus oportet clariſſimam templi fieri uolumus edificationem. Conuerſetur omne genus eoꝝ ſecundũ proprias leges: relaxẽtur & ſacerdotes & ſcribæ templi & cantores ſacri a tributis: quæ pro ſuo capite dabant: & regio uectigali:uel ab aliis cunctis oneribus:ut pro opere eorum ciuitas habitationibus hominum apta reddatur. His quoq̃ qui uel nunc habitant:uel habitaturi conueniunt: donamus tributa uſq̃ ad menſem hyperberetheũ: & per tres annos liberamus a tertia parte fiſcalium: quatenus eorum leſio releuetur:Et quicunque ab ipſa ciuitate ad iuga ſeruituris abſtracti ſunt: ex ipſis genitos libertati donamus: & ſubſtantias eis reddi præcipimus. Epiſtola quidem hæc continebat. Ornato autem templo: edictum per omne ſuum tranſmiſit imperium:in quo continebatur neminem alienigenarum intra muros templi ingrediendi habere licentiam:nec Iudæos niſi quibus mos eſt:purificatos ſecundum patriam legem:neq̃ inferri ciuitati equinas carnes:neque mularum:neque ferarum manſuetarum uulpium:aut luporum:aut leporum:aut pardorum:& generaliter omnium animalium quæ Iudæis interdicta ſunt:ut nec pelles eorum liceret afferri:neq̃ horum aliquid intra ciuitatem paſcere:ſed ſolitis parentum uictimis. ex quibus & deo oportet ſacrificare:uti permiſſum eſt. Qui autem aliquid horum tranſgreſſus fuiſſet:mulctatus pecuniæ præſtaret ſacerdotibus dragmas tria milia. Scripſit etiam teſtimonia noſtræ pietatis:& fidei præbens:cũ rebelles Phrygas & Lydos adiſſet:eo tempore: quo ad ſuperiores Perſarum ierat prouincias iubens Zeuſidi cariſſimo:ut mitteret quoſdam noſtrorum a Babylone ad phrygiam:ita per epiſtolam ſuam mandans rex Antiochus Zeuſidi patri ſalutem. Si ſani eſtis:bene eſt:ſanus & ego ſum. Audiẽs autem phrygas & Lydos rebellare magna cogitatione per motus conſilium animo percepi quid oporteret fieri. Placuit autem ad caſtella uel neceſſaria loca Meſopotamiæ & Babyloniæ Iudæorum domus duo milia cum apparatu ſuo deducere:credo eni fideles nobis eos cuſtodes futuros propter pietatem:quam circa deum habent. Nam teſtificantur patrẽtes noſtri fideles eos:& pronum animum habere in his quæ petiti fuerint. Volo igitur licet difficile eſſe credam migrari:ut permittas eos legibus propriis uti:& cum eos ad prædicta loca migraueris:ad edificandas ſibi domos locum unicuiq̃ diſtribui:terramq̃ colendam dari: & uitium plantationes & tributa fructuum terræ concedere per annos decem. Accipiant uero uſquequo fructus colligant triticum ad cibum ſeruorum quod eis ſufficiat:ut noſtram impetrantes clementiam:promiores ſeipſos erga nos præbeant Præterea prouidentiam faciens eorum gentis ſecũdum poſſibilitatẽ: quatenus a nullo moleſtiam patiantur. De amicitia quidem magni Antiochi & Iudæorum:hæc a nobis pro teſtimonio dicta ſunt. Poſtea uero ut amicitiam & fœdus Ptolomeus cum Antiocho cõpoſuit:dedit ei filiam ſuam Cleopatram ad nuptum:concedens ei humilem Syriam:& Samariam: & Iudæam:& Phœnicem dotis nomine. Diuiſis autem in utrunq̃ regem tributis:unuſquiſq̃ ſublimiſſimus patriæ ſuæ colligẽs uectigalium ſummam ſtatuam regi offerebat. Eodem uero tempore Samaritæ infœliciter agentes:multa contra Iudæos mala fecerũt: terramq̃ eorum depopulantes: multos inde captiuos trahebant:quæ facta ſunt ſub principe ſacerdotum Onia. Nam defuncto Eleazaro principatum ſacerdotii patruus eius Manaſſes ſuſcepit:cuius poſt finem uitæ Onias eo in honore ſucceſſit,filius exiſtens Simonis cognomine iuſti:qui Simon frater Eleazaris:ſicut prædiximus:erat.

De infœlicitate Iudæoꝝ quam poſtea emendauit Ioſeppus filius Tobiæ:componẽs amicitias cũ Ptolemeo cognomine Epiphane. CAP. IIII.

POſt autem Onias paruulus mente:& pecuniis auarus exiſtens:pro populo regibus uectigal quod patres eius ex propriis dabant ideſt uiginti talenta pecuniarum nõ reddens ad iram regem Ptolomeum cõmouit:qui & legatum tranſmittens ad Hieroſolymam:culpabat Oniam non reddentem tributa:& interminabatur:ut ſi non acciperẽt tributa:terram eorum ad iugera metiretur & mitteret ad habitandum illic millites. Audientes uero mandata regis Iudæi turbabantur:hunc aũt Oniam nihil horum flectebat propter auariciam ſuam. Ioſeppus aũt quidam iuuenis ætate:ſed propter caſtitatem & ſuam prudentiam iuſticiæ gloriam habens apud Hieroſolymitas:patre Tobia:& ex ſorore Oniæ principis ſacerdotum progenitus:mandante matre legati præſentiam dum ille eſſet ad ficulam uicum:ubi natus erat:ueniens in ciuitatẽ increpabat ſacerdotem:non ꝓuidẽtem innocẽtiæ ciuium:ſed ad pericula mittere uolẽtem gẽtem ꝓpter pecuniarum priuationẽ:dum per ipſum populum dignitatem accepiſſet:& principatum ſacerdotalis honoris impetraſſet. Si aũt cupiditate haberet pecunias:ita ut ꝓpter ipſas & piculum fieri patriæ:& ciues ſuos afflictos uidere pateretur:ſuadebat ei ad regem ire & petere:ut ei aut oẽs pecuniæ aut pars concederetur. Tunc Onias neq; principatum uelle ſe gẽtis habere reſpondit immo & ſacerdotalẽ honorẽ ſi eſſet poſſibile paratum ſe eſſe deponere:ne tantum ad regẽ accederet. Et dum nihil ad ſe de his pertinere dixiſſet:Ioſeppus interrogauit eum:ſi ſibi concederet legationem ad Ptolomeum gerere pro gẽte. Cunq; conceſſiſſet Onias:aſcendit ad tẽplum Ioſeppus:& conuocata multitudine ad contionem nihil turbari eos uel timere ſuadebat ꝓpter auunculi Oniæ circa eos negligentiam:ſed rogabat:ut deponerẽt cordis meſticiam:qua pro regis mãdatis affligebantur. Nam legationem facturum ſed ad regem promiſit:ut flecteret eum:quo nihil iniquitatis in eos efficeret. Multitudo quidem hæc audiẽs. Ioſeppo gratias egit:ipſe aũt a templo deſcẽdẽs:in hoſpitium ſuſcepit Ptolomei legatum:donauitq; ei magnificẽtiſſima munera:& per multos dies munificentiſſime eum pauit:& ad regem remiſit:promittẽs ei ut & ipſe ſequeretur. Nam pronior factus erat ꝓficiſci ad regem legato inuitante:& concitante eũ ad Aegyptum ꝓuenire:& ꝓmittẽte omnia quæ a Ptolomeo peteret p ſe eum impetraturum:quia modeſtiam morum eius nimis amabat. Cũq; legatus ad Aegyptum perueniſſet:& regi nunciaſſet in deuotionẽ Oniæ:& utilitatem Ioſeppi:quẽ uentuꝝ ad eum dicebat:& ſatiſfactuꝝ pro exceſſu Oniæ:qui etiam regem patronum eſſe confideret:tanta laudum magnitudine ꝓ adoleſcẽte utebatur:ut regem & uxorem eius Cleopatrã prius familiarem faceret habere Ioſeppum quã eum haberẽt præſentẽ. Ioſeppus aũt mandans amicis ad Samariam:& mutuam ab eis accipiẽs pecuniã:& parans conueniẽtia ꝓfectioni:ueſtes & pocula & ſub iugalia:quæ oĩa ad uiginti milia dragmas eſſent ad Alexandriam uſq; ꝓuenit. Contigit aũt p illud tempus oẽs primatus & magiſtratus aſcẽdere ciuitates Syriæ & Phœnice:ut uectigalium ſuſciperẽt exactionem. Nam ſingulis annis potẽtibus per ciuitates eam rex cõmittere conſueuerat. Videtes aũt hi per uiam Ioſeppum deridebant eius paupertatem & inopiam. Cunq; ad Alexandriam ꝓueniſſet:in Mẽphis Ptolomeum eſſe cognouit:cui occurrere feſtinauit. Sedẽte autẽ ſuper currum rege cum uxore & amico Athenione:qui cum legatione ad Hieroſolymam deſtinatus:& a Ioſeppo hoſpitio clemẽter exceptus eſt. Videns Athenio mox regi innotuit:dicẽs hũc eſſe:de quo ab Hieroſolymis ueniens nunciauit:quam bonus inquit iuuenis & liberalis. Ptolomeus uero primus eum ſalutauit:& aſcendere ſuper currum fecit. Poſtq; uero ſedit cœpit rex Oniam accuſare. Tũc Ioſeppus ait. Veniam ei queſo præſta propter ſenectutem. Non enĩ uos latet q; ſenes & infantes eandem mentẽ contigit habere. A nobis aũt redditur tibi ratio:ut ei penitus iraſci non debeas. Gauiſus autẽ rex de prudẽtia atq; beniuolentia iuuenis:plus eum quippe iam expertum diligere cœpit:iuſſitq; in aulã regiam ſuſcipi:& quottidie ſuæ menſæ eẽ conuiuam. Cunq; ueniſſet ad Alexandriam rex:uidẽtes Syriæ priores conſedẽtẽ Ioſeppum:ægre ferebant. Inſtante uero die quo ſuſcipi habebant uectigalium ſoleñiter exactiones diuerſarum ciuitatum nobiles data pecunia ſuæ patriæ exigẽda fiſcalia cõducebant:quæ uſq; ad octo milia talenta humilis Syriæ & Phœnicis & Iudeæ & Samariæ colligebantur. Audiens ergo Ioſeppus culpabat eos qui conducebant:tanquã paruo munere exigẽda regi uectigalia promiſiſſent. Ipſe autem duplum dare pollicitus eſt:& fiſci iumbus peccantium ſubſtãtias applicare. Nam & hoc cum uectigalibus tradebatur. Rex itaque libenter audiuit q; ad eius ærarii ſpectaret augmentum:& petente Ioſeppo cõfirmari ſibi uectigalium conductionem interrogauit ſi ſecundum promiſſionem ſuam uades idoneos habere potuiſſet. Ille uero facile reſpondit. Dabo inquit homines bonos & optimos de quibus confidas. Cunque diceret rex:qui ſunt iſti uades:quos te dare promittis:Ioſeppus:te inquit o rex & tuam uxorem pro utraque parte ſponſores præbebo tibi. Cuius uerba libenter ſuſcipiens Ptolomeus ſine fideiuſſore uectigalia eum habere permiſit. Quod factum nimis contriſtauit eos qui de ciuitatibus Syriæ ad ægyptum uenerant:quod ſimili non fuerant benignitate tractati:unde cum magna confuſione ad ſuas unuſquiſque prouincias receſſere. Ioſeppus uero accipiens a rege duo milia peditum: petiuerat enim aliquod auxilium ut uires haberet contra contumaces ac rebelles exigere:tunc mutuans propter expenſas ſuas ab

amicis regis qūingenta talenta de Alexandria in Syriam eſt profectus:qui poſtquam uenit in Aſca lonem uectigalia exigens Aſcalonitas quoniam nihil dare uolebant:ſed etiam conumeliis eū gra uibus afficiebant:capiens priores ipſorum uiginti trucidauit:& ſubſtantias eorū uſque ad mille col lectas talenta regis utilitatibus applicauit: intimans ei quæ contigerunt. Miratus autem Ptolomeus prudentiam eius:& laudans quæ facta fuerant:permiſit ei agere quæ uellet. Hæc audientes Syrii ob ſtupuerunt Aſcalonitarum contumaciæ exempla: metuentes ciuitatibus ſuis: & ideo foribus ciui tatum reſeratis deuotis animis aduentum Ioſeppi ſuſtinebant. Nitentibus uero Scitopolitanis con tumeliis eum afficere: & uectigalia denegare quæ prius ſine dilatione reddebant: horum quoque priores interfecit: ſubſtantiaſque eorum fiſci iuribus applicauit. Colligens uero pecunias multas:& maximum faciens lucrum ab exactione uectigalium abutebatur collecta pecunia: ut ei potentia per maneret:occaſionem ſibi: & cauſam fœlicitatis ſeruare putans ex his quæ congregauerat: & multa large regi & Cleopatræ uel amicis eorum bona dirigebat patrocinia ſibi eorum fauoremq; concili ans. Potius uero hac fœlicitate per annos uiginti duos:& pater factus ab una quidem uxore ſeptem filiorum:habuit etiam ex filia fratris ſui Solini unum nomīe Hyrcanum:quam accepit ex tali cauſa: cum fratre quōdam Alexandriam pergens: ducente etiam ſecum filiam nuptiis iam maturam:ut eā coniungeret alicui ſublimi iudæorum:dum apud regem cœnaret: & intraſſet Pantomima ad con uiuium concupiuit eam: fratrique nunciauit deſiderium ſuum:petens eum celare ſuum peccatum. Nam apud Iudæos lege prohibetur alienigene conuenire mulieri: quapropter petebat:ut fideliter cauſam eius cupiditatis expleret Frater autem eius libenter miniſterium ſuſcepit ornāſque ſuam fili am:nocte adduxit ad eum & collocauit. Ille ex ebrietate neſciens ueritatem cum fratris filia concu buit. quo ſæpius facto ualde dilexit eam:dixitq; ad fratrem quod uita eius periclitaretur ſi rex ei mi nime concederet Pantomimam Fratre uero petente nihil eum debere metuere: quia licebat ei frui muliere uxoremque habere:& uerum aperiens ei: ac dicens magis ſe uelle filiam iniuriam ſuſtinere quam illum uidere ad confuſionem deteſtabilem peruenire: laudans eum Ioſeppus de concordia fraternitatis filiam eius duxit uxorem & filium ex ea genuit Hyrcanum ut prædximus. Qui cum adhuc tertium decimum annum agens demonſtrabat naturalem fortitudinem & prudentiam: ut etiam acerbam emulationem fratribus ſuis excitaret. Ioſeppo uero uolente cognoſcere quis de fili is ſuis uirtute melior exiſteret:unumquenque ad doctorum ſublimium ſtudia deſtinauit. Et cæteri quidem deſidia diſciplinarum indocti fatuique redierunt. Poſt illos autem adoleſcentulum Hyrca num direxit:danſque ei trecenta iuga boum:tranſmiſit uiam duorum dierum ad ſolitudinem ſemi nare:celans lora quibus ligarentur:quæ non habens Hyrcanus: aratorum quidē ſententiam repro bauit ſuadentium:ut ad patrem mitteret quoſdam deferre lora. Tempus autem non arbitratus non oportere ſe perdere dum expectaret illos qui tranſmittendi erant: excogitauit uirile quoddam & maius ætate ſua. Occidens enim decem iuga:carnes quidem operaris diſtribuit:pelles uero eorum incidēs retinacula fecit:per quæ iuga ligauit: & hoc modo ſeminans terram quam ei præceperat re uerſus eſt ad eum: quem pater ſuſcipiens nimis dilexit propter prudentiam & argutiam mentis:& fiduciam eius laudans tanquam ſolum proprium filium diligebat:propter quod fratres eius contri ſtabantur ut uero nunciauit quidam Ioſeppo per illud tempus filium regi Ptolomeo genitum: & quod omnes priores Syriæ:& ſubiectarum prouinciarum celebrarent natalis pueri diem: cum ap paratu maximo ad Alexandriam ire ipſo quidem ſenio prohibebatur:filios autem iterrogauit quis illorum ad regem uellet ire:maioribus uero recuſantibus: & ad tales conuentus indoctos ſe eſſe di centibus:fratremque Hyrcanum poſſe ad regem ire firmantibus conſuluit eum. Qui cum ſe promi ſiſſet iturum dicēs ſe in uia non multas opus habere pecunias:dūm ſoleret bibere modeſte:& ei de cem milia dragmæ habunde ſufficerent: gauiſus eſt de ſobrietate filii. Deferens autem parum puer patri ſuadebat dona quidem exinde ipſi regi non mittere:dare uero epiſtolam ad diſpenſatorem in Alexandriam: quatenus ei præberet pecunias ad comparationem eorum quæ optima uel precioſa poterat inuenire. Qui opinatus decem talenta ſufficere ad ſumptum regii muneris: filium collau dans:ut bene admonentem ſcripſit diſpenſatori Arioni qui omnes per Alexandriam eius diſpenſa bat pecunias: non minus tria milia talenta exiſtentes. Nam Ioſeppus a Syria pecuniam ad Ale xandriam mittebat. Et conſtituto die ueniente: in quo aſſignari regi oportuiſſet. Arioni ſcribebat: ut eas redderet. Igitur Hyrcanus ſuggerens patri:accepit epiſtolam ad Alexandriamque perrexit. Egreſſo autem eo fratres eius ſcribunt omnibus regis amicis: ut eum occiderent. Qui ut peruenit ad Alexandriam:porrexit Arioni epiſtolam. Quo interrogante eum quanta uellet accipere talenta nam ſperabat eum querere decem tantum:aut his:pauco plus:cunque dixiſſet mille opus habere ira tus increpabat eum:quaſi uolentem luxurioſe uiuere:& dicebant quemadmodum pater eius ſubſtā tiam collegiſſet labore uel abſtinentia:& imitatorem fieri genitoris inuitabat. Dare autem non plus niſi decem talenta ſe dicebat:& hæc ad regiam donationem. Tunc furore commotus adoleſcens in uincula Arionem miſit: cuius uxor ad Cleopatram demandās petiit quatenus puerum increparet: nam ualde Arion apud eam honoribus præcellebat: quod etiam ad regis notitiam Cleopatra per duxit. Itaq; Ptolomeus ad Hyrcanū mittēs admirari ſe dicebat q; a pre ad ſe trāſmiſſus nō eū uidiſſet:

insuper & dispensatorem ligasset. Venire ergo eum: & causam sibi pro qua uenirēt indicare precepit: quem ferunt nuntio regis ita respondisse legē esse penes Iudæos: quæ prohibet communes epulas prius attingere: quam in templo dei immolare. Et ideo distulisset ne sine donis a patre transmissis ad regem peruenirēt. Propter hanc causam nō ad eum uenisse: seruū autem punisse nō obsecutū iussionibus suis dum nihil distaret inter magnum & minorem dominū: sed si talium contumacia nō emendatur: & tu inquit spera similiter a subiectis contemni. Quæ Ptolomeus audiens ad risum conuersus magnanimitatem adolescentis miratus est. Cunq; audisset Arion quod ita rex responsum accipiens nullum ei auxilium præberet: dedit adolescēti mille talenta: & a uinculis est solutus. Tres uero differens Hyrcanus dies regem reginamque salutauit: quem illi libenter suscipientes uiderunt: & amicabiliter pauerunt propter honorem patris. Qui latenter ad negociatores accedēs comparauit ab eis pueros centum litteras scientes unumquenque talento uno: & centum uirgines singulas eodem prætio. Cunq; iuitatus ad regis cōuiuium discubuisset cum priorib⁹ prouinciarum: ultimus oīum & tanquam puer ab his qui loca secundum dignitatem habebant contemneretur. Cunque oēs cōuiuæ regis ossa cibosq; ante Hyrcanum in mensa proiicerent: ipso tacente Tryphon qui ad conuiuia & ad risus conuiuiarum erat aptus: rogantibus se conuiuis iuxta mēsam assistens regi ait. Vides domine anteposita ossa Hyrcano. Ex hoc conice quod & pater eius sic omnem Syriam denudauit: quemadmodum hæc ossa iste carnibus expoliauit. Ridente uero ad uerba Tryphonis rege: & interrogante Hyrcanum: cur tanta ante eum ossa iacerent: apte inquit domine: nam canes semper ossa cum carnibus deuorāt: sicut isti fecerūt. Idē de accumbētibus dicēs: quoniā ista añ eos minime ossa iacebant: homines uero carnes comedunt: ossa autem iactant quod & ego tanquam homo nunc feci. Rex autem miratus eius respōsum tam sapienter dictum omnes plaudere iussit: uerbum eius laudantes. Postea uero die ad unumquenque regis amicum pergens: & ad potentes aulæ hos quidem salutabat: famulos autem interrogabat: quæ dona daturi sunt regi die natalis filii eius. Illis uero dicentibus: quosdam decem daturos talenta: alios autem nobiles plus secūdum magnitudinē substātiæ suæ: cōtristari se simulauit quasi non ualens talē donationē offerre: nā plusq; quinq; talēta se non habere affirmabat. quod serui audientes dominis nūciauerunt: qui gauisi sunt sperantes Ioseppum regem offendere: propter munerum paucitatem: instante uero die cæteri quidem regi offerrentes talenta non plus uiginti: qui magnā uidebantur offerre munerq; quātitatē Hyrcanus: quos cōparauerat pueros centum & uirgines totidē. unicuiq; dans talētum portare: obtulit pueros quidē regi puellas autem Cleopatræ reginæ: omnibus munerq; magnificentiā admirantibus & ipsis regibus & amicis eorum: insuper & regis seruientibus: quia digna dona multis talentis obtulisset: unde etiam & mortis pericula declinauit Hyrcanus: quæ fratres eius zelo ducti parauerunt. Tūc Ptolomeus magnanimitatē adolescentis miratus imperabat ei donationem quam uelle accipere: ille nihil plus petiuit ab eo in se fieri quam ut patri eius scripta dirigeret. Honorans ergo liberaliter: & donationes copiosas præstans patri & fratribus & omnibus magistratibus scripta transmisit. Audientes autem fratres eius Hyrcanum a rege talia meruisse: magnoq; cū honore redeuntē in occursum eius se egredi simulantes interficere illum etiam patre sciente omnimō decreuerunt: irascebatur. n. ei pater propter pecunias quas regi obtulerat: & non curabat salutē eius. Et irā quidē quā circa filium Ioseppus habebat regem timens celabat. Cōmittentibus uero aduersus eum fratribus pugnā: multos eorum qui eos sequebantur occidit cum duobus fratribus suis. Cæteri aūt ad patrē Hierosolymam confugerunt: qui postq; ad ciuitatem uenit nullo se suscipiente discessit trans Iordanem fluuiū: ubi remoratus uectigal a barbaris exigebat. Per idem autem tēpus regnabat in asia Seleucus qui Soter nominabatur filius magni Antiochi: tunc moritur & pater Hyrcani Ioseppus uir bonus & magnanimus qui populum Iudæorum a paupertate & debilitate ad clarissimas rerum causas usque perduxit his etiam uiginti & duobus annis Syriæ & Phœnicis & Samariæ tributa dispensauit. Defunctus ē uero & auunculus eius Onias principatum sacerdotii Simoni filio derelinquens.

De amicitiis Lacedæmoniorq; factis cū Onia principes sacedotū Iudeæ gētis. CAP. V.

MOrtuo quoq; & isto: filius eius Onias in honorē successit: ad quē rex Lacedæmoniorū Arius legationē direxit & epistolas: quarq; huiusmodi continebatur exemplar. Rex Lacedæmoniorq; Arius Oniæ salutē. Legētes scripturā aliquā inuenimus ex uno genere Iudæos & Lacedæmones extitisse: & familiaritatē cū Abraā sotialiter habuisse. Iustū est ergo cū fratres existatis trāsmittere ad nos & petere quæ uobis necessaria iudicatis: facimus uero & nos idem & uestra ꝓpria simul: & nostra cōmunia reputamus. Portitor litterarq; Demoteles epistolas uobis defert quadrāgulo scriptas signaculū habētes aquilā: draconē unguibus deportātē. Epistola igit a Lacedæmoniorq; rege destinata textū huiusmodi cōtinebat. Defuncto aūt Ioseppo populum cōtigit seditionem pati propter filios eius. Nam maioribus bellum gerentibus contra Hyrcanum ultimū filiorum Ioseppi: dissensit ab inuicem multitudo: pluresq; maioribus auxilium ferebant cum principe sacerdotum Simone qui cognatus eorum & affinis extabat Hyrcanus autem redire quidem ad Hierosolymam minime iudicauit. Sedens uero trans iordanē frequēter Arabas debellabat. Aedificauit ergo turrim fortissimam ex lapide albo construens eam & totā

uſq; ad terram ſculpſit animalibus diuerſis:& in circuitu fecit magnum & altum euripum:ideſt piſcinas. Ex petra autem contrapoſiti montis cuius incidēs ſiniſtram extenſionem ſpeluncas multorum ſpatiorum in longitudinem ibi conſtituit. Deinde domos quaſdam in ea ad conuiuia & ſomnum: & conuerſationem fecit aptiſſimam multitudini:cameratas etiam currentium aquarum delectatione gratiſſimas ad ornamentum totius aulæ. Oſtia uero ſpeluncarum aperuit minora:ut unus & nō multi per ea poſſint intrare:& hoc cuſtodiæ gratia cōdidit:ut obſeſſus a fratribus minime periculo ſubiaceret. Inſuper edificauit & atria magnitudine excellētia:& paradiſis ornauit egregiis:& talem perficiens locum Tyrum eum nominauit. qui locus eſt inter Arabiam & Iudæam poſitus trans iordanem non longe a Sebenitide regione:præfuit ergo partibus illis per annos ſeptem omni tempore:quo Seleucus Syriæ regnauerat. Hoc enim iam defuncto:poſt frater eius Antiochus:qui epiphanes uocabatur regnum obtinuit. Moritur etiam Ptolome⁹ rex ægyptiorum:qui ſimiliter Epihanes nuncupabatur:reliquens duos filios minores ætate:quorum unus qui & maior erat Philometor dicebatur:minor uero Fiſcon. Hyrcanus autem uidens magnam Antiochum uirtutem habentem: & timens ne tentus ab eo tormentis afficeretur pro his quæ contra Arabas egerat uitam propriæ manus internitione concluſit:cuius ſubſtantiam Antiochus ſuis commodis applicuit.

Seditio potētiū in iuicē iudæoꝝ:quoꝝ qdā trāſierūt ad antiochū Epiphanē leges p̄rias relinq̄ntes:& ipſe aūt Antiochus exercitū ducēs:& Hieroſolymā ciuitatē:tēplūq; uaſtauit. CAP. VI.

PEr idem tempus defuncto Onia principe ſacerdotum:fratri eius Antiochus ſacerdotii contulit principatum. Nam filius quem Onias reliquerat adhuc infans erat. Demōſtrabimus autem ſingula in loco proprio quæ ad hunc pueꝝ pertinere uidebunt. Ieſu uero nam hic frater erat Oniæ principatum ſacerdotii rex abſtulit iratus:& dedit eum iuniori fratri eoꝝ nomine Oniæ:Symoni autē tres filii hi fuerunt:qui ad tres principatus ſacerdotii ſicut prædiximus peruenerunt. Et Ieſus quidem Iaſonem ſe nominauit. Onias autem Menelaus eſt nuncupatus. Seditionem itaq; prius princeps ſacerdotū Ieſus aduerſum Menelaū cōcitauit:& diuiſa in utrunque populi multitudine:pro parte Menelai filii Tobiæ conſiſtebant:populi uero pars plurima Iaſonem adiuuabat. Vnde & Laborantes Menelaus & filii Tobiæ ad Antiochum diſceſſerunt. ad noticiam eius perducentes quod uellent patrias relinquere leges: & conuerſationē & mores obſeruare græcorum. Rogauerunt ergo eum ut permitteret eis edificare Gymnaſium Hieroſolymitis. Cunque conceſſiſſet circunciſionem ſuam uelauerunt:ut non apparerent in denudatione græcis eſſe diſſimiles:cæteraq; omnia relinquentes:quæ illis mos patrius imponebat:aliarum facta gentium rituſque ſequebantur. Antiochus autem pro ſuo fœliciter imperio exercitum ducere deliberauit ad Aegyptum tractus deſiderio eius contemnens filios Ptolomei ut debiles: ac nequaq̄ tanta negocia regere præualentes. Perueniens igitur cum magna uirtute ad Peluſium:& dolo Philometorem Ptolomeum circumueniens Aegyptum occupauit. Et cum adiſſet loca Memphiticæ ciuitatis:eam capiens contra Alexandriam ut obſidendo Ptolomeum caperet ambulauit. Expulſus uero eſt:non ab Alexandria tantum ſed etiam a toto Aegypto:Romanis ſibi denunciantibus ut diſcederet a prouincia:ſicut prius & alibi demonſtrauimus. Exponam ergo per partes de hoc rege: quemadmodum Iudeam & templum pariter occupauit. Nam in patria mea conſcriptione capitula tim eorum memoriam feci: nunc neceſſarium putaui ad certiorem eorum narrationem denuo remeare. Reuerſus ergo propter Romanorum timorem ab Aegypto rex Antiochus ad Hieroſolymorum ciuitatem ducit exercitum: quo perueniens anno centeſimo quadrageſimotertio : poſt regnum primi Seleuci centeſima quinquageſimatertia olimpiade:uiceſimo & quinto die mēſis caſleu quem macedones Apelleon nominant: capit eam ſine conflictione cuiuſpiam aperientibus ei portas his qui uoluntati eius conſentiebant. Ingreſſuſque ciuitatem Hieroſolymorum multos interemit ſibi contraria ſapientes: nec non etiam eos qui portas aperientes ciuitatem ei tradiderunt:propter templi diuitias interfecit:multaſque ab eo auferens pecunias ad Antiochiam reuerſus eſt. Poſtquam ergo expoliauit templum ita ut uaſa dei aſportaret & lucernas aureas:& aram auream:& menſam:& ſacrarium neque de uelis abſtinuit:quæ ex byſſo & cocco erant. Exhauriēdo autem & theſauros nihil penitus relinquens: ad maximum Iudæos luctum propter hæc uſque perduxit. Nam & quottidianas immolationes quas deo ſecundum leges offerebant celebrare prohibuit. Depredans uero totam ciuitatem:quoſdam interfecit:alios captiuos cum uxoribus & filiis deduxit:ita ut numerus multitudinis captiuorum uſque ad decem milia exiſtere uideretur. Incendit etiam optima eius loca:& deponens muros arcem edificauit in interiori parte ciuitatis:nam alta & eminentior erat prius a templo:& propter hoc muniens muris altis & turribus cuſtodiam macedonum ibi diſpoſuit. Manebant etiam in arce nihilominus homines impii & moribus maligni a quibus ciues multa & acerba ſubinde patiebantur. Edificans uero & in ſacrario aram:ſuper eam porcos immolauit: hoſtias non legittimas:nec patriæ religioni iudæorum congruas. Coegit itaque eos relinquētes religionem patriam idolum uenerari:edificare etiam in unaquaq; ciuitate & uico templa deorum: & aras collocantes immolare ſuper eas porcos omni die præcepit:& ne quis circunciderentur:aut ne filii eorum. Interminatus eſt & tormenta grauiſſima:ſiquis præter hæc facere inueniretur.

Qualiter uetante Antiocho Iudæos patriis uti legibus: Mathathias filius Ioannis regem contempſit: & ducem Antiochi interemit. CAP. VII.

CONſtituit itaq; ꝓpoſitos: qui cogerent imperialia mandata perficere. Et multi quidem Iudæorum ſponte: alii uero propter timores imminẽtes: regis præcepta ſequebantur: ꝓbatiſſimi aũt & generoſi: deteſtabile ſacinus execrantes: patriis legibus adheſerũt. ꝓpterea diebus ſingulis pœnis afflicti: & amara paſſi torméta trucidabantur. nã & uerberati: & diuerſis cruciatibus fatigati: adhuc uiuẽtes crucis patibulo figebãtur. Vxores uero & filios quos circunciderunt præter uoluntatem regis laqueis ſuffocabant: parentum eos cernicibus illigantes: Nam & ſi apud aliquem uolumen inuentum fuiſſet ſacrum: aut lex: & his quoq; crudeli ſorte moriebatur. Videntes Samaritæ iudæos hæc pati: dereliquo negant ſe neq; cognatos ipſorum: neq; templum ſuper Garizim maximi dei ut prius eſſe fatebantur: conſuetudinem ſuæ facientes naturæ: de qua ſuperius conſtat expreſſum: ſed dicebant ſe Medorum Perſarumq; colonos. Mittentes ergo ad Antiochum legatos & epiſtolam quæ ſubter ſunt ſcripta ſignificauerũt. Regi antiocho Epiphani relatio a Sichimitis ſydoniorum. Noſtri maiores propter crebras prouinciæ peſtilentias ſecuti priſcam quandam ſuperſtitionem: conſuetudinem fecerunt: colendi quæ dicitur apud iudæos ſabbatorum dies: edificanteſq; ſine numine in Garizim monte templum offerebãt in eo deuotas immolationes. Vobis autem malignitatem iudæorum digne rependentibus: uenientes iudices ueſtri: & arbitrati per cognationem illorum nos eadẽ facere: ſimilibus nos pœnis afficiunt: dum ab initio Sydonii eſſe noſcamur quod manifeſtum eſſe publicis conſtat annalibus: petimus ergo te beneficum & ſaluatorem denunciare Apollonio noſtrarum partium iudici & Nicanori regalia tractanti negotia: ut nihil nos debeant moleſtare: quaſi iudæis aliqua ſuperſtitione coniunctos: cum genere & moribus ab eis probemur alieni. Templum uero ædificatum: quod adhuc ſine cuiuſquam dei nomine conſtat: græci iouis illud appellatione petimus dedicari. Quo facto: uiramus importunas moleſtias ſuſtinere: operibuſque ſedulo uacantes: tibi ſoluimus reddituum quantitatem. Hæc petentibus Samaritis: rex iſta reſcripſit. Antiochus rex Nicanori. Sichimitæ Sidonii porrexerunt mihi publicam relationem. Sed quia cogitantibus nobis de ſtatu regni cum amicis: docuerunt ab eis miſſi. ꝙ criminibus iudæorum in nullo probantur eſſe participes: quando moribus græcorũ uiuere potius elegerunt: abſoluimus eos a iudæorum pœna nocentium: & templum eorum quemadmodum petierunt græci iouis appellatione dedicetur. Eadem & Apollonio partium iudici ſcripſit: ſexto & quadrageſimo anno. menſe echato octauodecimo die. Eodem tempore erat habitans aliquis in Modin uico iudeæ nomine Mathathias. filius ioannis. filii Simonis. filii Samonii ſacerdos de uice ioab hieroſolymitis. Erant autem ei filii quinque. Ioannes qui uocatur Gaddis. & Simon qui dictus eſt Thaſi. & iudas: qui uocabatur Machabeus. & Eleazarus. qui dictus eſt Apphus & Abaron qui dictus eſt ionathas. Iſte ergo Mathathias plangebat apud filios ſtatum rerum: & ciuitatis rapinam & templi nuditatem: & calamitates plebis: dicebatq; melius illi eſſe: pro patriis mori legibus: quam ita ſine gloria uiuere. Venientibus autem ad Modin uillam a rege directis ut cogerent iudæos facere: quæ præcepta uidebantur a rege: & iubentibus illic conſtitutis idolis immolare: ſecundum regis iuſſionem: & primum Mathathiam: qui doctrina uel fama gloriæ reliquos anteibat ſacrificare compellentibus Mathathias recuſabat hoc facinus dicens. Licet alii omnes iuſſionibus Antiochi pro timore obtemperent: mihi tamen & meis filiis tale ſcelus nullatenus imponit. Cunq; tacuiſſet accedens quidam ex iudæis immolauit in medio ſicut præcepit Antiochus: iratuſq; Mathathias irruit ſuper eum cum filiis ſuis habentibus gladios: eius ſanguinem ſuper aram effudit: & iudicem regis Apollonium qui eos ad talia cogebat: cum ſuis paucis militibus interemit: & aram dedeponens clamauit. Si quis æmulatur patrias leges & dei religionem: ſequitur me. Et hæc dicens cum filiis ad ſolitudinẽ exiit: relinquens omnẽ ſuã poſſeſſionẽ: idem multi faciẽtes cũ filiis & uxoribus ad ſolitudinem confugerunt. Audientes uero iſta iudices regis auxilia conuocantes quæ in arce Hieroſolymorum pro cuſtodia permanebant: prius quidem conabantur uerbis eos flectere: ut ad pœnitentiam peruenirent: & eligerent potius illa quæ proſunt: ne aliqua neceſſitate cogente eis tanquam hoſtibus uterentur. Quibus non accipientibus uerba: ſed contraria ſapientibus: conflixerunt die ſabbatorum: & ſicut erant in ſpeluncis ibi eos atroci incendio cremauerunt dum repugnare propter diem feſtum noluiſſent: ne in malis ſuis honorem ſabbati tranſgredi uiderentur. Nam uacare in eo nobis legitimum eſt Mortui ergo ſunt cum uxoribus & filiis in ſpeluncis: globis fumiferis ſuffocati numero mille. Multi autem liberati ſunt adiuncti Mathathiæ: & illum ſibi iudicem ordinauerunt: qui & ſabbatis eos docebat pugnare dicens. Quod ſi hoc non fecerint obſeruantes legem: ſibimetipſis erunt hoſtes: in illo die contra eos uenientibus inimicis. Hoc dicens perſuaſit eis: & hactenus permanet nobis conſuetudo pugnandi: etiam ſi tali die bella conſurgant. Colligens ergo ſibi Mathathias armatam multitudinem: aras depoſuit idolorum peccantes in eos quantos manu capere potuit interemit. Nam multi eius timore diſperſi ſunt ad gentes propinquas. Et pueros non circunciſos iuſſit circuncidi: expellens eos qui ut talia prohiberent fuerunt conſtituti.

De morte Mathathiæ: qui ualde ſenex defunctus: filiis ſuis gubernationem reliquit: ex quibus Iudas Machabeus principatum adeptus: adiuuantibus fratribus inimicos a prouincia expulit: tráſgreſſores Iudæos puniuit: terram ſuam ab omni malo purgauit. CAP. VIII.

IGitur eo magiſtrante uno anno: dum morbo grauiſſimo premeretur cõuocauit filios ſuos: & circunſtantibus. Ego quidem inquit o filii decretam proficiſcor uiam. Cõmendo autem uobis patrias leges obteſtans: ne eas transgreſſores: ſed potius cuſtodes eſſe debeatis. Paternæ uero uoluntatis memores: ritus patrios cuſtodite: & periclitãtẽ antiquã cõſuetudinẽ reſtaurate: nõ ſeducti ab his q ſpõte aut neceſſitate cadũt: ſed digni meo inſtituto: oẽm uiolẽtiã & neceſſitatẽ tolerãdo ſupate. Ita uos ꝓparates: ut ſi oporteat ꝓ legibus grata mẽte moriamini. Sciẽtes hoc qa deus tales nõ deſpiciet ſed ueſtrã uirtutẽ iſpiciẽs reddet uobis & libertatẽ: & tribuet quãdoq; : ut cũ ſecuritate ueſtris moribus ꝓfruamini. Nã corpora nra mortalia & tpalia ſunt: factorum uero monumenta imortalitatis ordinẽ cõſequũtur. Quod deſiderãtes uos decet appetere gloriam: quæ nullo ſit fine claudenda. Concordiã uero uos habere commoneo & in quo aliquis melior exiſtit: altero cedente uobis inuicem propriis miniſtrare uirtutibus: & Symonem fratrem ſapientia ãtecedentẽ uobis patrem putare. Et quicquid ille ꝓuaſerit cuſtodite. Machabeum uero militiæ ꝓpter uirtutẽ & fortitudinem habebitis ducẽ. Nã gentem defendens hoſtes uiriliter expugnabit. Suſcipientes uiros iuſtos & religioſos: ueritatẽ eoꝝ ſouere. Iſta filiis locutus eſt deum orans adiutorem eis fieri. Et ut populo leges propriæ cõſeruentur: fideli corde ſupplicans uiuendi finem communi ſorte ſuſcepit. Et ſepelitur in Modin: magnumq; luctum omnis populus ſuper eum peragens ſuſcepit gubernationem regẽ filius eius Iudas qui: & Machabeus centeſimo & ſexageſimo ſexto anno: & adiuuantibus ſe prono animo fratribus: cæteriſq; religioſis: inimicos a ꝓuincia expulit. Et tráſgreſſores legum paternarũ Iudæos occidit: & purificauit ab oi malo ſuã terrã.

Quẽadmodũ duces Antiochi Apollonius & Seron congreſſi cũ Iuda: victi iterierũt: & qa Antiochus Lyſiæ cuidã gubernationẽ regni reliquẽs: ipe abiit ĩ Perſidam cõgregare pecunias. CAP. IX.

IAec cũ audiſſet Apollonius dux Samariæ: colligens exercitum egreſſus eſt cõtra Iudã Ille cũ autẽ occurrit ei: & cõmittens cũ eo pugnam uicit: & multos eoꝝ iterfecit. Inter quos & ducem apollonium armis exuens interemit multamq; prædã ab exercitu hoſtium auferens: diſceſſit. Seron ergo dux inferioris Syriæ audiens ꝙ multi tranſierent ad Iudam. & magna iam uirtute circũſeptus ad bellũ accederet: ſtatuit cõtra eũ dimicare & colligens ſub ſe conſtitutos uel tranſgreſſores Iudæos: cõtra Machabeũ produxit exercitum. Perueniens uero uſq; ad Bethoron: uicum Iudeæ: ibi exercitũ locauit: Iudas aũt occurrens ei: & confligere diſponẽs: quia milites ad pugnam uidebat propter paucitatem & ieiunium deſides: hortabatur dicens. Non per multitudinem uincendos hoſtes aut expugnandos eſſe credatis: ſed pietate: & hoc euidentiſſimum habemus exemplum: maiores noſtros: qui propter iuſticiam & proprias leges certantes multa ſepius milia deuicerunt. Nam nullum leſiſſe maxima uirtus extitit. Hæc dicens ſua ſit eis contemnere multitudinem. Confligens ergo cum Syris: duce eorum interfecto cunctos ad fugam uertit. Secutus autem eos uſque ad campum: cecidit octo milia: reliqui fugati: ad maritima loca diſceſſerunt. Quæ audiens rex Antiochus: maximo furore commotus: omnem propriam uirtutem congregans: & multos ab inſulis mercede conducens: parabat circa ueris initium dimicare cõtra Iudæam. Ad uero militibus ſtipendia diſtribuens: uidit theſauros deficere: non enim omnia uectigalia ei reddebantur propter ſeditiones gentium. Nam cum magnanimus eſſet: ei minime ſuffici ebant quæ dudum colligerat. Deliberauit itaq; primum ad Perſidam ire tributaq; prouinciæ congregare. Relinquens autem pro regni gubernatione quendam Lyſiam: gloriam apud ſe maximã poſſidentem: ut regeret prouincias a fluuio Eufrate uſq; ad fines Aegypti & inferioris Aſiæ: & partẽ exercitus: & elephantes ei tradens præcepit ei filium ſuum Antiochum diligenter nutrire: & uaſtare Iudæam: & habitantes in ea ducere captiuos: & euerte Hieroſolymã: & genus eoꝝ omnino diſpdeꝛ Hæc quidem ꝓcipiens Lyſiæ rex Antiochus: abiit ad Perſidam: centeſimo & quadrageſimo ſeptimo anno: & tranſiens Eufraten ad ſuperiores aſcendit prouincias.

Quemadmodũ Gorgie uel Lyſiæ exercitus cõtra Iudã ueniens victus periit: poſt quẽ triũphum Iudas ingreſſus Hieroſolymã: tẽplũ purgauit: altare ſtatuit. hoſtias deo imolauit: cũ iam tres anni: præteriſſent uiolationis tẽpli ſub Antiocho. CAP: X.

IYſias uero eligens Ptolomeum dorimenis & Nicanorem: & Gorgiam uiros potentes amicos regis: & tradens eis peditum quadraginta milia: equitũ uero ſeptẽ milia tranſit contra Iudæos. Qui uſq; Emaus ciuitatem uenientes: ĩ campo exercitũ locauerũt. Superuenerunt uero eis ad auxilia de Syria uel affinitimis locis: & multi tranſiuge iudei: necnõ & negociatorum quidã ſperãtes Iudæorum ſe emere captiuos: argentum & aurum pro eorum preciis deportantes. Exercitum autem & multitudinem aduerſariorum Iudas intendens: ſuadebat ſuis militibus confidere: hortabaturque ſpem uictoriæ in deum habeꝛ: & ut patria lege cum ſaccis induti rogarent: & ſolitum habitum petitionis oſtendentes ſupplicarent: quatenus præberet eis contra inimicos auxilium. Quo facto diſponẽs eos ſecundum antiquum & patrium

modum per millenarios & illos dimittens: qui paulo ante uxores duxerat:& eos qui poſſeſſiones pauloante acquiſierant: ne pro eorum deſiderio minus audacter pugnarent: reſiduos talibus hortabatur affatibus. Tempus quidem uobis non aliud inquit neceſſarium eſt o ſocij:niſi ut fortiter cõtemnatis pericula. Nunc enim licet uiriliter certando accipere libertatem: quam & propter ſeipſam nobis curam & pro diligentia collendi deum plus deſiderabilem eſſe confido. Tanquam ergo in hoc ſolo uobis poſitis: ut accipientes eam fœlicem & beatam renouetis uitam: & ut ſecundum leges & conſuetudines conuerſemur:agite ne forte per negligentiam ueſtram iudaicæ gentis ſemen intereat. Ita ergo pugnate: mortem pro maximo lucro putantes: ut ſi uiceritis cum libertate & patris legibus eternam gloriam conquiratis. Parate ergo uos craſtina die: audacibus animis bellum pro lege patria committentes. Iudas quidam incitãs ſocios:ita locutus eſt. Hoſtibus uero tranſmittentibus Gorgiam cum quingentis peditibus & mille equitibus:quatenus per noctem irruerent ſuper ſudam:& ad hoc præuios eis dantibus aliquos defugientibus Iudæorum. Sentiens filius Mathathiæ:ſtatuit & ipſe caſtra hoſtium latenter inuadere. Cunque cœnaſſet:focos plurimos derelinquens:tota die proficiſcens:in aduerſariorum caſtra ad locum Emaus peruenit. Gorgias autem exploratus caſtra Iudæorum:nec eos inueniens arbitratus in mõtibus eos diſceſſiſſe:ubi eſſent quærere decreuit. Luceſcente uero die apparuit hoſtibus in Emaus Iudas cum trib⁹ militibus plus:minus armatis ut cunque propter paupertatem. Qui reſpiciens aduerſarios optime ſeptos:& ſtudio militari diſpoſitos:inuitauit Iudeos dicens:etiam nudis corporibus pugnare debemus:& deum inuocare: qui ſepius nos inermes contra plures & armatos uictoriam fecit acquirere. Sermone finito iuſſit tubicines clangore ſignificare militibus ſuis:quatenus inopinatos hoſtes inuaderent. Quorum multos reſiſtentes occidit:reliquos perſecutus eſt uſq; ad Gazara. Et campos idumeæ:& Azoti:& iãniæ. Proſtrati ſunt autem tria milia eorũ. Iudas ergo iubebat militibus ſuis hoſtium prædã contemnere: dum adhuc certamen eis & pugna Gorgiæ ſupereſſet:quibus expugnatis eſſet præda licẽtia. Adhuc eo dicente hæc ad milites: reſpexerunt illi qui cum Gorgia erant:exercitum quem in caſtris reliquerunt eſſe deuictum: caſtraq; incenſa. Nam fumus a longe eis quæ accederant idicabat. Vt ergo hæc ita eſſe qui erant cum Gorgia cognouerũt: & eos qui cum Iuda erant ad aciem paratos attenderũt: mente ad fugam conuerſi ſunt. Iudas autẽ ſine pugna deuictis Gorgiæ militibus: reuerſus tulit hoſtium ſpolia:multumq; aurũ & argentũ:& purpurã & hyacynthũ auferens:ad propria remeauit cũ letitia:laudans deum de his quæ potuit obtinere. Nam hæc uictoria deſideratã eis cõtulit libertatẽ. Tunc Lyſias confuſus de perditione exercitus quẽ direxerat:ſtatim alia ſexaginta electorũ milia peditũ:& quinq; milia equitum congregans:uenit protinus ad Iudæam. Et aſcendens ſuper montana Bethſure:uillam Iudææ caſtrametatus eſt. Occurrit autẽ ei cum decem milibus Iudas. Et multitudinem hoſtium uidens:adiutorem ſibi deum fieri poſtulauit. Et confligẽs cum percurſoribus aduerſariorum:ſine aliqua dilatione ſuperauit. Proſternenſq; quinq; milia eorũ:factus eſt reliquis in timorẽ Attendens ergo Lyſias audaciam Iudæorum:quia parati ſunt mori:niſi eis uiuere cum libertate licuiſſet:& timens eorum deſperationem tanquã fortem: colligens reſiduum exercitũ rediit ad Antiochiã:& remorabat ibi præſidia cõgregãs pegrinoꝝ: ut cum maiori expeditionis apparatu contra Iudæos uenire potuiſſet. Totiens igitur uictis Antiochi regis ducibus. Iudas cõtionem faciens ſuadebat:ut poſt tantas donatas ſibi diuina diſpenſatione uictorias: aſcenderent ad Hieroſolymam & templum ab idolis expiarent: legitimaſq; hoſtias immolarent. Qui dum cum tota multitudine ad Hieroſolymam perueniſſet:templum deſertum inueniens:& incenſas portas: & ſyluas in templo p longam ſolitudinem pullulaſſe lugere cœpit cum propriis ſocijs pro templi uiſione. Eligens autẽ quoſdam milites. iuſſit eis expugnare eos. qui arcem cuſtodiebant. Dum ipſe tẽplũ a ruinæ fœditate purgaret. Quod diligẽter emũdans: introduxit noua uaſa:candelabrum:& menſam aramq; ex auro factam. Recompoſuit autẽ & uela in ingreſſu:& ianuas ipſas reſtruxit. Deponens quoq; altare: ex lapidibus nouis aliud ædificauit. Quinta uero & uiceſima menſis Caſleu: quẽ Macedones Apelleon uocant: accẽderunt lumina ſuper candelabrum:& adoleuerunt holocauſta i nouo altari. Hæc autem facta ſunt poſt tres ãnos:eodem die quo mutata ẽ eoꝝ religio ad ꝓphanã idoloꝝ cõſuetudinem. Nã tẽplũ deſtructum ab Antiocho:ſic tribus annis permãſit. Quito ergo ãno & q̃drageſimo & cẽteſimo:in templo facta ſunt hæc:quinto & uiceſimo die Apellei:menſis Olympiade cẽteſima & quinq̃geſimatertia. renouatũ uero i eodẽ die qnto & uiceſima Apellei mẽſis:octo & quadrageſimo & cẽteſimo ãno:olimpiade cẽteſima quinquageſimaquarta. Deſolationẽ ergo templi contigit fieri ſecundũ Danielis prædicationẽ:q̃ ante quadringẽtos & octo ãnos prædixerat:p quã ſignificauit:q; Macedones illud deſtruerent. Celebrauit itaq; Iudas cũ ciuibus ꝓ renouatione templi ſacrificia per dies octo:nullum genus dæliciarum relinquens:ſed precioſiſſimis dapibus eos paſcẽs deũ aũt laudibus & pſalmis glorificabant:ſeſeq; mutuo cantibus delectabant. Pro renouatione uero ſolennium: poſt multum tẽpus iſperata religione recepta legẽ poſuerũt:ut poſteri p octo dies hãc renouationẽ tẽpli celebrarẽt. Vnde & ab illo tpe hactenus hanc feſtiuitatẽ celebramus: uocãtes eam lumina:eo quod præter ſpem hoc nobis ſplẽdidum lumen colẽdæ religionis apparuit. Murũ ãt i circuitu ciuitatis conſtruxit: & aduerſus icurſiões hoſtiũ turres edificauit altiſſimas:cuſtodes in eis deputans:ſed

& Bethſurā noīe ciuitatem muniuit:quatenus pro caſtello ea aduerſus neceſſitates hoſtiū uteretur.

Vt Iudas bellū gerens contra Idumæos & contra Ammonitas triūphans ſubiecit eos. Cap. XI.

His ita factis:gentes finitime p reparatione uel fortitudine Iudæorum hæc indigne ferebant. Quapp inſurgentes:multos Iudæoꝝ per incurſiones & inſidias opprimebant. Aduerſus quos frequēter bella Machabeus educens: ab incurſionibus & a malis q̄ Iudæis inferebant eos arcere tentabāt. Et ſuper filios Eſau Idumæos aduenientes p ſūmitates:in ea multos eorū incendit uiroſq; proſtrauit. Deinde contra ammonitas pertexit exercitum magnū habētes:quoꝝ dux erat Timotheus. Subiiciētes āt & iſtos: & azotorum cœpit ciuitatem & uxores:& filios eorum ducens captiuos & ciuitatē incendens reuerſus eſt ad Iudæam.

Qualiter Symon frater eius militans cōtra Tyron ac Ptolomaidē edomuit eas; & quia ipſe Iudas bis cōgreſſus cum Timotheo duce Antiochi fortiter triumphauit. Cap. XII.

AVdientes ergo eū uicinæ gentes reuerti: congregantur in galaditiden contra Iudæos ſibi finitimos. Qui fugientes ad Themā caſtellū:tranſmiſerunt ad Iudam: mandātes ei p̄ feſtinaret Timotheus capere locū in quo confugerant. Cunq; legerent epiſtolæ: a galilæa nuncii quoq; ſuperuenerunt: iudicantes congregari eos qui in Ptolomaide: & Tyro:& Sydone:& aliis erant Galileæ gentibus. Ergo ex utraq; parte hoſtibus nunciatis:cogitans Iudas quid deberet fieri. Symonē quidem fratrem p̄cepit tria milia electos accipere: & in ſolatiū Galilæorum exire:ipſe uero cum Ionathā fratre ſuo & octo milibus militum exiens in Galaditiden:reliquit ſuper cæterum exercitum Ioſephum filium Zachariæ & Azariam: p̄cipiens eis ſeruare diligenter Iudæam:& cum nullo hoſtium bellum cōmittere:donec ipſe reuerteretur. Igitur Symon perueniēs ad Galilæam & confligens inimicis:ad fugam eos cōuertit:& uſq; ad portas Ptolomaidas perſequēs:occidit tria milia eoꝝ:& ſpolia tollens perēptorum captos ab eis Iudæos:& ſarcinulas eorum auferēs ad propria remeauit. Iudas uero Machabeus & frater eius Ionathas: tranſeūtes Iordanē fluuium:& uiam trium dierum ambulantes. Nabutheos cum pace occurrentes inuenierunt. Qui narrantes:q̄ in Galaditide contigiſſet & q̄ multi eoꝝ tribularentur per caſtella & ciuitates Galaditidis:ſuadenteſq; ei properare cōtra alienigenas:ut poſſit a periculis Iudæos eruere: flexus reuertitur ad ſolitudinē:& irruens primum ſup habitantes Bethſuram:& oēm maſculum ætate ualidū trucidauit:& ciuitatē incendit. Facta autē nocte:nec ſic abſtinuit. Sed profectus in caſtellum quo Timotheus iudæos obſidebat:mane ad eum puenit. Et inueniens iam ad muros accedentes aduerſarios:& quoſdā ſcalas ut aſcēderent apponentes:alios alia ferētes machinamēta;iuſſit tubicinem ſignū dare. Adhortatuſq; milites pro fratribus & propinquis prono aīo laborandum: in tres partes diuidens exercitum:hoſtes a tergo inuadit. Sentientes ergo hi qui cum Timotheo erant: quia Machabeus eſt:experti iam prius per bella uirtutes & fœlicitates eius: ad fugam conuerſi ſunt. Secutus autem eos iudas:interfecit octo milia eorum. Deueniens quoq; ad Modollam ciuitatem alienigenam:cœpit eam & omnes maſculos interfecit. Ciuitatē uero ipſam incēdit: exienſq; inde Caſtomachi & Boſor:ac multas ciuitates Galaditidis euertit:interiectio uero tempore: Timotheus maximum præparans exercitum:aliaq; præſidia colligens:& Arabas mercede conducens:uenit trans torrentem prope Rephon ciuitatē:exhortatuſq; eſt milites dicēs:Si pugnam cum iudæis cōmiſeritis: prono certa te animo:neque torrentem tranſeatis. Nam ſi tranſieritis:perditionē uobiſipſis imminere cognoſcite. Iudas autem audiens præparatum ad pugnam Timotheum:cum uniuerſis ſuis militibus feſtinabat ad bellum. Et tranſiens torrentem irruit ſuper inimicos:& quoſdam eorum occurrētes occidit: Aliis autem timores incutiens:arma ſua proiicere coegit. Quorum quidam ad locum qui dicitur Graua fugiētes:ſeperauerunt ſalutē. Iudas uero ciuitatē capiens:eos interfecit:& locum incendit: uaria uſus ſpecie ad hoſtium necē. Cunq; hæc pergiſſet:colligēs eos qui in Galaditide erant cum uxoribus & filiis: & omni eorum ſuppellectile decreuit ad iudæam reuerti. Cum ergo ueniſſet ad aliquam ciuitatem quæ dicitur Efron in uia poſitam:dum nec aliud iter pergere potuiſſet: nec reuerti uellet:miſit ad ciues in Efron rogans eos: quatenus licentiam daret ei per ſuam ciuitatem tranſire. Nam illi portas lapidibus obſtruxerunt:& exitus itineris occupauerūt. Quibus minime acquieſcētibus:iudas adhortatus ſuos circūdedit obſidione ciuitatem. Quam una die uel nocte expugnans cœpit:& omnem maſculum in ea occidit:incendens totam. Quo facto per eam ſibi uiam apperuit uniuerſam. Tanta autem peremptorum erat multitudo:ut etiam ſup mortuos ambularent. Tranſeūtes uero iordanem:uenerunt ad magnum campum:cuius in proſpectu iacet ciuitas Bethſamis: quæ græce dicitur Scitopolis. Inde ad Iudæam perrexerunt:cantantes & laudantes:& ſolitos pro uictoriis ludos agentes. Ibiq; ubi immolauerunt ſacrificia:gratias agentes pro his quæ peregerunt: & pro ſalute exercitus. Nam nullus Iudæorum in his prælijs eſt defunctus. Ioſeppus uero Zachariæ filius & Azarias:quos præſides reliquerat iudas:tempore quo Symon ī Galilæa Ptolomaidem expugnabat. Cum & ipſe iudas cum fratre ſuo ionatha in Galaditide debellarent: uolentes & ipſi gloriam acquirere ducum fortiſſimorum. Omne ſub ſe conſtitutum auxilium colligentes: ad Iamniam uenerunt. Et Gorgiæ duci Iamniæ occurrentes:prælioq; facto:duo milia ſuorum militum amittentes:ad Iudeam fugierunt. Euenit uero eis hæc calamitas: quod nō obedierunt præceptis Iudæ dicentis: ut

contra neminem pugnam ante ſuum aduentum cõmitterent. Nam ſuper oẽs alios eius bellicos ſtatus in hoc mirandus extitit: quod ioſeppi & Azariæ peccatũ futurum prædixerat: ſi trãſgrederentur eius præcepta. Iudas autem & fratres eius pugnare contra idumæos non ceſſabant: ſed undique eis imminebant. Et Chebron ciuitatem capientes munimina eius depoſuerunt. Et turres incendentes: deprædabant terram oẽm alienigenarum: ad Mareſan uero ciuitatem & Azotum uenientes: tenuerunt eas: & multa ſpolia exinde ducentes: ad iudæam reuerſi ſunt.

Qualiter Antiochus cognomine Epiphanes apud Perſas defunctus eſt. Cap. XIII.

EOdem tempore rex Antiochus ſuperiorẽ prouinciam percurrens: audiuit ciuitatẽ perſarum diuitiis excellentem Helimaidam noie præcioſiſſimũq; tẽplum in ea Dianæ & omni ſpecie ornamẽtorum plenum: inſuper & arma: & loricas: quas reliquiſſe ibi audierat filium Philippi regem macedonum Alexandrum. Cõmotus ergo egreditur cõtra Helemaidam: & obſidebat eam. His uero qui in ea erant minime territis impetu eius: neq; obſeſſione: ſed ptinaciter repugnantibus: ſpe deſceptus diſceſſit. Nam exeuntes ciuitatem: fugauerunt & perſequebantur eum uſq; ad Babiloniã. Vbi cum poſt multam ſuorum militũ amiſſionẽ ueniſſet: quidam ei nunciauit & ducum perditionẽ: quos pugnare contra iudæos reliquerat: & creuiſſe fortitudinẽ iudæorum. Super priorẽ itaq; curam hoc creſcente malo: ĩcurrit in ægritudinem. Qua diu eum tenente: & creſcẽtibus paſſionibus intellexit q̃ moreretur: conuocanſq; amicos morbum ſuũ eis atrocem indicauit: confeſſus hæc ideo ſe pati: q̃ iudæorum gentem affligens templum expoliaſſet: deumq; contẽpſiſſet. Quo dicto ilico expirauit. Vnde miror polybium megalopolitã: q̃ uir bonus exiſtens: dicit ideo periſſe Antiochum: quia uoluit templum Dianæ in perſida deuaſtare. Nam qui nullatenus egit peccatum: ſed tantum cogitauit: nullo reatu facti tenetur. Si autem polybio uidetur ideo Antiochum uitam finiſſe: multo plus ueriſimile creditur propter templi Hieroſolymitani uaſtationẽ ſacrilegum regẽ periſſe. Sed ob hoc non reſiſto megalopolitæ: cum noſtra opinio uera uideatur. Antiochus ergo priuſq; moreretur: conuocans Philippum unum ex ſociis ſuis: tutorem eum regni conſtituit: & dãs ei diadema: & ſtolam & anulum: filio ſuo Antiocho iuſſit deportare: & cenſuit ut prouideret eius educationẽ: & cuſtodiret ipſius imperiũ. Defunctus uero eſt Antiochus nono & quadrageſimo: & centeſimo anno.

Quẽadmodum Antiochus Eupator ſucceſſit patri in regnũ: q militiam contra iudæos cum Lyſia producẽs iudam in tẽplo concluſit. multoq; obſidionis tpe tranſacto: audita fama inuaſionis regni ſui p Philippum quẽdam amicitias cum iuda fecit: & ita decenter ab iudæa diſceſſit. Cap. XIIII.

LYſias autem mortem: eius nuncias multitudini: filium eius Antiochum quem ipſe nutriebat: regem conſtituit uocans eum Eupatorem. Eodem tẽpore hi qui erant in arce Hieroſolymorum cuſtodes Macedonum: & trãſfugæ iudæorum multa in iudæos aduerſa fecerunt. Eos enim qui aſcendebant in templum immolare: repente inuadentes hoſtiliter imprimebãt. Nam arcis culmen templi altitudinẽ ſuperabat. His igitur accidentibus: iudas deuaſtare cuſtodiã arcis deliberauit: & colligẽs omnẽ populum: arcẽ inſtantius obſidebat: ãno principatus ſeleuci cẽteſimo & q̃drageſimo. Cõſtruẽs igit machinameta: & aggeres accumulans: capere arcem laborabat: Multi ergo ex tranſfugis ea nocte egreſſi ad prouinciam: & aliquos ſimiles & impios congregantes ad Antiochum regẽ uſq; uenerunt: petentes non debere ſe deſpici: dum a contribulibus ſuis atrocia paterentur: quæ ideo ſuſtinerent: quomodo religione ſua relicta: patris eius imperio obediſſent: & tunc pericula ſuſtinerent per iudam & uiros eius: necnõ & cuſtodes a rege deputati: niſi aliquod ab eo præſidium mitteretur. Hæc audiẽs adoleſcens Antiochus ualde iratus: & duces: & amicos conuocans: præcepit colligendum exercitum: ſiue peregrina ſolatia. Congregatuſq; eſt exercitus peditum quidem centum milia: equitum uero uiginti milia: & elephantorum triginta duorum. Qui producens exercitum egreſſus eſt ab Antiochia cum Lyſia habẽte totius exercitus gubernationem: & perueniens ad idumæam: exinde Bethſuram: aſcendit ciuitatem nimis fortem & munitam: & circundans ciuitatem obſidebat inſtanter. Reſiſtẽtibus ergo Bethſureis ac præparationem machinamentorum eius incendentibus: multum temporis ĩ obſidione cõſumptum eſt. Iudas uero audiens regis aduentum: deſtitit quidem ab obſidione arcis. Occurrit autem regi caſtrametatus in anguſto quodam loco qui dicitur Beduſcanit: decem militum ſtadia ab hoſtibus diſtante. Rex quoq; egreſſus a Bethſura: per anguſta duxit exercitum ad caſtra Machabei factoq; diluculo: milites ordinauit in acie: & elephantos quidem ſequi ſeipſos inuicem fecit: propter locorum anguſtiam: non ualentes in latitudine collocari. In circuitu uero uniuſcuiuſque elephantis properabant pedeſtres quidem mille: equites quingenti. Geſtabant autem elephanti turres excelſas: & arcarios in eis: reliquamque uirtutem ex utroque latere mõtis fecit aſcendere: amicos exercitui præponens: & iubens clangorem fieri: & ad hoſtes acceſſit aureos enudans clypeos ſimul & æreos: ut nimium fulgorem ſuæ clantatis emitterent: monteſque eis frementibus reſultarent. Hæc iudas inſpiciens territus non eſt: ſed fortiter excipiens inimicos ex eorum præcurſoribus uſque ad ſexcentos occidit. Eleazarus autem frater eius quem Mauronem uocabant: uidens ſublimorem

elephantum ornatum loricis eſſe regalibus:& putans in eo ſedere regem acceſſit ad eum uirtute & multos circa elephantum perimens:alios diſperſit & fugere compulit:& ſub uentrem elephanti ingreſſus eum percuſſit.Qui mortali plaga percuſſus moriens cecidit:& Eleazarum ſuis compreſſum ponderibus interemit. Sic enim magnanimiter multos inimicorum diſperdens uita priuatus eſt. Iudas igitur hoſtium fortitudinem contemplatus diſceſſit ad Hieroſolymam:& obſidionis neceſſaria præparabat. Antiochus inter hæc partem expeditionis in Bethſuram miſit:ut eam deuaſtaret. Cum reliqua autem multitudinis uirtute:ipſe ad Hieroſolymam profectus eſt: Bethſuritæ ergo territi fortitudine aduerſariorum:& ſua uidentes neceſſaria defeciſſe:ſeipſos accepta fide tradiderunt. Antiochus itaq; capiens ciuitatem:omnes ciues nudatos abiecit:& ſuos ibi cuſtodes reliquit. Multo uero tempore templum obſidens in Hieroſolymis ſedebat:pertinaciter intus repugnãtibus ciuibus.Nam ad ſingula quæ contra eos ſtatuerat rex machinamenta:& illi econtrario ad ſuam defenſionem inſtrumenta bellica requirebant. Quibus & alimenta defecerunt:fructibus prioribus omnibus conſumptis. Et terra illo anno non erat culta:quia ſeptimus annus inſtabat:in quo ſecũdum legalia inſtituta relinquebant uacuam terram. Multi uero obſeſſorum refugiebant:propter inopiæ neceſſitatem. Vnde relicti ſunt in templo pauciſſimi. Et his quidem qui in templo obſidebantur:tales res accidebant. Lyſias uero dux & rex Antiochus:quomodo Philippus a Perſida ueniens nunciatus eſt eis commendatum ſibi præſumpſiſſe imperium:& tempublicam Antiochi ſibi uelle defendere:prætermittentes obſidionem:ire aduerſum Philippum decreuerunt. Quod conſilium nequaquam manifeſtum cæteris ducibus facere uoluerunt:ſed iuſſit rex Lyſiam ducibus dicere:diuturnam obſeſſionem nihil eis proficere poſſe quando: & locum aduerſariorum conſtaret eſſe munitum:& ſibi uictualium neceſſitas irrogetur:& expediret pacem facere cum Iudæis:eoſque relinquere propriis uti cerimoniis. Vnde a nobis hactenus prohibiti exiſtere uidentur aduerſi. Hæc dicens de Philippi tyrannide tacendum eſſe decreuit:ne exercitus ſui dubia corda perciperet. Hæc Lyſia dicente:exercitui & ducibus ſententiam placuit. Tunc mittens rex ad iudam:pacem promiſit obſeſſis:& patriis legibus eos uiuere pollicetur. Hi uero ſuſcipientes uerba:& confirmatis ſacramentis & fide exierunt a templo. Intrans uero Antiochus:& aſpiciens munitum locum: impudenter ſacramenta tranſgreſſus eſt iuſſitque omnem exercitum in circuitu ſtantem:deponere muros uſque in ſolum. Poſt hæc reuerſus eſt ad Antiochiam:ducens Oniam principem ſacerdotum: qui & Menelaus dicebatur. Nam Lyſias perſuaſit regi Menelaum occidere:ſi uellet iudæos eſſe pacatos: dicens hunc fuiſſe initium malorum:qui flexit patrem ſuum cogere iudæos religionem patriam relinquere. Mittens ergo rex Menelaum ad Veriam ſyriæ ciuitatem:interfecit eum:poſt decimum annum principatus ſacerdotii eius:& ut ipſe principatum obtineret:impulit iudæos tranſgredi leges. Princeps uero ordinatus eſt poſt Menelai interitum Alchimus:qui & Ioachim uocatus eſt.Rex autem Antiochus inueniens Philippum iam rebus imperantem: debellabat eũ. Quem ſub ſua faciens poteſtate:occidit. Filius autem principis ſacerdotum Oniæ:de quo præduximus adhuc puerulus defuncto patre relictus uidens q̃ auunculum ſuum Menelaum rex interfeciſſet:& principatum ſacerdotii Alchimo dediſſe:non exiſtenti de genere ſacerdotum: ſed a Lyſia flexus:ut tranſponeret honorem ab ea familia ad aliam domum: fugit ad Ptolomeum regem ægypti: & honorem meruit ab ipſo:& uxore eius Cleopatra: locumque petiit in regione Heliopolitana: ubi ſimile Hieroſolymorum ædificaret templum. De his quidem tempore opportuno exponemus.

Demetrius Seleuci filius fugiens a Roma:& perueniens Tyrum:impoſuit ſibi diadema: interfecto Antiocho Eupatore cum duce ſuo Lyſia:& de Bachide quem miſit Demetrius cum exercitu comprehendere iudam. Cap. XV.

EOdem tempore fugientes Demetrius Seleuci filius a Roma:& perueniens ad Tyrum impoſuit ſibi diadema:& colligens quoſdam mercede conductos ſatellites: ingreſſus eſt aulam:omnibus libẽter eum ſuſcipiẽtibus.Cõprehendẽtes uero & Antiochum regẽ cum Lyſia:uiuentes pducunt ad eum.Qui ſtatim iubẽte Demetrio interẽpti ſunt: cũ regnaſſet Antiochus annis duobus:ſicut iam & alibi demõſtratum ẽ. Conuenerũt autem ad eum multi iudæorum maligni & tranſfugæ: cum quibus & Alchimus princeps ſacerdotum accuſabant uniuerſam gentem:& iudam.& fratres eius:dicentes q̃ omnes amicos regis interfeciſſent:omneſque eius fautores perdidiſſent: ſeipſos quoq; a propria terra iactatos: extorres patrio ſolo factos & rogabant etiam mitti aliquẽ ex iudæis amicis eius: qui certius de facinoribus iudæ renũciaret.Demetrius ergo commotus:miſit Bachidem: amicũ regis Antiochi Epiphanis:cui omnis Meſopotamia credita erat:dans ei exercitum: & principem ſacerdotum Alchimum cõmendans: præcepitque perimi iudam:& eos qui cum illo erant. Egreſſus itaq; de Antiochia Bachides:peruenit Hieroſolymam:direxitque nuncios ad iudam & fratres eius de amicitia uel pace loquens:dolo uolens illum capere. Ille uero minime credidit:uidens cum tanta multitudine exercitus eum ad eſſe: quanta ad bellum: & non ad pacem ueniſſet. Sed quidam ex populo attendentes quæ Bachi

des concionabatur:& exiſtimantes nihil ſe ab Alchimo ſeuum pati:conſanguineo exiſtente:ad eos tranſierunt:& ſacramentum ab utriſq; acceperunt:nihil eos pati:neq; illos qui eiuſdem fuerunt uoluntatis. Bachides uero tranſgreſſus ſacramentū:ſexaginta ex eis interfecit:& alios qui ad eum tranſire cogitabant temorari fecit:prioribus fidem non cuſtodiens. Deſcendēs autem ab Hieroſolymis: cum ad uillam quæ dicitur Birzitho ueniſſet:multos cœpit tranſfugas:& aliquos populi. Quos omnes occidens:denunciauit prouincialibus cunctis:ut Ioachim obedirent. Cui aliquam militum partem relinquens ad prouinciam cuſtodiendam:ad regem Demetrium Antiochiam reuerſus eſt. Ioachim uero principatum ſuum uolens confirmare:& credens:q; ſi fidem præpararet multitudini: tutiorē ſibi magiſtratum acquireret:omnes ſeducebat uerbis & ad libitum unicuiq; loquens nimis uelociter manu ualida tranſfugarum circūſeptus eſt. Cum quibus miniſtris circuibat prouinciam: & quantos in ea Iudæos non ſibi cōſentientes inueniſſet:occidebat. Videns autem Iudas Ioachim magnum fieri:multoſq; interfeciſſe uiros bonos & uenerabiles:ipſe quoq; circuiens prouinciam occidebat partiū eius fautores. Quod cum uidiſſet Ioachim:& intellexiſſet minime ſe contra Iudam ualere ad auxilia regis Demetrii conuertitur. Veniēs igitur ad Antiochiam incitauit eum Iudam ac cuſans:quaſi multa ab eo mala perpeſſus eſſet:& ampliora toleraturus niſi citius uindicaretur.

Qualiter dux Nicanor poſt Bachidē deſtinatus aduerſus Iudā:cū exercitu piit. CAP. XVI.

TVnc Demetrius hoc & ſuis rebus noxium putans eſſe:ſi negligeret tanta Iudæ ſacinora. Nicanorem fideliſſimum amicum cum exercitu deſtinauit:qui cum eo a Roma ciuitate fugerat:præcipiens ei nullatenus genti parcere Iudæorum. Nicanor uero perueniens ad Hieroſolymam:pugnare mox aduerſus Iudam minime decreuit. Dolo autē opprimere eum cupiens:mittit ei uerba pacifica dicens:nulla neceſſitate pugnandi uenisſe:ſed ſacramentum præſtare:q; nihil ſæuiſſimum a rege pateref. Hæc dicēte Nicanore:Iudas & fratres eius flexit:nullamq; fraudem ſuſpicati:data fide ſuſcipiunt Nicanorem cum exercitu. Qui ſalutans Iudam:dum ſermocinatur dedit ſignum propriis militibus:quatenus Iudam comprehenderent. Qui cum inſidias intellexiſſet:exiliuit & ad ſuis confugit. Patefacta uero uoluntate ſua:& apertis inſidiis:bellare Nicanor cōtra Iudam decreuit:& pugnam præparās conflixit cum eo in uico Caſarſamala. Quem uictum compulit ad arcem Hieroſolymorum confugere. Cui deſcendenti ab arce ad templum:occurrentes aliqui ſacerdotum & ſeniorum ſalutabant eum:& immolationes oſtendebāt:quas pro rege deo offerri dicebant. At ille interminatus eſt eis templum ſe deponere:niſi redeunti ſibi traderent Iudam. Et hæc quidem interminatus:exiit ab Hieroſolymis. Sacerdotes autē propter dictorum eius merorem:in lachrymas proruperunt:& deo ſupplicabant eos ab interminatis periculis liberare. Cunq; Nicanor ab Hieroſolymis egreſſus:in aliquo uico qui Bethoron dicit peruenisſet:ibi caſtra conſtituit:ubi & alia præſidia de Syria deſtinata ſuſcepit. Iudas autem in Adaſis altero uico:ſtadiis diſtante triginta a Bethoron caſtrametatus eſt:mille tantum ſocios pugnæ habens quos hortatus ne pertimeſcerent multitudinem aduerſariorum:ſed qui ſint & de quibus præmiis pericula paterentur cogitātes unanimiter hoſtes inuaderent:procedit in pugnam:& cōmittēs fortiſſimum prælium cum Nicanore:aduerſarios ualde contriuit. Deinde ipſe Nicanor cum atrociter decertaret occiſus eſt. Quo cadente:ducem perdens exercitus terga uertit ad fugam. Quos perſequens Iudas interficiebat:& ſono tubarum in circuitu poſitis ſignificabat q; hoſtes prælio ſuperati diſcederent. Quod audientes armati exiebant:& fugientibus occurrentes occidebant eos. Ex quo prælio nullus euaſit dum nouem milium numerus extitiſſet. Quæ uictoria contigit tertiadecima menſis qui dicitur apud iudeos Adar:apud macedones Diſtris. Hanc celebrant per omnem ānum feſtum colentes diem. Et ex illo quidem tempore breui ſpacio gēs Iudæorum ab illis calamitatibus requieuit:ſed poſtea ad certamina rurſus & pericula redierunt. Principem autem ſacerdotum Ioachim uolentem deponere murum ſanctuarii ueterem:& conſtructum ab antiquis prophetis:plaga quædam dei repentina percuſſit:ex qua mutus in terram cecidit:& tortus per multos dies deteſtabiliter expirauit:principatum ſacerdotii tenens annis quattuor. Quo defuncto ſacerdotium populus Iudæ contradidit.

Iudas mittens Romā:rogabat per nūcios:Romanos ſibi auxiliatores eē & amicos. CAP. XVII.

QVi audiēs uirtutem Romanorum q; expugnaſſent Gallias:& Hiberniam:& Chartaginem libiæ:necnon & Græciam ſubegiſſent:& reges Perſeum & Philippum & magnū Antiochum deliberauit cum eis amicitias copulare:mittens romam amicos ſuos:Eupolemum filium Ioannis & Iaſonem Eleazari:rogabatq; per eos Romanos auxiliatores ſibi & amicos eſſe:& Demetrio ſcribere quatenus non confligeret cū Iudæis. Cūq; uenisſent Romam legati iudæ:ſenatus eos libenter excepit:& ea quæ petierunt celeriter annuit. Faciens ergo ob hoc ſenatuſconſultum:exemplum quidem ad Iudæam tranſmiſit:ipſum uero tabulis æreis ſcriptum in capitolio collocauit. Erat autem huiuſmodi ſenatuſconſultum:de auxiliis & de fide circa gentem Iudæorum. Neminem ſubiectorum Romanis debellare contra gentem permittimus Iudæorum:nec alicui bellanti præbēdum auxilium cēſemus:triticum aut naues:aut pecunias:

& ſiquis contra Iudæos putauerit eē bellandum:ſciat eis nos auxilia præſtaturos:& rurſus ſi Romanorum quilibet inuaſerit terram:iudeos eis omnibus modis obſtaturos. Et ſi quid de hoc pacto gēs Iudæorum uoluerit uel addere:uel auferre communi ſententia populi Romani faciendum eſſe conuenit. Scriptum eſt autem hoc ſenatuſconſultum per Eupolemum Ioannis filium:& iaſonem Eleazari:ſub principe ſacerdotum iuda:duce Symone fratre ipſius. Hæc quidem prima inter Romanos & iudæos amicitia cognoſcitur contigiſſe.

Quod rurſus poſt mortem Nicanoris ad Iudæam Bachides tranſmiſſus triumphauit:& quemadmodum pugnans proſtratus eſt. CAP. XVIII.

Demetrius autem nunciata ſibi morte Nicanoris:& perditione militiæ:rurſus ad iudæam Bachidem cum exercitu deſtinauit. Qui ab Antiochia egreſſus:peruenit ad iudæam & in Arbellis ciuitate Galileæ caſtra conſtituit: & eos qui ibi in ſpeluncis habitabant cum multi ad eas confugiſſent captos ſuis partibus aggregauit: exindeque mouens:ad Hieroſolymam properabat. Qui audiens iudam in aliqua uilla nomine Baziton caſtra locantem:contra eum alacriter feſtinabat cum peditum uigiti milibus:& equitum duobus milibus. Iudæ uero fuerunt omnes duo milia. Qui multitudinem Bachidis timentes tētoriaq; relinquentes:fugierunt omnes præter octingentos. Iudas autem propriis militibus deſtitutus:& hoſtibus imminentibus:nec tempus habens congregandi exercitum non dubitabat cum octingentis pugnam contra Bachidem committere hortatuſque ſuos:ut hoſtes inuaderent:& pugnam uiriliter ſuſtinerent:cum illi dixiſſent:ſe non eſſe ad tantam magnitudinem exercitus idoneos:& ſuaderent nunc quidem diſcedere:& a periculis liberari poſtea uero inimicis collectis uiribus obuiare:nō hoc inquit uideat ſolis aſpectus ut terga mea hoſtibus nudem:ſed licet omnimodo immineat perire pugnamem:fortiter ſtabo:omnia uiriliter perferens futura pericula. Bachides uero producens de caſtris exercitum ad prælium:præparabat equites in utroque cornu diſponens;q; funditularios leuiores & ſagittarios ante omnem aciem:ipſe in dextro cornu conſtitit. Qui cum ſic aciem ordinaſſet:iuſſit tubicinem ſignum dare. Hoc idem faciens & iudas:committit cum hoſtibus pugnam:& conſtanter ambobus certantibus:prælium uſque ad occaſum:ſolis extenſum eſt. Videns uero iudas Bachidem cum electis ſuis in dextro cornu ordinatum congregans animoſiores uiros inuadit illam partem exercitus: & confligens ibi ordinem eorum dirupit:& mediōs ad fugam conuertit:ſecutus eos uſque ad Gazara. Videntes ergo fugam dexteræ partis in ſiniſtro cornu erant:circumuenerunt: & iudam ſequentem in medio eum obſederunt. Qui fugere minime ualens:circumſeptus ab hoſtib⁹: ſtans pugnabat cum ſuis:multoſque interficiens aduerſariorum:percuſſus interiit. Iuda uero interfecto:ſocii eius tali ducē priuati:terga uerterunt. Cuius corpus ab hoſtibus ſub pacto Symon & ionathas fratres redimentes:perduxerunt ad Modin uillam:ubi & pater eorum ſepultus erat:lugēte eum per multos dies populo Hæbreorum:& honorante ſecundum communem & legitimam conſuetudinem. Finis quidem talis iudam inuēit:uirum fortem & magnum & bellicoſum: & mandatorum patris ſui memorem:& omnia pro libertate ciuium & facere & pati paratum. Tali ergo uirtute plenus:magnam ſibi gloriam & monimenta ſeruauit:liberans gentem a Macedonum ſeruitute. Qui cum principatum ſacerdotii tribus annis habuiſſet:defunctus eſt.

Incipit liber Tertiuſdecimus antiquitatis iudaicæ.

Qualiter Ionathas frater Iudæ:defuncto eo ducatum ſuſcepit. Et quemadmodum Bachidem debellans:facere eum amicitias ſecum:& a prouincia coegit abſcedere. CAP. I.

Vibus modis gens Iudæorum Macedonibus in ſeruitute eam tenentibus libertatem recæpit: & quod per tanta certamina dux eorum iudas tranſiens defunctus eſt:pro ipſis bellans uolumine ſuperiore monſtrauimus. Poſt interitum uero iudæ: iterum quicunque erant impii & tranſgreſſores patriæ legis: uenerunt contra iudæos:& undique eos peſſime moleſtabant. Adiuuabat autem eorum malitiam fames quæ tunc prouinciam omnem occupauit:ut multi propter inopiam neceſſariorum non tolerantes ambas calamitates famis:& inimicorum:tranſfugerent ad Macedones. Bachides interea iudæos qui patria relinquerent ſolennia: & communem uitam eligerent congregans: cuſtodiam eis prouinciæ tradidit. Qui tenentes amicos iudæ Bachidi prodebant:quos torquens crudeliter occidebat. Tantis ergo iudæi calamitatibus oppreſſi:reliqui ex amicis iudæ uidentes miſerabiliter gentem pereuntem ad euntes fratrem eius Ionathan: rogabant eum:ut imitaretur fratrem ſuum:& illius erga ſuam gentem prouidētiam hortabantur:adhiberet: & ne deſpiceret populum ſine defenſore pereuntem. Ionatha uero promittente paratum ſe eſſe mori:pro cunctis: & credentes eum ſuo fratri parem exiſtere:ducem iudæorum ordinauerunt. Quod Bachides audiens & timens:ne regi uel macedonibus concitaret bella ionathas: ſicut olim Iudas dolo eum interficere ſtatuit. Cuius uoluntas non latu

it ionathan neque fratrem eius Symonem. Qui colligentes ſocios omnes ad deſerta cõfugierũt: & uenientes ſuper aquam quæ dicitur lacus Aſſar: ibidem commorabantur. Bachides autem ſentiens eos: diſceſſiſſe: & in illo loco conuerſari: contra eos omni cum ſua uirtute progreſſus eſt: & trans iordanem caſtra ponens refouebat exercitum. Ionathas cognoſcens Bachidem contra ſe ueniſſe: mittit fratrem ioannem qui Gaddi dicebatur ad Nabutheos Arabas: ut apud ipſos deponerent ſuppellectilem: uſque quo pugnarent contra Bachidem: erant enim amici. Ioannem ergo euntem ad Nabutheos: inſidiis collocatis in Nabath ciuitate filii Amri: capiunt eum una cum ſuis: & rapientes omnia quæ portabant: occidunt ioannem & omnes ſocios eos. Vindictam uero quam pro hoc receperunt a fratribus eius: poſtea demonſtrabo. Bachides autem cognoſcens ionathan in nemoribus iordanis caſtra poſuiſſe: obſeruans ſabbatorum diem contra eum uenit: tanquam non in ea pugnaturum propter legem. Ille ſocios hortatus: & animæ eos pericula pati dicens: in medio comprehenſos fluuii & hoſtium: & quia aufugere non haberent: dum hoſtis ante faciem: fluuius a retro prohiberent: orans ad deum ut uictoriam ſibi præſtaret: committit pugnam cum hoſtib⁹. Quorum multos occidens: cum uideret temerarium ſe Bachidem appetentem: dextramque ad feriendum extendentem: præuidens plagamque deuitans: cum ſociis in fluuium exiliuit: & permatans trans iordanem: periculum mortis euaſit. Nam Bachides fluuio relicto: ad Hieroſolymorum arcem diſceſſit: uſque ad duo milia ſuorum amittens. Qui etiam multas iudeæ ciuitates capiens: muniuit Hiericho & Amatutem & Bethoron: & Bethulam: & Phamnathan: & Faratonem: & Thochoam: & Gazara: & turres in unaquaque ciuitate conſtituens: & muros circundans eis ualidos: & magnitudine præcellentes: cuſtodiam in eis ſtatuit: ut exinde iudæos affligeret. Arcem uero Hieroſolymorum cautius muniuit: & tollens filios nobilium iudæorum: obſides in arce concluſit. Eodem tempore ueniens quidam ad ionathan & fratrem eius Symonem: nunciauit filios Amri celebrare nuptias: & nouam nuptam nobilem duci a Madaba ciuitate & Arabas cum pompa munificentiſſima. Ionathas tunc & Symon tempus putantes proſperum ſibi ad fratris ioannis apparuiſſe uindictam cum multa potentia ſociorum egrediuntur ad Madaba: & inimicos inter montes inſidiis collocatis præſtolabantur. Vt autem uirginem & ſponſum uiderunt: & multitudinem amicorum cum eis ſicut in nuptiis: exilientes ab inſidiis omnes occiderunt: & ornatum cum omni præda tollentes reuerſi ſunt: pœnã pro fratre ioanne a filiis Amri talem exigentes. Nam ipſi cum ſequentibus amicis & uxoribus uel filiis: numero quadringenti perempti ſunt. Symon itaque & ionathas ad oram iordanis reuerſi ibidem permanebant. Bachides autem omnem iudæam muniens: ad regem reuerſus eſt. Iudæi uero duobus annis a bellorum tumultu requieuerunt. Tunc tranſfugæ uel impii uidentes ionathan cum ſuis multam licentiam habere libertatis: dixerunt ad regem demetrium: petentes mitti Bachidem ut ionathan debellaret: quod facilius euenire pollicebantur: ſi una nocte inopinabiliter eum inuaderent. A rege ergo Bachides deſtinatus: perueniens ad iudeam omnibus ſcripſit amicis: & iudæis auxiliari ſibi: quatenus ionathan compræhenderent. Feſtinantibus autem eis & non ualentibus ionathan tenere: quia nimis ſe caute tractabat. Bachides ira commotus tranſfugarum primos quinquaginta: qui ſibi & regi mentiti ſunt occidit. Ionathas uero cum fratre uel ſociis ad Vithalagam uillam timens Bachidem abſceſſit: ædificanſque turres: & muro circundans: eam habebat ualde munitam. Quod audiens Bachides: milites ſuos cum Iudæorum auxiliatoribus perducens contra Ionathan peruenit: & ad eius munimina accedens: per dies multo obſidebat eum. Qui obſidioni fortiter reſiſtens. Symonem quidem fratrem ſuum expugnaturum Bachidem in ciuitate dimiſit: ipſe uero furtim egreditur in prouinciam: & congregans manum multam: nocte Bachidis innadit exercitum & multos occidens: Symonem fratrem fecit aduentum ſuum cognoſcere. Qui ſentiens hoſtes interimi egreditur: & Macedonum machinamenta obſidioni præparata ſuppoſitis flammis incendit: & multos eorum uiriliter interfecit. Videns autem Bachides ab inimicis ſe circunſeptum: quorum alios quidem ante ſe: alios autem retro conſpiciens turbatus hæc inſperate ſibi eueniſſe: in tranſfugas tanquam in deceptores ſuum furorem conuertit: uolebatque ſi poſſet obſidione ſoluta ſine dedecore ad propria remeare. Cuius uoluntatem cognoſcens ſonathas: legatum ad eum pro amicitiis deſtinauit: quatenus redderent inuicem ſibi quos cœperant utrique captiuos. Putans autem hanc honeſtiorem Bachides diſceſſionem: paciſcitur cum Ionatha & iurauerunt utrique nunquam contra ſe arma præſumere: & captiuos dantes & recipientes: in Antiochiam Bachides receſſit. Qui poſt hanc diſceſſionem: nequaquam ad iudæam deinceps peruenit. Ionathas uero hanc libertatem acquirens in Machina ciuitate populorum negocia diſponebat: & maliuolis uel impiis cruciatis: Iudæorum gentem purgabat.

De Alexandro Epifanis Antiochi filio ueniente a Syria: & ducente bellum contra Demetrium. Et qualiter Demetrius legationem ad Ionathan tranſmittens: componit cum eo amicitias: donaq; ei multa præbuit. CAP. II.

Nno ſexageſimo & centeſimo Epifanis Antiochi filium contigit Syriam aſcendere: & Ptholomaidam capere ciuitatem: per proditionem militum intus commorantium. Erant enim ingrati circa Demetrium propter ſuperbiam ſuam: quia dum ſe

clauſiſſet in quadam turre regali quam non longe ab Antiochia conſtruxerat: a nemine uidebatur: ſed & rem publicam ut ſeditioſus negligebat. Vnde & odium ei a ſubiectis exortum eſt ſicut iã alibi demonſtrauimus. Igitur in Ptholomaidẽ Demetrius audiens Alexandrum peruenisſe omnẽ contra eum produxit exercitum. Direxit autem & ad Ionathan legatos pro auxiliis: nam præcedere Alexandrum ſtatuit: ueritus ne ille prius auxiliũ eius poſtularet: aut Ionathas memor malorũ ſeſe cũ inimicis coniungeret. Denunciauit ergo eũ multitudinẽ congregare: obſidesq; Iudæorum recipere quos Bachides in arce Hieroſolymorum concluſerat. Talibus inter hæc a Demetrio Ionathas ad ſe nuncijs uenientibus ad Hieroſolymam peruenit: & epiſtolas regis audiẽte populo uel arcis cuſtodibus hilaris intimauit. Quib⁹ relectis traſſugæ uel ipii trepidauerũt: ꝓcipiẽte rege q̃tenus Ionathas exercitum congregaret: & obſides reciperet. Quos cũ accepiſſet: ſuis unũquemq; parentibus reddidit. Equidẽ Ionathas in Hieroſolymis manſionem faciebat: renouans ciuitatẽ: ſuaq; uoluntate ſingula conſtruens: & ædificans muros ciuitatis lapidibus quadratis: ut forent aduerſus hoſtes munitiſſimi. Quæ uidentes cuſtodes muniminum: Iudæam relinquentes oẽs in Antiochiã fugerũt præter illos qui in Bethſura ciuitate & in arce Hieroſolymorum erant: quorum plurima pars impiorũ & tranſfugarum fuit Iudæorum. Quapropter caſtra nõ reliquerũt.

Quomodo Alexander hæc audiens: & uincens Demetrium: principem ſacerdotum Ionathan ordinauit. CAP. III.

COgnoſcens autẽ Alexãder promiſſiones quas Demetrius fecerat Ionatæ: & fortitudinem eius: & quanta diſpoſuerat bellans cõtra Macedones: & iteꝝ qualia ipſe ptulerat a Demetrio: & Bachide duce Demetrii: & melius nihil inuenire: quã Ionathæ ꝑſidiũ: ad amicos dicebat in ꝑſenti tpe. Ionathas q & contra hoſtes fortis exiſtit: & odiũ hẽt propriũ i Demetriũ a quo multa mala perpeſſus eſt: ſi uidet amicũ eũ facere cõtra Demetrium nũc debemus: non rogare eum ad auxilium conferendum. Cunq; ei & amicis placuiſſet: tranſmiſit ad Ionathan ſcribens talem epiſtolam. Rex Alexander Ionathæ fratri ſalutem. Fortitudinem quidem & fidem tuam iam dudum audiuimus. Et ideo tranſmiſimus ad te ꝓ auxiliis: & ordinauimus te hodie principem ſacerdotũ Iudæorũ: & amicũ noſtrum uocari ꝓcipimus. Iccirco etiam deſtinaui tibi pro munere purpuream ſtolam: & aureã coronã: & peto honoratũ te a nobis: ſimilem erga nos fieri. Suſcipiens epiſtolã Ionathas: induitur quidẽ ſacedotal ſtola celebratione tabernaculorum inſtante: poſt quartũ annũ mortis Iudæ fratris ſui. Nã neq; ꝓ ipſum tps principes ſacerdotũ aliquis cõſtitut⁹ eſt. Collegit uero & multũ exercitum: & armorũ copiã quã ipſe cõſtruxerat. Quod factum ut peruenit ad Demetrium nimis eum multumq; contriſtauit: ſuamq; cœpit accuſare tarditatem: q̃ non ante Alexandrum eſſet ipſe clemens erga Ionathan. Verumtamen nec ſic diſtulit ſcribere ad Ionathan: & ad populũ eius. Cuius exemplar taliter exiſtebat. Rex Demetrius Ionathæ gentiq; Iudæorum ſalutẽ. Quomodo noſtrã ſeruaſtis amicitiã tẽptantibuſq; uos inimicis nõ cõſẽſiſtis. Hanc ueſtrã quidẽ laudo fidẽ: & in his pmanere queſumus: recipiẽtes a nobis uicẽ uel gratiam: per quã mereamini uectigalium ueſtrorũ releuationẽ. Et quicquid ꝑdeceſſoribus meis regibus uel mihi hactenus ꝓbeatis: oĩa noueritis noſtra uobis largitate cõceſſa. Sup hæc etiam pretiũ ſalis uobis & coronarũ quas nobis offerebatis uel quod pro tertia parte frugum: & medietate fructus lignorum quod parti meæ competebat: uobis ab hodierno die remitto. Sed & cenſum ſingulorũ habitantium in Iudæa: qui noſtro ærario proficiebat. Necnõ & triũ finitimarũ uobis ꝓuinciarũ: Samariæ: uel Galilææ: & trãs Iordanẽ: uniuerſa uobis concedo: a nũc per oĩa tpa. Ciuitatẽq; Hieroſolymorũ ſacram & inuiolabilem priuilegia ſua poſſidere: liberãq; cum ſuis cõfinibus a decima parte uectigalium eſſe præcipio. Arcem uero cõmitto ſacerdoti ueſtro Ionathæ: ut quos ipſe probauerit fideles amicos: cuſtodes in eam deputet nobis ſeruandã. Captiuoſq; Iudæorum: & ſeruiẽtes apud nos: liberos eos eſſe concedo. Nec poſt hanc ſanctionem Iudæorum iumenta uiolentiis angariorum ſubiaceant. Sabbatum autem uel omnes dies feſtos & tres ante eos dies: ſine uectigalibus eſſe denuntio. Eodẽ modo iudeos noſtram terram habitantes: liberos ac ſine leſione dimitto. Licentiãq; mihi militare uolẽtibus uſq; ad triginta milia ꝓſtamus: eadem quibus & meus utitur exercitus: ubicũq; ierint accepturi. Ordinabo ergo quoſdã eorũ in caſtris: quoſdam cuſtodes mei corporis: & duces in aula mea conſtituam. Præcipio uero magis ueſtris uti legibus: eaſq; cuſtodire: & tribus propoſitis in iudæa legibus obedire Principemq; ſacerdotum diligẽtiam habere uolo: ne quis iudæorũ aliud templum niſi Hieroſolymitarum ueneretur. Præbeo etiam ad ſumptus ĩmolationum per ſingulos annos: centũ quinquaginta milia dragmas: quæq; ſuperfuerint pecunias ueſtas eſſe uobis. Decem milia autem dragmas quas reges a templo accipiunt: uobis cedo: quia ſacerdotibus miniſtrantibus templo competunt. Quicunq; itaq; ad Hieroſolymorũ templũ uel intra eius fines confugerint: debitores regalium pecuniarũ: ſiue qualibet cã facientes: licentiam eis indemnitatis concedo. ſaluaſq; eorũ poſſeſſiones eſſe. Renouari uero templum impendiis ex meo factis muroſq; ciuitatis ſpondeo fabricari: turresque altas conſtruere. Et quicquid ad munimen ueſtrum neceſſe fuerit: meis ſtipendiis reſtaurare polliceor. Tantum eſtuat quas cœpiſtis amicitias nobiſcum & fœdus: ſine ſimulatione ſeruetis. Hæc quidem promittens & blandiens Demetrius iudæis ſcripſit. Rex uero Alexander magnũ col-

ligens conductum exercitum : & milites qui de Syria transierũt ad eum contra Demetrium duxit: pugnaq; commissa:cornu sinistro Demetrii aduersarii sunt fugati:& persecutione diuina multi eoꝝ occisi sunt castraq; direpta : dextrum quoq; cornu in quo Demetrius præliabatur deuictum ẽ:& alii quidem omnes recesserunt. Demetrius autẽ fortiter pugnans non paucos hostiũ prostrauit. Cũq; fugans alios equus eius ceni baratro inhesisset minime fugere ualẽs occiditur.Nam uidẽtes hostes quod ei contigisset:reuersi circundederunt eum : & omnibus in eum iacula destinantibus:cum ille pedestris fortiter resisteret : postea multis perfossus uulneribus:nec ualens sustentare collapsus est. Demetrii quidem talis extitit finis:qui regnum per undecim annos rexit:sicut & alibi demonstrauimus.

De amicitiis Oniæ cum Philometore Ptolomeo:per idem factis tempus:& ut edificauit templum quod Oniæ dicitur:secũdũ illud quod Hierosolymis erat. CAP. IIII.

ONiæ uero principis sacerdotum filius : eodem nomine quo pater nuncupatus:quem alexandriam fugisse ad Ptolomeum regem cognomine Philometorẽ diximus uidẽs Iudæam a regibus Macedonum mala pati:uolẽsq; memoriam & gloriam eternam sui relinquere ad Ptolomeum regem & reginam Cleopatram transmisit : petens licentiã quatenus tẽplũ edificaret in Aegypto:simile Hierosolymoꝝ : leuitasq; uel sacerdotes de genere suo cõstitueret:quod desiderabat cõfidens in propheta Esaiæ:qui ante sexcẽtos ános præ dixerat ꝙ oporteret in Aegypto templum edificari maximo deo per uirum Iudæum.Iccirco elatus Onias Ptolomeo uel Cleopatræ huiusmodi destinauit epistolam. Multa uel maxima uobis bello rum conficiens opera:& cum dei auxilio perueniens ad humilẽ Syriam:& Phœnicẽ & in lenonum ciuitatem Heliopolim : perq; alia loca multa ueniens præter constitutiones templa Iudæos construxisse reperi: quapropter & perfidos extitisse quod etiam Aegyptiis accidit : propter templorum multitudinem uariarum regionum.Opportunũ aũt locum inueni qui dicitur agrestis Bubaste castrum plenum uaria materia:uel sacris animalibus:& peto cõcedendũ mihi eum dominio tuo segre gatum : quatenus purgare templum ibi dirutũ:& ædificare maximo deo possim mensura eadem & simile Hierosolymoꝝ pro te:tuaq; coniuge:uel filiis: quatenus habeant Aegyptũ habitantes Iudæi: quo conuenientes secundum concordiam quã adinuicem habent: possint tuis utilitatibus ministra re.Nam & Esaias propheta prædixerat esse in Aegypto domino deo sacrificiũ multaq; talia de ipo prædicauit.Hæc quidem Onias regi Ptolomeo scripta transmisit.Considerent tamen aliqui pietatem eius & Cleopatræ suæ sororis uel coniugis ex epistola quam scripserunt.Nam peccatũ & legis transgressionem sup caput Oniæ posuerũt scribẽtes hæc.Rex Ptolomeus & regia Cleopatra Oniæ salutem. Legimus tuam petitionẽ in qua suggerebas permitti tibi i Lenonũ ciuitate tẽplũ Heliopo litanum dirutũ purgare qd' appellat agrestis Bubaste.Quapropter miramur si deo gratũ sit templũ quod ædificaturus sis in tam luxurioso loco:plenoq; sacris animalibus.Sed quõ dixisti Esaiam pro phetam iã dudũ hoc prædicasse cõcedimus tibi:si cõtra legem uestrã nõ est: ut nihil nos in deũ pec casse uideamur.Accipiẽs igitur locũ Onias ædificauit tẽplum araq; deo similẽ Hierosolymoꝝ:minus tamen & pauperrimum.Mensura uero eius & uasa minime uisum est mihi nunc describere. Nam in septimo libro Iudaicæ antiquitatis inserta sunt. Inuenit & Onias quosdam fui similes Iudæos sacerdotes & leuitas ibi religionem colẽtes.Sed de hoc templo late narrauimus.In alexãdria uero Iudæos & Samaritas qui tẽplum temporibus Alexãdri macedonis super Garizi mõtẽ cõstruxerunt:contigit contra se seditionem excitare: & ꝑpter tẽpla coram ipso Ptolomeo certare : Iudæis quidem dicentibus : secũdum legẽ Moysi templũ se in Hierosolymis constructisse:Samaritanis aũt in Garizi:& supplicauerunt ut cum amicis rex consederet:audiens de: his altercationẽ uictosq; morte multaret:cum pro Samaritis Sabbeus & Theodosius intimasset :pro Iudæis uero & Hierosolymitis Andronicus mesalamis : iurauerunt per deum coram rege secundum legem dicta sua probare: petiuerũtq; Ptolomeum quatenus iusiurãdi transgressores perimeret. Rex uero multos secũ amicos in conciliũ congregans:sedit ptes audire.Tunc Iudæi alexãdria cõstituti timebãt nimis de uiris qui ꝑ templi Hierosolymitãi pte differebãt nã atrociter ferebãt:si hoc tã antiquũ & nobile p uniuersum mũdũ tẽplũ solueret.Cũq; Sabbeus & Theodosius cõcessissent ut primus Andronicus uerba faceret:idem Andronicus approbationẽ facer suã cœpit ex lege uel ꝑdecessoribus pricipum sacerdotum quis ex eo genere honorẽ sacerdotii a patre suscepisset:& quõ oẽs Asiæ reges tẽplũ uariis obla tionibus & clarissimis donis honorauerunt:de Garizi uero tẽplo neminẽ sermonẽ feciſſe. Quæ dicens Andronicus:& his multa similia:regẽ flexit sñiam pnũciare decernendã:tẽplũ Hierosolymitarũ secũdũ leges Moysi fabricatũ fuisse:Sabbeũ aũt & Theodosiũ iterficiẽdos.Hæc sunt quæ cõtigerunt Iudæis in Alexãdria tẽporibus Ptolomei Philometoris.

QUẽadmodũ Alexãder defũcto Demetrio:accepit regnũ Syriæ:ũcta sibi i matrimoniũ filia Ptolomei:& qa aũcitias cũ Ionatha faciẽs magnifice eũ honorauit. CAP .V. Taq; Demetrio i pugna pempto:sicut superius indicauimus:Alexãder accipiẽs regnũ Syriæ:scripsit Ptolomeo.ut acciperet in matrimonio suo filiã eius:iustũq; hoc dicebat esse:cũ paternũ obtinuisset pricipatũ : & per dei prouidentiam in eo perductus fuisset

poſt perditionem demetrii:ſed ét per alia multa dignum ſe eius familiaritate: uel cognatione dice bat. Ptolomeus uero libenter ſponſalia accipiens reſcripſit dicens:gauiſum ſe eſſe q̄ paternum ſuſce piſſet principatum:daturū q̄ ei ſuam filiam promiſit:& occurrere iuſſit eum ad Ptolomaidam: quate nus ei filiam ſuam iure traderet nuptiali. Tunc ipſe puellam ad Ptolomaidam ab ægypto producen dam: ibiq̄ coniugendam eſſe conſtituit. Ptolomeus quidem hæc ſcribens:prope ad Ptolomaidam peruenit:filiam Cleopatram ſecum adducens:ubi ſecūdum conſtitutum:Alexandrum repperit. filiam q̄ ſuam ei coniunxit:dotem argento uel auro ſecundum regiam quantitatem complens. Cunq̄ nuptiæ celebrarent ſcribens Alexander Ionathæ principi ſacerdotum:iuſſit eum ad Ptolomaidam feſtinare. Qui perueniens ad reges:munificenter eis offerens dona:claro apud eos honore potiebatur. Tunc Alexander compulit eum propria ueſte exutum purpura induı.ſimulq̄ ſuper tribunal ſecum ſedere:iuſſitq̄ duces cum eo procedere:perq̄ mediam ciuitatem clamare:nemini contra eum quicquā dicere:uel cauſas licere connectere. Quod cum duces feciſſent regis:ærga Ionathæ inuidē tes hi q̄ parati fuerant eū accuſare:ſimul cū inimicis eius,pfugerūt ueriti:ne qd peſſimum paterent. Tanto uero ſtudio rex Alexander dilexit Ionathā:ut primum eum ſuoꝝ deſcriberat amicorum.

Vt Demetrius Demetrii filius:nauigans in Syriam a Creta cū exercitu conturbauit Alexandrum fama aduentus ſui. Et de Apollonio duce Alexandri:qui bellum mouit aduerſum Ionathan:ipſo ta men Ionatha triumphum obtinente.

CAP. VI.

Centeſimo & ſexageſimoquinto anno:Demetrius Demetrii filius cū multis conductis quos ei Laſthenes cretenſis præſtiterat a Creta ad Ciliciam nauigauit. Quod Alexander audiens in pauore turbataque conſtitutus continuo de Phœnicia ad antiochiam feſtinauit ut prius q̄ huc perueniret Demetrius:eam tute diſponeret. Reliquit uero humilis Syriæ ducem Apollonium:cognomie Titum:qui cū multo exercitu ,pfectus ad Iamniam:Ionathæ principi ſacerdotum mandauit dicēs. Iniuſtū eē eum ſolum cum licentia uel poteſtate uiuere:non obediētem regi ſibiq̄ dicebat hoc magnum obprobriū ab omnibus inferri:q̄ eū non ſubigeret regi. Non ergo te inqt in mōtibus abſcondas:arbitratus fortitudinem te habere:ſed ſi confidas tuæ uirtuti deſcende:quatenus per campum noſtri milites confligant: & fortiſſimi belli euentus demonſtret uictoriam meis uel tuis. Scito tamen optimos ab unaquaque ciuitate mihi cōmilitones iunctos:qui ſemper tuos proauos euicerunt. Nobis autem in tali terra certandum eſt:ubi non lapidibus ſed armis decet fortiſſime præliari:ne ſit locus tibi quo ualeas deuictus effugere. His incitatus Ionathas : decem milia militum eligens ab Hieroſolymis egreditur cum fratre Symone: peruenienſque ad Ioppem:caſtra iuxta ciuitatem diſpoſuit. Nam Ioppenſes portas concluſerant: intus habentes cuſtodias ab Apollonio conſtitutas:Cunq̄ Ionathas obſidere paraſſet eos: timentes ne ſuam ciuitatem deuaſtaret portas aperiunt. Apollonius uero captam audiens Ioppem a Ionatham:tria milia equitum ſumens:& octo milia peditum ad Azotum peruenit:& exinde tacite paulatimq̄ uiam ſibi perfecit. Cum ergo ueniſſet in Ioppem tanquam recedens:Ionathan trahit ad campum:confidens equitibus & ſpem in eis habens ſuæ uictoriæ. Cunq̄ proceſſiſſet Ionathas: ſequebatur eum ad Azotum Appollonius:qui cum ad campum uidiſſet hoſtem ueniſſe:conuerſus pugnam cum eo commiſit. Mille itaq̄ equites Apollonius ad inſidias in aliquo torrente diſpoſuerat:qui retro inimicis inſiſterent. Quod ſentiens Ionathas:non eſt turbatus:ſed ordinans in quadro exercitum:ut per ambas partes inimicos exciperent:hortatus é:ut fortiter ante uel retro pugnantibus ubiq̄ reſiſteret. Prælio autem uſq̄ ad ueſperam procedente dans fratri Symoni partem exercitus:iuſſit aduerſariorum eum aciem inuadere:ſuiſq̄ præcepit:teſtudine facta ſagittas equitum excipere. Qui cum præcepta feciſſent nihil ledebantur:quamuis hoſtes ſuper eos frequentia tela librarent: uſquequo ſuas euacuaſſent pharetras. Nam ſagittæ corpora clypeis ſepta: minime contingebant: cum conſtipatione teſtudinis tela uenientia relugarentur. Cum uero a primo mane uſque ueſpere iaculantes aduerſarii defeciſſent: intelligens Symon laſſos eos:inuadit aciem: fortiterque cum ſuis militibus dimicans:fugauit inimicos Videntes autem equites pedites ad fugam conuerſos: & ſpe eorum decepti ſine decore & turpiter abſceſſerunt:& per omnem campum diſperſi fugerunt. Quos ſecutus Ionathas uſque ad Azotum multos occidit eorum. Qui de ſua ſalute deſperantes:ad tēplum Dagonis confugerunt:quod erat in Azoto. Capiens autem incurſione ſua ciuitatem Ionathas:incendit eam:& omnes circa eam uicos. neq̄ pepercit templo Dagonis:ſed etiam flammis cōſumpſit:& eos qui ibi confugerant interfecit. Multitudo uero quæ in illo concidit prælio una cum illis qui in templo confugerant:octo milia fuerunt. Vincens ergo tantum Ionathas exercitum:ab Azoto diſceſſit: & ad Aſcalona uenit: & foras ciuitatem caſtra conſtituenti: territi Aſcalonitæ: in occurſum ei exierunt dona portantes. Qui laudans eorum uoluntatem reuerſus eſt ad Hieroſolymam: multam prædam ferens: quam uidebatur a uictis hoſtibus abſtuliſſe. Alexander autem deuictum audiens ducem ſuum Apollonium:ſimulauit gaudium: quot præter eius ſentētiam cum Ionatham conflixiſſet:qui eius amicus erat: mittitque teſtimonium Ionathæ: præbens præmium & honorem: & torquem aureum: ſicut ſolet affinibus regis dari:eique commiſit Accaronis prouinciæ magiſtratum.

De insidiis quas Alexander parauit Ptolomeo:quas deprehendens Ptolomeus: iratus ablatam eius matrimonio filiam suam iunxit demetrio filio demetrii cum quo etiam duxit exercitum contra Alexandrum:quo deuicto ipse quoq; periit:demetrio Asiæ principatum obtinente:qui & amicitias fecit cum Ionatha:confirmans ei principatum sacerdotii. CAPI. VII.

EOdem tempore rex Ptolomeus Philometor dictus:naualem ducens exercitum & pedites:ad Syriam ueniebat:Alexandro suo genero solatia præbiturus. Quē oēs ciuitates studiose Alexandro præcipiente susciebant:& deducebant usq; ad Azotum: ubi oēs proclamabant:accusantes Ionathan q; templū incēdisset & destruxisset:prouinciamq; uastasset:multosq; eoꝝ interemisset. Quæ Ptolomeus audiens tacuit. Ionathas aūt in Ioppen occurrit Ptolomeo dona clarissima uel honorem ab eo pcipiēs:& producēs eum usq; ad fluuiū qui Eleutherus appellat ad Hierosolymam:remeauit. Peruenies ergo Ptolomaidem:p̄ter omnē spem paulominus habuit interfici Ptolomeus insidiis Alexādri quas ei per ammonium amicū parauerat. Manifestis aūt factis insidiis Ptolomeus Alexandro scribit:ad pœnam Ammoniū petens:& dicens insidias se ab eo passum:& uindictam sumere iustū esse. Alexandro uero non concedente Ptolomeus intellexit illū cām insidiarum extitisse. Quapropter ei factus est odiosus. Antiochenis aūt & prius erat odibilis Alexander propter Ammoniū:multa nāq; per eum passi fuerant:& pœnam quidē ab Ammonio pro eius delictis exegerunt:occidentes eū qui tanq̄ mulier se properabat abscondere habitu circūdatus fœmineo:sicut alibi dictū est Ptolomeus itaq; accusans eū ut proditorem nuptiaꝝ filiæ suæ:trāsgressoremq; auxilii quod ei cōtra Demetrium deduxisset:soluit affinitatem. Nam & auferens suā filiam:ad Demetriū legationē direxit:amicitiā cū eo cōponēs: filiāq; daturū se illi uxorem & restituere paterno eum principatui cōpromittens. Demetrius uero gaudēs: suscepit legationē & nuptias. Tū nimius iam ptolomeo labor restabat:flectere antiochenos :ut Demetriū susciperent:nā inimici eius fuerunt:eo q; a patre eius Demetrio multa pessima passi fuissent: & Alexandro tamen antiocheni propter ammonium irascebantur: ut prædiximus. Qui pulsus ab Antiochia:in Ciliciam usq; peruenit. Ptolomeus ergo ad Antiochenos ueniens:rex ab illis & militibus ordinatur:coactusq; duo sibi diademata superposuit:unū Asiæ:alteꝝ Aegypti. Benignus aūt & iustus existēs:nec concupiscens aliena:sed & futura prouidēs:recusare regnū decreuit: ne romanos offenderet:ideoq; Antiochenos in contionē congregans:flectit eos ut demetrium susciperēt:dicēs eum nequaq̄ pro patre dolorē seruaturum:si bene mereret ab eis: doctorē aūt in bonis & ducem se illi eē:nec se fallacibus negociis immiscere:sibi aūt dicebat Aegypti regnū sufficere. Quæ differens flectit Antiochenos demetrium suscipere. Alexandro uero cum magna militia uel apparatu ad Syriam a cilicia profecto:terramq; Antiochenorum prædante Ptolomeus cū genero contra eū duxit exercitum. nam iam filiam suam matrimoniali iure demetrio contradiderat:& uincens Alexandrum:ad Arabiam fugauit eū. Contigit aūt in prælio:ut equus Ptolomei uocē elephantis audiens: Ptolomeū iactaret. Quod cū uidissent hostes:impetum super eum fecerūt:multisq; uulneribus caput eius perforantes:ad periculū mortis eum adduxerūt. Sed custodes corporis eius rapientes eum liberauerunt:& ita per quattuor dies defectus iacuit:ut nec loqui nec intelligere potuisset. Alexandri uero caput arabum potentissimus Zabilus abscidens Ptolomeo transmisit. Qui die quinto releuatus a uulnerum dolore:suauem sibi rem summūq; spectaculū Alexandri morte simul & capite uidit:qui tamen paulopost uitam finiuit:pro alexandri morte gaudio summo completus. Regnauit ergo asiæ alexander qui dictus est Balans annis quinque:sicut in aliis demonstratum est. Suscipiens uero principatum demetrius qui Nicanor appellabatur:fraudibus corrumpere cœpit Ptolomei militiam oblitus:& q; socer eius & auxiliator fuisset:& affinis p connubium Cleopatræ. Quapropter milites Ptolomei ad alexandriam confugierūt:Elephantos aūt demetrius comprehēdit. Ionathas interea princeps sacerdotū ex omni Iudæa sibi milites congregans:arcē Hierosolymoꝝ obsidebat: ubi custodia Macedonum:& transgressoꝝ multitudo locata uidebat. Et hi quidē contēnebant Ionathan facientem machinamenta:confidentes loci munitionibus. Noctu uero quidem maliuoli iudæi exeuntes:uenerunt ad demetrium:arcis obsidionem nūciantes. Qui nuncio incitatus: exercitum contra Ionathan ab antiochia eduxit. Cunque ad Ptolomaidem peruenisset:scripsit Ionathæ: præcipiens ad Ptolomaidem eum citius occurrere. Ionathas aūt obsidionem quidem minime soluere decreuit:seniores uero populi. & sacerdotes congregans:& aurum & argentum & uestem:cum multitudine donoꝝ deportans:ad demetrium usq; peruenit. Quæ cum obtulisset:iram eius molliuit:& honoratus firmum ab eo principatum sacerdotii susciepit:quē a regibus ante ipsum donatum possidebat:accusantibusq; eum transfugis:Demetrius eis non credidit: sed & petenti quatenus pro omni iudæa:uel tribus prouinciis:Samaria:uel Ioppe:uel Galilea:trecēta tantum daret talenta pro omnibus his epistolā ei præstitit:quæ uerba huiuscemodi continebat. Rex Demetrius Ionathæ fratri:gentiq; Iudæorum salutem. Exemplum epistolæ quā Lastheni cognato nostro scripsimus:transmisimus uobis:ut eam noueritis. Rex demetrius Lastheni patri salutē. Iudæoꝝ genti nobis amicæ: nostraq; iussa seruanti:pro fide decreui dona præbere:& tres possessiones Afferema: Belscelida: uel Ramathe:quæ additæ sunt Iudæis de Samaria: & his attinentia: quantacunque ad immolantibus

Hieroſolymoꝝ reges accipiebant ante metuel quæcũq; de fructu terræ:uel plantatis:omniaq; alia q̃ noſtro competunt iuri:uel paludes ſalis uel pro coronis quæ nobis offerebantur eis concedo. & nihil extorqueatur ab his amodo & impoſterum. Cura igitur ut huius epiſtolæ fiat exemplar & detur Ionathæ:quatenus in nobili loco templi reponatur. Hæc ſcripta fuerant. Videns ergo Demetrius pacẽ nullumq; ſupereſſe periculum:nec belli timorem:ſoluit exercitũ ſtipendiaq; eoꝝ iminuit:& ſolis illis ſumptus p̃bebat:qui cum eo a creta uel aliis inſulis uenerant. Vnde odium uel inimicitiæ mi litum contra eũ conflatæ ſunt:q̃bus ipſe quidẽ nihil p̃bebat:reges uero ante ipſum eis annonas etiã in pace ſubminiſtrabant:ut eos in certaminibus ſi oporteret ꝓ ſe fideles & pronos haberent : atq; pa ratiſſimos in re bellica & pacis cum omni haberent confidentia expetere.

De Tryphone Apameno:qui bellans contra Demetrium:Antiocho filio Alexandri tradidit prin cipatum componens amicitias cum Ionatha. CAP. VIII.

INtelligens itaq; odium militum circa Demetrium Alexãdri quidam dux:Apamenus genere:Diodotus noĩe:qui & Tryphon dicebatur uenit ad Malchum arabẽ : qui filiũ Alexandri Antiochum nutrierat:manifeſtanſq; ei inimicitias exercitus quas cõtra Demetrium habebant dari ſibi petebat Antiochum:nam regẽ eum facere : uel paternum pricipatum ei,ſe reſtituere dicebat. Qui primum reſiſtebat:minime credens:poſt uero multo tẽpore Tryphone petẽte:uincitur Malchus:flexuſq; uoluntate ſua ẽ ad ea quæ Tryphon pete bat. Princeps autẽ ſacerdotum ionathas capere uolẽs arcẽ Hieroſolymoꝝ:& iudæos tranſfugas:uel impios omneſq; qui per totam prouinciã cuſtodes erant:tranſmittẽtes ad demetrium legatos cum donis:rogabat ut de caſtellis iudæ cuſtodes eiiceret. Cui rex non hæc tantum ſe p̃bere:ſed etiam his maiora promittebat:poſt finem belli quod præ manibus habebat:petebat uero eum & auxilia tranſ mittere:mandans q̃ exercitus ſuus ab eo receſſiſſet. Tunc ionathas tria milia militum eligens deſti nauit. Antiocheni uero Demetrium propter hæc quæ paſſi fuerant abhorrentes : & propter patrem eius:qui multa contra eos mala cõmiſerat: tempus ſeruabant quo potuiſſent eum inuadere : uiden teſq; auxilia ueniſſe Demetrio ab Ionatha:arbitratiq; q̃ multa congregaret auxilia niſi præcederent eum arma ceperunt:& circũſtantes aulam obſidionis modo:coacto exercitu parati regem conaban tur opprimere. Ille ergo uidens populum hoſtiliter ſe cum armis inuadere : colligens conductos & ab ionatha tranſmiſſos iudæos:cum antiochenis confligit:quorum uim non ferens uincitur. Vidẽ tes autẽ iudæi ſic antiochenos atrociter expugnantes:ſuper palatii culmen aſcenderunt: unde illos uulnerantes:ipſi quidẽ propter altitudinem tectorum minime ledebantur:illos uero telis proſterne bant quæ de ſuperioribus ad inferiora iactabant:& ſic eos de proximis domibus repulerunt. Deide igne ſuppoſito flamma totam ciuitatem ex lignis conſtructam tectorum ſpiſſitudinem deuorauit. Antiocheni uero nequaquam ualentes extinguere ignem:ad fugam conuerſi ſunt:& cum iudæi de tecto ad tectum deſilirent:& ita eos perſequerentur:admirabilem cõtigit fieri antiochenſium depul ſionem. Rex autem ut uidit antiochẽos filios ſuos:& uxores ſuas uelle ſaluare: quapropter & pugnã reliquiſſe: per anguſtas uias inuadit eos:& confligens cum eis multos interfecit:ita ut cogerẽtur ar mis proiectis ſe demetrio tradere. Qui ueniam eis pro facinoribus conceſſit: ſeditionemque compe ſcuit. Donauit etiam iudæis partem prædæ . Cauſam item uictoriæ ſuæ factos eos profeſſus:gratias agens ionathæ ad Hieroſolymam tranſmiſit:laudans eum pro auxiliis deſtinatis. Poſt autem mali uolus contra eum extitit:promiſſioneſq; fraudauit:bellumq; minatus eſt: niſi cuncta redderet tribu ta:quæ iudæorum prioribus regibus Syriæ perſoluebat. Et hæc feciſſet:niſi Tryphon impetum eius prohibuiſſet:& apparatum eius contra ionathan:erga ſuas uertiſſet curas . Reuerſus enim Tryphon ex arabia cum puero antiocho:imponit ei quãuis adoleſcenti diadema. Cũq; oẽs milites tranſiſſent ad eum:Demetrium deſerentes:bellum cõtra Demetrium producit: & confligens cum eo uictoriã obtinuit:& elephantos cum antiochenſium ciuitate ſubiecit. Demetrius uero uictus ad Ciliciam re ceſſit. Antiochus autẽ legatos ad ionathan deſtinans & litteras:amicum eum ſibi parauit: & princi patum ſacerdotii confirmauit & quatuor prouincias quæ terræ iudæorum additæ fuerant: inſup & aurea uaſa uel pocula:& purpuream ueſtẽ ei tranſmiſit:hiſq; oĩbus ei uti permiſit:& fibulam auream ei donauit primumq; amicũ ſuum uocauit. Simonẽ autem fratrẽ eius ducem ſuper omnem militiã a regione Tyri uſq; ad Aegyptum conſtituit. Ionathas ergo de donationibus antiochi gauiſus mit tens ad eum:& ad Tryphonẽ legatos:amicum ſe eis proceſſus ẽ:& pugnare cum eo contra Demetri um inſinuans pro ꝑmiis laborum nõ parua mala a Demetrio ſe eſſe perpeſſum. Concedente igit an tiocho a Syria uel Phœnice ut congregaret exercitum:quatenus cum ducibus demetrii confligeret ſtatim ad ciuitates exiit. Quæ cum eum ſplẽdidiſſime ſuſcepiſſent:exercitum dare non diſtulerunt. Veniẽs ãt ad aſcalone ciuitatẽ:& munificẽter cum donis ſibi occurrẽtibus:hos ipſos petebat:& unã quãq; humilis Syriæ ciuitatẽ a demetrio deſiſtentẽ ad partes antiochi trãſire : ac ſecum bellum ꝑdu cere pro ultione demetrii:ex his q̃ quondã in eis peccaſſet:eſſe dicens dignas occaſiones ꝑ quas hæc cogitare deberent. Cũq; flexiſſet ciuitates auxilium antiocho mittere peruenit ad Gazã : ſperans ſe & hoꝝ fidẽ ad antiochum cõuertere. Multum uero præter quod ſperauerat aliter Gazæos inuenit: qui duriſſima obiectiõe non eum ſuſcipere nec demetrium relinquere decreuerunt. Quo dũ Iona

thas:concitatus esset:ad obsessionem eoꝝ & afflictionem prouinciæ paratur. Nam partem militiæ circa Gazam disponens:cum reliqua ipse percurrens:cuncta prædabat uel incendebat. Quæ cum ui dissent Gazæi:nullumq; auxilium a demetrio sibi uenisse cõspicerent:& periculum p̃sens:adiutoriũ uero longe & incertũ esse utrum ueniret.optimum eẽ decreuerunt: hunc dimittentes illi obedire. Faciẽtes igitur ad ionathã amicitias auxilia promiserunt. Hoies.n.ante malorum peritiam utilitates non intelligunt suas sed cum in malis fuerint constituti:tunc mente percipiunt & agunt:quæ nihil lesi facere debuerunt. Ionathas consentiẽs eis de amicitiis: tollensq; obsides ad Hierosolymam trãsmisit ipse uero totam prouinciam percurrit usq; ad damascum: dum demetrii duces audisset ad Cedessam cum multa manu uenisse. Cedessa inter Tyrum Galilæam consistit. Nam hoc desiderabãt duces demetrii:ut de Syria eum ad Galilæam traherent:putãtes minime eũ pati Galilæos sibi subiectos affligi. Cũq; ionathas eis occurrisset:Symonẽ fratrem in iudæa ducẽ reliquit. Qui multũ exercitum de prouincia congregans:Bethuram obsedebat: locum iudeæ munitissimum: nam tenebat eam demetrii custodia:sicut & prius a nobis demonstratũ est. Vt ergo aggerẽ cõposuisse Symonẽ uiderunt:& machinamẽta constituisse:multaq; usum industria contra Bethsuræ obsidionẽ: timuerunt custodes ne capto loco interirẽt:& mittentes ad Symonẽ:petebant fidẽ acciperent:ne quid ab eo pessimum paterentur. Qui cum fidẽ dedisset: illos quidẽ de ciuitate tulit:suamq; custodiam ibi constituit. Ionathas itaq; exiẽs a Galilæa ab aquis quæ Genisaron dicuntur:nam ibi sua castra posuerat: ad campum qui dicitur Asor peruenit:nesciẽs illic hostes existere. Demetrii uero duces cũ ante unũ diem cognouissent contra se Ionathan uenire:insidias ei per montẽ collocauerunt: ipsiq; cũ electis militibus in campo ei occurrerũt. Quos cũ uidisset Ionathas ad pugnam paratos:hortabatur suos. Illi uero qui a demetrii ducibus per insidias erant locati:a retro iudæos inuadũt. Qui cum timerent ne in medio capti peritẽt:ad fugam se dederũt. Et ibi quidẽ omnes reliquerunt ionathan: pauci uero cũ eo numero quinquaginta remanserũt:& Mathathias Salomoni:& iudas calsi:qui duces erant totius exercitus. Hi audacter & isperate sup inimicos irruẽtes:atrociter eos fugauerũt. Tũc uero milites ionathæ qui discesserant ut uiderunt hostes ad fugam uersos congregati persequebantur eos & hoc fecerunt usq; ad Cedessam:quo castra hostiũ erant. Victor igitur ionathas in illa pugna refulsit:duo milia prosternẽs inimicoꝝ:& ad Hierosolymã reuersus est. Qui cũ uidisset oĩa sibi dei prouidentia secundum suam accedere uoluntatẽ:legatos Romam destinauit: reuocare cupiẽs olim cum gẽte iudæorum amicitias celebratas:suisq; legatis præcepit: ut redeũtes ab italia:per Spartiatas trãsirent:quos deberent ad memoriam amicitiæ uel cognationis reducere. Qui cum Romam uenissent & ingressi ad senatum:mandata principis sacerdotum ionathæ dixissent: q̃ eos mitteret amicitias renouare:quæ prius per senatum de iudæorum amicitiis fuissent statutæ:Senatus dedit eis reportandas epistolas ad omnes Asiæ reges:& magistratus ciuitatum:quatenus per eos illesi ad ꝓpria remearent. Reuertentes autem ad Spartiatas uenerunt:& epistolas Ionathæ eis porrexerunt: cuius exemplum huiusmodi fuerat. Ionathas princeps sacerdotum gentis iudæorum:uel curia & collegium sacerdotũ:præsidibus & senatui:& populo Lacedæmoniorum salutẽ. Si salus uobis publica uel priuata bene procedit:sic est ut uolumus:salui autem sumus &'nos in prioribus tamen temporibus epistola nostro pricipi sacerdotum Oniæ a uestro rege Areo: & ab omni populo missa est de uestra simul & nostra cognatione:cuius exemplum subiacet epistolæ: quam quidem libenter suscipimus & populo & Areo fautores facti sumus:non egentes huius rei approbatione:quia per sacras nostras litteras hoc esse credimus. Initio ergo recognitionis non credidimus nos primi facere: ne præripere uideremur uestram gloriam:Multo uero transacto tempore:ex quo familiaritas communis extitit:in sactis & constitutis diebus deum pro uestra salute uel uictoria sacrificiis deprecamur: & cum multa nos circunstetissent bella per anaritiam uicinorum nec uobis nec aliis propinquis molestos nos esse decreuimus. Postquam autem hostes expugnauimus:legatos ad Romanos trãsmisimus. Numenium Antiochi: & antipatrum iasonis senatorio apud nos septos honore: quibus dedimus etiã ad uos epistolam: quatenus renouent uobiscum cognationem. Bene igitur facitis si & uos rescripseritis & mandaueritis siquid forsitan indigetis minime dubitantes:nos erga uestrum affectum impigros existere. Lacedæmonii uero libenter legatos suscipiunt:& componentes pacta cum eis de amicitiis dimiserunt. Eodem tempore tres hæreses iudæorum fuerãt:quæ de rebus humãis diuersa credebant: quarum una Pharisæa dicebatur: altera Sadducæa:tertia Essenorum. Igitur Pharisæi dicebant:fata non omnia:sed aliqua gubernare:altera uero quæ accidunt per se consistere: genus autem Dco. Essenorum omnia sub ~~fato~~ esse confirmat:& nihil esse:quod hominibus non illius decreto proueniat. Sadducæi fatum quidem nihil esse estimant: neque per eum humana concludi: sed omnia nostræ supponunt potestati:bonorumque nosipsos autores fatẽtur:& peiora per nostram elegi demẽtiam. Sed de his quidem certius in secundo historiæ iudaicæ libro demonstrauimus. Demetrii autem duces cum uellent pugnam in qua uicti sunt restaurare: ampliores priori exercitu uires congregantes:contra ionathan uenerunt. Qui cum audisset hoc: citius eis ad Amathitidem occurrit: neq; tardare decreuit:usquequo ingrederentur iudæam:castraque disponens non longius ab hostibus quinquaginta stadiis mittit speculatores qui castra deberent hostium perscrutari. Cũq; oĩa enũciasſ

ſent:& aliquos nocte cœpiſſent:qui aduerſarios ſupuenturos indicabant: cuſtodias extra diſpoſuit: & exercitū p totam noctē armatū habebat:præcepitq; ut forti animo eſſent: & ſi oporterent etiā nocte pugnarēt:ne repentino ipetu turbarentur. Demetrii uero duces cū audiſſent ionathan cognouiſſe ſuum conſiliū:perturbati q̄ inimici manifeſtati fuiſſent:nullomodo ualebant per inſidias eos inuadere.ex eo q̄ ſe credebant non eſſe pares Ionathæ. Nam militibus fugam meditati ſunt multaq; facientes incēdia diſceſſerunt:ita ut hæc uidentes iudæi: putarent eos eſſe manſuros. Ionathas aūt cum ad caſtra eorum mane ueniſſet:inuenit eā deſerta. Cūq; intellexiſſet eos fugiſſe perſequebatur: quos nullatenus ualuit cōprehendere. Nam iam Eleutherū noīe fluuium trāſierant. Vnde reuerſus ad arabiam:Nabutheos expugnabat:multamq; eor̄ p̄dam abigens: captiuoſq; duces: peruenit ad damaſcum:ubi oīa illa repoſuit. Per idem tp̄s frater eius Symon oēm peragrās iudæam & Palæſtinam:uſq; ad aſcalona muniuit caſtella. Quæ cum ædificiis & cuſtodiis tuta feciſſet: ad ioppē peruenit:& occupans eam:magnam introduxit ibi cuſtodiam. Nam audierat ioppenſes uelle ducibus Demetrii tradere ciuitatem. Hæc ergo poſtquā ionathas & Symon tractauerunt:ad Hieroſolymam ſunt reuerſi. Cūq; omnem populum ad templum cōgregaſſent. ſuadebant muros Hieroſolymorū refabricandos:& dirutā partem muri templi reconſtruendam altiſq; turribus muniendam: necnō & ī media ciuitate alium ædificare murum:ut cuſtodibus arcis alimētorum copia negaretur: inſup etiam caſtella quæ ſunt in prouincia facerent tutiora uel fortiora. Cui dum & populus de bene propoſitis conſenſiſſet:ipſe quidem mænia ciuitatis ædificabat:Symonem uero miſit prouinciam communire. Demetrius autem tranſiens ad Meſopotamiam peruenit. Quā cum uellet cū Babylone & & ſuperioribus prouinciis obtinere:ut exinde occaſiones de toto acciperet imperio: tunc Græci uel macedoniam habitantes ut eis ꝓpemodū conuenirent legationē ad eum miſerunt: promittentes ei ſubuenire ſi ad illos tranſiret:& tradere ſe:uel expugnare cum eo regem Parthorum Arſacē. Quaſpe ſubito egreditur ad eos:ut ſi Parthos deuinceret:uireſq; reſumeret: regē Tryphonē poſtea debellaret:lōgeq; eum a Syria pelleret. Quē cum ꝓno ſuſcepiſſent aio prouiciales:multos cōgregaſſet uiros:bellūq; & militiam oēm aduerſus arſacen ꝓduxiſſet ipſe uiuus capitur. ſicut alibi iā retulimus.

Quēadmodum Tryphon Demetrio a Parthis capto: contra fœdus fraudibus Ionathan cōprehendens interfecit. Fratremq; eius Symonem cui gens iudeorum principatum tradidit: fraudibus circunuenire uolens minime prævaluit. CAP. IX.

TRyphon autem cum mortem Demetrii cognouiſſet: perfidus Antiocho cœpit exiſtere. Inſidiabatur enim:qualiter eum interficiens:ipſe regnum teneret. Impediebant uero impetum eius & uoluntatem amicitiæ ionathæ:quas cum antiocho habebat. Vnde primum Ionathan ſtatuit occidere:& tunc aduerſus antiochum accedere. Fraudibus ergo uel dolo cogitans Ionathan conſumere:ad Bethſuram ab antiochia uenit: quam græci Scitopolim appellant:ubi cum electis quadraginta millibus ei Ionathas occurrit: putans ad bellum eum ueniſſe. Tryphon uero cum ionathan uidiſſet ad pugnam paratum:donis eum pacauit:ſuiſque ducibus ut ionathæ obedirent præcepit: per hæc fidem ſuam uolens confirmare cū ſtamque ſuſpitionem depellere:quatenus confidentem:& incautum:nihilque ꝑuidentem caperet: & perſuaſit ei ut exercitum dimitteret:quem fruſtra dicebat eſſe fatigatum ab eo nequaquam bello exiſtente:& undique pacem rebus habentibus:ſed tenere paucos & Ptolomaidem ſimul uenire ſupplicabat:nam tradere ei ciuitatem:& omnem prouinciæ moderationem:ſe ueniſſe profitebatur. Ionathas ergo nihil mali ſuſpicatus:ſed uera fide uel uoluntate Tryphonem hæc ſuadere credens exercitum dimiſit:tria milia ſecum ſola tenens. Ex quibus in Galilæa duo milia relinquens: cum mille tantum militibus ad Ptolomaidem tryphonem comitatus ſuperuenit. Vt uero intrauit Ptolomaidem:portas ſtatim ciues ſeruauerunt:ſecundum q̄ eis a tryphōe erat præceptum: & ionathan uiuū capientes:omnes qui cum eo erant interemerunt. Miſit quoque tryphon ilico ad Galilæam:qui reliquos duo milia interficerent. Sed hi cum fama peruenīente captionem Ionathæ comperiſſent: antequam uenirent a Tryphone miſſi armis circundati prouincia proceſſerunt. Tunc ſatellites tryphonis cum uidiſſent eos pro anima decertare:nullam eis moleſtiam inferentes: ad tryphonem reuertūtur. Hieroſolymitæ autem cum audiſſent Ionathan captum: & cum eo milites periſſe: flebant illius interitum:& ſumma de ipſo queſtio apud omnes fiebat:magnuſque timor eos inuadens: contriſtabat ne eis uirtute uel prouidentia ionathæ priuatis:ſulcinæ gentes inimicæ:& propter ionathæ mortem iniquitate:contra ſe bellum conſtituerent:& ad mortis pericula peruenirēt: quæ ſicut ſuſpicabātur euenerunt. Nam gentes mortem ionathæ cum audiſſent:contra iudæos bellare cœperunt tanq; indigentes duce. Tryphon ergo exercitum multum congregans: ad iudæam aſcendere ſtatuit: ut Hieroſolymam debellaret. Symon autem uidens Hieroſolymitas metuētes cœpit eos alloquio cō firmare quatenus forti animo eſſent:nec pertimeſcerent Tryphone ſuperueniente. Et conuocans in templo populum alacriorem eum ſuis uerbis effecit:hinc allocutionis initium ſumens. Pro neſtra inquit libertate o uiri iudæi me dudum cum patre uel fratribus mori paratum: quis ignoret. Siquidem exempla mihi plurima non deſunt:Mori enim pro legibus uel patria religione noſtram fami-

liam nullus timor inuadit:qui hanc uoluntatem ab anima noſtra poſſit eiicere: ſed introducat magis deſiderium uitæ:uel gloriæ. Quapropter non uti indigentes duce magno qui laborare: uel pati p uobis recuſet:ſequimini me ꝓno animo ubicũq; perduxero: nec enim melior meis fratribus exiſto ut meæ peccata animæ:neq; peior:ut quod illis uiſum eſt optimum pro patriis interfici legibus: uel pro dei religione deuitem:ſed in quibus me oportet proprium illis fratrem oſtendere:in his me demonſtrabo conſimilem. Confido enim in deo ultionem ab inimicis expetere: uoſque omnes cum uxoribus uel filiis ab eorum uiolentia liberare:tẽplumq; incolume cum dei auxilio reſeruare. Nam uideo gentes contempſiſſe uos:tanquam ducem non habentes bellaque ꝓparaſſe. Cum hæc Symon uerba ad plebem feciſſet:confeſtim depulſo populus animis metu audaciam ſumpſit deſperanſq; ad ſpem bonam repente mutatus eſt:& unanimiter exclamauit nutu dei eſſe Symonem ducem & iudæ uel ionathæ fratrẽ principatum tenere dignum:ſe quoq; omnibus eius præceptis obſecuturum promittens:ducis ei contulit dignitatem. Tunc Symon congregans oẽs ſui exercitus bellatores feſtinauit ciuitatis muros reconſtruere:turribuſq; altis & fortibus eam munire. Deſtinauit ẽt ionathan quẽdam amicũ ſuum:filium Abſalomicum militibus ad ioppẽ:imperãs habitatores eius eiicere:nam timebat ne ciuitatẽ traderent tryphoni:ipſe uero Hieroſolymam tuebatur. Tryphon autem exiens ab Ptolomaide cum multo exercitu ad iudæam uenit:ionathan ligatum ducens. Cui Symon occurrit ad Iadã ciuitatẽ:quæ ſuper montem iacet:unde etiam Iudææ campi pateſcunt. Cum uero Tryphon a iudæis audiſſet:ducẽ Symonem conſtitutum: direxit ad eum: fraudibus uel dolo cupiens hunc quoq; circunuenire:iubetq; ei ſi uellet fratrẽ Ionathan redimere:ut mitteret argenti talenta centum:duoſq; filios Ionathæ quatenus fides illi haberetur poſt dimiſſionem: ne iudæam in ſua ditione redigeret:quia & tunc non pro alia re:niſi pro debito uectigalium eum ſe ligaſſe confixerat. Tum Symon intelligens artẽ Tryphonis:quia ſi & argẽtum mitteret: ille tamen fratrem eius minime laxaret:ſed & filios eius hoſti tradi fruſtra cognoſcens:tamen territus ne a populo accuſaretur:ſe cauſam fraternæ necis extitiſſe:q; non pecunias:nec filios pro ipſo contraderet:colligens exercitum mandata tryphonis indicauit dicens:q; hæc dolo uel inſidiis plena ſint:tamen optabilius eſſe pecunias:ſed & filios eius tranſmittere:q̃ propoſitis a Tryphone non obediens: putaretur non uelle fratrẽ abſolui:initoq; cum ſuis Symon tractatu:filios ionathæ pecuniaſq; tranſmiſit. Quas Tryphõ cum accepiſſet:nec fidem ſeruare:nec ionathan abſoluere uoluit:ſed mox exercitum colligens:ad ꝓpria remeauit:ordinatoq; itinere per idumæam ad Hieroſolymam aſcendere cupiens:uenit ad Doram ciuitatẽ idumææ. Præcedebat uero cum exercitu Symon:caſtra contra eum ſemper diſponẽs. Quod cognoſcentes hii qui in arce erant Hieroſolymitana ad Tryphonem dirigunt: rogãtes eum ad ſe ocius properare:quatenus aliměta eis præberet. Ille ergo per noctem illam equitatum parauit quaſi Hieroſolymam aſcenſurus ſed niue uehemẽti ea nocte cadente: iter inuium reperit equis uel peditibus ſuis. Qua cauſa obſtante:nequiuit ab Hieroſolymam Tryphon aſcendere:ſed reuertẽs ad Ciriẽ & prope Galaditidẽ ingreſſus:ionathan ibi perimi & ſepeliri iuſſit:& ita ad antiochiam peruenit. Symon autẽ ab Iaſca ciuitate tranſferens oſſa fratris ſepeliit in patria ſua:luctum maximum omni ſuper eum populo faciente. Tunc Symon ingens mauſoleum fabricans: patri ſuo: fratribuſq; ſepulturam ex albo & polito lapide conſtruxit:opus mirabile:conſpicuumq; faciens:cuius ꝓ portam undiq; colũnis ſuſtentantibus ex uno lapide uiſu mirabilem ſtatuit: inſuper pyramidas ſeptem parentibus:uel unicuiq; germanorum ſingulas ſuperpoſuit:magnitudine uel decore lucentes: quæ hactenus ſeruantur. De ſepultura quidem ionathe:& de ædificatione monumẽtorum: hoc ſtudiũ Symonis agnouimus. Defunctus ergo eſt ionathas:principatũ agens ſacerdotii:perq; annos quatuor gentẽ continuit iudæoꝝ. Et de labore quidem mortis eius in mutuis documentis: publiciſq; monimentis primi anni Symonis benefactoris:& iudæorum principis ſcriptum eſt. Itaq; iudei fœliciter aduerſarios uicinos ſuperauerunt:cum Symon Gazaram ciuitatem: uel ioppẽ: uel Iamniam deuaſtaret:arcemq; Hyeroſolymorum deponeret:ne forte inimicis refugium eſſet unde percurrentes ledere eos poſſent. Quod cum feciſſet:optimum & utile putauit etiam montem ſuper quẽ arx cõſtituta erat deſtruere. Quo multitudo cũctiq; ingreſſi:montẽ deſtruebant: & nec die de nocte ceſſantes per tres annos:depoſuerunt eum ad ſolum:campumque planiſſimum feceruntita ut eminẽtius templum excelleret: arce uel monte depoſitis. Ea quæ temporibus Symonis geſta ſunt: hunc continet modum.

Quomodo Tryphon occiſo ionatha:perfidus exiſtens Antiocho Alexandri filio:qui Theos nominabatur:ipſum interemit:& obtinuit principatum eius:cuius inſolentiã declinans exercitus contulit ſe ad Cleopatram uxorem Demetrii:quæ uiduata morte eius:fratrem ipſius Antiochum qui pius dicebatur:ad nuptias ſuas & ad imperium inuitabat. CAP. X.

POſt captiuitatẽ demetrii:nõ multo poſt Alexãder filiũ Antiochum q̃ Theos nominabat Tryphõ iteremit tutor eius q̃rto impii eius ãno: aĩcos ãt & familiares ſuos ad milites trãſmiſit:& multas dare pecũias pollicẽs:ſi eũ regẽ ordinarẽt. Nã demetriũ a ꝑtibus captũ nũciabat teneri. frem uero eius ãtiochũ ſi principatũ optĩeret:multa peſſima eis factuꝝ eẽ dicebat:dũ ꝑditionẽ eoꝝ ulciſceret. Qui cũ ſpaſſẽt affluẽtia pecũiaꝝ ſub regno try

phonis frui:principē eum conſtituunt. Tryphon ergo ut regni inſignia ſuſcepit:cōtinuo nequitiam ſuā patefecit: & inotuit oībus:qa ꝙ priuatus humiliter multitudini obſeq̄batur:non hoc uoluntate bona:ſed impoſſibilitate faciebat. Poſtq̄ uero regnū adeptus é:exuens ſe ſimulationē uerus Tryphō apparuit:cœpitq; potius extraneos q̄ clientes diligere. Pro q̄ re exercitus eius recedens ab eo ad cleo patrā Demetrii uxorē contulit ſe:q̄ tunc in ſeleucia cū filiis erat concluſa. Errantē uero fratrem Demetrii Antiochum:qui Sother dicebatur:nullaq; ciuitate eum admittente Tryphonis timore:mittit Cleopatra:ad ſuas eum nuptias:& ad imperium inuitans. Quem ad hoc inuitauit ſuadentibus amicis:& timore uolentibus Tryphoni ciuitatem ſeleuciam aperire.

Quomodo Antiochus cognomēto Pius: potitus nuptiis Cleopatræ uxoris fratris ſui Demetrii & creſcens indies:exercitum ꝑduxit aduerſus Tryphonem:quem obſidens in Dora caſtello:accepit auxilium & ſolatiū a Simone principe ſacerdotū & de morte Tryphonis. CAP. XI.

CVmq; intraſſet Seleuciā Antiochus:& fortitudo eius ꝑ ſingulos dies creſceret: exiit pugnaturus contra tryphonē. Quem uincēs:a ſuperiore Syria repulit ad phœnicem:& i Dorā caſtello munito cōcluſum obſidebat:mittitq; ad Simonē principem ſacerdotū Iudæorū legatos pro amicitiis uel auxiliis. Qui cū libenter petitionē ſuſcepiſſet:pecunias multas cū alimentis:militibus doram obſidētibus large ꝑbuit:ut antiochus eum inter neceſſarios amicos pauco tpe pateretur. Nam Tryphon dum a caſtello dora ad apamiam fugeret:captus in ea concluſione peremptus eſt:tertio ſui regni anno.

Quēadmodum Tryphone interēpto: Antiochus oblitus beneficioꝝ Symonis Cendebeū cum exercitu miſit ad expugnandū eum:quē tamen Symon pugnans fortiter deuicit. CAP. XII.

SEd Antiochus auaritia uel prauitate ſua Symonis obliuionē una cū miniſtratis pecuniis & alimētis cōcepit:uireſq; militares cuidā Cendebeo amico tradēs:ad dep̄cationē Iudææ captiuitatēq; Symonis miſit. Sed cū Symon audiſſet Antiochi ꝑuaricationem licet ſenex eſſet:tamē eo ꝙ nihil ab Antiocho iuſtum fieri uidebat:cōcitatus ad audaciam ſup ætatē ſuam iuuenilē fortitudinē accepit:& diſpoſuit quidē filios cū bellicoſiſſima pte militū ipſe uero per aliam ptem militū cum reliquis uiribus prexit ad bellum:multoſq; i ualibus montiū ad inſidias locabat:nulluſq; conatus eius euaſit:ſed oēm hoſtium uincēs exercitum: i pace reliquā uitam agebat. Nā & ipſe cum Romanis de auxiliis compoſuerat.

Quod a genero Ptolomæi in conuiuio dolo perēptus eſt Symon. Ptolomeus autē uinciens uxorem:& duos filios eius:principatum ipſe tenere conatus eſt. CAP. XIII.

IGitur annis octo principatū ſacerdotii Iudæoꝝ regēs:moritur in conuiuio ꝑ inſidias Ptolomæi generi:& uxorē eius cū duobus filiis capiēs:& uinctos habens:miſit: ut tertium Ioānem qui & Hyrcānus uocabatur:ap̄henderet. Quod cū ſenſiſſet iuuenis:euaſit periculum:& ad ciuitatē feſtinauit:confidens de populo pp patris ſui beneficia: Ptolomeiq; odium. Properantē uero per aliam portā Ptolomeum intrare: populus expulit:nam Hyrcanū receperat. Hinc Ptolomeus ad aliquod caſtellū noīe Dagō in Hierico diſceſſit.

Vt nouiſſimus filiorū Symonis Hyrcanus ducatum accipiēs:obſedit multo tempore Ptolomeū i caſtello quod Dagon uocatur. CAP. XIIII.

ACcipiēs autē paternum principatum Hyrcanus deum hoſtiis placauit:& ita cōtra Ptolomei militiā produxit exercitum. Et cū ad locum peruenīſſet:in aliis oībus hoſtē circūueniens ꝑualebat:uincebatur tamē matris & fratrum amore: quos ſup murum Ptolomæus trahens in conſpectu eius torquebat:& p̄cipitare minabatur ſi non ab obſidione diſcederet. Hyrcanus autē quantum remitteret de obſidionis induſtria: tantū cariſſimis putabat offerre ſubſidia:nedum male paterent:eius crudelitati reputaretur. Mater autem protendens manus petebat:ne pp eos differret:ſed multo magis ipetu caſtellum inuaderet: inimicoq; ſuæ ptāti ſubacto:pro cariſſimorū tormētis rederet retributionē:ſibi quoq; extimans hoc eſſe utilimum ſi p ſuam mortē hoſtes atrocius deperirēt. Hyrcanū ergo petitionibus matris incēſum caſtellum capiendi furor tenebat. Rurſus uero cū uidiſſet matrē cedi uel diſſipari ſoluebatur:& pro ingeſtis matri tormētis:impetum deponebat obſidionis:taliq; neceſſitate obſidiōis protractus ſeptimū annum expleuit:in quo ſp Iudæi uacant. Nam per ſeptem hunc obſeruant: ſicut in ſeptimis diebus. Quapropter Ptolomeus a bello ſolutus:occidit matrē & fratres Hyrcani:& fugit ad Zenonem qui Cotilas appellabatur:in Philadelphia tyrānidem exercentem.

Quēadmodum Antiochus exercitum ducens contra Hyrcanū:caſtra ſoluit: accipiens ab Hyrcano talenta trecenta:& amicitias cum eo compoſuit. CAP. XV.

ANtiochus aūt in feſtus Symoni de interitu ſui exercitus:contra Iudæam acceſſit quarto āno ſui imperii:primo uero Hyrcani olympiade cēteſima ſexageſimaſecūda. Cūq; de uaſtaſſet:puinciā:Hyrcanū in ciuitate īcluſit. quā ſeptē aciebus circūdedit:nihil tamen ꝑficiebat:pp murorū munimina:& pp obſeſſorū uirtutē:necnō & aquarū inopiā:quapp ſiccitatē domabat. In pte uero planiſſima turres ſtatuit celſiores:numero cētū tres: tecta unaquaq; habēte ſup quas militares ordines diſpoſuit:multoſq; quotidie labores cōgreſſus iſe

rebat: fossamq; latam & altissimã constituens: muros ciuitatis deposuit. Iudæi ergo multas incursiones cõtra moliebantur: & siqdẽ icautos aduersarios iuenissent: pessime eos cõterebant si uero p̃sentissent eos cognoscerent: inocui rediebant. Vt uero noxiam multitudinem intra ciuitatẽ Hyrcanus attendit consumẽdis citius necessariis: nihilq; populo prodesse conspexit in utilem eius partem secernens foras ciuitatẽ emisit: quæ uero bellicosa & fortis erat: hanc tantum retinuit. Antiochus autem proiectos egredi uetabat. Qui dum inter muros errarent: seuissimis tormentis miserabiliter aĩas exalabant. Cum uero festi dies tabernaculoꝝ uenissent miserati eos intra ciuitatẽ denuo receperunt. Hyrcanus itaq; ad Antiochum legatos direxit: petens indutias septem dierum: pp festiuitatem deiq; supplicat. onẽ. Qui cum audisset: respondit legatis. Immolate. Necnon ẽt ad sacrificium magnificẽtissimum destinauit taurum: cornibus inauratis & pocula plena oibus aromatibus aurea uel argentea: quod sacrificium adductũ susceperunt: qui ante portas stabant & ad templum duxerunt. Antiochus autẽ iste exercitui melius Antiocho Epiphanæ claruit: nã ille capiens ciuitatẽ: porcos sup arã imolauerat: & ius carniũ p totum tẽplum sparsera: etiam leges Iudæorũ: paternamq; religionẽ confuderat: pp quæ gens rebellauit: & minime recõciliari passa est: hunc uero Antiochum pp pietatem religionis: oẽs pium uocauerunt: laudantq; modestiã eius. Hyrcanus etiam aĩaduertens studium ipsius erga deũ: petiuit eum ut patriam eis cõuersationẽ restitueret: Qui cum refutasset pessimum consilium: suadentium gentẽ capere legibus dissonantẽ: ad oẽm pietatem flexus: legatis respondit: si traderẽt arma: partẽq; tributoꝝ Ioppe aliarumq; ciuitatũ circa Iudæam existẽtiũ soluerẽt: & custodias in ciuitate susceperunt: cõfirmans pactũ: finiret bellum. Iudæi uero oĩa pferre præter custodiam consentiebant: quã non pp aliud nisi pro dissimili cõuersatione recusabant: pro custodia tamẽ obsides dare profitebantur: & talẽta argenti: quingẽta: ex quibus statim trecẽta cum obsidibus obtulerunt: inter quos erat & frater Hyrcani. Quæ cum suscepisset rex Antiochus & coram ciuitatis deposuisset obsidionem soluens discessit. Hyrcanus uero sepulchrum Dauid aperiens: qui multo ditior quondam regibus fuit: tria milia talẽta pecuniarum exinde ꝓtulit: ex quibus primus Iudæorum cœpit peregrinos alere. Composuit etiam cũ Antiocho amicitias susciꝑĩsq; eum itra ciuitatẽ: munificenter habundeq; militibus oĩa necessaria ministrabat. Cũq; exercitum Antiochus cõtra Parthos duceret: cum eo Hyrcanus egressus est. De his est testis Nicolaus Damascenus: sic in historia docẽs. Trophæum sistens Antiochus iusta fluuiũ Lycum: ubi uicerat Indathim Parthorum ducem: ibi duobus diebus remoratus est: petente Hyrcano iudæo: pp aliquam patriam iudæoꝝ celebrationẽ: in qua non erat legitimum eos proficisci. Et quidẽ hæc non est mentitus. Nam quinquagesima festiuitas post sabbatum instabat in qua minime licet nobis uel in sabbatis uel in festo die uiã conficere. Tunc. n. Antiochus cũ Arsace Parthorum rege confligens: & multum perdens exercitũ interiit. Inregno ãt Syriæ frater eius Demetrius succedit: Arsace eũ a captiuitate soluẽte eo ipe quo Antiochus Parthorum terram ingressus est: sicut prius demonstratum est.

De Hyrcani militia post mortem Antiochi apud Parthos defuncti cõtra Syriam: & q̃ multas potentes ciuitates obtinuit. CAP. XVI.

HYrcanus uero Antiochi morte cognita: statim ad Syriæ ciuitates expeditionẽ pauit arbitratus ĩparatas eas & desertas pugnatoribus defensoribusq; iuenire: qd ẽt euẽit. Nã Medabam cũ multum exercitus eius laborasset: texto mẽse capit: post ẽt Samogam: uel illas quæ uicinæ fuerũt: necnõ etiam Sicimã: Garizim: gentẽq; Cutheorũ q̃ tẽplum ædificatum ad similitudinẽ Hierosolymitani possidebat: quod Alexandri mandato Sanaballath dux cõdidit: pp Manassen suum generũ: fratrẽ Iaddo principis sacerdotum: sicut superius intimauimus. Contigit uero tẽplum hoc dirui post ãnos ducẽtos. Hyrcanus ergo ciuitates idumææ Aboracum: Marissam: cunctosq; cum domuisset idumæos pmisit eis prouinciam habitare: si circũcideretur: legibusq; iudaicis uiuerent. Qui desiderio patriæ terræ circũcisionem & aliam conuersationẽ iudæoꝝ prætulerunt: ideoq; ex illo tpe cœperunt esse iudæi. Quo facto: Hyrcanus princeps sacerdotum societatem romanoꝝ renouare cupiẽs legationẽ ad ipsos direxit. Cũq; senatus scripta eius suscepisset: cõposuit amicitias hoc modo. Fãnius Marci filius: consul senatũ oẽm octauo idus februarias: in cãpum iussit cõuenire: p̃sente Lucio Manlio: Lucii Mentinii filio: & Gaio Sempronio Falernæ filio: pp hoc quod legati iudæoꝝ petiuerũt: Symon filius Dosithei: & Apollonius Alexandri: & diodorus iasonis: uiri optimi a populo iudæoꝝ destinati: de societate uel auxiliis exhibendis quã cum romanis de publicis rebus habuerunt ut ioppe: & Portus: & zora uel fontes: & ciuitates: insuper & uillas quas Antiochus pugnans contra senatusc̃onsultum tenuit restituant: & quatenus nec regii milites p terram eorũ cum subiecti sint transeant ut etiam illa q̃ per Antiochum gesta sunt: cõtra senatusc̃onsultũ censeant: & legatos mittant: quatenus recipiant quæ ab Antiocho ablata sunt: & prouinciã æstimẽt uastatam: utq; eis ad reges & populos liberos litteræ dentur: quatenus ad propriam domum illesi reuerterentur. Placuit igitur amicitias & auxilia cum hominibus bonis: & a bono populo uel amico transmissis esse renouandas. De rebus autem ablatis responderunt consulares: cum a suis negociis senatus uacauent: festinabit imposterum nullam in eos iniquitatẽ ab alĩ quo fieri: decernentes dare cõsulem Fannium publicas pecunias expendẽdas: dum ad patriã remea

rẽt. Et Fannius quidem legatos iudæoꝝ remittit: pecunias publicas eis ꝑstans ex senatusconsulto: ꝙ quod debuissent cum tutela ad suã redire patriã. In his quidẽ princeps sacerdotum Hyrcanus erat. Interea rex Demetrius cum exercitũ aduersus Hyrcanũ colligeret: nec tꝑs ei: nec occasio data est: cũ milites: & Syri malitiã eius abhorrerent: & per legationem peterent Ptolomeum Fisconem cognominatum: quatenus de genere Seleuci transmitteret eis: qui deberet accipere principatum. Ptolomeus aũt cum Alexandro Zebẽna exercitum mittens: pugnaq; cõmissa Demetrius superatur. Qui dũ fugeret ad Cleopatram suam uxorẽ in Ptolomaide: ab ea non susceptus: tyrum recedens: tẽtus multaq; passus ab inimicis: interiit.

De amicitiis alexandri Zabine cognomine cũ Hyrcano: & qũo deuictus ab Hyrcano Antiochus cizycenus amisit iudæã: & de fœlicitate uel pace iudæoꝝ Hyrcano principatũ agente. CAP. XVII.

ALexander aũt regnum accipiẽs: & amicitiã cum Hyrcano principe sacerdotũ componens: interiecto tandem tpe: expugnatus ab Antiocho filio Demetrii Crispi noie occiditur. Cũq; Antiochus imperiũ Syriæ tenuisset: cõtra iudæam exercitũ destinare timuit. Audiens uero germanũ suum & ipsum noie Antiochum ex eadẽ matre ꝓgenitum multas uires cõtra se a Cizyco cõgregasse: eũ intra ꝓuinciã statuit expectare: quatenus obuius incursionibus fratris Antiochi rẽsisteret: qui cizycenus dicebat: ꝙ in illa ciuitate nutritus esset: filius aũt fuerat Antiochi qui soter nũcupabat: & uitam bello parthico terminarat. Hic etiam frater erat Demetrii crispi patris. Contigit uero ambos fratres unã uxorẽ Cleopatram duxisse quemadmodum & alibi retulimus. Cizycenus aũt Antiochus ad Syriã perueniens: diu cum fratre bella commisit. Interim Hyrcanus omni tẽpore illo pace fruebatur. Nam & ipse post mortẽ Antiochi a macedonibus destitit: dum neq; ut amicus: uel subiectus aliquid eis præbuisset. Cuius res abundæ creuerunt tpibus Alexandri Zebẽnei: & magis tunc quando hi fratres contra se pugnabant. Nam dum bello occupati fuissent: Hyrcanus Iudæam cũ licentia possidebat: multãq; pecuniarum sũmam collegit: amboſq; inter se dimicantes contẽnens: expeditionẽ contra Samariam ciuitatẽ ualde munitam ꝓduxit: de qua suo loco referã: qualiter ab herode sit cõdita: & sebaste noiata. Accedẽs igitur ad eã studiose obsidebat: memor maloꝝ quæ Samaritæ cõtra Mariſſenos colonos & auxiliatores iudæorum cõmiserunt: obedientes Syrorum regibus. Cum ergo mœnia undiq; circũdediſſet: duplici muro cincta stadiis octoginta: filios suos obsidioni præposuit: Antiogonũ & Aristobulũ. Quibus imminentibus in tantã necessitatẽ famis Samaritæ inciderunt: ut ẽt illicita tãgerent: & uocarent adiutorem Antiochum cizycenum. Qui statim ueniẽs ad defensionem: uincit ab Aristobolo: fugatusq; a fratribus: usq; ad Scitopolí currens euasit periculũ. Hi rursus ad Samaritas reuersi: concludunt eos intra murũ: ut secundo necessitate coacti Samaritæ: adiutorẽ uocarent Antiochum: qui dum a Ptolomeo Lathiro sex milia uiros petisset quos Ptolomeus inuita matre direxit: nam necdum a principatu eum expulerat: primum ꝓdatorio modo inuadit Hyrcani prouinciã cum ægyptiis: non audiẽs apte pugnam cõmittere. Nam uires suas sciẽbat impares: sed sperans populatione & terræ cogere Hyrcanũ a Samariæ obsidione recedere. Cũq; multos milites ꝓderet insidiis circũuẽtos discessit ad Tripolim: Callimãdro & Epicrati bellum iudaicũ cõmittens. Callimander ergo aduersariis fugam simulantibus: & post reuersis statim consumitur: Epicratis autẽ manifeste pecuniis seductus: Scitopolí cum ulcinis locis prodidit Iudæis: Samariæ uero obsidione soluere non potuit. Igitur Hyrcanus sub anni conclusione capiens ciuitatẽ: non hoc solo cõtentus est: sed totam deleuit Samariam. Nam sic eam uertit: ut uallum magis quã ciuitatẽ fuisse illic quisq; iudicaret. Mirabile tamẽ aliquid de principe sacerdotũ Hyrcano dicitur: quẽadmodum ei deus locutus ẽ. Nam referũt illo die quo filii eius cũ cizyceno cõflixerant: dũ ipse in tẽplo solus sacerdos adoleret thura: audisse uocem ꝙ filii eius uincerent Antiochum. Qui cũ a tẽplo processisset: hoc oĩ populo manifestũ fecit: qđ ita cõstãter euenit. Hyrcanus quidẽ in his degebat. Per idẽ uero tꝑs nõ solum Hierosolymorum iudæi: sed & prouinciales & Alexandriã habitantes: & Aegyptum: & cyprum fœliciter agebant. Nam Cleopatra regina cõtra filium Ptolomeũ Lathirum seditionẽ mouens: ordinauit duces Chelchiã & Ananiam filios Oniæ: quẽ superius retulimus tẽplum ædificasse in terra Heliopolitana ad similitudinẽ sacrarii Hierosolymoꝝ. Cleopatra tamẽ cum audisset his exercitũ: sine ſnia eorum nihil tractabat: sicut testatus est Strabon Cappadocus: ita dicens. Nam plures & qui cũ eis descenderunt: & quos postea Cleopatra mittebat in Cypro statim ad Ptolomeũ transiebant: soli uero Iudæi qui Oniæ dicebantur apud Cleopatram permansere reginam: ꝓp Chelchiã & Ananiam. Hæc Strabon disseruit. Hyrcano autẽ inuidiam mouit apud iudæos fœlicitas: magis autem Pharisæi. Nam mala eum uolebant pati: qui tantum apud populum ualebant: ut siquid contra regẽ & principem sacerdotum dixissent: facile crederetur. Discipulus tamẽ & Hyrcanus fuerat: & nimis ab eis diligebatur. Sed cum eos ad conuiuiũ uocaret: & amicabiliter pasceret: nimisq; delectari uidisset: dicere cœpit. Scitis me uelle iusta oĩa agere: per quæ deo & uobis placeam. Rogo aũt: siquid me peccantem uideritis & recta uia deuiantẽ: reuocate atq; corrigite. Qui dum ei testimonium præberent: omni uirtute ornatum esse lætatus est. Tum unus ex accũbentibus: Eleazarus noie maliuolus: & seditionibus gaudens quoniã inquit dixisti: te uelle ueritatẽ cognoscere: uis iustus esse: depone principatum sacerdotii: & tantum

ſufficiat tibi populi regere magiſtratum. Hyrcano uero cauſam conſulente: quapropter deponeret principatum: quoniam inquit audiuimus a ſenioribus captiuá fuiſſe matrem tuá ſub Antiocho Epiphane: quod falſum fuerat. Contra quę irritatus Hyrcanus: oęſq; phariſæi ualde indignabantur. Tunc Ionathas quidam de Saduceoꝝ hæreli: quæ cõtraria Phariſeis exiſtit: ualde Hyrcano amicus dicebat: ſcientibus oĩbus Phariſeis Eleazarum blaſphemiam feciſſe & hoc manifeſtum illi fieri poſſe ſi requireret illos: qua dignus eſſet pœna pro uerborum qualitate mulctari. Cúq; Hyrcanus Phariſeos interrogaſſet: qua iudicarent eum pœna meritum: non enim credo inquit cum ueſtra ſententia factam iniuriam: tunc illi cum eum honorari uellent: dicebant ad menſuram pœnæ plagas & uincula ſufficere: nam nõ uidebatur digna contumelia morte mulctari: & quia moleſti ſunt naturaliter ad tormenta Phariſei ualde contriſtabatur: unde illorum ſententiam maledictiones Eleazarum putabat ſibi feciſſe. Incitator uero ire eius Ionathas flexit eum: relictis phariſeis: ad Saduceorum partem tranſire: ut & leges ab eis populo diſpoſitas ſolueret: cuſtodeſq; eorum puniret. Vnde ſummum ei uel filiis odium a multitudine concitatum eſt. Sed de his quidẽ iterum diſſeremus. Nunc autem uolo demonſtrare: quas leges populo patrum ſucceſſione tradidiſſent Phariſei: quæ nõ ſunt inter Moſaicas leges conſcriptæ: ideoq; Saduceorum gens has expulit: dicens illas debere tenere leges quæ cõſcriptæ ſunt: illas uero quæ a patribus traditæ fuiſſent minime cuſtodiri. Et de his multa queſtio uel altercationes maxime fiebant: & Saduceos copioſi uel diuites ſequebantur: populares uero non eis obſequebantur: ſed Phariſeos unanimiter adiuuabant. De his tamen duabus hæreſibus atq; eſſenorum in ſecundo uolumine iudaicæ hiſtoriæ diſſeruimus. Hyrcanus autem poſt ſeditionem ſedatam fœliciter uixit: & principatum optime rexit annis triginta uno: defunctuſq; reliquit filios quinque: qui maxime his tribus rebus dignus a deo iudicatus eſt: magiſtratu populi principatu ſacerdotii: & prædicatione prophetiæ. Nam deus cum eo erat: & futurorũ præſentiam ei donauit ita enim cognoſcebat & prædicabat: ut etiam duobus filiis prædiceret: q; rerum domini non diutius permanerent. Quorum interitum opere præcium eſt narrare: quatenus ſentiamus: quantum indigni fœlicitate patris fuiſſent.

Quod defuncto Hyrcano: filius eius Ariſtobulus ſuſcipiẽs principatum: primus ſibi diadema impoſuit: fratribus ſuis præter Antigonum in uincula coniectis: qui etiam matrẽ ſuam uinculis & penuria conſumens: ipſum quoq; Antigonum fratrẽ ſuum quem conſortem regni habebat accuſationibus inuidorum alienatus ab eo iuſſit interfici.

CAP. XVIII.

DEfuncto enim patre: maior Ariſtobulus magiſtratum ad regiam dignitatem trãſferre decreuit: primuſq; ſibi diadema impoſuit: poſt quadringentos octoginta & unum annos: & tres menſes: ex quo de captiuitate Babylonica populus liberatus ad propria remeauit. Amans autẽ fratrem ſuum ſecundum Antigonum: ſimili dignitate eum ordinauit: alios uero uinculis tenebat aſtrictos: incluſit etiam & matrẽ pro magiſtratu altricantẽ: nam illam Hyrcanus dominam eſſe reliquerat: qui ad tantã crudelitatẽ perductus eſt: ut uinculis eam penuriaq; conſumeret: inſuper addidit matri etiam Antigonum quẽ amare uidebatur: & cõmunis regni habere conſortẽ: accuſationibus alienatus ab eo: quibus primum quidẽ non credebat: aliqua amore nõ admittẽte aliqua uero per inuidiam arbitratus dicta. Sed cum Antigonus clarus ab expeditione rediſſet: tpe quo feſtiuitatẽ tabernaculoꝝ deo celebrant: contigit Anſtobulum quidẽ morbo teneri. Tum Antigonus agens dies feſtos ad tẽplum aſcẽdit: ualde ſplendidiſſime ornatus cum ſuis armatis: & multum pro ſalute fratris orauit. Maliuoli uero cupientes eorum ſeparare concordiam: occaſionẽ ſe cœpiſſe pompam Antigoni putauerunt: & uictoriam eius coram rege: pompamq; maliuole dilatabant: quo modo in celebratione tabernaculorum ſublimis apparuit: ut non hæc a priuato fieri uiderentur: ſed regiæ munificentiæ oſtentatio crederetur: eumq; cum multitudine militum uẽturum ad fratris interitum nunciabant. Ariſtobulus autẽ cũ his accuſationibus inuitus credidiſſet: timens ne in fratris ſuſpitionẽ incideret: ſimulq; ſuam cuſtodiam curãs: diſponit cuſtodes ſui corporis: in ſubterraneo uel tenebroſo loco. Iacebat autẽ ipſe in turre quæ Antoniana dicebatur: & præcepit ut inermẽ occiderent nullum fratrẽ autem Antigonum ſi armatus intraret interficerent: mandauitq; Antigono: ut ſine armis ueniret. Regina uero inſidiatoribus Antigoni pſua ſit mandata portanti contradicere: quia frater tuus inquit audiens conſtruxiſſe te arma: ornatumq; bellicum: petit ut ingrediaris cum armis: quatenus uideat eorum facturam. Quo nũcio Antigonus nihil arbitratus doloſum: ſed confidẽs de fratris affectu: ſicut erat armatus ad Ariſtobulum ingreditur: ut armoꝝ demonſtraret ornatũ. Cũq; ad turrẽ quæ Stratõis dicitur peueniſſet: ab eis qui in tenebroſo loco fuerant collocati proſternitur. Cuius mors oſtendit: nihil inuidia: nihil accuſatione ualidius neq; magis aliud fecerit fidẽ: ſeu naturalẽ familiaritatẽ quam iſtæ paſſiones. Ammirari põt quilibet & Iudam Eſſem genere: q nunq; in his q̃ pdixit mentitus eſt. Nam hic cum uidiſſet Antigonum per tẽplum trãſire clamauit ſociis ſuis & notis: qui gratiã pdicẽdi futura doctrinæ eius obſeruabãt. Melius eſt mihi inquit mori: quam ſi mortẽ fuero mentitus Antigoni: quẽ hodie uideo periturũ in turre Stratõis. Locus uero ſtadiis ſexcẽtis diſtabat: ubi eũ pdixit interfici. Diei quãpluria pars trãſiebat: ut ẽt dubitare uaticinatione uideret. Cũq; hæc dixiſſet: triſtiſq; eſſet: nunciat ei Antigonũ eẽ de

functum in subterraneo. Nam & ipsa turris Stratonis dicebatur eodem nomine quo maritima Cæsarea nuncupatur. Igitur uatem hoc perturbauit. Aristobulum aũt fraternæ cedis pnia flectusq; possedit: necnon etiam ægritudo mentem eius celeri dolore peruasit: & itollerabilem passionem corruptis uisceribus sustinebat: copiam quoq; sanguinis euomebat. Quod dum puer aliquis portaret: lapsus est in loco quo maculæ sanguinis adhuc antigoni permanebant: ut arbitror de prouidentia disponente. Quo facto: clamor uidentium fusum sanguinem eleuatus est: dum existimarent hoc puerum sponte feciſſe. Clamorem uero cum Aristobulus audisset: causamq; requisisset tacentibus amplius minabatur discere uolens clamoris causam: homines enim suspicantur in his quæ tacẽtur: & semper esse peiora putant. Vt uero cogẽti & interminanti uentatem aperuerunt: confunditur eius mẽs: percussa conscientia sua: gemensq; cum lachrymis ex alto pectore dixit. Núquit latere deum potui in tam impiis & crudelibus factis: ut non scelere fraternæ cedis ueloci pœna consumeret. Vsquequo improbum corpus prohibes animam ad umbras fratris & matris accedere. Cur non eam celeriter reddis: sed paulatim libo sanguinem interremptis. Quæ cum dixisset: moritur regni suo primo anno qui etiam dictus est Philellen: ideſt amator græcorũ. Multum uero patriæ profuit. Nam subegit Ituræos: plurimamq; eorum prouinciam Iudæis adiecit: & compulit habitantes in ea: ut si uellent in prouincia permanere: circuncideretur secundum leges Mosaicas. Erat autem naturæ ualdæ moderatæ: uel pudoris ingenui: sicut testimonium præstat Strabon nomine Timagenis: ita dicens. Modestus fuerat hic uir: & nimium Iudæis utilis. Nam prouinciam eis acquisiuit: & partem gẽtis Ituræorum sibi circuncisionis uinculo coniunxit.

Quemadmodum defuncto Aristobulo: frater eius Alexander succedens in principatu: contra Syriam & Phœnicem: & Arabiam exercitum ducẽs: multas gentes subegit: & de Ptolomei Latiri contra Alexandrum pugna & uictoria. CAP. XIX.

DEfuncto tamen Aristobolo: Salomon uxor eius quæ apud græcos Alexandra nominatur soluens fratres eius quos ligatos Aristobulus tenebat: ut prædictum est: Ianneũ qui & Alexander dicebatur. regem ordinauit ætate maiorem: qui nũquam ad faciem patris uenit: Causa uero huius odii: talis fuisse dicitur. Cum diligeret priores filios suos Hyrcanus Antigonum q; Aristobulum: & apparuisset ei deus in somnis: & interrogasset eum: quis filiorum successor eius existeret: deo demonstrante uultum istius: contristatus q; omnium bonorum suorum hic heres existeret: genitum in Galilæa nutriri dimisit. Deus uero nequaquã mentitus est Hyrcano. Nãq; regnum post Aristobuli finem iste susçepit. Qui unum e fratribus suis intendentem regnum præsumere interfecit: alterum uero uolẽtem innocẽter uiuere honorabiliter tractabat. Is enim dum principatum suum sicut & ei uidebatur utile disposuisset: expeditionem contra Ptholomaidam egit: pugnaq; cõmissa: uictor in ciuitatem hostes cõcludẽs: obsidebat eos. Nam ex ciuitatibus maritimis. Ptolomais & Gaza solæ ut subiicerẽtur restabant: necnon ẽt Zoili tyranni Stratonis: & Dora. Sed Philometore Antiocho: fratreq; eius antiocho Cizicено inuicẽ decertantibus: suasq; uires perdentibus: nequaq; Ptolomaitæ sperabant ab illis auxilium. Quibus obsidione exhauſtis: Zoilus qui turrẽ Stratonis Doraq; tenebat: agmen militare nutriẽs: tyrannidẽ meditatus ẽ: dum reges contra se bellarent: & paululũ Ptholomaitis subueniebat: quia nec reges talem familiaritatem circa eos habebant: ut confiderent ab eis mereri solacia. Vterq; enim tolerabat: quod sepius athletis contigit: qui cum uiribus diffidunt: erubescentes credere: otio uel quiete certamina differũt. Reliqua Ptolomaitis spes erat in rege ægyptiorum: Ptholomeo Latiro qui cum a matre depulsus a regno fuisset: cyprum habitabat Igitur mittẽtes ad eum Ptholomaitæ petebant auxilio uenire quatenus eos a manibus Alexandri piscitantes eriperet. Spem uero non minimam ẽt ei legati excitauerunt dicẽtes: si transiret ad Syriã: haberet Gazeos & Zoilũ: insuper & Sydonios ac multos alios pro Ptholomaitis secum pugnantibus. Quibus incitatus nauigare festinauit. Per idem tempus Demetrius orator eloquẽtissimus: persuasit eis sniam permutare: melius esse dicẽs: incertũ iudæorũ sustinere periculum: quam manifestam suscipere seruitutẽ: dum se traderent domino: quo facto non solum præsens haberẽt bellum: sed multo maius ab ægypto sparẽt. Nam & Cleopatrã nequaq; patiri filium uicinum exercitũ aggregare dicebat sed uenturam cum maximo contra eum exercitu: quæ properabat & a cypro filium eiicere: & cum Ptholomeus nihil proficeret: rursus cyprum fugeret: ipi uero nouissimũ haberẽt periculum. Ptholomeus uero quis per uiam cognouisset Ptholomaitarũ uoluntatẽ mutatam: nõ minus tamẽ nauigauit: & applicuit in Sycaminam: ibiq; uires suas deposuit. Ois uero exercitus eius erat cum equitibus & peditibus triginta milia. Quos cũ iuxta Ptholomaidã p-duxisset & applicuisset: ualde cogitabatq; quõ neq; legatos eius susciperent: neq; uerba audirẽt. Sed cũ uenisset ad eũ Zoilus & Gazi: appeterentq; auxiliũ sibi præberi: q; terra eorũ a Iudæis & alexandro depopularet: soluit obsidionẽ alexander Ptholomei timore reuersusq; ad propriã terrã: deinceps bella disponebat latẽter quidẽ Cleopatram contra Ptholomeũ inuitans: aperte uero amicitias & auxilia cum eo se componere simulans: & quatuor milia talẽtorũ argẽti se dare promisit: si Zoilum tyrannum depelleret: terramq; eius Iudæis traderet. Tunc ergo Ptholomeus alexãdri amicitias susçepit: & Zoilũ subegit. Deinceps cũ audisset latẽter ad Cleopatrã matrẽ eius mãdasse: soluit pacta quæ

cum eo fecerat atq; fidem : & ad Ptholomaidā quidem accedens obſidebat q; eum nō ſuſcepiſſent ibiq; relinquens duces : & partem ſui exercitus ut obſeſſos cuſtodirent:cum reliqua pte Iudæam populaturus inuadit. Alexander uero cum Ptholomei ꝑuaricationē audiſſet:cōgregauit ꝑuſcialiū qn quaginta milia:ut autē alii hiſtoriaꝝ ſcriptores dixerunt octoginta milia. Cū ergo collegiſſēt exercitum:occurrit Ptholomeo. Ptholomeus itaq; ſubito ínuadēs Aſachron ciuitatem Galileæ die ſabbatoꝝ uiriliter cœpit eam:unde decem milia corporū:& aliā multam ꝑdam abſtulit. Cūq; tētaſſet Sephorim ciuitatem:pauco diſtantem ſpacio a ciuitate capta multos amiſit. Poſt autē cū Alexādro bellaturus perrexit. Cui cum Alexander iuxta Iordanem fluuium occurriſſet:in loco q Aſaphō dicitur nō lōge a Iordane fluuio caſtra ſua diſpoſuit:habens octo milia pugnatoꝝ:quos hecatōtamachos uocabat:ideſt contra centum pugnantes qui æreis ſcutis utebant. Veum etiam fuerūt & Ptholomeo propugnatores:cum clypeis æreis: ſed minus iudeis ornati:ideoq; milites Ptholomei timidi ad ꝑlium acceſſere. Sed non paruam audaciam eis ímittebat : philoſtephanus : qui ſtrategematum peritus:eos fluuium tranſire ꝓhibebat:ſupra quē caſtra ſua poſuerat . Alexandro inter hæc minime uiſum eſt tranſitum eoꝝ uetare:dum putaret: quia ſi poſt dorſum fluuium haberent:nequaquā poſſent a pugna diſcedere. At in principio prælii ex utraq; parte fortiter pugnatum eſt:pari aīoſitate uel ſtudio:ut ab utroq; exercitu multi proſternerent. Sed cū Alexādri exercitum ſuperiorē philoſtephanus uidiſſet:milites diuidit:& defectos ſuos fortiter adiuuans:nulloq; ſubueniente Iudæis:partē illā cum eis qui prope ſtabant ad fugā cōuertit . Quod cum uidiſſent milites Ptholomei ſecuti iudæos interficiebant. Poſt aūt reuerſi reliquos ad fugam uerterunt:& tādiu proſtrauerunt eos:uſquequo & ferrum & manus eoꝝ defeciſſent . Triginta ergo milia occiſa fuiſſe dicunt . Timagenes uero quinquaginta milia retulit:reliquos aūt captos:paucos uero ad ſuam fugiſſe prouinciam . Tunc Ptholomeus poſt uictoriam prouinciam pagrans ueſpere facto in qbuſdam Iudææ uillis ingreſſus ē : quas plenas mulieribus & infantibus inueniēs iuſſit militibus ſuis ut occiderent & laniarēt : mēbraq; eorum in caq;bis mitterent ad coquendum. Hoc aūt ſimulauit:ut hi qui fugerant a pugna putarēt hoſtes ſuos carnibus humanis ueſci:& exinde eos ualde metuerent. Cœpit uero & Ptholomaidam : ſicut alibi retulimus. Sed cleopatra cum reſpiceret filium ſuū creſcere:& iudæam licenter deuaſtare:ciuitatēq; Gazæoꝝ ſubiectam habere:negligere recuſauit dum iā in portis ſuis eum ꝑſentem ſperaret eſſe futurū : & amari ab ægyptiis pp uirtutē eius putaret eum:ſtatim cum nauali & pedeſtri exercitu cōtra eum egreditur:duces totius militiæ Chelchiam & Ananiam iudæos ꝑponens: pecunias uero multas:nepoteſq; ſuos & teſtamenta apud ſocios alias choos inſulam cōmendans . Cūq; iuſſiſſet filium ſuū Alexandrum cum maxima claſſe nauiū ad Phœnicē nauigare:pp refugia oēm ſuam expeditionem Cleopatra in Ptholomaide depoſuit. Cum uero eam nō ſuſcepiſſent Ptholomaitæ:ciuitatem obſedit. Ptholomeus tamen a Syria contra ægyptū feſtinauit:putās ſubito eam ſine militibus exiſtētem occupare:ſed ſpe ſua deceptus eſt. Per idem tēpus & Chelchias unus ex ducibus Cleopatræ:circa inferiorem ſyriam Ptholomeum perſequens moritur. Cleopatra ergo cum audiſſet filii conatum:& q; nullatenus ægyptii eum ſicut ſperabat ſuſcepiſſent:tranſmiſit militiæ partē:quæ de prouincia Ptholomeum depellerent. Qui reuerſus ab ægypto:iteꝝ in Gaza hiemabat. Interiecto uero tempore:Cleopatra cuſtodiam Ptholomaidis cum ciuitate obſidione cœpit. Ad quam Alexander ſumma dona deportans ueniſſet:dixiſſetq; mala de Ptholomeo ſe paſſum refugiumq; non alibi niſi apud eam habiturum:quidam amicoꝝ perſuadebant ei:ut prouinciā Iudæoꝝ percurreret & obtineret:neq; contēneret tam optimam multitudinē Iudæoꝝ ſibi ſubiicere. Cūq; Ananias cōtradicēs ſuaderet iuſtum eē:ſi hoſtem auxiliatorē priuaret propria prāte. uerum etiam & cognatos ſuos eſſe:nec te minime uolo inquit ignorare regina qūo propter hāc iniquitatē inimicos oēs Iudæos habebis. Hæc ergo Anania ſuadēte Cleopatra flectitur nihil pœnitus Alexandrū ledere:ſed ſocietatē cum eo conpoſuit in Scitopoli Syriæ. Qui cum a Ptholomei timore liberatus eſſet:exercitū ſtatim contra humilem Syriā produxit & expugnauit Gadara decē menſibus oppſſam:& Amathunta magnū ꝓpugnaculum habitantium ſup Iordanē:ubi optima uel induſtria digna Theodorus Zenonis præſidebat:qui inſpate Iudæos inuaſit:& decē milia interfecit ſarcinaſq; Alexandri diripuit. Quo facto nequaquam perturbatur Alexander:ſed mox iuxta maritima loca ducit exercitum:& Raphiam & Anchidonā expugnauit quam poſtea Herodes Agrippiadā noiauit. Cunq; uideret Ptholomeū a Gaza ad cyprum rediſſe:matremq; eius Cleopatram ad ægyptum:Gazæis iratus:qūo Ptholomeū auxiliatorem conuocaſſent:ciuitatem obſedit:prouinciāq; ipſoꝝ depredauit. Sed Aplodotus dux Gazænorum cum duobus milibus peregrinis:& decem milibus ciuium in exercitum irruit Iudæorum:& quādiu nox erat:Gazæi uincebant:Arbitrātibus Iudæis rurſum Ptholomeum ſuperueniſſe. Poſtero autē die facto:cognoſcentes Iudæi ueritatem:reuerſi Gazæos inuadunt & proſternunt mille. Quibus adhuc reſiſtentibus:neq; multitudine moriente perterritis:geſſere prœlium:& quicquid aduerſi accidiſſet tolerare paſſi ſunt:ne hoſti ſubiicerentur. Exhortabatur aūt eos rex Arabum Arethas magnanimus uir:qui ſperabatur in auxilium eorum uenturus. Sed contigit antequam ueniret Aplodoto perempto:ciuitatem capi. Nam Lyſimachus frater eius intuidens:q; ei magna gloria a ciuibus præbebatur:interfecit eum:militaremq; congregans phalanga:ciuitatem Alexandro pro-

didit:qui ſtatim cum ingreſſus fuiſſet quieuit.Poſt aũt milites Gazæis īmiſit:ut eos cruciarent:& p diuerſa loca proſterneret:nec tamen Gazæi animas debiles:ſed paratas habentes:ueniẽtibus Iudæis reſiſtebant:& non paucos dilaniabant:alii uero deſolatio domos ſuas incendebant:ne aliqua ſpolia aduerſarii poſſent inuẽire:alii & liberos cum uxoribus ſuis manibus interficiebant:quatenus ſeruitutem inimicorum uel taliter euitarent.Cunq; quingẽti ex primatibus eorum in templum Apollinis confugiſſent quorum conſenſu prodicto facta erat:hos abſtrahens Alexander occidit: ciuitatemq; poſt anni obſidionem deponens:ad Hieroſolymam remeauit.Eodem tempore & Antioch⁹ qui criſpus dicebatur moritur:inſidiis Heradiani:anno uitæ ſuæ quadrageſimoquinto:imperi uero nonageſimonono.Cuius principatum cum filius eius Seleucus ſuſcepiſſet:bellauit etiam contra fratrẽ patris Antiochũ qui cizyceneus noiabat:quẽ cũ uiciſſet & cepiſſet interfecit.Nõ multo uero poſt:Cizyceni filius Antiochus:& Antonius pius cum peruenīſſent in Arodo:coronamq; ſibi impoſuiſſent confligunt cum Seleuco:quem poſt uictoriam ex omni ſyria depulerunt. Qui cum fugeret in Ciliciam:& peruenīſſet Mopſueſtiam: iterum ab eis pecunias exigebat. Tum populus Mopſueſtenus indignatus palacium eius incendit:eũmq; cum amicis extinxit.Antiocho uero Cizyceno adhuc Syriæ regnante:Seleuci frater Antiochus bellum contra eum produxit:uictumq; cum ſuo proſtrauit exercitu.Poſt ipſum uero & frater eius Philippus cum impoſuiſſet ſibi diadema:in parte alia Syriæ regnabat.Ptholomeus uero Latirus quartum fratrem eorum Demetrium:qui Ceraunus dicebatur a Gnido deducens: in Damaſco regẽ conſtituit.His aũt duobus fratribus ptinaciter Antiochus reſiſtens:citius occiditur. Nam Laodiciæ Gaminorum reginæ contra parthos bellanti cum ſocius ad ueniſſet:uiriliter pugans occubuit.Syriam uero duo fratres eius tenuerunt:Demetrius & Philippus ſicut alibi demonſtratũ eſt. Alexander aũt dũ contra eũ ſui ſeditionẽ mouiſſent in die qua feſtiuitas tabernaculorum agebatur:& ſup aram ſtaret īmolaturus:uirgis cedrinis iaculabantur eum.Nam legitimũ ẽ apud iudeos in ſcẽophegiis unũquẽq; portare uirgas ex palmis cedrinis.Demõſtrauimus aũt hæc ẽt in aliis.Nec ſolũ hac iaculatione contẽti.uere contumelioſe eũ aggreſſi ſũt cũ īgreſſi fuiſſent tẽplũ dicẽtes:de captiua gẽitũ & honore ſacrificii indignũ.Iratus ergo ſex milia eor̃ occidit:parietẽ uero ligneũ circa arã & ſacrarium conſtituẽs uſq; ad altare:i quo ſolis ſacerdotibus licet ingredi:multitudini introitum ꝓhibebat:ſimul & peregrinos Piſidas:& Cilicas:nã Syris inimicus exiſtẽs: non eis utebatur.Cũq; Arabas Moabitas::& Galaditidas uiciſſet:tributor̃ incrementũ eis impoſuit & Amathunta expugnauit:non audẽte Theodoro cum eo confligere. Cũ uero conſeruiſſet pugnã contra Abidam regem Arabum:incidit ex inſidiis in altiſſimam uallem iuxta Galaditidẽ.Inde cum fugeret ad Hieroſolymam:ſuper infœlicitatem ſuam habuit ẽt gentem iudæorum inimicam:cõtra quam annis ſex pugnantes:interfecit quinquaginta milia.Rogante ergo eos:ut odium quod in eũ hẽrent ſoluerent:magis horrebant eum propter quæ acciderunt.Cunq; interrogaret eos:quid uellent fieri:omnes clamauerunt:moti eum.

Quomodo pugnans demetrius Ceraunus contra Alexandrum:uicit eum. Cap. XX.

TVnc ad Demetriũ Ceraunus deſtinauerũt:ut eũ auxiliatorẽ rogarẽt:q maximo cum exercitu dũ pueniſſet ad eos q eũ inuitauerũt circa Sycimã ciuitatẽ caſtrametatus eſt. Alexander aũt cõductis militibus ſex milibus ducẽtis:& Iudæis uigiti milibus q ei fauebant contra Demetriũ prexit:cui æquites fuerunt tria milia:pedites quadragita milia. Multa ergo ex utraq; pte gerebant:Demetrio q̃dẽ uolẽte ſe ducere cõductos milites Alexãdri tã̃ græcos:Alexãdro ãt tẽtãte Iudæos demetrio ſociatos auellere.Cũq; neuter ualuiſſet pſuadere:ſed pugnã cõmiſiſſent uincit demetrius:& oẽs Alexandri cõducti milites occidunt:fidei ſimul & uirtutis ꝓbationẽ oſtẽdẽtes.Multi etiã a parte demetrii milites occiderũt.Cum uero p mõtana fugiſſet Alexander:miſericordia ruinæ eius flexi colligunt ad eũ ſex milia Iudæor̃:& tũc q̃dẽ recedit timore demetri⁹.Poſt ãt iter̃ Iudæi cõtra Alexãdrũ bella mouẽtes ſuperant ab eo:multiq; eor̃ i pugna extincti ſũt.Quor̃ etiã potẽtiſſimos i Bethomis ciuitate cõcluſos obſedit.Cũq; cepiſſet ciuitatẽ & tenuiſſet eos:duxit ad Hieroſolymã:& crudeliſſimã i eos pœnã exercuit.Nã dũ cœnaret cũ cõcubinis ſuis in excellẽti loco:crucifigi ex ipſis octingẽtos ꝓcepit:liberos uero & uxores eor̃ corã ipſis adhuc uiuẽtibus occidi.Et hæc quidẽ ad ultionẽ fecerat pro his quæ male paſſus erat: ſed tantũ humanã uindictam exceſſit:quis multũ ſudaſſet: & laboraſſet in bello contra eos:& i nouiſſimum periculũ animæ regniq; ueniſſet.Non enim ſuffecerat contra ſe iuicẽ certare:niſi etiam ad uerſus eum alienigenas prouocaſſẽt:& ad talem neceſſitatem pduxiſſent:ut terrã Moabitidis:& Galaditidis:& uicos regi Arabũ traderet:quatenus non auxiliaretur contra ſe Iudæis: ſed & alia multa conferret:quapropter uidetur hæc iuſte feciſſe:ideoq; propter hanc crudelitatis exaggerationem: nocatus eſt trucida.Aduerſarii tamen eius octo milia noctu fugierunt:& q̃diu uixit Alexander exulabant. Et iſte quidem liberatus a ſeditione eorum:cum omni quiete impoſterũ regnauit: Demetrius autem cum a Iudæa in Beroeam deſcẽdiſſet:obſidebat fratrem ſuũ Philippũ:cui decem milia peditum erant:& mille equites.Straton etiam Beroeæ tyrannus Philippo auxilium præbebat:& Titicum principem Arabum conuocabat:necnõ ẽt Mitridatem ſynachem præfectũ Parthor̃.Qui cum uenīſſent cum multa expeditione:& obſediſſent demetrium itra caſtra:ſagittiſq; & ſiti eum an-

gustassent:compulerunt milites eius ut eum traderēt.Cūq; depopulassent prouinciam:& Demetrium cœpissent hunc quidē Mitridati Parthoꝝ regi transmiserunt:captiuos uero Antiochenos gratis Antiochēis reddiderūt.Mitridates itaq; Parthoꝝ rex:Demetriū maxime honorabat:usq; ad uitæ terminū.Philippus uero a pugna statim ad Antiochiā perrexit:eāq; tenēs:Syriæ regno potitus ē.

Antiochi qui liber pater dicebat militia contra Iudæam:itēq; p̄lium Arethæ regis contra Alexādrū:quē & deuincēs:cū pactis a Iudæa discessit:& de morte Alexandri. CAP. XXI.

POst uero Antiochus frater eius q nūcupabat Liber pater:sibi uendicans principatum ad Damascū puenit:ibiq; regnauit Cūq; contra Arabas exercitū duceret:Philippus frater eius ad Damascū prexit.Tū milesius qui custos arcis relictus erat:simul cū Damascenis ciuitatē Philippo tradidit.Ingratus uero milesio Philippus extitit:cū nihil oīno pro traditione ciuitatis ei donaret:nā timore putabat Milesiū prodidisse.Quapropter in suspitiōe eū hēbat:qui rursus Damasco depellit.Nam cū Philippus ad circū exisset:Milesius clausit Damascū:& Antiocho seruauit.Quod factū cū audisset de Philippo Antiochus:reuersus ad Arabiā:expeditionē stati contra Iudæā parauit:pedites.quidē octo milia:equites āt octingētos.Cuius Alexander congressione timēs fossam altissimā fodit:circa Cafarsalā:quæ nūc Antipatris uocat initiū eius faciēs:& usq; ad Ioppen.Cūq; murꝝ ædificasset:& turres ligneas erexisset:p stadia cētum qn q̄ginta.Antiochū expectabat.Ille āt hæc incēdio cremās:exercitū suū ad Arabiam exinde transduxit.Cui rex Arabū cedēs primū deinde ex improuiso cū decē milibus equitū aduenies:occursionē Antiochi fortiter debellauit.Dūq; uiceret:Antiochus occidit auxiliū parti laboranti ferēdo.Postq; uero cecidit Antiochus:milites eius ad Canā uillam confugiūt:ubi plurima pars eoꝝ fame consumit.Post hūc īperat iseriori ſyriæ Arethas:exceptus in principatu a Damascenis:pp Ptolomei iuuenis odiū.Qui cū militiam congregasset contra Iudæā & circa Idida uicū p̄lio uicisset Alexandrū:cū pactis a Iudæa discessit.Alexander āt itez cū inuasisset diē ciuitatē:contra Essemon ꝓduxit exercitum:ubi plurimæ uel mirandæ res Zenonis fuerant:quā tribus aggeribus circūdans:pugnando ī uasit.Exinde contra Gaulā & Seleuciā pergit:& has cū cœpisset:subegit ēt uallē quæ Antiochi dicit castellū quoq; Gamala.Sed cū multi Demetriū ducē locoꝝ illoꝝ accusarēt:nimis eum indignatus dānis affecit:& tertiū ānū complēs:soluta expeditione ad sua reuersus est:quē Iudæi grate oīno ꝓpter fœlicitatē eius accipiūt.Per idē tp̄s iam Syrorū:& idumæorū:& Phœnicū ciuitates iudæi possidebant iuxta mare quidem strationis turrē apolloniā:Ioppē iamniā:Azotum:Gazā: Antidonē Rafiā:Rinocora:in mediterraneis uero p Idumæā:Aborā:Marissam:oēmq; Idumæā:Samariā:Carmelum:& Ithabyriū mōtes:Scitopolim:Gadarā:Gaulanitidē:Seleuciā:Gabala: Moabitidē: Sebō:Midabalem:Baoroneæ:magna:& Onzora:Cilicum:Aulonē:Pellantē:hanc ēt destruxerūt cū nō ꝓmi sissent habitātes in ea patrios iudæoꝝ seniores suscipere:alias quoq; Syriæ ciuitates euerterūt.Post hæc rex Alexander crapulæ multū indulgēs:ī ualitudinē incidit:& tribus ānis q̄rtano typo laborās nec si ab expeditione quieuit donec in laboribus expiraret.Mortuus ē āt in mōte Gerasenoꝝ:Rabagā castellū trās Iordanē obsidēs.Quē cū uidisset regina ꝓpinquātē læto:nullāq; spē salutis habētē.deplorās futurā desolationē suā & filioꝝ ait.Cui me ita relīquis cū filiis:alterius auxiliis egentē: dum sic scias aduersariā tibi gentē existere.Tūc ille persuasit ei mandata sua custodire:q̄tenus certū cū filiis regnū tutaret:& ut mortē militibus eius celaret:usquequo castellū caperet:dehinc ut ad Hierosolymā uictrix & splēdidissima rediret:& Pharisæis ptātem daret quid uellēt agere:eosq; honore p̄ferret:q̄tenus illi laudantes eam ꝓpter honorē sibi illatum:fidelē ei gētem constituant.Nam posse hos multum apud Iudæos dicebat:& lædere si quē abhominarent:& ꝓdesse cui fideles existerent: cum nimium eis a populo crederet quicquid uellēt de aliquo seuissimū referre:seq; ideo offendisse multitudinē aiebat:q; Pharisæos aliquādo contristasset.Tu igitur inquit cum ad Hierosolymam ꝓueneris:conuocatis militibus eis meum corpus ostende:& permitte eis q̄liter uelint uti meo cadauere:siue contumelioſe uelint & in sepultū relinquere:q; a me iniq; ꝓpessi sunt:seu aliquid ī corpus meū deseuire:concede:neq; sine illorum consilio uelis aliquid in tuo regno decernere.Q d̄ si hæc ad eos dixeris:ego quidem clariore digniorab eis funere:quam a te habebor:cū ita post mortem ī aliquo non seruetur:ut uero firmū tibi conficies principatum.Hæc cum suæ persuasisset uxori:decessit imperii sui uicesimoseptimo ānō:ætatis uero q̄dragesimonono.Alexandra itaq; cum castellum cœpisset:secundū mariti mandata Pharisæos alloquitur:& illorū ptāti mariti corpus:& regni gubernationem cōmēdat:& ita irā quidem eorum quā in Alexandrū habebant:extinxit:fideles uero eos amicos sibi parauit.Qui secundo populum ad reconciliationē conuocantes:res gestas Alexandri explanauerūt:regē se iustū dicētes & magnū perdidisse:& tātum populo luctum & mæstitiā laudibus regis intulerūt.ut exequias ei meliores quam cœteris regibus exhiberent.

AQuēadmodum post Alexandri mortē uxor eius Alexandra imperiū per nouem ānos rexit:& uiuēs cum pace gloriaq; defuncta est. CAP. XXII.

Lexāder aūt liberos relinquēs Hyrcanū & Aristobulū:uxori Alexādræ regnū tradidit & ex filiis eius alter Hyrcānus rexꝝ gubernationē ignorās:uitā ociosā elegerat:nouissimꝰ uero Aristobulꝰ efficax & audax erat.Igit a populo mulier diligebat:eo q; uidebat

contriſtari:de quibus maritus eius peccaſſet. Quæ principē quidē ſecerdotū Hyrcanum pp ætatē magis aūt pp innocentiam ordinauit:Phariſæis tamen oīa facere pmittens:qbus obedire multitudini p̄cepit:& ſi qd legum Hyrcanus ſocer eius ſoluiſſet:quod Phariſæi ſecundū patriam traditionē introduxerant:hoc itē reſtituit. Nomen regiū tantū ipſa ferebat:oēm uero ptātem Phariſæi p̄ſſidebant. Nā & tranſfugas educebant:& ligatos ſoluebant:& nihil a dominis penitus differebant. Verūetiam regina ꝓuidentiam ſui faciebat:dum multos conductos milites continēret:ſuaſq; uires duplas oſtēderet:ut iā in circuitu reges terreret:& caperet obſides ab eis miſſos. Pacē uero oīs hēbat ꝓuincia p̄ter Phariſæos. Nā hi rēpublicā conturbabant:reginā flectere moliētes:q̄tenus occideret conſiliarios Alexandri:q eū hortati eſſent octingētos īterficere:ex qbus ipi unū occiderūt Diogenē & poſt ipſum alios multos:uſquequo potētiſſimi eorē in aulā intrarēt cū ariſtobulo:cui uidebant moleſta facta Phariſæorum. Apparebat autem:q̄ uellet occaſione accepta matrem a regno deponere. Qui cum ingreſſi fuiſſent:āmonebant eā:quāta feciſſent:p quæ firmam fidem ſuo domino conſeruaſſent:pro quibus etiam multa ab eo merita accepiſſent:& petebant:ne omnino ſpē eorē euerteret. Nam cur fugerēt aduerſariorum picula. ſi domi ab inimicis ultionem tanq̄ pecora tolerarēt. Dicebant etiam:ſi contēti eēnt aduerſarii mortuorē interitu:pp mortuorē fidem ſe patiēter ea q̄ contigerunt p̄ferre ſi uero in hiſdem Phariſæi pmanſerint:petebant dari ſibi licentiam recedēdi. Nam p̄ter iuſſionē eius nullatenus aiunt pati ſaluti ſuæ ꝓuidere:ſed libenter in aula eius morari:ne p̄ſidos eos poſt diſceſſum putaret:obpropriū uero reginæ eſſe ſi neglecti ſocii:mariti eius aduerſariis traderentur. Nam gaudium arethæ arabi erit:tot & tales uiros a te alienari:quorē prius terribile fuerat nomen auditū. Si uero Phariſæos p̄ponere iudicas:unūquēq; in caſtellis diſponere:& ſi ita aduerſarios uis erigere ſine nos in humilitate conſiſtere. Multa talia cū ei dicerēt:& ad miſericordiam mortuorē & piclitantiū umbras Alexādri inuocarēt:oēs qui aſſiſtebant lachrymis completi ſunt:ſed amplius Ariſtobulus:qui dum ſuam oſtēderet uoluntatē:multa contra matrē locutus eſt. Sed illi qdem ſuæ calamitatis cā fuerunt:dū ambitioſe furēti mulieri:p̄ter conſtituta regni cōmitterēt moderamina. Quæ dum nihil ſciret qd ageret:ad poſtulationem eorē cuſtodiam caſtellorē illis credidit p̄ter Hyrcaniam:& Alexandriam:& Macherunta:ubi plurimæ & p̄cioſiſſimæ res eius repoſitæ uidebant. Nō multo poſt tamē ſuū filiū ariſtobulū cum exercitu deſtinauit ad Damaſcū contra Ptolomeū q mineus dicebat:qui nihil ſtudio dignum agētes:ad Hieroſolymam reuerſi ſunt. Eodē tpe nunciat Tigranis cum trecētis milibus armatorē contra Iudæam uēturus:qd nimis reginam & gētē pterruit:ut dona multa nobiliſſima p legatos deſtinaret:quē obſidētē Ptolomaidē īuenūt. Nam regina ſua ſit habitatoribus Ptholomaidis:ut Tigranē excluderēt. Qui cū peterēt eū p ſua regina:p̄q; ſua gēte laudat eam Tigranis:q̄ ex longinquo legationē ei cū donis tranſmiſiſſet:ſpem ēt eis bonā ꝓmiſit. Capta uero Ptholomaide nūciat Tigrani:q̄ Mithridaten dū ſequeret Lucullus:illū qdē fugientē ad Hiberos minie potuiſſet comphēdere:Armeniam uero depopulatus obſediſſet. Quæ cū cognouiſſet Tigranis:domū reuertit. Interiecto uero tpe alexandra regina cū īualitudinē ſæuiſſimā incidiſſet:placuit Ariſtobulo rēpublicam inuadere:& p noctē cū uno famulo egreſſus ad caſtella prexit ubi paterni ſui amici degebant. Nam olim de actibus matris ſuæ cōquerebat. Tūc uero magis ueritus ēē matre defuncta:& Phariſæis tenētibus oē genus ſuū deperiret. Prouidebat. n. futura:q̄ non poſſet principatui ſuccedere:dū frater eius maior extaret. Cōſcia uero fact uxor eius fuerat:q̄ illic cū ſua generatione dimiſit. Cūq; primū ꝓueniſſet in gabatha:ubi potētiſſimus Galeſtis ei⁹ amicus erat a quo ēt ſuſcipit:& poſt diē regina cū Ariſtobuli fugā ſenſiſſet:diuq; putaſſet diſceſſionē eius non ꝓ rebellione fieri:uenerūt qui nūciarēt iā tenuiſſe ille primū caſtellū & ſecūdū:& reliq̄ oīa. Nā uno cō prāhēſo:ſimul ad illius uolūtatē oīa feſtinabāt. Tūc cuncta gēs Iudæorē cū regina in maxīs cœpit eē terroribus. Nam ſciebant non longe eē Ariſtobulū:q̄tenus ſibi principatū defenderet:timebant ēt:ne ultionē exigeret de illatis ſibimet contumelius. Placuit igit uxorē eius cū genere ī ſupiori cuſtodia rēpli conſtitui. Ariſtobulū aūt cū multi freq̄nter nūciaſſent regio circūdatū ornatu:& intra quindecī pene dies loca uiginti duo occupaſſe:unde ēt militiā congregaret a Libano uel Traconitide:uel Monarchis:tūc ſeniores Iudæorē & Hyrcanus ad reginā intrantes:petebāt ut ſniam de rebus ferret inſtantibus. Nā Ariſtobulus iā pene cūcta poſſederat:tātis locis occupatis. Inhoneſtū. n. putabant q̄uis in ægritudine laboraret:ſine ea aliquod conſiliū capere:īminere uero ſibi non longe picu lum clamitabant. Cūq; illa p̄cepiſſet eis agere:q̄ exiſtimarēt ꝓdeſſe:multas quoq; cās eis utiles adeſſe demōſtrabat. i. gētē ualidā:exercitū potētiſſimū pecuniarē copiā:ſibiq; deficiēte iam corpore uanū eſſe:p talibus laborē īpendere. Hæc cū dixiſſet:nō multopoſt deceſſit:ānō ſui regni nono:ætatis uero. lxxiii. mulier q̄ debilitate ſui ſexus nunq̄ ſuccubuit:callida circa regni detentionem:quod ex ipſis opibus euidenter oſtēſum ē:& quæ p̄ponere futuris p̄ſentia:& q̄ potentiæ nihil p̄ponere principali:cum nec bonum aut iuſtum attenderet:ad ſummam calamitatē negocia domus ſuæ ita pduxit:ut poſt multa picula & labores ptātem quā poſſedit non multo tpe:tracta cupiditate perderet. Inimicis enī generis ſui quā habuit tradidit ptātem:& principatum potētium amicorē gubernatione priuauit:& miſeriis regnū poſt ſuā mortē compleuit pp malam diſpoſitionē. Sed q̄uis ita regnaſſet:gentem tamen in pace cuſtodiuit. Alexandra ergo finem inuenit huiuſmodi.

Incipit Liber.xiiii.antiquitatis Iudaicæ.

Quemadmodum poſt mortem Alexandræ nouiſſimus eius filius Ariſtobolus:contra Hyrcanū fratrem pro regno bellauit. CAP. I.

ALexandræ reginæ morte in ſuperiori uolumine demonſtrata:ſequentia referamus:nihil feſtinantes aliud:niſi mínime quicq̄ de geſtis rebus memoriæ prouidendo p̄terire.Nam qui conſcribunt hiſtorias:& res ueteres indicant:oportet eos p̄ antiquitatem narrationi decus imponere uel explanationi rerum ſtudere p̄ legentes.q̄tenus cum aliqua gratia uel delectatione experientiam poſſint rex̄ concipere.Super oīa uero certius conſcriptores debent & ueritatē dicere:ut rerū ignari poſſint credere lectioni.Centeſima octogeſimatertia olympiade.Q.Hortēſio:& Metello Cretico conſulibus bellum contra Hyrcanum Ariſtobulus p̄parauit:pugnaq; facta prope Hierichunta multi milites Hyrcani ad fratrem eius tranſfugerunt. Quo facto:Hyrcanus ad arcem ubi Ariſtobuli uxor & filii a matre eius erant concluſi confugit.Cui Ariſtobulus de reconciliatione uerba faciens inimicitias depoſuit:ut ipſe quidem regnum teneret:frater autem priuatus uiueret:in ſua poſſeſſione contentus.Cūq; hæc diſpoſuiſſent in templo:& iuſiurandum & dextras dediſſent:omni populo uidente:diſceſſerunt:ille quidem in aulam regiam:Hyrcanus uero ut priuatus in Ariſtobuli domum.

De antipatro patre Herodis q̄ iuuabat patrē Hyrcani:aduerſus Ariſtobulum. CAP. II.

AMicus igitur quidā Hyrcani genere Idumæus Antipater dictus multas poſſidens pecunias & uir efficax Ariſtobulo ſuſpectus habebaſ p̄ Hyrcanū.Nicolaus tamē Damaſcenus ait hūc genere nobiliſſimū Iudæoꝝ fuiſſe:ex illis q ad iudæā a babylone reuerſi ſūt.Hæc āt refert ad gratiā Herodis filii eius quē regē Iudæoꝝ contigit poſtea fieri: de quo apto tpe dicemus.Hic ergo Antipater q prius Antipas appellabaſ:& eodē patris noīe uocabaſ:cū eū alexāder rex:& uxor eius ducē totius Idumææ ordinaſſent:amicitias iniſſe cū finitimis Arabis:& Gazæis:& Aſcalonitis p̄hibeſ:multis & maximis donis illos ſibi coniūgēs: & cū Ariſtobuli potētiā iunior Antipater formidaret:timēs ne qd ab eo pateref p̄ inimicitias:latēter excitat cōtra eū Iudæoꝝ ualidiſſimos uiros iniuſtū eſſe dicēs negligere:dū uiderēt Ariſtobulū iniq; principatū habere:fratrēq; eius prioꝛē eiectū:cui magis p̄ ætatē imperiū debebaſ. Et cū hæc ad Hyrcanū uerba freq̄nter faceret:& diceret piclitari uitā ſuā:niſi p̄uideret ſibi:fecit eum diſcedere. Nā indicabat Ariſtobuli amicos nullum tp̄s p̄termittere in quo non p̄ſuaderēt eum interfici:q̄tenus firmum ſibi gereret principatū.His Hyrcanus uerbis minime credebat:dum natura bonus eēt:& accuſationē facere non admitteret:faciebat āt eum innocētia & mentis remiſſio:ut debilis & iualidus putaref cum contrariæ naturæ Ariſtobulus eſſet.Nam facinoroſus & arrogans erat.Sed cum antipater uidiſſet Hyrcanū non attēdere uerba ſua:nullatēnus parcebat ſingulis diebus accuſationes fictas de Ariſtobulo illi inſereret:tanq̄ eum interficere feſtinaret. Quem uix impulit ad Aretham Arabum regem confugere:nam promittebat ei auxiliatorem illū quoq; futuꝝ.Igitur cū hæc audiſſet Hyrcanus:arbitratus p̄deſſe ſibi ad finitimā Iudææ arabiam diſcedere:p̄mittit ātipatrū ad arabū regem fidē ab eo acceptuꝝ q̄ refugientē ad ſe non traderet inimicis.Cum uero acceꝑiſſet fidē:Antipater ad Hyrcanum Hieroſolymam remeauit:cū quo pauco poſt:noctu de ciuitate egreditur.Cūq; multam feciſſent uiā ad Petram ciuitatē peruenīūt:ubi palatium Arethæ erat.

Cum ſuſcepiſſet Hyrcanus exercitū:& contra Ariſtobulū p̄duxiſſet:& in pugna uiciſſet:ad Hieroſolyma eum p̄ſecutus eſt:ubi cum exercitu obſidebat ciuitatem. CAP. III.

ANtipater āt dum multū amicus regis eēt & rogaret eum ut Hyrcanum ad Iudæam deduceret:& hoc ſingulis diebus ſine ulla ītermiſſione faceret:ſed ēt dona p̄mitteret flectit aretham.Necnō ēt hyrcanus pollicitus ē ſi reſtitueretur patriæ regnūq; ſuſciperet: omnē terram & decē ciuitates q̄s ſuus patet alexāder ab arabis acceperat reddere.Fuerūt āt Medaba:Labias:Nabalota:Arabata:Galathone:Iazora: Mōſlimgō:Ediſſa:Ribdaluſa Oriblo.Cū has promiſſiones audiſſet:contra Ariſtobulū exercitū q̄nquaginta milia eqtū & peditū p̄duxit.Sed cū in prælio uiciſſet:& multi poſt uictorā ad Hyrcanū refugiſſent:deſolatus ariſtobulus ad Hieroſolymā ſeceſſit.Arabū āt rex oēm agens exercitū:& applicās ad tēplū:Ariſtobulū obſidebat:& adiecto populo Iudæoꝝ Hyrcano pariter obſidente:ſoli ſacerdotes cū ariſtobulo p̄manſere.Igitur arethas cū exercitu arabū & Iudæoꝝ circūdans ciuitatē fortiter obſidioni īmiebat. Quæ cū fierēt:tēpore celebrationis azymoꝝ quæ paſcha dicitur probatiſſimi iudeoꝝ p̄uinciā relinquentes:in ægyptū receſſerunt.Onias uero quidā uir iuſtus deoq; amabilis:qui dū non plueret:oranit deū quatenus ſolueret ſiccitatē:& audiēs deus pluit:dū tunc celatū eam haberēt p̄ ſeditionē abſtraxerunt:& in exercitum Iudæoꝝ produxerunt:petentes:ut ſimiliter oraret contra Ariſtobuli milites ut ſoluerentur:ſicut ſoluta ē pluuia.Cūq; diu reſiſteret recuſans a multitudine cōpulſus i medio ſtetit ita orando dicens.Deus omniū rex:quō hii qui mecū cōſiſtūt tuus exiſtit populus:& qui obſi

duntur tui ſacerdotes ſunt:peto:ut neq; iſtos exaudias contra illos petẽtes neq; illos cõtra hos oran tes.Cũq; hæc oraſſet:maliuoli Iudæi adorti interfecerunt eum.Deus aũt ſtatim ab eis ultionem cru delitatis exegit.Nam pœnã exegit pro morte Oniæ hoc modo:obſeſſis ſacerdotibus:& ariſtobulo: celebratio paſchæ prouenit:in qua ſolemus multas deo imolatiões offerre.Cũq; indigerẽt uictimis ariſtobuli ſocii & petiſſent Iudæos:ut pro uictimis acciperent quantas uellẽt pecunias:tunc illi mil le dragmas pro ſingulo capite dari dixerunt.Cũq; libenter Ariſtobulus & ſacerdotes promiſiſſent: per muros pecunias depoſuerunt:quas illi cum accepiſſent nequaq̃ uictimas reddiderunt:ſed mali uolentia tracti fidei tranſgreſſores & impii coram deo pro fraudatione hoſtiarum extiterunt.Sacer dotes autem orauerunt ad deum:quatenus hoc illis impune non cederet. Qui non remoratus pœ nam procellam uehementem acerrimamq; in fructus totius prouinciæ mittens:cõſumpſit eos ita ut modius tritici:dragmis.xi.emeretur.

Qualiter Scaurum ab Armenia magnus Pompeius ad partes Syriæ tranſmiſit & q̃ legati ueniẽ tes Hyrcani & Ariſtobuli:auxilia petierunt. CAP. IIII.

INterea Scaurum Pompeius dum in Armenia adhuc Tigranem ipſe debellaret:ad Sy riam deſtinauit.Qui cum damaſcum ueniſſet & a Iolio & Metello nuper captam ciui tatẽ inueniſſet in Iudæam prexit.Quo dum ueniſſet ad eum legati Ariſtobuli uel Hyr cani ingrediuntur:petentes auxilia:ſed dum Ariſtobulus promitteret quadringẽta ſe dare talenta:& nihilominus hæc etiam eadem Hyrcanus offerret:Scaurus magis Ari ſtobuli promiſſa ſuſcepit.nam & diues & magnanimus:Ariſtobulus erat & omnino puum ei erat: quod dari poſtulabatur:alter uero & pauper & tenax:& de maioribus perfidam promiſſionẽ protẽ debat.Nam & ſimile non erat q̃ petebant idem uirtute ciuitatem nimis munitiſſimã & potentiſſi mam capere & tranſfugas cum multitudine Nabutheorum bello depellere p̃dictis ergo cauſis fle xus Scaurus:cum pecunias accepiſſet ſoluit obſidionem:p̃cipiens Aretham recedere:ne Romanis hoſtibus appareret.Igitur Scaurus ad damaſcum iterum diſceſſit.Ariſtobulus aũt cum multis uiri bus contra Aretham & Hyrcanum parauit exercitum.Quibus confligẽs circa locum qui Capirõ di citur uicit eos:multa milia hoſtium proſternẽs:iter quos etiam & Celaphõ frater Antipatri cecidit. Sed non multopoſt cum Pompeius in damaſcum perueniſſet:& inferiorem Syriam pcurriſſet uene runt legati ab ægypto:& ab omni Syria uel Iudæa:per quos miſerat ei donũ maximum.Ariſtobu lus autem auream miſit coronam quingẽtorum talẽtorum cuius mẽtionem fecit ẽt Strabon capa dox ita referens.Venerunt uero ex ægypto legati cũ corona aurea quatuor milia ſolidoꝝ:& a iudea uitis uel torques aurea:quem nominabant terpnon ideſt delectabile. Hoc uero donum nos quoq; uidimus in templo romæ Capitolini Iouis ſacratum fuiſſe titulum habens ariſtobuli filii alexandri regis iudeæorum quod eſtimatum eſt quingentis talentis.Igitur ariſtobulus Iudæorum potentiſſi mus:hoc donum dicitur miſiſſe. Interiecto uero tempore: rurſus legati ad eum uenerunt ideſt anti pater pro Hyrcano Nicomedes pro ariſtobulo qui etiam accuſabant Gabinium & Scaurum q̃ pecu nias accepiſſent:mille trecenta talẽta:alter quadringenta.

Quẽadmodũ ariſtobulus cũ intellexiſſet Põpei cõſiliũ : ad ſua diſceſſit:aduerſus quem indigna tus Põpeius exercitũ ꝓduxit:& ariſtobulũ i alexãdriũ caſtellũ fugauit. CAP. V.

CVnq; iuſſiſſet Pompeius certantes ad damaſcum uenire inſtante tpe ueris:cõgregãs Pompeius apamenum exercitum de locis hiemalibus ad Damaſcũ properauit q i trã ſitu ſuo mox Apamenam arcẽ euertit:quam Antiochus muniuerat: cizycenus dũ Pto lomei Minei prouinciam conſiderauit:uiri maliuoli: & pene dionyſio tripolitano de terioris:qui ſecuri fuerat percuſſus. Et dum morte dignum inueniſſet: acceptis ab eo mille talentis ex quibus ſtipendium militibus ſuis donauit:abſoluit eum:necnon & Lyſiaden oppi dum cœpit ubi tyrannus Silas iudæus erat.Cũq; ciuitates Heliopolim & Calſidem tranſiſſet in me dio poſitum montẽ aſcendit:& ad inferiorem Syriam damaſcumq; peruenit.Vbi & comperit: q̃ iu dæi cum ſuis principibus Hyrcano & Ariſto olo haberent diſcordiam : motamq; audiunt gentem: contra utroſq; dicentẽ non debere ſub regali ditione eſſe:ſed patrio ritu ſacerdotibus obedire quos deus uenerari præcepit.Hii nãq; dum nepotes exiſterent ſacerdotum : non contenti eo honore ad alium magiſtratum cupiebant gentem trãſducere:& ſeruitutis uinculis obligare . Hyrcanus autem accuſabat:q̃ maior frater eſſet:& Ariſtobulo partẽ paruam prouiciæ datam teneret: aliam uero Ari ſtobulum uiolentia cœpiſſe confirmans:necnon etiam incurſione contra finitimos & latrocinia il lum perpetrare:criminabatur:neq; gentẽ iudæorum a ſe niſi per illius uiolentiam ad ſeditionem de ſcendiſſe.Cui etiam hæc alleganti teſtimonium plus mille optimates iudæi p̃bebant:antipatro ſua dente.Ariſtobulus autẽ principatu dicebat eum recidiſſe propter ſuam naturalem & inefficacem ſe gniciem:pro qua contemptibilis uidebatur:ſe quoq; aiebat:non tantum pro regni ambitione ſum pſiſſe principatum:quantum metu:ne forte ad alios migraret . Appellari autem ſe regẽ patris ſui nũ cupatione & teſtes conuocabat iuuenes promptiſſimos quorum cultus purpuræ:uel comæ : necnõ & ſalere:aliuſq; ornatus ſic ei aſtipulabatur:ut non ad iudicium intrare: ſed ad pompam procedere putaretur.Pompeius tamẽ cum hæc audiſſet:Ariſtobulum:de uiolentia culpans:dimiſit eos:leuiter

allocutus. Nam dixerat ad prouinciam eoꝝ ſeſe uentuꝝ: quo certius ſingula poſſet agnoſcere: cum Nabutheoꝝ primum prouinciam puideret: & interim eos pacẽ habere p̃cepit. Ariſtobulo aũt blãdiebatur: ne prouinciam faceret rebellare: adituſq; uiæ concluderet: quod euenit.

Quẽadmodũ Ariſtobulus grauiter ferẽs q̃ p̃ter ſpem ſibi a Pompeio eueniſſet: bellũ parauit ſed poſtea pœnitẽs pacẽ poſtulauit: pecunias offerẽs: quas tamen minime ſoluit. CAP. VI.

ARiſtobulus enim a Pompeio regreſſus: nec aliquid eorum quæ ille monuerat curás: ſudelõ ciuitatẽ puenit: exinde Iudæam prexit. Quapropter iratus Pompeius expeditionem quá contra Nabutheos parauerat in Damaſco a Syria: legioneſq; Romanoꝝ cõtra Ariſtobulũ pduxit. Cũq; Peltá & Scitopolim trãſiſſet: in Coreas puenit: quæ initiũ eſt Iudææ mediterraneæ: unde munitiſſimũ oppidum ſuper montem poſitum uidetur Alexandrium nomine quo Ariſtobulus confugerat. Tunc pompeius deſtinans ad eũ: iuſſit deſcendere: multiſq; ſuadentibus romanis non rebellare: deſcendit. Cũq; diſputaſſet contra fratrem de p̃cipatu: rurſus in oppidum pompeio concedente diſceſſit: & hoc bis & tertio fecit: ſperans regnum obtinere: ad omnia quæ Pompeius præceperat obedire ſe ſimulans: donec recederet ad munimina ſua: timens ne regno ſpoliaretur & Hyrcano principatus traderetur. Pompeius autem cum iuſſiſſet ei ut caſtella traderet: & cuſtodibus propria manu ſcriberet: quatenus eum ſuſciperent: noluit obedire hæc ſcribere.

Qualiter irritatus Põpeius Ariſtobulũ ligauit: & ad ciuitatẽ obſidẽdã acceſſit. CAP. VII.

DEſcẽdens autem ad Hieroſolymã bellum parauit: interiectoq; tpe Põpeio exercitum contra eum ducẽte: quidã ex ponto ueniens nunciauit Mithridatẽ hauſto ueneno defunctum: quod illi filius ſuus pharnaces cõfecerat. Cũq; in Hierico caſtra poſuiſſet: ubi maxime naſcitur Opobalſamũ: cuius cũ flos acuto lapide inciſus fuerat diſtillatura: ne Hieroſolymis aſcendit. Tũc Ariſtobulus pœnitẽs ad Põpeiũ deſcendit: pecuniaſq; offerẽs: in Hieroſolymis eum ſuſcepit: rogabatq; bello deſinere: & quæ uellet cũ pace diſponeret. Põpeius aũt ueniam ei petenti p̃ſtitit: & mittit Gabinium cũ militibus ad ciuitatẽ ut pecunias obtineret. Sed cũ nihil hoꝝ penitus egiſſet: Gabinius rediit: negatiſq; pecuniis de ciuitate excluſus eſt. Nã ariſtobuli milites pactis minime conſenſerunt.

De modeſtia Põpei & religioſitate: quia nullatenus paſſus eſt tangere tẽpli pecunias: licet multæ fuiſſent: & quia ariſtobulũ Romã uictũ cũ filiis pduxit. CAP. VIII.

QVapropter Pompeius iratus: Ariſtobulum recluſit in carcerem: & ad ciuitatem perueniens undiq; munitiſſimam: præter ſeptentrionalem partem. Circuit enim eam uallis altiſſima: intus templum cõcludẽs: lapideo muro fortiſſime conſtructum. Seditioſa itaq; intus hominum de præſentibus rebus erat: quibuſdam dicẽtibus: Pompeio tradi ciuitatem: Ariſtobuli uero ſocii excludere eum & expugnare perſuadebant: & illum habere uinctum. Qui cum in templo refugerent: ponte abſciſo qui ciuitati iungebatur: ſeſe ad obſidionẽ parabant. alii autem exercitum Pompeii ſuſceperunt: & aulam ei tradiderunt. Pompeius ergo Piſonẽ legatum cum exercitu deſtinauit palatium cuſtodire: & domos uel templum obſeruare. Qui prius quidẽ uerba pacifica in templo concluſis offerebat: ſed hii dum non obediſſent: loca iuxta tẽplum poſita muris circundedit: ad omnia Hyrcano miniſtrante. Pompeius ãt mane circa templum a parte aquilonis: unde expugnare eos potuiſſent milites collocauit. Fuerant náq; per illam partem turres altiſſimæ: & foſſæ altiſſimæ q̃ ualle circundabantur. Ponte nanq; deciſo munitior extiterat: qua ualle Pompeius cum aggerẽ in circuitu ſiluam incidentibus Romanis imponeret: & uideret ſatis foſſam coæquatam: machinamenta uel inſtrumenta bellica Tyro deportata ſuperimpoſuit: per quæ etiam templum depoſuit. Sed ſi nobis patrius mos non fuiſſet ſeptimo die uacare nullatenus aggerem conſtruere Iudæis repugnantibus potuiſſent. Nam bellantibus & occidentibus reſiſtere lex concedit: ſi quid uero aliud aduerſarii uellint facere: nulla nobis datur licentia ſabbatis eos prohibere. Quapropter non certantibus Iudæis: nec manus armantibus turres erigere: uel machinamẽta Romanis licuit fabricare: quibus poſtero die utebantur. Vnde poteſt noſtra erga deum pietas legiſq; cuſtodia cognoſci: q̃ nihil timore obſidionis ad immolandum impediti fuiſſent ſed ſecundo in die mane & circa nonam ſuper aram immolabant: & neque inflictione belli ſacrificium remittebant. Nam cum capta ciuitas fuiſſet tertio mẽſe ieiuniorum: cẽteſima ſeptuageſima olympiade. C. antonio: & M. Tullio Cicerone conſulibus: hoſtes templum ingreſſi cunctos peremerunt: qui ſacrificiis occupati nullatenus ſacra ruperunt: haud timore animæ conturbati: haud dolore morientium expulſi: ſed omnia uoluerunt circa ipſas aras pati: putantes melius eſſe mori quam ſacrificia imperfecta relinquere. Et hanc non eſſe laudem mendacem per quam pietas noſtra appareret: ſed uerani extitiſſe cuncti teſtantur qui Pompeii geſta conſcripſerunt: inter quos ſunt & Strabon: & Nicolaus: necnon & Titus Liuius romanæ conſcriptor hiſtoriæ. At cum machinamentum primum illatum fuiſſet: turris maxima cõmota cecidit: & aperuit partẽ templi: per quam hoſtes irruperũt. Quorum primus Cornelius Fauſtus Syllæ filius cum ſuis militibus ſuper murum aſcendit: poſt eũ etiam per alteram partem Furius Centurio cum ſuis: in medio aũt Flauius & ipſe Centurio cum turba ſor-

tiſſima. Tunc oĩa cede Iudæoꝝ cõplebãtur. Quidam.n.a Romanis:alii uero ſemetipſos occidebãt. Erant qui & p̃cipites:ſeſe flãmis inter domos iniicerent:minime ualentes uiolentiã ſuſtinere. Cunq; pſtrati uiginti duo milia Iudæoꝝ romanoꝝ uero pauci defuncti fuiſſent:capitur etiam Abſcaloni patruus: ſimul & ſocer Ariſtoboli. Nõ ergo parua in tẽplo cõmiſſa ſunt:dum ea quæ priori tẽpore inuiſibilia uel inacceſſibilia erant adiſſet Pompeus: & cũ eo non pauci uidiſſent quæ non liceret niſi ſacerdotibus intueri: Inuenerunt ãt menſam auream:& circa eam candelabra uel libatoria non pauca:necnon & aromatum multitudinem: in theſauris uero ſacras pecunias duo milia talenta.

De modeſtia Pompei & religioſitate: quia nullatenus paſſus eſt tãgere templi pecunias:licet multæ fuiſſent.& quia Ariſtobulum romani uictum cũ filiis perduxit. CAP. IX.

QVas Pompeius penitus contingere noluit propter pietatem:& hoc dignum ſua uirtute fecit. Cũq; in poſterum miniſtris templi p̃cepiſſet illud pũgãre & legitima offerre deo:Hyrcano principatum ſacerdotii donauit: eo q; ei utilis apparuiſſet:& prouinciales prohibuiſſet Ariſtobulo auxilium p̃ſtare:auctores quoq; belli ſecuri percuſſit. Fauſtũ uero cum aliis q propẽſius murũ aſcẽderãt: p̃miis dignis honorauit:& Hieroſolymã ſub conditione fiſcalium Romanis expoſuit. Ciuitates ẽt quas prius Iudæi de inferiori Syria ablatas ſubegerant ſub ſuo principatu eſſe conſtituit: & oẽm gentem prius nimis extenſam:ſuos intra fines aſtrinxit:necnon & Gadaram pauloante dirutam ædificauit:Demetrio donans Gadarenos ſuo liberto:reliquas aũtem Ioppen &Scitopoli: & pella uel Dion:& Samariã:& inſuper Mariſſã & Azotum:& Iãniam:& Arethuſam habitatoribus reddidit: quæ mediterraneæ fuerant præter alias dirutas. Gazam uero maritimam:& Ioppen:& Doram:& Stratonis turrim quam poſtea herodes magnifice condidit:& cum porticibus uel templis eam ornaſſet:Ceſaream eam cognominauit:Pompeius liberas reliquit: & a prouincia diſceſſit. Horum malorum Hieroſolymis auctores Hyrcanus & Ariſtobulus extiterunt:cum inuicem inter ſe bella geſſiſſent. Nam tunc libertatem depoſuimus & ſubiecti Romanis ſumus & prouinciam: quam armis poſſidemus a Syriis ablatam. Hanc Syris compulſi ſumus denuo reſtituere. Et inſup decem milia talenta pauco tempore:Romani a nobis exegerunt & regnum quod antiquitus ſecundum generationem principibus ſacerdotum dabatur:populare factum eſt. De his quidem competenti loco dicemus. Pompeius autem cum inferiorem Syriam uſq; ad Euſraten fluuium & Aegyptum Scauro tradidiſſet: & duas legiones Romanas:per Ciliciam romam perrexit. Ducebat cum ſua generatione Ariſtobulum uinctum:cui duæ filiæ uel totidem filii fuerunt: quorum Alexander euaſit:nouiſſimus autẽ Antigonus cum patre uel ſororibus romam deportatus eſt.

De Scauro q̃ militiam cõtra petrã urbẽ tunc Regnũ arabũ abſentẽ p̃duxit. CAP. X.

SCaurus itaq; contra Petram Arabiæ cum exercitum produxiſſet:propter difficultatem ciuitatis in: circuitu terram denaſtabat. Sed exercitui romano fame fatigato:Antipater obediens præceptis Hyrcani: a Iudæa triticum uel quæcunq; erãt neceſſaria deſtinabat. Cunq; miſſus ab Scauro legatus ad Aretham prexiſſet pro amicitiis quas cũ eo habeꝝ debuerat:flexit eum pecuniis ne prouinciam prædaretur. Qui etiam fideiuſſor eius pro trecentis talentis extitit & in his bellum Scaurus ſedauit. Siquidem non minus & ipſe quã Aretha concupiuit idem fieri.

Quemadmodum Ariſtobuli filius Alexander fugiens Pompeium ad Iudeam puenit:ubi multo exercitu cõgregato:bellũ contra Hyrcanum & Antipatrũ produxit. CAP. XI.

INterfecto uero tpe cum Alexander Ariſtobuli filius iudæam inuaſiſſet: dux exercitus Gabinius de roma ad Syriam uſq; peruẽit:qui inter alia quæ miranda fecit:contra Alexandrum produxit exercitum:nulatenus ualente Hyrcano uiribus illius reſiſtere:cum etiam erigere Hieroſolymoꝝ murum feſtinaret quem Pompeius depoſuerat quod ne faceret:prohibuerunt eũ Romani ibi conſtituti. Circuẽs ãt prouinciã:multos iudæoꝝ armauit:& maturius q̃ ſperabatur collegit decem milia pedites: & mille quingentos equites Alexandrium etiam caſtellum ualde munitum & Machærunta iuxta montes Arabiæ cœpit. Igitur Gabinius contra eum ueniebat:cũ iam Marcum Antonium cũ romanis:alioſq; duces p̃miſiſſet. Qui cum Romanis militibus & ſubiectis Iudæis quos Phitolaus & Malchus ducebãt:adunantes ſibi & Antipatri ſocietatem Alexandro obuiam uenirent:quos ſeq̃batur etiam Gabinius cum legatione. Alexander autem prope Hieroſolymam acceſſit:ubi cum hoſtibus prælio facto:pemerunt Romani tria milia Iudæorum: capiunt etiam non minus tria milia uirorum. Interim Gabinius cum Alexandrium perueniſſet caſtrum:inuitabat concluſos ad pacem: ueniamq; de prioribus ſuis delictis pollicebatur eis. Vbi cum plures hoſtium foras uallorum ſtarent:Marcus Antonius fortiter decertans:in cõgreſſõe multos proſtrauit. Gabinius uero exercitus partem cum ibi reliquiſſet:& caſtellum uaſtaret:ipſe reliquam Iudæam circuibat: quantaſq; inueniſſet dirutas ciuitates renouari præcepit:& conſtitutæ ſunt Samaria uel Azotus:Scitopolis & Antidona: Rafia uel Dora: Mariſſa & Gaza: & aliæ non paucæ. Cunque omnes Gabini præceptis obſediſſent:ciuitates multo tempore deſertæ ſuos habitatores acquiſierẽt.

Quemadmodum cum flexiſſet Alexandrum mater ſua tradere ſe cum caſtellis: Gabinius Alexandrum dimiſit. CAP. XII.

QVæ cum ageret per prouinciam rediit in Alexandriũ caſtellũ. Vbi dũ obſidionẽ ſtatueret: legationẽ ad eum Alexãder deſtinauit: ueniam ſibi de priorib⁹ cõmiſſis poſtulãs: & tradere caſtella: Hyrcaniã uel Machæruntã: poſt etiam Alexandrium pollicẽs. Quæ Gabinius accepta euertit. Mater uero alexandri cum ad eum peruenieſſet: nam fauebat Romanis: marito eius & aliis filiis Romã abductis cõceſſit ei Gabinius quæ poſtulaſſet. Cũq; diſpoſuiſſet pacẽ cũ ea: Hyrcanum ad Hieroſolymam reduxit habiturum templi diligẽtiã. Quinq; tamen curias conſtituit: æqualibus turmis gentem diuiſit: quarum una Hieroſolymis degebat: alia in Gadaris: tertia in amathunte: quarta uero in Hierichunte: quinta in Feſſoris galileæ: qui regia poteſtate liberati: ſub optimatum gubernatione uiuebant.

De Ariſtobulo qui cum a Romana ciuitate ad Iudæam fugiſſet: tentus a Gabinio: rurſus captiuus tranſmiſſus eſt. CAP. XIII.

SEd cum Ariſtobulus roma ad iudæam confugiſſet: & alexãdrium quod nuper diruũ fuerat renouare deſideraret: Gabinius milites cum ducibus Siſinnio & antonio & Seruilio mittit: ut eum oppidum reconſtrui prohiberent: ſimul & caperent. Multi itaque Iudæi ad ariſtobulum tranſiebant: propter ueterem eius gloriam nouis rebus ſtudentes: necnon & Pthitolaus dux Hieroſolymorum cum mille ad eum uenerat: qui tamen inermes erant: quos decreuit in Macherunte ponere. Ariſtobulus ergo eos qui armis inopes erant dimiſit: armatos autem octo milia exeuntes cum collegiſſet: perrexit ad bellũ. Quos Romani fortiter inuadentes: prælio facto uicerunt. Et licet Iudæi propenſius decertarent: tamen atrocitate hoſtium ad fugam conuertuntur quorum quinq; milia proſternuntur: reliqui uero diſperſi ut unuſquiſq; ualuit: per fugam ſibi ſalutem quæſiuit: tamen plus mille ariſtobulus habens in Macherunte munitiſſimum oppidum receſſit. Cunq; male pugnaſſet: nihilominus ſpem ſibi bonam promittebat. Per duos tamen dies obſidioni reſiſtens: multis perfoſſus uulneribus: captiuus cum antigono filio: qui de Roma: cum eo fugerat ad Gabinium trahitur. Ariſtobulus quidem his caſibus uſus: rurſus ad Romanam ciuitatem tranſmittitur: quo ligatus tenebatur: cum regnum & ſacerdotii principatum tribus annis & ſex menſibus geſſiſſet: uir clarus & magnanimus: filios autem eius ſenatus marri remiſit: Gabinio ſcribente hoc ei promiſſum fuiſſe ꝓ caſtellorum proditione: & ſed hi quidem i Iudæã remearunt. Gabinius ãt cũ cõtra Parthos exercitum duxiſſet: & Eufraten fluuiũ tranſiſſet: placuit ei ad Aegyptum reuerti: quatenus Ptolomeũ ibi reſtitueret. Hæc uero & ꝑ alios hiſtoriaꝝ cõſcriptores, demonſtrata ſunt. Gabinii deinde militibus antipater miniſtrauit triticum & arma & pecunias & Iudæos prope peluſiũ auxiliatores effecit: qui cuſtodes Aegyptioꝝ adituũ fuerant. Cunq; ex Aegypto remeaſſet: & ad Syriam pueniſſet: ſeditionibus & turbis eã inualeſcẽtẽ inuenit. Siquidem alexander ariſtobuli filius recipiens rurſus ꝑ uiolentiam principatũ: multos Iudæoꝝ ſubtraxerat: magnoque cum exercitu prouinciam inuadens: omnes romanos quantos inueniret occidebat: refugientes ad montẽ Garizim. Gabinius autem hæc audiens: antipatrum ut prudentem præmittit ad illos qui rebellabant: ut eorum ſedaret amentiam: quatenus ad meliorem ſenſum redirent. Qui cũ perrexiſſet: multos quidem caſtigauit: & ad cõpetentia reſtituit. Verũtamen alexadrũ cõprehendere non potuit: dũ exercitum haberet triginta milia Iudæoꝝ: quiq; cum Gabinio confligens: uincitur: decem milibus ſuis ꝑpe Itabyrium montem ꝑſtratis. Gabinius itaq; cum diſpoſuiſſet Hieroſolymoꝝ ciuitatem: antipatri uoluntati obediens: contra Nabutheos expeditionem ꝑduxit: quos eum in pugna uiciſſet: parthoꝝ tranſfugas mithridatẽ & Oroſanẽ dimiſit: qui fide nõ ſeruata: ad ꝓprios remearunt. Sed Gabinius cum opera maxima uel clariſſima in expeditione feciſſet: Romã rediit Craſſo tradẽs ducatum. De Pompei & Gabinii contra Iudæos expeditione conſcribit Nicolaus Damaſcenus & Strabo Capadox nihil unus altero amplius exponens.

De Craſſi ſucceſſoris Gabinii contra Phartos expeditione: & aſcenſus eius in Iudæam: pecuniarumq; templi de populatione. CAP. XIIII.

CRaſſus ãt cũ cõtra Parthos militiã ꝑduceret: ad Iudæã puenit: & pecũias tẽpli qs Pompeius nõ tetigerat: duo milia talẽtoꝝ abſtulit: necnõ & totũ reliquũ auꝝ uſq; ad octo milia talẽtoꝝ. Tulit ẽt & trabẽ aureã uerſatilẽ: trecẽtas minas pẽſãtẽ. Mina uero apud nos duæ & ſemis libræ extimant. Tradidit ei ergo hãc trabẽ cuſtos pecuniaꝝ Eleazarus noie ſacerdos nõ maliuolo aĩo: nã iuſtus & bonus erat ſed dũ cõmiſſa fuiſſet ei cuſtodia uelꝝ tẽpli: q̃ mira pulchritudie uel cõſtructiõe ꝑcioſiſſima reſplẽdebãt i hac trabe pẽdẽtia, & craſſũ uidiſſet cũctũ tẽpli ornatũ auferre: aureã ei trabẽ ꝓ redẽptiõe oĩum ꝓſtitit: dũ & iuſiurã dũ ab eo accepiſſet: nihil aliũ a tẽplo tollẽdũ: ſed ſolo cõtẽtũ eẽ auro ab eo tradito quo multa milia põdo poſſet ĩuenire. Hãc ãt trabẽ alia lignea circũdabat: ideoq; latebat. Craſſus uero licet iuraſſet: nihil aliud de tẽplo tãgere: poſt acceptam tamẽ trabẽ trãſgreſſus: omne tẽpli auꝝ depoſuit. Nemo itaq; miretur: ſi tantæ diuitiæ in noſtro templo fuiſſent dum has omnes per diuerſam terram Iudæã deum collentes ibi ex antiquis temporibus obtuliſſent. Nec magnitudo prædictarum pecuniarum

teſtimonio caret:nec arrogãtia noſtra per tantam magnitudinem diuitias extulit:ſed multi & alii conſcriptores nobis teſtimonium ferunt:necnon & Strabon capadox ita dicens:Tranſmittentes mithridates in:Choo:tulit pecunias:quas ibi Cleopatra regina depoſuerat:uerum etiam & Iudæorũ octingenta talenta. Nobis itaq; pecuniæ publicæ non ſunt:niſi dei tantum. Vnde manifeſtum eſt Iudæos per aſiam conſtitutos ueritos Mitridatem:has pecunias in Choo tranſmiſiſſe. Non enim ex iudæa fuerunt in choo pecuniæ dum ciuitatem & templum munitiſſimum haberent:ſed neque alexandriam habitantes iudæos ueriſimile eſt hoc feciſſe:dum nihilo Mithridatẽ timerent. Teſtis eſt nobis idem ſtrabon & alio loco qui tempore quo tranſiit Silla in Bellada compugnaturus Mithridati:Lucullum tranſmiſiſſe fertur in cyrenæã ciuitatem: propter noſtræ gentis ſeditionem:quæ totum orbem compleuit ita dicẽs. Quatuor in ciuitate cyrenæorum ptes exiſtunt:ciuium & agricolarum: tertia uero colonorum:& quarta iudæorum. Hæc per omnes ciuitateſ iam diſperſa eſt:& nullus locus mundi facilis inuenitur quo non hanc gentem uidemus. Nam Aegyptus & cyrænea dum ſub uno regno fuiſſent:omnem conuerſationem horum emulate ſunt:ita ut ſcripturis eorum uterentur & preſertim pecunias ſecundum patrias leges iudæorum congregarent. In Aegypto ergo ſũmã ptẽ habitaſſe iudæorũ demoſtratur:& alexandriæ ciuitatis maxima pars huic genti deputata eſt. Ordinatur uero etiam princeps qui cauſas eorum & inſtrumenta publica debeat curare:& præcepta dare tanq̃ princeps perfectæ reipublicæ. In Aegypto tamen hæc generatio conualuit: eo q̃ initio Iudæi Aegyptii fuiſſent:& quia iuxta prouinciam Iudæam:Aegyptus iacet:necnon & propter illos qui exinde ad Aegyptum peruenerunt. Ad cyrenam autem ideo tranſiit:eo q̃ ipſa finitima Aegypto extitiſſet:quemadmodum & Iudæa:& q̃ ſub uno regno prius fuiſſent. Strabõ quidem hæc retulit. Craſſus autem cum omnia diſpoſuiſſet quemadmodum uellet: contra parthos egreditur:ubi cum toto ſuo defecit exercitu:ſicut & alibi demonſtratum eſt. Sed Caſſius dum ad Syriam peruenieſſet:& uindicaſſet eam ex incurſionibus Parthicis:qui nimis per Craſſi perditionem audaciores fuerant:rurſũ ad Tyrum peruenit:& exide ad iudæam aſcendit. Iarachenã uero ciuitatem inuadẽs ſtatim p̃dauit: & triginta milia uirorum captiuauit: Pytolaum etiam ſeditionis ariſtobuli ſucceſſorem cœpit: antipatro iuitante. Qui etiam dum apud eum multum ualuiſſet:idumæis amicus erat de quib⁹ & uxorem nobiliſſimam nomine Ciprin ſibi coniunxit: ex qua quatuor liberos procreauit:faſelum & Herodem:qui poſtea rex fuit: & Ioſippum:& Feroram:filiam quoq; ſalomoni. Hic autem antipater dũ cum aliis potentiſſimis amicitias & hoſpitium copulaſſet:arabi potius ſe ſociauit:cui etiam filios ſuos dum bellaret cõmendauit. Igitur Caſſius cum expeditionem ſuper Euſraten duxiſſet prohibuit illam deuaſtari prouiciam:ſicut & ab aliis relatum eſt.

Vt Cæſar Ariſtobulũ ſoluere cupiens: & cũ duobus agminibus in Iudæam tranſmittere a põpeianis ueneno necatus eſt. CAP. XV.

INteriecto uero tẽpore cũ Cæſar Romã teneret:poſt Põpeii uel ſenatus fugam:ſoluens a uinculis ariſtobulum ad Syriã tranſmiſit: duas ei tradens legiones quatenus paratã illi ut poſſet facere iudeã. Ariſtobulus aũt potẽtia a Cæſare donata minie potitus eſt. Nã põpeiani p̃occupãtes ueneno eũ corruperũt:& ſepelierũt eũ Cæſaris ſocii:q̃ multo tpe ita iacuit uſq; quo ãtoni⁹ eũ ad iudæã remitteret & in regis mõumẽtis poni p̃cipet.

Qualiter Scipio Alexãdrũ Ariſtobuli filiũ ſecuri percuſſit. CAP. XVI.

SCipio ãt mandat Põpeio alexandrũ ariſtobuli filiũ occidẽdũ: dũq; culparet eũ de his quæ prius contra Romanos egiſſet ſecuri eum percuiſſt. Quo i antiochia defuncto:fratres eius Ptolomeus Minei filius: qui habitabat apud calcidem:prope libanum montẽ conſtitutam detinuit. Qui cum filium ſuum Philippionem i aſcalõ ad ariſtobuli uxorem direxiſſet:iuſſit eã deſtinare filiũ antigonũ cũ eius ſororibus. e q̃bus alterã Philippiõ cũ dilexiſſet:uxorẽ eã habuit. Quẽ poſtea Ptolomeus pater eius occidens:matrimoniali iure eã duxit uxorẽ:& prouidẽtiã fratribus eius impendebat.

De expeditione Cæſaris ad Aegyptum: & quemadmodum auxiliũ ei Hyrcanus & Antipater dediſſent:Iudæoſq; auxiliatores ei feciſſent. CAP. XVII.

POſt mortẽ uero Põpeii:dum Cæſar cõtra Aegyptum pugnaret: Antipater Iudæorum potẽtiſſimus mandatis Hyrcani obediẽs multũ illi utilis apparuit. Nã Mithridates pergamenus dũ per Coricũ trãſiret:& minime potuiſſet p Peluſiũ uiã cõficere:ſed i aſcalone cõmoraref:Antipater ei tria milia armatos Iudæos adduxit:necnon & arabũ nobiliſſimos auxliatores illi parauit:& ꝓpter eũ oẽs Syri ꝓpenſi⁹ Cæſaris partes adiuuabãt. Verũ ẽt & ãplicus potẽtiſſimus: & ptolomeus filius eius libanũ mõtẽ habitãtes cũ oĩbus ciuitatib⁹ eãdem pro Cæſare mentem habebant. Mithridates aũt ſurgens a Syria:cũ ad Peluſium peruenieſſet: & eũ non ſuſcepiſſent: ciuitatẽ obſidebat:cuius maxia uirtute ãtipater primus partem muri deiecit: & reliquis uiam ingredi ciuitatem pauit: & Peluſium quidẽ ita deuaſtatur. Antipatrũ deide & Mithridatem euntes ad Cæſarem cum Aegyptii Iudæi tranſire prouinciam uetarẽt quæ oniæ dicitur Antipater eos flexit ad Cæſaris amicitiam:& principis ſacerdotum litteras eis oſtendit. Quas cum audiſſent Mẽphitidem habitantes: ſimili modo Mithridatem ad ſe inuitarunt. Ad quos cum proſe

ctus eēt:& ad lōcum qui dicitur Delta puēniſſet: cōfligit cū hoſtibus circa locū qui dicitur Iudæoꝝ expeditio. Habebat aūt dextrū cornu Mithridates:leuum uero Antipater. Sed ꝓlio cōmiſſo iclinat cornu:quo Mithridates pugnabat qui piclitatus eēt niſi p ripā fluuii cum ſuis militibus Antipater currens deuictis iam aduerſariis:mortis eum periculo liberaſſet. Nam uictores Aegyptios ad fugā conuertens:& perſecutus caſtra eorum deuaſtauit:Mithridatēq; fugientem retinuit. Cuius cecide runt milites octingenti:antipatri uero octoginta.

Quemadmodum Antipater cū bene pugnaſſet:amicitiā Cæſaris acquiſiuit. CAP. XVIII.

SEd cum Mithridates Cæſari demandaſſet uictoriam ſimul & ſalutem quam per anti patrum meruiſſet: antipatrum quidem tantum dilexit:ut etiam uteretur eo per oīa bellorum pericula. Quapropter & uulnerari antipatrum ſeuiſſime contigit. Ergo bello finito Cæſar cum i Syriam nauigaſſet: Hyrcano quidē principatum ſacerdotii firmum indulſit:antipatrum uero ciuem Romanum & ſine cenſu conſtituit. Dicitur autem Hyrcanus huic quoq; militiæ in ægypto ſocius extitiſſe:ſicut teſtatur Strabon capadox:ex nomine aſinii ita referens. Poſt Mithridatis & Hyrcani principis ſacerdotū i ægyptum profectionem. Idem Strabō alibi ex nomine Hyſpicratis rurſus ita retulit:Mithridatē ſolum exiſſe uocatum autem ſecūdo:cui antipater iudeæ tutor in aſcalone tria milia militum præparauit: & alios potentiſſimos inuitauit ſociatum etiam Hyrcanum principem huic militiæ dicens. Hæc quidē Strabon expoſuit. Sed cum ueniſſet antigonus ariſtobuli filius tunc ad Cæſarem:& patris ſui calamitatem defleuiſſet:qualiter pp ip̄m ueneno fuerit interemptus:fraterq; ſuus ſecure a Scipiōe ſit percuſſus: petebat ſe miſereri a regno depulſum præterea Hyrcanum & antipatrum accuſabat:q; male gentem regerent:& i ſe crudeliter egiſſent. Antipater autem cum affuiſſet: ſatiſſaciebat de illatis ſibi criminibus:rebellem antigonum cum ſuis ſociis diſſerens: & narrabat quanta ipſe laboraſſet in expeditione coram ipſo Cæſare: & dicebat ariſtobulum romæ tractum:q; ſemper Romanus hoſtis extitiſſet:fratrem uero eius latrocinii cauſa pœnā a Scipione meritā ſumpſiſſe.

Vt Cæſar Antipatro tutelam Iudææ credidit: & epiſtolæ cū ſenatuſcōſulto de amicitiis Iudæoꝝ directe ſunt. CAP. XIX.

DVm hæc antipater uerba feciſſet:Cæſar Hyrcanum quidem principem ſacerdotum ordinauit antipatro uero poteſtatem donauit quam ipſe eligeret:tutorem eum totius Iudææ conſtituens. Hyrcano quoq; conceſſit patriæ muros reſtituere:cum hanc ille gratiam ab eo petiſſet:nam adhuc diruti iacebāt:ex quo Pompeius eos depoſuerat:unde a conſulibus in capitolio ſenatuſconſultum hoc modo prolatum eſt. L. Valerius Lucii filius conſul:conueniente ſenatu idibus decembris: in templo concordiæ:præſente. L. copinio. L. Collinæ filio:& Cepario Quirini. De his quæ alexander iaſonis:& Miminius antiochi:& alexander dorotheī:iudæorum legati: uiri optimi uel auxiliatores locuti ſunt: renouantes cum romanis gratias:& amicitias exhibentes: clypeum aureum pro ĩditio auxiliorum deuouerunt quinquagīta milium ſolidorum: & petiuerunt litteras ſibi dari ad omnes liberas ciuitates: quatenus prouinciæ uel portus eorum nullam uiolentiam paterentur. Placuit igitur amicitias & ſocietatem cum eis cōponere: & omnia quæ ſupplicauerunt concedere: clypeumq; ſuſcipere. Hæc acta ſunt ſub Hyrcano principe ſacerdotum & rectore gentis. ix. anno: menſe Paneſo. Hyrcanus aūt etiam ab athenienſium populo laudatus eſt:cū multum ei apparuiſſet benignus:nā miſerūt ei ſcriptū hmōi decretū:ſub iudice uel ſacerdote dyoniſio:filio aſclepiadis:menſe paneſo:uicēſimoqnto die latū eſt magiſtratibus decretum athenienſium ſub præſide athode quod eucles Menādri laimuſius ſcriba expoſuit Munichionis undecimo die conſilio iudicium facto in theatro:ſuffragiū tulit dorotheus princeps ſacerdotū cū quo aſſidens dyoniſius dixit. Quō Hyrcanus alexādri ſacerdos & rector iudæoꝝ pmanet cum populo noſtro uel ſingulis ciuibus fidelis exiſtit: & oī circa eos utitur induſtria: ibiq; ueniētes athenienſes uel legatiōis cā: ſeu priuati munificēter ad ſe ſuſcepit:& prouidet q̄tenus illeſi redeant: decretum qdē de his & prius factum ē nūc uero dionyſio dorothei Suniēſi ſuggerēte & de uiri uirtute populū admonēte: quō uolūtatē habet bene nobis ſp qđ potuerit facere:placet honorare uirū aurea corona optia ſecundū legē: & dedicare ei imaginē auteā i tēplo populi uel gratiaꝝ:decemere uero coronā in theatro cum libero patri tragediæ ſolēnia celebrāt:& i Panatheneis:& eleuſiniis: & i gymnicis certaminibus:diligentiā uero magiſtratus hēat:ut ſi pmāſerit & ſeruauerit fauorē noſtrū oē quod excogitemus p gratia uel honore uiri munificēter cōpleat:q̄tenus:cū hæc ita facta fuerit appareat:populuſ noſter optimus eū amplecti: uiceſq; reddere gratiaꝝ:ut ille noſtr̄ ſtudiū iam honoribus affectus imiteturnimo etiā debemus eligere ab oībus atheniēſibus q decretum ei deportent:ut cū honorē ſuſceperit feſtinet beneſacere noſtræ ſp ciuitati. Romanorum: ergo uel populi athenienſium erga Hyrcanum merita demōſtauim⁹. Cæſar aūt cū iudæā diſpoſuiſſet: Syriā nauigauit. Antipater uero ut Cæſarem ad Syriam deduxit: i Iudæam reuertitur:& ſtatim muros a Pōpeio diruto reconſtruxit: ſeditionemq; prouincialium ſedauit interminationibus ſimul & perſuaſionibus requieſcere:eos inuitans cum diceret. Si quis Hyrcano conſenſerit: fœliciter uitam ſuam poteſt peragere. Qui uero ad ſpem rebellandi peruenerit:& lucro priuatur:& meipſum pro patrono

dominum:Hyrcanum autem pro rege tyrānum ſentiet:Romanos uero & Cæſarem pro rectoribus amaros hoſtes:nam minime patiuntur amoueri:quē ipſi principem conſtituerunt. Quæ cum dicerēt prouinciam peragrauit.

Qualiter Antipater filiis ſuis Hyrcano & Herodi gubernationē habendā pmiſit. CAP. XX.

SEd cum tardum & ſegnē Hyrcanum uidiſſet:priorem filium ſuum ducē in Hieroſolymis ordinauit:ſecūdum uero herodem Galilææ tutorem demonſtrauit: adhuc omnino iuuenem:nam quindecim annorum erat:cui nihil obſuit iuuentus: dum prudentiam ſuper ætatem haberet. Qui cum occaſionem inueniſſet:ſtatim ad uirtutis oſtentationem prorupit. Siquidem Ezechiam principem latronum comprehenſum. qui Syriam cum magna turba uexabat:fecit interimi cum multis prædonibus. Quo facto nimium a Syris amplectitur:unde & in amorem eius exarſerunt:q; a latrociniis prouincia eorum eſſet erepta. Laudabant ergo eum per ciuitates & per uicos:q; pacem eis præſtitiſſet:& tultionem prædiorum ſuorum inueniſſent. Quapropter & Sexto Cæſari cognato magni Cæſaris tūc totam regenti Syriam:amicus factus eſt. Cum uero æmulatio pro factis herodis Faſelum fratrem eius intraſſet ſtuduit non minor tali gloria reperiri:& Hieroſolymitas fauore ſibi parabat:dum & ciuitatem haberet:& populi negocia non ignare tractaret. Quæ ita antipatrum extollebant ab omni gente tanquā eſſet oīum dominus. Honorari igitur ex tali claritate cum cœpiſſet:qualis ſepius contingunt Hyrcani fidem trāſgreſſus eſt. Potētiſſimi uero iudæoꝝ antipatrum uidentes cum filiis extolli per fauorem gentis: & redditus iudææ uel pecunias Hyrcani nimis inuidebant ei. Nam antipater amicitiam cum imperatoribus Romanorum cōpoſuerat:& cum flexiſſet Hyrcanum pecunias tranſmittere: tanquā ſuas:& non Hyrcano præſtante eas romanis principibus deſtinabāt. Vnde manifeſte antipatrum accuſabant:dicētes Hyrcano. Vſquequo iſta pateris:aut nō uides antipatrum cū filiis principatu p̄cinctos teq; nomē tantū regium poſſidere. Sed nec te lateat:nec putes ſine periculo tuo negligere negocia: dum antipater & filii eius totam nunc auctoritatem contineant:& hanc ſine tuis iuſſionibus diſponant. Nam herodes filius eius Ezechiam & eos qui cum eo erant peremit:noſtrāq; legem tranſgreſſus eſt:quæ hoīem prohibet occidi licet malignus ſit niſi prius in concilio condēnatus ſit. Ille uero dum nullam a te ſuſcepiſſet ptātem:hæc auſus eſt cōmittere. Quæ cum Hyrcanus audiſſet flectitur: plus autē iram eius incenderunt matres eoꝝ:quos herodes interfecerat:dum per ſingulos dies in tēplo eum peterent:ut hærodes ante concilium de actis ſuis redderet rationē. Cōmotus igitur Hyrcanus herodem uocauit ſatiſſacturum de criminibus ſibi illatis. Qui ſuaſionibus patris impulſus uenit. Nam ſic ei p̄ceperat ut non priuatus:ſed cum tutella & cuſtodia corporis aduēiret. Qui cum & Galilæam ut putauit prodeſſe ſibi diſpoſuiſſet:militum parua manu circūdatus uiam ſecabat: ut nec terribilis uideretur Hyrcano cum maxima ueniens multitudine. Nec nudus uel incautus coram iudicibus eſſet:īmo & Sextus Syriæ rector ſcripſit Hyrcano:ſupplicans ut liberaret a iudicio herodem ſimul & interminabatur ei: ſi non obēdiret:ſed Sexti litteræ occaſio fuerant:ne quod pateretur a ſententia concilii herodes:ſed magis abſolueretur. Nam diligebat eum Hyrcanus tanquā filium. Herodes autem cum in medio una cum ſuis militibus aſtitiſſet:omnes perterruit: nec auſus eſt aliquis ex his eum accuſare:qui primum contra eū exclamabant: ſed oēs ſub quiete & ſilentio rei exitum ſuſtinebant. Qui cum ita ſediſſent:unus quidam nomine Sameus uir iuſtus & propter hoc omne deuitans periculum:ſurgens ita locutus eſt. Viri iudices & rex neminem ſcio ad iudicium a uobis uocatum ita conſtitiſſe:neque uos noſſe quicquam ſimile opinor:ſed oīs quicūq; ī hoc iudicio peruenit exquirendus:humiliter aſtitit:miſericordiam a uobis expetens:capillis prolixis:& ueſte nigra indutus:hic autē herodes optimus iuuenis:reus pro homicidio ſatiſſacturus:de tali crimine uocatus: iter eſt purpura circūdatus:& caput ornatum habens cōpoſitione crinium:ſtipatuſq; armis: ut ſi condēnatus ſecundum legē fuerit:nos quidem interficiat:ipſe uero uim faciēs ueritati liberetur. Sed herodē de his non culpabo ſiquidē ſuum cōmodum pluſq̄ legē fecit:ſed uos uel regem accuſo qui tantā ei licentiam dediſtis. Scitote tamen maximū eſſe deum:q̄ hunc: quē nunc pp Hyrcanum uultis abſoluere:qui quandoq; uos & ipſum rēgē torquebit. Nihil autem hæc dicēdo mentitus eſt. Nam herodes cum regnum accepiſſet:oēs occidit in concilio tunc inuentos cum ipſo Hyrcano: præter Sameum:quem nimis dilexerat pp iuſtitiam eius: & q̄ ciuitate poſt hac obſeſſa ab herode uel Soſio p ſuaſiſſet populo ut herodem acciperent:dicens propter peccata eum nō poſſe deuitari. De his quidē ſuo loco dicemus. Hyrcanus autem cum uidiſſet propenſiores iudices ad necem herodis: iudicium in poſtero die diſtulit:& mittens ad herodem furtim perſuaſit ei ciuitatem relinquere: ut poſſet periculum declinare. At ille cum diſceſſiſſet in damaſcum fugiens regem: & ad Sextum Cæſarem peruenīſſet: apud ſe ita decreuit:ut ſi uocandus ad iudicium eſſet non obediret. Indignabantur autem iudices Hyrcano dicentes:quomodo hæc omnia cōtra eum eſſent. Illum uero cum nihil lateret: nihil agebat amentia uel imbecillitate ſua.

Quēadmodum Sextus Cæſar cognatus magni Cæſaris dona cepiſſet ab herode duce Galilææ & maximum eum inferioris Syriæ principem ordinauit. CAP. XXI.

Ed cū Sextus Herodem ducē inferioris Syriæ ordinaſſet:nā hoc ei pecuniis uendidit: Hyrcanus timebat eum nequando contra ſe exercitū duceret. Non multis autē trāſfactis diebus hoc euenit. Herodes.n.aduerſus eum expeditionē deducēs iraſcebatur: eo q̄ ad iudicium uel uocatus ſatisfacturus eſſet. Prohibuerunt tamen eum obuiam uenientes pater Antipater: & frater:impetūq̄ eius retinuerunt rogātes ne accederet prope Hieroſolymā: & aliquod opus niteretur facere contra eos:qui conceſſerunt ei ad talem peruenire dignitatem. Deprecabantur etiam ut indignationē deponeret:q̄ uocatus ad iudicium eſſet: ſed abſolutionis gratiam potitus recordaretur:nec ita dolorem conſideraret:ut ſaluti ingratus exiſteret animaduertēdo q̄ & bellorum caſus deus diſpēſat:qua p̄ uictoriam non ſolo ſperaret: expugnādo regem & amicum qui multum ei profuiſſet:nihilq̄ ſponte in eum cōmiſiſſet aduerſi:ſed per maliuolos ſuaſores actum:quod difficultatis umbrā p̄ſtiterit. Flexus his herodes: & arbitratus ſatis ſibi factum q̄ ſuam fortitudinem genti demonſtraſſet:reuerſus eſt. Per iudæam ergo taliter ſeſe res habebant. Cæſar autē cum Romam uenisſet:parabat ad africam nauigare: quatenus Scipionē uel Catonem expugnaret. Ad quē Hyrcanus dirigens legatos: petiit confirmare cum eo amicitias. Videtur mihi neceſſarium ex hoc exponere:quanter Romanoꝝ principes cum noſtra gente ſunt pacti: ne lateret aliquos:quia & Aſiæ & Europæ reges ſtudium habuerunt ſociare noſtram ſibi fortitudinē: dū eorum fidē dilexiſſent. Sed quomodo multi p̄ odium noſtrū minime credunt Perſicis uel Macedonicis conſcriptionibus de nobis:eo q̄ non eadem ubiq̄ in publicis locis demonſtrant:ſed apud nos tantū & alios quoſdam ex barbaris:de Romanis tamē decretis non eſt ambigendū:nā & publicis locis repoſita hactenus & i Capitolio tabulis æreis conſcripta continentur. Nam & Iulius Cæſar Alexandriæ iudæos p̄ æream tabulam demonſtrauit Alexandrinos ciues exiſtere. Vnde initiū approbationis faciā dū pando ſenatuſcōſulta:& iuli Cæſaris de hyrcano uel gente noſtra decreta. C. Iulius Cæſar:Imperator & Pontifex & Dictator ſecundo.magiſtratibus Sydonioꝝ:uel curie:uel populo ſalutem. Si ſani eſtis bene eſt:& ego ſanus ſum cum meo exercitu. Exēplum facti de Græcia ad hyrcanū filium alexandri p:incipē ſacerdotum:& rectorē gentis iudæoꝝ uobis deſtinaui quatenus in publicis ueſtris annalibus reponat. Volo uero uos græce uel latine in ærea tabula cōſcriptū: hoc ponere:qd huiuſmodi eſt. Iulius Cæſar imperator & Pontifex:ſecundo dictator. Cū deliberata ſententia decreui:qūo hyrcanus alexandri iudæus:& nunc:& in prioribus ān s in pace uel bello fidem uel ſtudium ſuum demonſtrauit:cui multi etiā conſules teſtimonium p̄bent: inſuper & in propinquo alexandriæ loco:cum mille quingētis militibus auxiliatoribus nobis occurrit & ad Mithridatē a me deſtinatus cū omni deuotiōe fidelis apparuit: pp has ergo cās hyrcanum alexandri filioſq̄ eius rectores iudæoꝝ eſſe:uel principatū ſacerdotii gētis iudaicæ ſemp habere ſecundum mores patrios p̄cipio: ipſum quoq̄ filioſq̄ eius auxiliatores nobis inter uiros amiciſſimos eſſe cenſendos: & quantacūq̄ ſacerdotalia iura ſunt:eum uel filios eius poſſidere decerno. Si qua uero interfuerit queſtio de iudaicis rebus:placet nobis iudiciū de his adhibere:exhiematōes uero militū:aut pecūias exigēdas ab eis minīe p̄bari. C. Cæſaris Dictatoris Cōſulis:data cōceſſaq̄ decretaq̄ ſic ſe habēt: ut filii eius principatum gentis iudæoꝝ:& donata ſibi loca poſſiderēt:ut princeps ſacerdotum idem & rector gentis iudæoꝝ uim paſſis adeſſet & quia tranſmiſiſſet ad hyrcanū alexandri filium principē Sacerdotum:iudeoꝝ legatos q̄ de amicitiis uel auxilio cū eo loquerēt: & dedicaſſent tabulam æream in Capitolio in Sydone uel Tyro:uel Aſcalone:& in tēplis apicibus ſcriptā græcis uel latinis quæ infra expoſita continētur. Vt uero hoc decretū oībus per ciuitates curatoribus & iudicibus & amicis inotelceret:& hoſpitia legatis p̄ſtarentur:& ſanctiōes ubiq̄ deſtinarent p̄cepit. C. Cæſar Imperator conſul honoris uel uirtutis:uel clemētiæ cā conceſſit pro cōmodis ſenatus & populi romani: hyrcanum alexandri filium:liberoſq̄ eius principes eſſe ſacerdotū:uel antiſtites hieroſolymoꝝ gentis:iure quo & proaui eorū ſacerdotū iuū geſſerunt. C. Cæſar qnquies cōſul decreuit hos habere uel munire hieroſolymoꝝ ciuitatē & gubernare eā hyrcanum Alexādri filiū principē ſacerdotum iudæorum rectorem gentis ſecundū ſuam uoluntatē ut iudeis in ſecundo ānō locatiōis ex reditibus chori.i.triginta modii ſubducant:neq̄ ut aliqui eis calūniētur:neq̄ tributa ab eis exigant. C. Cæſar ſecundo dictator ſanxit ut per ſingulos ānos ioppenſes tributa hieroſolymoꝝ ciuitati p̄ſtent excepto ſeptio ānō: quē ſabbaticū ānū appellāt:quo i eo neq̄ fructū agroꝝ colligūt neq̄ ſemināt necnō ēt hyrcāo & filiis eius decias p̄beant:q̄s & pauī eis p̄bebāt:ut nullus uel p̄ſes:uel dux: uel legatus ī finibus iudæorum auxilia colligat:uel militibus,liceat pecunias exigere ad exhiemādū: aut pro nomīe alicuius:ſed eſſe undiq̄ liberos. Quæcūq̄ poſtea habuerunt:uel emerūt:uel tenuerunt: uel poſſiderunt oībus his eos poſſi:& ioppē ciuitatem:quā ab initio habuerunt iudæi:& cū amicitias cum romanis feciſſent eoꝝ eſſe ſicut & nobis prius placuit imperamus. Ex qua ciuitate hyrcanum alexandri filium liberoſq̄ eius a poſſeſſoribus terræ:uel a portu tributa conſequi iubemus:de Sydone modios.xx.milia ſexcētos ſeptuagintaquq̄ per ſingulos ānos excepto ſeptio ānō quem Sabbaticū uocāt:in quo neq̄ arant neq̄ fructū arboris colligunt. prædia āt in maximo cāpo: q̄ hyrcanus & pauī eius prius poſſidebāt placeat ſenatui hæc hyrcanū & iudæos hīe eodē iure quo & prius poſſiderūt: manere quoq̄ iura quæ ab initio inter iudæos uel principes ſacerdotū fuerūt: & inſtitutiones quas

populo uel ſenatu decernente habuerunt:præterea eodem iure liceat illis uti. Et in Lydia loca etiã uel terras quas pro hoſpitalitate reges Syriæ uel Phœnicis p donationẽ Romanoꝝ poſſederũt:eas ſenatus probauit Hyrcanũ rectorẽ gentis Iudæoꝝ habere:dari ẽt licẽtiam Hyrcano:omnibuſq; ab eo miſſis ut cũ ſenatoribus in ludo monychoꝝ & beſtiarum ſedentes ſpectent:& ſi petierint dictatorem uel magiſtrum equitum ut in ſenatũ eos introducant:& reſponſa eis tradant intra decimum diem:hoc fiat poſt ſenatuſconſultum. C. cæſar quater Imperator quinquies Conſul:imperpetuum dictator huiuſmodi uerba fecit de iure Hyrcani Alexandri principis ſacerdotum:& rectoris gentis Iudæoꝝ. Prædeceſſores mei imperatores in prouiciis cum teſtimonium Hyrcano principi ſacerdotum iudeoꝝ:& Iudæis coram ſenatu uel Populo Romano præbuiſſent:cunq; gratias ei populus & ſenatus egiſſet:bene nobis uiſum eſt memoriam habere & prouidẽtiã:quatenus Hyrcano & Iudæorum genti filiiſq; Hyrcani a ſenatu & populo Romano:pro ſuo erga nos fauore: gratiæ retributionis redderentur. C. Iulius:Dictator & Conſul romanorum magiſtratibus Parianoꝝ curiæ ac populo ſalutem. Interpellauerunt me Iudæi in Delo:& quidam de colonis Iudæoꝝ præſentibus ueſtris legatis:& demonſtrauerũt decretum per quod uos eos prohibetis patriis moribus & ſacrificiis uti. Ergo mihi non placet in noſtros amicos & auxiliatores talia fieri decreta: uel prohiberi eos ſecundum ſuam uiuere conſuetudinem:ſeu pecunias ad conuiuia & ad uictimas inferre:quando hæc facere nec Romæ quidem prohibentur. Nam Gaius Cæſar noſter Conſul dum in ſanctionibus ſuis ueteret collegia p ciuitates congregari:hos ſolos non prohibuit:ſed pecunias ad conuiuia pare iuſſit: et ego quoq; alios ꝓhibens: iſtis ſolis præcipio ſecundũ primos mores & leges conuenire. Bene ergo facitis: ſi prolatã ſniam contra noſtros amicos uel auxiliatores ꝓpter noſtrũ erga eos ſtudium & fauorem aufertis. Poſt. C. mortem. M. antonius:&. P. Dolabella conſules cum ſenatum congregaſſent:& hyrcani legatos introduxiſſent:locuti ſunt de quibus petierunt:& amicitias cum eis fecerunt & omnia hæc concedi eis ſeuarus decreuit:quæcunq; poſtularent:ſubiuncto etiam ſenatuſconſulto:quatenus probationem dictoꝝ habeant q hanc hiſtoriam relegunt:q; tale fuit ſenatuſconſultum ab ærario conſcriptum de tabulis publicis ſub. Qu. Rutilio:ærarii cuſtode:datum. iii. Idus aprilis:in templo concordiæ:dum ſcriberetur præſente. L. Calphurnio:uel reliquo ſenatu. P. Dolabella:& M. Antonius Conſules dixerunt. De his quæ per ſenatuſconſultum. C. Cæſar pro Iudæis decernens in ærario deponere occurrit: ſic placet nobis: ſicut & ſenatui uiſum eſt: ut hæc in tabulis æreis deponantur: & per ſingulas ciuitates tranſmittantur:quatenus curẽt & illi in tabulis reponere quod decretum eſt:quinto idus Februarias:in templo cõcordiæ. Legati autem principis ſacerdotum fuerunt Lyſimachus Pauſanie:Alexander Theodori:Patroclus Cereæ Ionatha oniæ. Miſit quoq; ex his legatis unum Hyrcanus ad Dolabellam:tunc Aſiæ proconſulem: petens eum ſoluere Iudæos a militia:ut patriam cuſtodirent conſuetudinem:quod facilius impetrauit. Siquidem Dolabella cum ſuſcepiſſet litteras Hyrcani:nihil remoratus:ſcripſit p totam Aſiam pro iudæis:& ad Epheſinam ciuitatem primam totius Aſiæ:quæ hmõi legebantur:ſub iudice Artemione:menſe limonis die prima. Dolabella imperator Epheſioꝝ curiæ:& magiſtratibus uel populo ſalutem. Alexander Theodori:legatus Hyrcani:filii Alexandri principis ſacerdotum & rectoris Iudæoꝝ:itimauit mihi: q; non poſſent ciues ſui militare:dum nec arma portare poſſint:nec iter facere diebus ſabbatorum: nec alimẽtoꝝ ſecundũ patrias leges copiam habere:iccirco ego ſicut ꝑdeceſſores mei imperatores ꝑbeo eis militiæ remiſſionẽ:& concedo patriis uti legibus ſecũdũ ſolẽnes & ſacras immolationes: & congregare ſicuti ſolẽt;p ſacrificiis pecũias:& uolo uos hæc p ſingulas ſcribere ciuitates. Hancq; dẽ Dolabella Hyrcano legationẽ mittẽte noſtris donauit licentiam. L. autem Lẽtulus conſul dixit Ciues Romanos iudæos templa habẽtes Epheſi ante tribunal religionis cauſa a militia dimiſi. xii. kal. octobris. L. aũt lẽtulo conſule:&. C. Marcello conſulibus præſente ſenatu:Baldus legatus & uicarius:Epheſiorum magiſtratibus:curiæ populoq; ſalutem. Iudæos p Aſiam conſtitutos. L. Lentulus conſul me;p ipſis petente a militia dimiſit. Poſtulans uero poſt hæc & Faniũ tribunũ plebis:& L. Antoniũ ærariũ impetraui. Vos aũt cupio curare:ne quis eis moleſtiam inferat. Decretũ Delioꝝ ſub præſide Binito:mẽſe Thargelione:uiceſima attitulatione iudiciũ. Marcus phiſon legatus aduenies in ciuitatẽ noſtrã;p delicto militũ cõuocans nos & multos ciuiũ:præcepit:ut ſi q ſunt Iudæi ciues Romani:nequaq; militare coganẽ:eo q; Cornelio Lẽtulo conſuli religiõis cauſa iudæos dimittere placuit. Quapropter obedire uos cõſuli oportet:His ſimilia Sardiniãi quoq; de nobis decreuerũt. C. Fannius. C. filius dux & cõſul magiſtratibus chooꝝ ſalutẽ. Volo uos ſcire:qũo legati Iudæorum adierũt me petendo accipere ſenatuſconſulta;p ipſis conſtituta:quæ ẽt ſubiuncta ſunt. Igiẽ uolo uos curare uel prouidere his hoibus ſecũdũ ſenatuſconſultum:q̃tenus p ueſtram;puinciam ad patriam incolumes reuertanẽ. L. lẽtulus conſul dixit. Ciues Romanos Iudæos q tẽpla iudaica habere Epheſi uidenẽ:religionis cã dimiſi. Hoc factũ eſt. xii. kal. Iulii. L. Antonius. M. filius: uicarius ærarii uel proconſul:ſardiniorum magiſtratibus curiæ:populoq; ſalutẽ. Iudæi ciues noſtri adeuntes ꝓbauerũt nobis cõſilium habuiſſe;ppriũ ſecũdũ patrias leges ab initio:& locũ;pprium: in quo negocia uel iudicia inuicem mouerunt: & ꝺoc petierunt: quatenus liceat illis hoc facere: quod cuſtodiri uel permitti decreui. M. publius:publii filius: &. M. lucius. M. publii filius dicunt. Lentulum procõſulẽ

adeũtes ītimauimus el:de qbus Dositheus cleopatræ filius Alexandrinus uerba fecit:ut ciues romanos Iudæos tẽpla iudaica facere solitos si illi uisum fuerit religiõis cã eos feciſſe dimittat: & dimisit xii.iulii.L.lẽtulo &.C.marcello consulibus:lẽtulus decrerũ,ptulit.Ciues romanos iudæos sacraria iudaica solitos facere:Ephesi ante tribunal religionis causa dimisi. Laodicensium principes.C.Yrabili Gaii filio consuli salutem.Sosipater Hyrcani prĩcipis sacerdotum legatus porrexit nobis epistolá tuã:p quã designauit nobis:ab Hyrcano prĩcipe & sacerdote Iudæoꝝ destinatos quosdã cũ litteris q̃ pro sua gente conscriptæ sunt:q̃tenus sabbata iudeis liceat secũdum patrias leges celebrare:ut ne qs eos quicquam impediat:quomodo amici & auxiliatores nostri probantur:aut ne quis eis uio lẽtiam inferat in uestra prouincia:& licet Traliani palam contradicant non sibi placuisse quæ,p his decreta sunt:tamen præcepisti hæc ita fieri.Postulamus autem:ut & nobis eadem de his scribas obsequentibus tuis præceptis.Epistolam autem porrectam suscepimus:quam reposuimus inter publica nostra monimẽta:& de reliquis quæ præcepisti prouidemus:quatenus in nullo culpemur.P. Seruilius P.Galbæ filius procõsul:milesimorum magistratibus curiæ:& populo salutem.Pritanis Mercurii filius ciuis uester dum in Tralibus negocia tractarem:insinuauit mihi præter nostram sententiam Iudæis uos inquietudinem inferre:& prohibere eos sabbata celebrare:uel templa patria perficere:fructusq; sua consuetudine colligere. Volo igitur uos scire:quomodo audiens uerba eius uel eorum qui contra ipsum differebant:decreui ne,phiberent.Decretũ Pergamẽoꝝ:sub iudice Cratippo mẽse illo:sententiaq; principum.Quomodo Romani sequentes suos maiores pro communi oĩum hominũ tutela pericula suscipiunt:& studeant auxiliatores & amicos suos in fœlicitate uel firma pace consistere:cum transmisisset ad eos Hyrcanus princeps sacerdotum gentis Iudeæ legatos:Stratonem Theodori:Apollonium Alexãdrini Antipatri:Aristobolum Aconite:Sosipatrum Philippi uiros optimos:& hii singula demonstrassent:decreuit senatus de his quæ postulauerunt:quatenus ne quaquã rex Antiochus Antiochi filius legatos Iudæoꝝ auxiliatores romanorum noceret:immo & castella:& portus:uel prouinciam:& siquid ab eis abstulit redderet:& liceat eis a portubus deportare quæ uolunt: & ut nullus rex uel populus a portubus Iudæorum uel uectigalibus aliquid auferat excepto Ptholomeo rege Alexandrino:quia & ipse auxiliator his & amicus noster existit:immo etiam custodiam ab ioppe depelli sicut petiuerunt. Nostræ uero curiæ.L.Pecius uir optimus iussit:ut hæc curemus ita fieri:quemadmodum senatus decreuit:& prouideamus:quatenus incolumes legati ad propria possint redire:necnon etiam Theodorum in curia:uel conuentum suscepimus:Qui cũ nobis epistolam ex senatusconsulto porrexisset:uerba faciens:demonstrauit Hyrcani uirtutem & liberalitatem:quæ publice uel priuatim cunctis prodest qui ad eum conuenerint:litteras uero iter publica conscripta reposuimus:& nos quoq; omnia pro iudæis agere tanquã auxiliatores Romanoꝝ secũdũ senatusconsultũ decreuimus. Quippe etiam postulauit Theodorus dũ epistolam nobis porrigeret:quatenus a magistratibus nostris mittatur ad Hyrcanũ exemplar decreti: intimantis nostri populi sententiam:& petentis custodiri uel ampliari nostras cũ ei amicitias:ut meminerit: tẽporibꝰ Abraam:q oĩum iudeoꝝ pater extitit nostros maiores amicos ei fuisse:sicut & in publicis cõscriptis ĩuenimus.Decretũ Halicarnaseoꝝ sub sacerdote Mẽneo Aristidis filio.Placuit populo Marco Alexandro insinuante.Quomodo Iudæi pietatis omni tempore studium habent:populi romani oĩum hominũ benefactores ,p iudeoꝝ amicitiis uel auxiliis ad nostram ciuitatem præcepta miserũt:quatenus permittantur immolationes solennes efficere.Placuit igitur & nobis concedere Iudæis uiris uel mulieribus sabbata celebrare:uel sacrificia producere secundum leges iudaicas.Siquis uero hos prohibuerit:militiæ reus & debitor ciuitatis existat.Decretum Sardinianorũ.Placuit curiæ:uel populo:ducibus intimantibus:quomodo nostram ciuitatem habitantes Iudæi:multa uel maxima beneficia populo sæpe meruerunt:nunc quoq; cum ingressi fuissent in curiam a populo petere:quatenus restitutis suis legibus uel libertatem a Senatu Populoque Romano secundum consuetudinem congregentur:& iudicia sua disponant:datus est illis locus in quo cum uxoribus uel filiis possint celebrare deo patrias orationes. Igitur uisum est curiæ uel populo:concedere eis conueniẽtibus certis diebus agere secundum suas leges:deputari etiam eis locũ quem aptum ædificationibus uel habitaculis putauerint.Habeãt etiam curatores annonæ ciuitatis diligentiam:ut si qua opus habuerit alimenta:faciant eis introduci.Decretum Ephesiorum sub iudice Menosilo mense Artemio:prima die Nicanor Euphini dixit.Placuit populo intimantibus ducibus quomodo interpellauerunt in ciuitate iudæi Marco Iulio Bruto proconsule:quatenus agerent sabbata & omnia facerent secũdũ patrias leges:nemine penitus impediente:,pconsul concessit.Placuit igit̃ populo ,ppter Romanos nõ solum illum diem immo concedere eis omnia facere:secũdum iudaicas suas leges.Multa quoq; talia decreta senatum uel imperatores Romanos ad Hyrcanum pro gente nostra destinasse cognouimus:necnon & aliaꝝ ciuitatum iudicata:uel litteras a magistratibus reciprocas nostris epistolis:ex qbus hæc quæ demonstrauimus flectere sine inuidia legentes putauimus.Nam eiusdẽtissima signa de amicitiis romanorum & nostris demonstrantur æreis tabulis:hactenus in Capitolio permanẽtibus & in posteris permansuris.Omniũ uero expositionẽ tanq̃ supfluam & fastidiosam recusaui:nullum credens tam difficillimũ inueniri:qui uel opinetur Romanoꝝ humanitatẽ minime circa nos

extitisse:quam sepius offenderunt:nos quoq; de quibus retulimus nequaquam mentitos eē eos cognouimus. De amicitiis quidem romanorum & nostris illis tpibus factis retulimus. Eodem uero tē pore seditionem per Syriam ac occasionē cōtigit fieri. Bassus Cecilius pōpeianoꝝ partium fautorū fidias sexto Cæsari faciens interfecit eum: ipse uero cū suis militibus regꝝ gubernacula tenuit. Tunc etiam maximum bellum circa Apamiā cōmissū est cū ducibus Cæsarianis:quibus & antipater auxilia cum filiis destinauit: memoriā habens beneficiorū cesaris. Quapropter & punire pemptores eius iustum putauit. Bellū uero cōtraheret:Marcus quidē ueit a roma a sexti successionem. Cæsar autem interficitur a Cassio uel Bruto in senatu: cum principatum tenuisset tribus annis. & mensibus sex:q; & per alios conscriptores dictum est.

Vt Cassius defuncto Cæsare cum contra Iudæam ascendisset:& prouinciā deuastasset septingēta talenta ab eis exegit: & qualiter Herodes pactionem pecuniaꝝ Cassio studiosus apparuisset:& mors Malchi:qui contra Herodem seditionem excitauit.

CAP. XXII.

POst Cæsaris autem itemitionem: cum bellum conflatum fuisset pricipibus romanoꝝ: oībus pro exercitu congregando dispsis: Cassius ad Syriam puenit. Qui cū Apamenū exercitum accepisset obsidionem soluens:ambos sibi coniūgit: Bassum & Marcum:& ciuitates circumeundo:milites cum armis conglomerabat: & fiscalia grauia eis īpone bat:a Iudæa uero populus q̄ septingenta talenta pecuniarū exegit. Antipater aūt cum uidisset in maximo timore uel turba negotia constituta: diuidit pecuniarum exactiones:utroq; filio eas tradens: herodi quas difficilius exigi putabat: reliquas uero aliis præcepit colligere. Cunq; primus Herodes a Galilæa collegisset quanta fuissent ei statuta: necarrius iter amicos a cassio recipit. Nam statuerat romanis obsequi: & fauorem eorum sibi laboribus alienis parare. Alii autem procuratorēs ipsas ciuitates cum habitatoribus uendebant:quarum Cassius q̄tuor maximas captiuauit. i. Gosnā:& amathūtem: nocnon & Liddam & thānam:qui etiam Malchū pœne pdiderat:nisi Hyrcanus per antipatrum centū talenta de suo ei misisset: & ita impetum eius fregisset. Sed cū Cassius cum multis pecuniis a Iudæa discessisset Malchus insidias Antipatro parabat: dum interitū eius principatui Hyrcani tutelam fore putaret. Quod Antipater intelligens:discessit trans Iordanē:ubi exercium arabicum:simul & prouincialem congregauit. Malchus aūt callidus existēs:iureiurando iurabat se insidias ipsi: uel filiis eius non feciss:satisfaciens ei. Nā Faselo hierosolymam regente:Herode uero tenēte armorum custodia nequaq̄ se talia facere uel in aīo habuisse dicebat. Vnde recōciliabatur cū Antipatro. Sed cum Marcus Syriam procuraret:audiuit nouis rebus per Iudæam Malchū studere:& uenit:quatenus eum interficeret. Quod paulominus contigisset: nisi antipater eū petendo liberasset:nescius q̄ suum interfectorem Malchū liberaret. Igitur Cassius & Marcus exercitu,cōgregato:duceē herodē totius Syriæ fecerunt naues ei cum toto exercitu cōmendantes: ꝓmiserunt ēt regem eū Iudeæ post bellum ordinare quod iam tunc contrā ātonium & iuuenē Cæsarē immineret. Tunc magis ueritus Malchus:antipatrum repellere cogitabat. Cūq; hyrcani pincernā pecuniis redimisset:mā uterq; apd eum epulabatur ueneno hunc uiꝝ interfecit: & milites armatos habēs ciuitatē obtinuit. Et cum insidias Malchi contra patrem suum herodes uel Faselus intellexissent: & uindictā inferre cogitassent: Malchus iureiurando antipatri negabat interitū. Cuius uita summis laboribus patriam protegens: ita finem inuenit. Filius uero eius herodes:ultionem q̄dē patris exigere cogitauit: & cum exercitu cōtra Malchū uenit:Fasselo uero priori placuit dolo magis hoiem supare: ne belli ciuilis initium facere putarentur:& satisfactionē Malchi suscepit: & credere simulauit: nihil eū ad patris iteritū cōmississe. Sepulchrum ēt patris ornatissimū construxere. Sed cū Herodes ad samariā pueniisset: & iuenisset eam afflictam refouebat: & ita inter eos certamen est dissolutū. Interiecto deinde breui tpe celebratione tabernaculorū instante:cū militibus suis herodes in ciuitatē aduenit. Quod cū Malchus cognouisset ueritus hyrcanum flexit: ut nequaq̄ permitteret eū ingredi ciuitatē. Hyrcanus quidem paruitcāq; talem interdictionis ꝓposuit: q̄ nō deberet multitudinem alienigenaꝝ ieiunāti populo superinducere. Sed Herodes p̄cepta negligens:noctu ciuitatē ingredit. Tunc Malchus licet meueret:dissimulationem tamen nō refutauit: sed antipatrū ut amicū antiquū manifeste plangebat: custodiam uero corporis sui latenter habebat. Placuit uero ēt herodi:non redarguere dissimulationem eius:sed contrario muneribus ei blandiebatur Cassius tamen de patris interitu herodi mandauit:q̄tenus Malchi crudelitatem cognosceret. Qui scripsit p̄cipiens ei patris obitum uidicare: millenariis quoq; intro mandauit: Herodis sequi uolūtatē. Tempore uero quo Cassius Laodiciā cœpit: accesserunt ad eum optimates pariter coronas ei: uel pecunias deportantes. Herodes itaq; superat Malcho ibi ueniente se ulcisci. Sed cum ad Tyꝝ Phœniciæ peueniisset Malchus:causamque opinatus esset: maius quidem conatus est agere: ita ut filium in tyro obsidem consistentem:in ciuitatem ingressus furtim uoluisset auferre:& ad Iudæam reuerti credent gentem Iudæorum contra Romanos excitaturum:& deiecto hyrcano regnaturum:dum bello Cassius ab Antonio occupatur. Consiliis tamen eius deus restitit. Herodes quoque eius intelligens uoluntatem:transmisit famulum:q̄si hospitalia paraturum quia cunctos ad conuiuium inuitauerat. Et licet hoc simularet. ad millenarios tamen uere dixerat: quatenus ammoneret eos contra Malchum cum gladiis exire. Qui cum

exiſſent:& iuxta ciuitatem eum conueniſſent:per latus hominem uulneribus confoderunt. Hyrcanus uero cum factum intellexiſſet:obſtupuit:rediens ad ſe conſuluit Herodem: quod eſſet factum: uel qui Malchum interfeciſſent. Cumq; herodes reſponderet Caſſium hoc iuſſiſſe:laudauit factum nam maliuolum & nimis patriæ eum peruaſorem eſſe criminabatur. Hanc ergo pro iniquitate in Antipatro cõmiſſa Malchus pœnã ſoluit. Craſſo uero diſcedẽte de Syria:maxima per Iudæam cõcitatur turba in hieroſolymis:cum Fœlix cõtra Faſelum una cum militibus armaretur. Herodes ãt ad Fanium rectorem damaſci proficiſcens:cum hoc audiſſet:& in fratris ſolatium feſtinare cuperet: egritudine prohibetur. Faſelus tamen Fœlicem ſuperans:in aliqua eum turre concludit:quem poſtea ſub pactionis fœdus dimiſit: Hyrcanum pene accuſans: q; multa ſub beneficia prætermittens: inimicis ſuis fauorem impenderet. Itaq; frater Malchi multa tunc occupans loca obtinuerat:& Maſadam omnium munitiſſimam:contra quem herodes inualitudine liberatus exercitum duxit:& auferens omnia loca quæ compræhenderat ſub pactionis lege eum dimiſit. Antigonus aũt Ariſtobuli filius ut militiam congregauit: & Fanium pecuniis redemit: Ptolomeus Minei eum propter cognationem ad Iudæam ducebat:auxiliũq; etiam ei præbebat Mariõ quem reliquerat Caſſius tyrioꝝ tyrannũ. Nam hic Syriam omnem potẽtiam capiens cuſtodiuit. Marion autẽ Galilææ finitima inuadens:tria eius caſtella occupauit. Cõtra quem herodes cum ueniſſet:oĩa quæ ille tenuerat abſtulit. Tyriorum uero cuſtodes cum humanitate dimiſit:quibuſdam etiam & dona præſtitit:propter ciuitatis fauorem. Cum hæc ergo egiſſet obuiauit antigono: & prælio commiſſo uicit:& pene altiora Iudææ tenentem fortiter expulit: victoriaq; potitus ad hieroſolymam uenit: ibiq; coronas ei tam hyrcanus quam populus ob uirtutis p̃mium offerebãt. Nam cognatus hyrcani per affinitatem credebatur:ideoq; magis defendebat eum ueluti ductuꝝ neptem ſuam fratris Ariſtobuli filiam:ex qua trium maritum extitit:& duaꝝ fœminarum pater. Habuit ſiquidem priorẽ uxorẽ noĩe Doir popularem ex gente noſtra:ex qua prior filius ei concipitur antipater. Caſſium itaq; cum Antonius & Cæſar in philippenſi campo uiciſſent:ſicut & ab aliis demonſtratum eſt:poſt victoriam Cæſar ad italiã redeiit: Antonius autem ad aſiam regreſſus eſt. Cũq; ueniſſet in bithyniã:legationes undiq; obuiauerunt ei. Tunc & Iudæorum nobiliſſimi accuſabãt Faſelum & herodẽ:dicẽtes:noĩe tantum hyrcanum regem extare:hos uero oẽm ptãtem ui poſſediſſe. Herodem tamẽ Antonius maxime honorauit:cum ad eum ueniſſet ſatiſfacere pro accuſatiõibus: pp quod accidit aduerſarios eius nec ſermone aliquid impetraſſe: nam hoc acquiſierat pecuniis herodes ab antonio. Sed cũ Epheſi peruenĩſſet antonius:deſtinauit hyrcanus princeps ſacerdotum noſtraq; gens legationem ad eũ:auream deportantem coronam:& ſupplicantem: quatenus Iudæos a Caſſio abductos non extante bello ſcriberet ad prouinciam liberos relaxari:terrãq; tpibus Caſſii ſubreptã reſtitui. Antonius uero iuſtas Iudæorũ poſtulationes conſiderans:reſcribit Iudæis & hyrcano:mãdãs etiam ſimul & Tyris decreta hmõi continentia. Marcus antonius ĩperator: hyrcano principi ſacerdotũ & rectori gentis Iudeorum ſalutem. Si ualetis lætamur:ualeo & ego cum exercitu meo. Lyſimachus Pauſanie:uel Joſippus minei uel Alexander Theodori legati: Epheſi ad me ueniẽtes:priorem Romæ confectã legationem renouarunt:& hanc quoq; pro te tuaque gente ſedulo diſpoſuerunt: dum demõſtrarent tuum erga nos fauorem. Quod dum intellexiſſet ex decretis & ſermonibus familiaritatem erga nos ſeuare:moreſque optimos ueſtros:& religionem conſideraſſem:proprium te nobiſcum eſſe iudicauimus. Sed cũ totam aſiam noſtri populiq; romani aduerſarii percurriſſent:qui nec ciuitatibus nec templis pepercerunt:nec iuſiurandum quod ſtatuerant quicquam ſeruauerunt: nos non tam pro eoꝝ tantum crimine:ſed uelut pro cõmuni oĩum ſalute in auctores ſceleꝝ quæ in Iudæos uel alios cõmiſſa ſunt uĩdicauimus. Quoꝝ facinore ſolem auerſum exſtimauimus: q; talia in Cæſare commiſerunt. Impias uero eorum inſidias Macedonia tanquã in ſuo nefandiſſimo receptaculo ſuſcepit cum ſceleratiſſimas eorum malignitates partes Philippenſes campi obtineãt:quæ loca maxima uſq; ad mare:montesq; munitos occupauerant:ut pene cunctos tranſitus ſicut unum introitum cuſtodirent: quos ad eorum damnationem pro conatibus iniuſtis grauatos deuicimus. Sed & Brutus cum Philippis confugiſſet:circumſeptus a nobis: eiuſdem perditionis merito cui Caſſius particeps inuentus eſt. Quibus oppreſſis: impoſteꝝ pace frui licebit:& aſiam reſpirare a bellorum afflictione liberatam. Igitur cõem pacem facimus cum auxiliatoribus a deo nobis donatam:& tanq̃ de maxima peſte Aſiam releuatam:per noſtram reſouemus uictoriam. Memores ergo ueſti gẽtẽ Iudaicam curauimus reddere læriorem. Litteras quoque per ciuitates propoſui: quatenus ſiqui liberi ſeu ſerui uenundati ſint: ſub. C. Caſſio: ſeu per duces eius abſoluantur. Super hæc & donationibus a me uel dolobella clementer oblatis:uos uti cupio:necnon & Tyrios uiolentos uobis eſſe prohibeo: uel quantacunque poſſidẽt Iudæi competẽtia:reſtitui præcipio: coronam uero quam deſtinaſtis accepi. Marcus Antonius imperator: Tyriorum magiſtratibus curiæ populoq; ſalutem. Cum mihi occurriſſent Epheſi Hyrcani principis ſacerdotum: & rectoris Iudæorum legati: dixerunt prouinciam uos eorum tenere:quam in uaſiſtis ſub aduerſariorum noſtrorum Tyrannide. Quod uos pro imperio bellum ſuſcipientes:iuſta & pia prouidentia uindicauimus: obliuioſos gratiæ: uel tranſgreſſores iuſiurandi punientes. Volo ergo & ueſtram pacem cum auxiliatoribus noſtris conſtare: quæ ab hoſtibus

accepistis:hæc non concedimus nisi restituantur.Nam neq; prouincias:nec exercitum quisquam illorum senatu præstante susceptit:sed uiolenter surripuit:dum auxilium eis præberet qui iniqua cõcupiscunt.Quapropter cum illi pœnam dedissent:nostros auxiliatores ꝑcipimus sine mora recipere quæ prius possedisse noscuntur.Vos quoq; siqua prædia Hyrcani rectoris Iudæoꝝ pauloante.C. Cassio bellum illicitũ producẽte cõtra nostrã prouinciam ablata possidetis reddite:nec aliquã uiolẽtiam eis ingeratis:unde lædi possint.Siquid uero iustum contra eos habetis:dum ad locum uenerimus:liceat allegationibus uti:nos aũt auxiliatoribus singula iusta consideratione seruauimus.M. Antonius imperator:Tyrioꝝ magistratibus curiæ populoq; salutẽ.Edictũ meũ uobis destinaui:de quo curã uos habere præcipio:quatenus in tabulis publicis describat litteris latinis uel græcis:& loco eminẽtissimo descriptũ ponat:unde ab oĩbus relegi possit.Marcus Antonius ĩpator ac triũphator dixit.Quomodo.C.Cassius alienã ꝓuinciã sub exercitu cõstitutã & auxiliatores deꝑdauit:& deuastauit Iudæoꝝ gẽtem:amicissimam populo Romano:arrogantiã illius armis conculcantes:edictis & decretis ab illo deꝑdata renouamus:ut restituantur hæc nobis nostris auxiliatoribus:& quãta corpora Iudæorũ uenundata sunt sicut prius libera remittant:& possessiones prioribus dominis resignent.Siquis aũt his nostris edictis non obedierit:ulcisci in eo satisfaciẽtes causæ promittimus. Hæc eadem & Sydoniis:& Antiochenis:& Arabibus conscripsit:quæ tpe oportuno referemus:ut signa prouidẽtiæ Romanorũ circa nostrã gẽtem extitisse clareant.

De morte legatoꝝ Iudææ:qui cum ad Antoniũ post uictoriam Macedonicã:in Syriã uenissent: indignantẽ inuenerunt:ꝙ Herodem accusarẽt. CAP. XXIII.

POst hæc autem dum Antonius ad Syriam pergeret:Cleopatra ei per Ciliciam obuiauit & amore suo detinuit:ubi iterum cẽtum potẽtissimi Iudæorum ad eum peruenũt accusantes Herodem cum Faselo.Contradicebat aũt eis Messalla defendẽdo iuuenes Hyrcano, præsente:qui socer iam herodis erat.Cũq; ambas partes Antonius audisset: consuluit hyrcanum:qui magis gentem obtinerent.Illo uero respondente herode:& fratre eius:Antonius familiaritatem cum eis habens propter paternam hospitalitatem:quam cum Gabinio pater eorum ꝑsens fecerat:hos quidem ambos tetrarchas ordinauit:& commisit eis Iudæorum negocia.xv.autem ex resistentibus ligauit ut eos occideret:nisi recusaret herodes.Sed neq; ita de relegatione reuersi requiescebant.At cum Antonio rursus in Tyro occurrissent:multis iam corruptus pecuniis ab herode uel fratre eius Antonius:præsidibus locorũ præcepit legatos Iudæorũ nouis rebus studẽtes torquere:& herodi præbere principatum.Mox autẽ herodes sedentes ante ciuitatem cum hyrcano nunciauit:& petiuit eos recedere:ne ad certamen uenirẽt:ne magnum malũ eis eueniret.Cui dum quidam non consentirẽt recedere:& quasi contrarii restitissent:Mox Romani milites decurrẽtes cum armis eos inuadunt:& quibusdam ex ipsis perẽptis:multos uulneribus laniabant:resiliuiq; fugiẽtes cum nimio metu ad propria redierunt.Clamante uero populo contra herodẽ:incitatus Antonius uictos interfecit.Secundo tamen anno Syriam obtinuit Pacorus regis filius & Barzafranes satrapa Parthus.Quo tpe & Ptholomeo minei defuncto:filius eius lysanias in regno succedẽs:componit amicitias cũ Antigono Aristobuli filio:Satrapãq; prædictum sibi cõiũxit: cuius & amicitiis nimis confidebat.

De expeditione Parthorum contra syriam:per quam Aristobuli filius Antigonus regno restituitur. CAP. XXIIII.

ANtigonus autem promittit mille talenta:& quingẽtas mulieres Parthis offerre:si hyrcanum principatu priuarent & ipsi traderẽt:herodemq; cum suis interficerent.Quod non compleuit:licet Parthi contra Iudæam expeditionem parassent:ducente eos Antigono.Nam Pacorus per maritima:Satrapa uero Barzafranes per mediterraneam ingreditur.Tunc Tyrii excludunt Pacorum:Sydonii autem uel ptholomẽses suscipiũt turmam equitũ:quam idem Pacorus in Iudeam destinauerat:uexaturã prouinciã:& Antigonũ adiuturam ducẽ pincernarum regis eis proponẽs.At cum a Carmelo mõte quidam Iudæorũ ad Antigonum uenissent parati ad auxilia:per quos sperabat partẽ aliquã prouinciæ Antigonus capere.i. ad locũ qui primi nuncupat:dumq; ei quidam occurrissent:ad hierosolymã cum suis ascendit:ubi ẽt congregatis multis:contra reginam aulã peruenire statuit:& hanc expugnare:nisi Faselus & herodes prælio per forum cõmisso eos uicissent:& cum eum in tẽplo conclusissent:dirigunt armatos ut propinquas domos tenerent:quos populus cũ ipsis domibus igne consumpsit:quam iniquitatẽ paulopost herodes a resistentibus ultione exegit.Cũq; singulis diebus inter se iacularentur:expectabat populus multitudinem de prouincia in quinquagesima celebratione uenturam.Instante ergo festiuo die:cum in ciuitatem multa milia hominum armata uel inermia congregarentur:compleuerunt templum cum ciuitate qui uenerunt :præter aulam quam herodes cum paucis militibus custodiebat. Cũq; Faselus murum seruaret: Herodes cum suis excurrebat super hostes. Qui cum fortiter pugnaret:& multa milia fugaret:multi ad templum:quidam etiam ad exteriorem uallum confugierunt.Nam & Faselus fratrem adiuuabat. Pacorus autem dux Parthorum cum paucis equitibus Antigono petẽte ad ciuitatem peruenit:in prospectu quidẽ tanq; seditionẽ soluturus:ue-

rum antigono principatum præstaturus. Cui dum Faselus occurrisset: & hospitio suscepisset: Pacorus dolum aliquem meditatus flectit eum legationem ad Barzafranē deducere. Faselus itaq; nihil suspicatus acquieuit: licet Herodes minime approbaret propter Barbarorum perfidiā. Sed tamē Pacoro aliisq; properare hortantibus perrexerunt legationem ferētes Hyrcanus & Faselus. Pacorus uero cum ducentos equites & decem horum qui liberi dicuntur eis reliquisset præcessit. Cūq; Galilæam intrassent: cum armis eis occurrunt prouinciæ custodes Barzafranis: & primum quidē eos studiose suscepit. ac munera præstitit: post uero eis contexebat insidias. Faselus tamē cum suis ꝑpe mare reuertebatur. Vbi cum audisset Antigonum promisisse Parthis mille talenta & mulieres qngentas: in suspitione iam Barbaros habebat. Necnon & noctu insidias sensérat: dum quidam nunciaret ei subito custodiam circundatam. Tunc quidem capi habuissent: nisi expectassent Parthi usq; quo Hierosolymis Herodes compræhenderetur: ne his prius interfectis: ille sentiens diffugeret. Faselo ergo cum persuaderent quidam fugiendo periculum euitare: propensius autem Ofellius quia hoc a Saramalla ditissimo tunc Syriorum audierat: nauesq; ad fugam tunc promitteret. nam iuxta mare fuerant: ille minime Hyrcano relicto fratrem adiuuare passus est. Cūq; ad Barzafranem accessisset: non æqua inquit te facere uideo: dum talia de nobis cogitas. Nam si pecuniis eges: plures tibi ab Hyrcano proferentur quam Antigonus promisit: immo etiam nimis acerbum ē. si legatos qui ad te cum fide uenerunt interfeceris. Tunc Barbarus eo dicente hæc: iurabat nihil uerum esse: sed falsa eum suspitione turbari. Et hæc dicens: ad Pacorum perrexit. Quo eunte: Parthi quidam Hyrcanum & Faselum ligauerunt: multa de periurio Parthos increpantem. At ille pincerna qui contra herodem destinatus fuerat habēs mandata ut eum foras murū procedētē compræhēderet: ātēq; hoc faceret nuncii missi a Faselo indicauerunt pthoꝛ pfidiam. Cūq; audisset herodes ab hostibus eos ligatos: cū q̄relis accedit ad Pacoꝛ: Parthorūq; nobilissimos: q oēm cām sciētes dissimulabant: & dicebant eū oportere exire foras murum ad occursū litteras deportantiū: ne ab aduersariis tenerent. nam uenisse dicebant ut demonstrarēt quantū Faselus profecisset. Quibus herodes minimè credidit: audiēs ab aliis fratris compræhensionem: necnon & suasionem filiæ hyrcani quam sibi desponderat: de Parthis suspicabatur. Quam cum alii non attenderent: ipse obediebat mulieri sapientissimæ. Dumque Parthi cogitarent: quid fieri oporteret: nam non eis uisum est palam tam maximum principem compræhendere: & imposterum distulissent: Herodes credens magis quæ de fratre uel de Parthorum insidiis audierat: quam aduersariis consentirē: uespere ueniēte deliberauit euitare aduersariorum pericula. Igitur egressus est cū armatis. Cumq; mulieres super iumēta ipositas haberent. matrē suam & sororem: & quam matrimonio ducturus erat Alexandri filiam: qui fuit Aristobuli filius & huius matrem Hyrcani filiam: & nouissimum fratrem: omniaq; in uia necessaria: & residuum populum ad Iudæam festinauit: hostibus ignorantibus. Quorum nullus tam durissimus natura reperiri potuit: qui non cum ptæsentia cerneret miseraretur eorum: uidendo mulieres cum infantibus duci lachrymantes & congementes ꝙ a patria discederent: & nihil iam de se bonum expectarent. Sed Herodes fortiter atrocitatem rei sustinens: & magnanimus contra omne periculum: per uiam unum quemq; confidere hortabatur ne traderet se mestitiæ quæ posset eius fugæ nocere in qua sola spes salutis eorum deposita esset. Et illi quidem Herodis persuasionibus calamitatem sufferre tentabāt: ipse uero pene sese interemit: dum iugo conuerso mater eius mortis periculum sustineret. Cuius ꝓpter passionem & timorem ne hostes eos persecuti: remorantes: circa passionis curā cōpræhenderēt suum gladium euaginauit: seque perimere conantem tenuerunt præsentes uiri dum dicerent: non oportet inimicis satisfacere. Nam non hoc esse fortis: si quidem se de periculis liberans: amatos traderet inimicis. Quibus uerbis compulsus: facinus quod i se cogitauerat prætermisit: matremque curans pergebat uiam propositam: & celerius ad Masada castellum peruenit. Cunque multas pugnas contra Parthos excurrentes egisset: totas obtinuit. In fuga uero nec iudæis pepercit: qui eum a ciuitate. lxx. stadiis sunt hostiliter persecuti. In illo ergo loco ubi iudæos confudit: postea regnum accipiens: aulam optimam constituxit: ciuitatemque ædificauit quam Herodion appellauit. Cunque ad idumæā in Risa uico peruenisset: frater eius iosippus obuiauit ei: cum quo consilium de omnibus quid fieri debuisset assumpsit: nam magna multitudo eum sequebatur prætet peregrinos conductos milites. Oppidum uero Masada in quo propositum eis erat effugere: paruum erat ut tantum susciperet populum: e quibus plusquam nouem milia dimisit: præcipiens per idumea sese liberare: præstans eis uiæ stipendia: necessarios uero in oppidum adducens peruenit. Cūque ibi deposuisset mulieres quæ octingētæ fuerunt: tritico uel aqua: uel aliis oportunis assumptis in oppido sufficienter constitutis: ipse ad Petras arabiæ recessit. Parthi uero mox die facto: cum uniuersam Hyerosolym ā: & palacium deprædassent: Hyrcani tantum pecunias non tangebant: quæ usque ad trecenta talenta fuerunt. Sed & mulieres herodis euaserunt: illæ magis quas deportauerat per prouidentiam suam ad idumæam. Dūque Parthis ciuitatis pecuniæ non suffecissent: prouinciam exeuntes uastabant: & Mariſſam potentissimam ciuitatem expugnauerunt. Antigonus itaque cum sic ad iudæam a Parthorum rege introduceretur: faselum & hyrcanum uinctos suscepit: nimis autem cruciabat ꝙ mulieres fugissent: quas hostibus dare promiserat. Nam has pro mercede cum pecuniis pactus est.

Veritus autem ne multitudo Hyrcano quondam regnum reſtitueret: dum adhuc a Parthis cuſtoditetur.aures eius amputauit:molitus ne poſſit rurſus ad eum principatus ſacerdotii peruenire propter hanc diminutionem:dum lex hunc honorem iuſſiſſet integros tantum obtinere. Sed Faſeli miretʼ quiſq̃ fortitudinẽ.Qui cum ſciret ſe occidendum:non mortẽ putauit atrocem eſſe.Sed ſub inimico perire amariſſimum iudicauit.Cũq; non haberet manus a uinculis ſolutas:& aptas ad iterficiendum ſe ipſum:ſaxo caput ſuum percutiens:ultam finiuit.Dicunt aũt:q; uulnere maximo confectum præcipiens Antigonus medicis tanquá curandum interemit:mortiferis medicaminibus ſuperpoſitis in uulnere.Cum itaq; necdũ ad integrum animam amitteret Faſelus:a quadam muliere audiens fratrem Herodem aduerſarios uitaſſe:ſatis internitionẽ uiriliter & prone ſuſtinuit:dum relinqueret mortem ſuam uindicaturum:& ſuper inimicum ulciſci ualentem.Herodem interea magnitudo circũuenientium malorum non pterruit:ſed faciebat eum ſagaciorem.Nam ad malchum Arabum regem multa prius ſibi beneficia debentem:remunerationem acceptutus perrexit:& quot magis opus habuiſſet tua pecunias ſumere:ſeu ſibi debitas:ſeu per donationem dandas: quia multa impetrauerat Malchus ab eo. Qui dum fratris interitum non audiſſet: æſtimabat eum ab hoſtibus redimere Tyriis argenti trecenta talenta promittendo.Adducebat autem & Faſeli filiũ:ſeptimum annum ætatis ducẽtẽ:quatenus pignus eum Arabis deponeret.Sed cum nuncii obuiaſſent: & dixiſſent ei Malchum iuſſiſſe ut a prouincia ſua diſcederet:quodque Parthi præcepiſſent nequaquam Herodẽ ſuſcipi:quæ occaſiõe uſus eſt ne debitum ſolueret:nam & nobiliores Arabes ad hoc eũ irritabant:quatenus pecunias lucrareʼ depoſitas:uel acceptas prius ab Antipatro: reſpondit Herodes:nihil eos grauare ueniſſe ſe:ſed locuturum rem tantum neceſſariam ſuis negociis. Poſtq̃ autem ei uiſum eſt diſcedere:caute pergebat cum paucis ad Aegyptum: uenienſq; in quoddam templum remoratus eſt.Poſtero uero die cũ Andrinoco rura perueniſſet:interitum fratris ſui audiuit. Malchus autem pœnitens perſequebatur Herodẽ:cui miníme propinquauit ad Peluſium feſtinantem.Cunq; inueniſſet claſſem applicatam:prohibebant eum Alexandriam nauigare.Ille uero præſides appellauit:a quibus cum multa ueneratiõe perductus in ciuitatem:a Cleopatra ſuſcipitur:quæ nullatenus eum potuit ibidem detinere Romam feſtinantem licet tempeſtas eſſet & Italia plena ſeditionibus nunciaretur.Vnde cum nauigaſſet ad Pamphiliam hieme atrociſſima:uix ad Rhodum deducitur.Quos duos ſibi amiciſſimos occurrere cum uidiſſet:Sabinum & Ptholomeum & inueniſſet ciuitatem bello Caſſii deuaſtatam:quamuis inops eſſet:tamẽ benefacere eum non piguit:ſed & ſuper uires ſuas largitus ad eam renouandam donauit pecunias. Cunque triremes conſtruxiſſet & nauigaſſet cum amicis ad Italiam in Brunduſium deducitur:& exinde Romam perrexit.Vbi prius Antonio retulit quæ contigiſſent ei per Iudæam & qualiter frater eius Faſelus a Parthis interemptus:& Hyrcanus captiuus teneretur:& q; Antigonum regem ordinaſſent mille talenta promittentem:& mulieres quingentas quæ ex prioribus & de genere ſuo fuiſſent:& q; ſuas noctu perduxiſſet & uitaſſet inimicorum manus:multas paſſus calamitates.Poſt uero deflebat periclitari ſuos familiares dum obſiderentur:& quemadmodum hieme nauigaſſet:contemnens picula:dum feſtinaret ad eum:in quo ſolo ſpes ſuas & auxilium firmum poſſideret.

Quemadmodum Herodes cum Romam ueniſſet:multaſq; pecunias promiſiſſet: & a ſenatu uel Cæſare rex Iudeæ pronunciatus eſt. CAP. XXV.

ANtonius autem miſericordia mouetur pro Herodis calamitatibus deflẽs:q; in tali dignitate conſtitutis hominibus fortuna dominetur:necnon & memor amicitiæ patris eius Antipatri:& promiſſionis pecuniarum: quas Herodes præbere promiſerat: ſi rex eẽt:quẽadmodum & prius Tetrarcha ordinatus:moltomagis tamẽ propter odiũ antigoni:dum ſeditioſum & a romanis eũ inimiciſſimum arbitraretʼ,ppẽſior erat Herodes apud eum.Cæſar quoq; pp Antipatri expeditiones quas ad Aegyptũ patri ſuo pduxit & hoſpitium uel omnibus ſauorem quem exhibuit:præſtans Antonio nimis pro Herode ſtudens ad petitiones & ad auxilium de quibus Herodes petierat:paratior erat.Cunque ſenatum congregaſſet Meſſalla & Atratenus Herodem præſentantes:de patris eius rebus geſtis intimabant: & quem circa Romanos ipſe habuiſſet fauorẽ:ſimul etiam Antigonum accuſabant:hoſtem eum manifeſtum pronũciantes: nõ ſolum ex his quæ prius commiſerat:ſed quomodo & nũc a Parthis pricipatum Romanis negletis acceperat.Cum uero Senatus pro his commotus:fuiſſet:Antonius inſinuabat quemadmodum & contra Parthorum pugnam Herodem regnare prodeſſet.Cũq; hoc omnibus placuiſſet: decreuerunt eum creari regem.Summum tamen fuerat Antonio erga Herodem ſtudium:quomodo ei & tantum principatum inſuperate acquiſiuit:quem minime petiturus aſcenderat.Nunquam enim putabat Romanos ſibi daturos regnum:quod ſoliti erant generi ſacerdotali donare:& ideo fratri ſuæ uxoris id præbere uolebat:qui nepos per patrem quidem Ariſtobuli:per matrem uero Hyrcani fuerat:quem poſtea interfecit:quod apto tempore referemus. Sed cum intra ſeptimum diem contuliſſet ei ſenatus quod nullatenus ſperauit: & ab Italia diſcedere feciſſet: ſenatu dimiſſo: Herodem medium habentes Antonius & Cæſar exierunt præcedentibus aliis conſularibus:immolaturi & depoſituri ſenatuſconſultum in Capitolio. Herodem autem primo die regni pauit Antonius: cu-

ius initium fuit centesima uel octogesimaquarta olympiade:consulibus.C.Demetrio Albano secũ
do:&.C.asione.Quo tempore Antigonus Masada obsidebat:plenam omnibus prosperis: tantum
uero deficientem aquis.Quampropter & frater Herodis Iosippus dum cũ ducẽtis familiaribus fuge
re cogitat ad Arabas:dum audiret Malchũ sui pœnitere pro his quæ in Herode commiserat:prohi
buit eũ deus:qui nocte tantam pluuiam misit:ut receptacula cisternarũ cuncta complerent.Qua co
pia recreati exeuntes contra Antigonũ confligebant:quibusdam palam:aliis uero furtim:quorum
etiam multos in congressionibus prostrauerunt. Ventidius autem eodem tempore Romanis dux
transmissus quatenus Parthos a Syria prohiberet:Iudæam peruenit:manifeste quidem tanquam Io
sippum adiuturus:omnis uero eius machinatio erat:ut ab Antigono pecunias acciperet.Igitur cum
prope Hierosolymam castra posuisset: & satis pecuniarum ab Antigono sumpsisset : ipse quidem
cum ampliori malitia discessit:& ut non manifestaretur pecuniarum acceptio: Silonem cum qua
dam parte militum ibi reliquit:quem similiter Antigonus remunerabat: ut nihil se molestaret:spe
rans rursus sibi Parthos adiutores.

De nauigatione Herodis ab Italia in Iudæam:pugnaque contra Antigonum:militiaque Roma
na:& Sylano duce. CAP. XXVI.

HErodes aũt ab Italia cũ ad Ptholomaidam nauigio uenisset:& congregasset non par
uam expeditionẽ ex peregrinis simul & Iudæis:p Galileam cucurrit sup Antigonum.
Conueniebat ẽt cum eo Silo:& Ventidius p dolũ compulsi:q trãsmissus ab Antonio
fuerat:ut Herodẽ deduceret. Vẽtidius ergo dum componeret turbas quas p ciuitates
Parthi cõmouerant:in Iudæa pecuniis ab Antigono corruptus degebat:Herodi uero
quotidie uires crescebãt:cui se pene oĩs Galilæa tradiderat. Cũq; impetũ fecisset Herodes i Masadã:
necessarium putans circũseptos in oppido cognatos liberare:fit illi impedimẽto Ioppe.Nam aduer
sariam eam existẽtem oportebat prius apprehẽdere:ne haberet post se relictũ oppidũ inimicoꝝ ad
Hierosolymã pergens.Cunq; Silonis uoluntate rebellarent iudei:Herodes cum paucis militibꝰ eos
inuadit:& ad fugã conuertit:Silonẽ uero incaute confligentem a periculo liberauit:Ioppẽ quoq; ex
pugnãs:de Masada familiares suos eripere festinabat.Tunc quidam prouincialium pp paternã ami
citiam subueniebant ei:multi uero pp eius gloriam:immo ẽt & alii pp remunerationẽ bñficiorum
quæ ex ambobus acceperant:plures uero pp spem quam in eum tanq̃ in regem habebãt. Antigonꝰ
aũt oportunos transitus eius insidiis & fraudibus poccupans:nihil:aut p paruũ hostes ledebat.Hero
des ergo de Masada familiares suos Eripiens:& Risan castellum capiens:ad Hierosolymam prope
rauit una cum exercitu Silonis.Et cũ multi fortitudinẽ eiꝰ castraq; ad occidẽtalem partẽ positas ciui
tatis cernẽtes metuerent:patris illius custodes sagittarii eius impetũ amouebant:quidã uero excur
sione facta cũ hostibus decertabãt.Herodes primum quidẽ iussit pconari circa murum:q; bono po
puli præsto esset pro salute ciuitatis:nec manifestoꝝ aduersarioꝝ malitiã recordaret:sed ẽt inimicis
simis abolitionẽ delictoꝝ quæ in se cõmiserãt repstatuꝝ esse pmisit.Antigono uero cõtra dicta He
rotis clamanti Siloni uel exercitui romanoꝝ:qa pter suã iustitiam egissent:dum Herodi priuato &
idumæo.i.non integro iudæo regnum darent:cum soliti fuissent hoc gñi præbere digno:nam & si
nunc de se uel de regno suo grauiter ferrent: tamen sacerdotes qui nihil in Romanis peccauerunt
iniusta paterentur:si de honore deiicerent.Cum hæc ad inuicẽ dixissent & ad blasphemias peruenis
sent:Antigonus repellere prope murum uenientes suis præcepit:quia iaculando uel propensius pu
gnando facile procul a turribus eius depulerunt.Tunc & Silo pecuniarum acceptionem reuelauit.
Nam multos ex propriis militibus remisit:dum indigentiam sumptuum reclamarẽt & pecunias ad
alimenta postularent:quosdam uero ad hiemalia loca destinauit.Nam circa ciuitatem loca deserta
erant:eo q; a militibus Antigoni omnia diruta fuissent:mouitq; exercitum & discedere tentabat.
Herodes autem petebat duces Silonis uel milites ut non se relinquerent a Cæsare uel Antonio uel
a senatu honoratum:nam prouidere eorum inopiæ & facile præbere quæcunqũe quererent se pro
misit. Post petitionem autem statim ad prouinciam egreditur:nullam occasionem discessionis Si
loni relinquens.Siquidem multitudinem quanta nemo sperabat necessarioꝝ deportauit a Sama
ria:familiaribus suis aministrantibus triticum uel uinum & oleum: & pecora simul & alia diuersa
in Hierichunte deducentibus:præuidens ne per sex dies aliquid militibus deesset.Quæ cum non
latuissent Antigonum:statim misit per prouinciam:qui deberent insidiis prohibere deportatores
alimentorum.Cunq; præceptis Antigoni peruenissent:grandem multitudinem armatorum circa
Hierichuntem congregantes:super montes locati:custodiebant alimenta deducentes. Sed dum
hæc aguntur Herodes non ocio se degebat:sed.x.turmas suscipiens quarum quinq; Iudæorum e
rant:aliæ uero mercede conductæ:necnon & Aequites paucos:ad Hierichunta peruenit.Cũq; ciui
tatem desertam inuenisset:quingẽtos uero excelsa præoccupasse cum uxoribus & cognationibus:
hos quidem ipse dimisit:Romani tamen irruentes ciuitatem deprædauere:dum plenas domos pe
cuniis reperissent.Igitur custodiam rex in Hierichunte relinquẽs reuertitur:& Romanorum militi
am ad Hiemalia dimisit in Idumæa uel Galilea:uel Samaria.Impetrauit aũt & Antigonus a Silone
pro pecũiarum munere:ut partẽ exercitus Romani in Liddis susciper pro Antonii satisfactiõe.Ro-

mani itaq; in deliciis erant:& ab armis quieti: Herodi uero minime uiſum eſt otium habere:ſed ad iudæam fratrem Ioſippum cum duob⁹ milibus peditum:& quadringẽtis equitibus deſtinauit. Ipſe uero cum ad Samariam peruenisſet:& ibi depoſuiſſet matrem & alios cognatos a Maſada deductos ad Galilæam uſq; puenit:capturus quædam loca:quæ cuſtodes Antigoni præoccupaſſent. Perueniens aũt in Sephori:cuſtodib⁹ Antigoni fugatis:in abũdanti proſperitate erat. Poſtinde cõtra quoſdam latrones in ſpeluncis habitantes equitum alam & peditum tria agmina tranſmiſit:quatenus;p. hiberent eos:ne latrocinium exercerent. Hæc autem iuxta uillam uocabulo Arbilon fiebant ubi ipſe. xl. die cum omni expeditione profectus eſt. Hoſtes uero cum conflixiſſet uerterunt leuum cornu agminis eius: quos ipſe inuadens fugauit:ſuos autem fugientes eo loco conſtituit: permanſit uero contrarios perſequens uſq; ad Iordanem fluuium:cum per alias & alias uias diffugerent. Itaq; cum totam Galilæam cœpiſſet:præter eos qui in ſpeluncis habitabant:& diuiſiſſet pecunias unicuiq; uiro centum & quinquaginta dragmas præbẽs:ducibus autem multoplus:ad hiemalia eos loca remiſit. Sub idem tempus & Silo cum ſuis ducibus ad eum uenit:eo q; noluiſſet Antigonus alimẽta per hiemalia conſtitutus præbere. Nam plus menſe non eos pauit:ſed & miſit in circuitu per prouinciam præcipiens:ut omnia diſſipaſſent:& per montes confugerent:quatenus de neceſſariis nihil habẽtes Romani fame conſumerẽtur. Herodes uero prouinciam eorum fratrem ſuum habere præcepit: ſimul & Alexandriũ oppidum muro circundare. Qui celerius abundantiam neceſſariorum militibus præparauit & alexandrium olim diruտum reconſtruxit. Eodem tempore antonius quidem athenis morabatur. Per Syriam aũt Vẽtidius Siloně accerſens contra Parthos:primũ quidẽ mandauit Herodem adiuuare:deinde uero ad ſe auxiliatores conuocare. Cũq; Herodes contra latrones in ſpeluncis feſtinaret:Silonem quidẽ ad Ventidiũ tranſmiſit:ille uero contra illos expeditionem produxit. Erant enim latronũ cubilia in montib⁹ abruptis conſtituta:& per mediũ altiſſimos habẽtia tranſitus ſaxis acutiſſimis circũdatos:ubi cum omnibus ſuis familiaribus latebant. Rex autem archas cõſtruens:ferreis cathenis ligans: per machinam de uertice montis ſuper eos deponebat: dum nec ab inferioribus aſcẽdere propter acutum montem potuiſſent:neq; de ſuperioribus contra eos aſcendere. Arcæ uero militibus armatis plene erant:falces longiſſimas habentibus: cum quibus reſiſtentes latrones abſtractos occidere prævalerent. Sed depoſitionẽ arcarum contigit incaute diſponi: dum nimis ad alta deſcẽdiſſent. Habebant uero intus etiam neceſſaria. Cum itaq; arcæ depoſitæ fuiſſent: nec auderẽt quidem ab ſpelũcis exire:unus ex militibus gladio accinctus: & ambabus manibus cathenam tenens ex qua arca pendebat: deſcendit in ſpeluncam: abhorrens moram non audentium exire latronũ. Cum uero prope unam ſpeluncam ueniſſet:primum quidem iaculis multos fugauit poſt aũt falce reſiſtentes impellebat ad præcipitia ruere. Cunq; intus ingreſſus eſſet:multos occidit: & reuerſus in arcam quieuit:timor uero reliquos gemitum audiẽtes:& ſalutis deſperatione compræhẽdit. Rei autem terminum nox prohibuit:& multi rege concedẽte ſeſe ſubiectos tradiderunt. Sed & eo modo altera die in conflictionibus uſi ſunt:ut ab ſpelũcis latrones exirent:& ante ianuas pugnarent. Milites autem in circuitu ſiluæ ignem miſerunt:& ita multos incẽderunt. Tunc ſenex quidam intus cum .vii. filiis & uxore relictus eſt: quibus petentibus quatenus eos dimitteret ad hoſtes exire ſtans ſup oſtiũ ſpelũcæ:unũquẽq; filiorum ſuorum exeuntem proſternit:uſquequo cunctos interemit poſt autem & ſuam uxorem. Cũq; in præcipitio cadauera iactaſſet:ſup illa ſe quoq; dedit: mortem pro ſeruitute ſuſtinẽs:multaq; prius in Herodem uociferatus & infirmitatem exprobrans: licet rex dexteram ei tetendiſſet:& omnẽ licentiam promiſiſſet. Igitur his actis:iam omnes ſpelũcas obtinuerat rex. Vbi ducẽ Ptolomeum ordinans:ad Samariam cum ſexcẽtis equitibus & tribus milibus peditum diſceſſit:tanquam antigonorum expugnaturus. Ptolomeo uero non bene ceſſit hæc militia:ſiquidẽ hi qui prius Galileam turbabant:inuadẽtes eum iteremeret. Cũq; hoc feciſſent in nemoribus & in difficillimis locis confugiunt:pdãtes & rapiẽtes omnia:quos reuerſus herodes puniuit. Nam multos tranſgreſſores interfecit:& eos qui in munitiſſimis locis confugerant:obſidione capiens occidit:& caſtella depoſuit. Multauit etiam ciuitates rebellibus extinctis:centum talentis. Interea Pacoro bellis ruente:cum Parthi fugiſſent:mittit Vẽtidius Machæram adiutorẽ Herodi cum duabus cohortibus & mille equitibus:antonii præceptis obſecutus. Machæra itaq; antigono uocãte præter ſententiam Herodis pecuniis corruptus propabat exploraturus eius negocia. Cuius negocia ſuſpecta habens Antigonus aduentum eius non ſuſcepit:ſed fundus eum prohibuit:& demonſtrauit eius uoluntatem. Quod ubi Machæra ſenſit:& Herodem optime ſibi perſuaſiſſe cognouit: ſeq; peccaſſe non audiẽtem ammonitionẽ illius:ad Samau ciuitatem diſceſſit:iudæos uero p uiam occurrẽtes amicos uel inimicos proſtrauit:iratus in his quæ paſſus eſſet. Rex autem his incitatus:ad Samariam prexit. Vnde ad antonium cum pp hæc deliberaret proficiſci:& ſuggerere:q; talibus auxiliatoribus non egeret:qui magis ei quam hoſtibus nocerent:ſeq; ipſum ſufficere ad expugnationem Antigoni:Macheras ſecutus ſupplicat ei ut pmaneret:ſi tamẽ omnibus modis iturus eſſet: fratrem ſuũ Ioſippũ ſibi præponeret:ut debellaret Antigonũ. Itaq; petitus a Machæra reconciliatur ei. Cũq; reliqſſet Ioſippũ cum militia:pſuaſit ei ne pclitaretur:neq; Machætæ aduerſaretur. Ipſe porro ad Antonium feſtinauit:qui Samoſata oppidũ iuxta Euſtatẽ obſidebat:cũ eqtibus & peditibus au-

xillatoribus. Cunq; ad Antiochiã pueniſſet: inueniſſetq; congregatos: qui ad Antonium pergere feſtinabant: timore tamen q̃ in uia barbari multos inuaderent & interimerent non audentes tranſire ipſe eos adhortatus dux iuueris factus eſt. Sed eum tamen duas manſiones Samoſatorum ueniſſet: inſidiæ barbarorum ibidem locatæ: euntes ad Antonium inuadebant. Nam ſpinis obſtruebant cãporum aditus ubi etiam equitum non paucos ocioſe ſedere Barbari diſpoſuerunt: ut cum ad campum peruenirent: imperum ſuper eos facerent. Sed ut primi tranſierũt: & retro obſeruaret Herodes: barbari ſubito ab inſidiis quingenti ſecuti primos ad fugam uerterunt. Tunc rex impetum cum ſuis militibus in eos faciens: ſtatim hoſtes inuadit. Quos cum in fugam uertiſſet. audaciam ſuorum excitauit: & confidenter eos ſecit reuerti: qui prius fugiebant. Tunc rege a tergo pugnante: undiq; barbari circundati proſternebantur. Sed cum multa iam direpta fuiſſent uaſa uel ſarcinulæ uel mancipia: uniuerſa rex hæc enpiens pergebat. Porro tamen cum multi de ſilua propinquante eo campis contra eum exiſſent: his confligens ipſe cum cohorte fortiſſima: uertit eos in fugam: multos interimens: oportunamq; ſequentibus uiam præſtabat qui ſaluatorem & propugnatorem eum uocauerunt. Cum autem prope Samoſata perrexiſſet: trãſmittit Antonius exercitum cum ornatu ad occurſum Herodis: hunc ei honorem retribuens auxilii cauſa: nam barbarorum inſidias & impetum contra eos factum audierat. Cunque præſentem alacriter uidiſſet & cognouiſſet ab eo quæ in uia accidерant: amplectebatur: & uirtutem eius laudibus efferebat: & oſculabatur eum: & præponebat ſibi quẽ pauloante regem ipſe monſtrauerat. Sed cum Antiochus non multo poſt oppidum traderet: & a bello deſineret: Soſſio quidem Antonius præcepit auxilium Herodi præbere: ipẽ uero ad ægyptum diſceſſit. Tunc Soſſius duas legiones cum Herode premiſit ad Iudæam: ipſeq; cum ampliore exercitu ſequebatur. Contigit Ioſippum etiam in Iudæa tali modo perire. Hic immemor præceptorum fratris ad antonium euntis: exercitum per montes produxit. Nam quinque cohortes in Machæra dederat ad Hierichuntem properanti: dum uellet triticum meteſ: & romanis militibus nouis adhuc & bellorum inexpertis exiſtentibus quorum multi a ſyria delati fuiſſent: aduerſariis eum inuadentibus relictis in difficillimis locis: fortiter pugnans interimitur: cunctum pene exercitum perdẽs: ſiquidem ſex turmæ extinctæ ſunt. Antigonus autem cum inimicos uiciſſet: caput Ioſippi incidit: quod quinquaginta talentis frater eius Ferora redemit. Sed etiam poſt hæc deſerentes Galilæi potentes gentis ſuæ: ſocios Herodis in palude mergebant: multi quoque & in iudea rebellauerunt. Machera autem oppidum Gutam munitiſſimum capit. Nuncii uero cum regi in Daſne antiochiæ nunciaſſent fratris caſum: & ipſo quidem hoc ſperante propter uiſiones quas euidenter in ſomnis de morte fratris ſui uidiſſet: feſtinans proficiſcebatur. Et cum ad montem Libanum peruenisſet: octingentos exinde ſumens: habens etiam Romanum exercitum ad Ptolomaidem peruenit: unde noctu ſuas gens: cum expeditione Galilæam adiit. Cui cum hoſtes occurriſſent: & prælio uicti fuiſſent: in aliquo oppido concluduntur: unde & prius egreſſi ſunt. Dumque congreſſiones facerent: multa tempeſtate commota: nihil ualens conficere exercitum ad uillas propinquas perduxit. At cum ab antonio ſecunda legio ueniſſet: & qui oppidum tenebant: territi nocte ipſum relinquunt: & rex ad Hierichuntem urgebatur: ultionem exacturus pro fratre. Vbi cum profectus eſſet: potẽtiſſime ſuos pauit. Poſt conuiuium autem cum ad ſuperiorem domum aſcẽdiſſet: dimiſit omnes qui præſentes erant: ubi miranda affuit dei circa regem prouidentia. Nam tectum domus ſubito cecidit: & neminem compreſſit. Vnde omnes crediderunt Herodem dei amatorem eſſe: dum tam maximum & miranda dum periculum uelociter euitaſſet. Poſtremo die aduerſarii cum a ſummitate montium ſex milia ad pugnam deſcenderẽt: timorem Romanis immiſerunt. Qui cum acceſſiſſent: iaculis lapidibuſq; regis ſocios exeuntes uulnerabant: & ipſum quidam telo circa præcordia percuſſit. Antigonus autem ad Samariam ducem mittit Pampum nomine: cum aliquanto exercitu: cupiens hoſtibus opinionem de ſe: tanquam de bellatoꝛ p̃ſtare. Machera uero duci Pampo aſſidebat. Herodes inter hæc quinque ciuitates cum cœpiſſet: relictos ibi duo milia exiſtẽtes interfecit ipſaſq; ciuitates incendẽs: rediit contra Pamphum: qui caſtra ſua contra uillam adſunã uocabulo diſpoſuit. Dumq; multi confluerent ad eum ab hierichunte: & ab iudæa: iuxta hoſtes acceſſit: eoſq; audacter percurrentes cum eis confligẽs deuicit. Quos perſequens: pro fratris ſui uindicta occidebat. Quorũ multi dum in domibus armati confugiſſent: tectis auulſis: lapidibus eos deſuper oppreſſit. Quod factum aduerſariorum magis animos confregit: ſperantium futura deteriora exiſtere. Nam non latuit multitudo ad uillam fugientium: & niſi tunc tempeſtas grandis deſcendiſſet: & rex ad Hieroſolymam exercitum de uictoria confidente deſtinaſſet: omne opus tunc perfeciſſet: antigono iam fugam meditante: & a ciuitate diſcedere. Rex autem ueſpere facto: cœnare milites precepit. Ipſe uero cum aliquam domum laſſus intraſſet quo balneum erat pene maximum periculum incidit: quod prouidentia dei uitauit. Nam dudum & cum uno ſequente puero lauantem: hoſtium quidam qui armati in eadem domo pro timore celati fuerant inuadunt. Quorum unus exiit gladium tenens: & per ianuam currit: & poſt hunc ſecundus & tertius ſimiliter armati: nihilque tamen regem leſerunt. Poſtero die interempti Pampi caput Ferora decidens: pro ultione fratris: Herodi tranſmiſit. Nam is manu ſua illius interfector extiterat. Deſinente uero hieme regreſſus: inde prope Hieroſoly-

nam peruenit:& iuxta ciuitatem castra sua locauit:tertio regni sui anno: ex quo Romæ ordinatus erat. Postea rursus sua castra iuxta murũ accedens transmigrauit: unde potuisset ante tẽplũ ciuitas expugnari:sicut & prius a Pompeio:& tribus aggeribus locum circundans:turres erexit. Cũq; multa manu ad opus usus fuisset:& siluam decidisset:& oportunos operantibus præposuisset:ipse ad Samariam pro nuptiis discessit:ducturus Alexandri filii Aristobuli filiam:nam hanc sibi desponderat: sicut & prius retulimus.

Quẽadmodũ Hierosolymã Sossio uel Herode obsidẽtibus:Antigonus iteriit. CAP. XXVII.

POst nuptias autẽ uẽit Sossius per Phœnicem cum exercitũ p mediterraneam ꝓmisisset uenit ẽt multitudo equitum & peditũ. Tunc rex quoq; regressus est a Samaria:non pauciuam super priorẽ expeditionem producens:siquidem triginta milia fuerant. Oẽs autẽ prope Hierosolymoꝝ muros congregabãtur:ubi circũsedebant p aquilonis partẽ muros ciuitatis. Quoꝝ exercitus erat undecim cohortes peditũ:& sex milia equitũ:necnõ & auxiliatores Syri:& duo duces Sylo & Sossius:q & ab Antonio missus ẽ auxiliator. Herodes ãt decertabat pro se quatenus ab antigono principatum reciperet:qui Romæ dudum hostis fuerat iudicatus:& pro illo rex Herodes per senatusconsultum ordinatus. Cum multa aũt alacritate uel certaminibus iudæi qui intra muros cõclusi fuerant: Herodi repugnabãt multaq; pro templo diuulgabant multa etiam pro solatiis populi:tanquã liberante eos a periculis deo:& oĩa foras ciuitatem distrahebant:nequid ad alimẽtum uel hoĩum uel iumentoꝝ relinqueretur:& latrociniis furtim usi: inopiã eis parabant. Quæ cum herodes pspexisset aduersum latrocinia quidẽ in oportunissimis locis insidias parauit:de expensis autẽ longius agmina militum transmittens. uenalia congregabat: ut intra paucum tps multam affluentiam eis necessarioꝝ faceret abundare:manuq; multa frequenter operãtes:tres aggeres citius eriguntur. æstas. n. erat:& nullum uel ab aere: uel ab operantibus impedimentum fiebat:sed machinamenta inferentes:murum permouebant:& oĩbus experimentis utebant:nec tamen terrebant intra ciuitatẽ existentes. Nam illi resistentes:contra istos non pauca excogitabant: quædam adhuc imperfecta instrumẽta:alia uero perfecta cõmburentes. Cũq; ad manus uenissent: non minores Romanis audendo fuerunt: nisi quia disciplina deerat militaris aduersus machinas. Nãq; muros cõstruebant:iam prioribus edificiis euersis:& sub terram fodientibus occurrentes cõfligebant:& desperatione tamen potius quam prouidentia belli usque ad ultimum permanebant: licet magna expeditione obsessi:uel fame magna fatigati:uel inopia necessariorum fuissent exhausti. Nam septimus tunc annus acciderat. Interea ascendunt quidem super murum uiginti priores: postea uero centuriones Sossii. Nam primus murus captus iam fuerat diebus quadraginta: secundus autem quindecim:& aliquæ circa templum porticus incensæ sunt:quas Herodes antigonum incendisse dicebat:odium ei mercatus iudeoꝝ. Sed post dum ibi capta exterior pars tẽpli fuisset: & inferior ciuitas:ad interius sacrarium:& ad superiorẽ ciuitatem iudæi cõfugerant. Cũq; timuissent ne ꝓhiberent eos Romani deo quotidianas imolationes offerre per legatos supplicãt:permitti uictimas solitas introduci. Herodes aũt dum putaret eos iam quieuisse consensit. Sed cum nihil uideret fieri quæ putasset:imo fortiter repugnare pro antigoni principatu instanter accedens: ciuitatẽ expugnabat:& oĩa statim internitionibus sunt completa. Siquidem Romani pro mora obsidionis irascebantur:Herodes autẽ nullos ab iudæis aduersarios relinqui uolebat. Occidebant igitur per uicos & per domos quoscũq; inuenissent:fugantes eos & in templo concludentes:neq; infantibus: neq; senibus neq; infirmitati mulierum misericordiã ꝓstantes:sed & rege destinante & petente ut parcerent: nemo fuit qui dextram retineret ĩmotam: sed furiosi cunctam ætatem extinguebant. Vnde & antigonus nec priorẽ nec præsentẽ fortunam considerans:a turre descendit:procidens ante pedes Sossii. Ille nequaquã eum misertus pro calamitate:sed plausibus incõtinenter usus:antigonam eum tanquã fœminam nominauit:quẽ non ut mulierem sine custodia remisit. Et ille quidẽ ligatus custodiebatur:herodes uero prouidebat prohibendo alienigenas auxiliatores. Nam festinabat multitudo peregrina tẽplum uidere:& sancta ĩ sacrario cõstituta. Rex autẽ quosdam petens:aliis interminatus multos autẽ & armis uetabat:perditionẽ priorem uictoriam estimans:siquid inuisibilium uisum fuisset. Resecabat etiam rapinas ciuitatis multũ contra Sossium altricatus dicẽdo. Si pecuniis & hoĩbus romani ciuitatẽ euacuauerint:desertæ regionis me regem relinquent:sed & ante ciuibus ꝓstratis: breuem uniuersi iudei principatum iudicari:pro repensione necis huiusmodi. Ille uero cum pro obsessione. militibus iuste prædam permitti dixisset:respondit ipse se pecunias de suo mercedem singulis præstaturum:& ita reliquam ciuitatem promissionibus completis liberauit. Nam ita munificenter singulis militibus & ducibus merito regali: & ipsi Sossio donauit ut omnes pleni pecuniis abirent. Hæc passio Hierosolymorum ciuitati contigit: consulibus. M. Aggrippa:& Canidio Gallo: centesima & octogesimaquinta olympiade tertio mense:in celebratione ieiuniorum: tanquã reuersa calamitate quæ sub Pompeio Iudæis illata est. Nam tunc eodem die captiuitatis uiginti septem anni esse noscũtur. Sossius uero cum aureã deo coronam deuouisset reuersus ab hierosolymis:antigonũ ligatũ ad Antigonũ pduxit. Herodes quoq; ueritus ne custoditus Antigonus ab Antonio:& Romã

perductus:allegationibus ſuis ſenatui demonſtraret ſe quidem ex regalibus deſcendentem: Herodem autē priuatum:& q̄ oporteret filios eius regnare pp genus ſi ipſe romanis peccaſſet: multis pecuniis compulit Antonium:ut Antigonus interficeretur. Quod cum factum fuiſſet: Herodes quidem depoſuit. Deſtitit autem hoc modo Aſamonei principatus poſt centum uiginti annos. Nam de familia clariſſima genere uel honore ſacerdotali fuerat. Cuius cum multa pro gente iudaica parentes egiſſent:propter mutuam ſeditionem principatum amiſerunt. Tranſiit autem ad Herodem Antipatri filium de familia populari: uel genere priuato:& ſubiecto regibus. Nos igitur hunc terminum cognationis Aſamoneorum accepimus.

¶ Incipit Liber.xv.antiquitatis Iudaicæ.

¶ Qualiter capta ciuitate per Soſſium & Herodem: Antonius quidem Antigonum in Antiochia īteremiſſet: Herodes autem quadragintaquinq̄ ex amicis illius primates Hieroſolymorum reuerſus extinxerit. CAP. I.

SOſſius quidem & Herodes qualiter Hieroſolymam cœperunt: necnō & Antigonum captiuum in ſuperiore uolumine demonſtrauimus: ſequentia uero nunc explanabo. Cum totius iudeæ principatum Herodes ſumpſiſſet:quātoſcunq̄ priuatos ſui fautores inuenit:in dignitatibus eos conſtituit:illos autem qui contraria elegerant:non deſtitit tormentis ſingulis diebus affligere. Honorabantur apud eum Polion Phariſeus:& Sameas diſcipulus illius. Siquidē obſeſſis Hieroſolymitis:iſti perſuadebant Herodem ſuſcipi: pro quo & recompenſatione gratiarum fruebantur. Nam hic erat Sameas: qui quondam in iudicio dum Herodi peperciſſet Hyrcanus:prædixerat indicans ei uel iudicibus: q̄ Herodes liberatus eos omnes perſequeretur:quod & factum eſt:ideo ſermones illius adimplēte. Eodem tempore cum Hieroſolymam tenuiſſet Herodes:omnem ornatum ciuium auferēs:in aula colligebat. Ex quo multum pondus argenti uel auri Antonio: uel amicis eius donabat. Interfecit etiam quadragintaquinque priores partis Antigoni. Nam cuſtodes per portas muri diſpoſuerat: ne quid deportari poſſet cum defunctis. Mortui uero cum excrutarentur:ſiquid argenti: aut auri: aut aliud neceſſarium fuiſſet inuentum: regi deferebatur:nullus uero malorum terminus erat. Nam auaritia rectoris:male cō quiſita deterius expendebat. Prouincia autem inculta permanſit:ſeptimo anno cogente:in quo agriculturam exercere: illicitum nobis eſſe probauimus. Antonius itaque cum captiuum Antigonum ſuſcepiſſet:deliberauit ligatum in triumpho ſeruare. Sed audiens gentem rebellare Antigono fauentem: doniſque Herodis redemptus:iudicauit in antiochia illum perimere:quia nullatenus iudæi quieſcerent. Quod teſtimonio Strabonis Cappadocis confirmatur: ita dicentis. Antonius antigonum Iudæum in Antiochia perductum interfecit. Et uiſus eſt hic primum Iudæorum regem occidiſſe:dum non æſtimaret:alio modo ſententias iudæorum flectere: quatenus ſuſciperent pro illo conſtitutum Herodem. Nam nec tormentis ſubditi: regem eum appellari patiebantur:tanquam magnum aliquid de priore principe retinentes. Infamiam igitur uel odium herodis ita minuere putauit. Hæc quidem Strabo locutus eſt.

Quomodo hyrcanus primus rex iudeorū:& princeps ſacerdotum a Parthorū rege Arſace dimiſſus:ad herodem reuerſus eſt. CAP. II.

QVm uero herodem principatum tenuiſſe hyrcanum princeps ſacerdotum audiſſet: qui captiuus apud Parthos tenebatur:rediit ad herodem:de captiuitate tali modo ſolutus. Barzafranes & Pachorus parthorum duces cum captiuos hyrcanum principem ſacerdotum prius conſtitutum:poſt autem & regem:& fratrem herodis Faſelum ad parthos perducerent:Faſelus non tolerans uinculorum obprobrium: & omni uitæ præponens mortem glorioſam:ipſe ſuus peremptor ſicut prædictum eſt apparuit. Hyrcanum uero ad Parthos perductum:fratres Parthorum princeps modeſtius attēdebat: dum nobilitatem de proſapia eius audiſſet. Quapropter remiſſum a uinculis: Babyloniæ ſeruari conceſſit ubi & multitudo iudæorum hyrcanum tanquam principem ſacerdotum & regem:& omnes uſque ad Eufraten iudei habitantes honorabant. Qui dum his frueretur:& audiret herodem principatum ſuſcepiſſe mutauit ſpem ſuā: ab initio ei amiciſſimus exiſtens:quem & gratiæ memorem putauit: q̄ eum a queſtione & mortis damnatione:uel periculo tormentiſq̄ liberaſſet. Sermones ergo iudæis proferebat: feſtinādo ad eū proficiſci. Qui uetabant & rogabant eum permanere dicētes: q̄ officiorum ſimul & honoris in ſacerdotali uel principali dignitate nihil apud eos minus habuiſſet:præſertim dum nihil ab hieroſolymitanis poſſet promereri pro diminutione corporis:quam ab antigono pertuliſſet. Retributiones autē nō ſimiles a regibus dant q̄s priuati a benefactoribus accipiunt:nā mutat eos fortunæ puĕtus: Talia cū ei ſuggerent:hyrcanus deſiderio eundi tenebatur. Cui ſcribens herodes petebat fratrem &

illic iudæis ſupplicare:quatenus non inuiderent ei una ſecum cõmune regnum poſſidere. Nam exti tiſſe dicebat:quo ipſe gratias ei redderet pro beneficiis:cum eo nutritus & ſaluatus eſſet. Hæc ſcribẽs Hyrcano:mittit ad Fratrem legatum Saramallam:& dona multa:ſupplicans: me impediret gratias reddere:quas beneficio deberet. Erat autẽ ſtudium eius non pro hoc: ſed quomodo præter meritũ principatum obtinuerat:timebat ne illi rationabiliter auferetur:& Hyrcanum properabat ſub poteſtate ſua redigere:uel penitus eum diſperdere:quod & poſtea fecit. Tunc tamen flexo Partho: pecuniaſq; iudæis ei dantibus ut ueniret:cum omni eum honore ſuſcepit & in conuentu primum ei locũ & in conuiuiis primum ei lectum concedebat:quem etiam decipiebat patrem uocãdo: & omnibus modis inſidias inopinatas ei parabat. Diſponebat etiam reliquas cum eo ſui principatus utilitates: unde & familia eius ſeditio exarſit. Nam dum obſeruaret ne nobiliſſimus quidam princeps ſacerdo tum dei haberetur:inuitauit aliquem ex ignobiliſſimis ſacerdotem de Babylone: noie Ananelum: & huic principatum ſacerdotii deſignauit. Quod non pertulit alexandra filia hyrcani: uxor alexandri:filii Ariſtobuli regis:ex quo filios habuit:unum quidẽ pulcherrimum ariſtobulum noie & hero dis coniugalem Mariãnem:forma nobiliſſimã. Turbata ergo & moleſte ferens infamiam filii q̃ illo ſuperſtite:alter aduena principatum ſacerdotii meruiſſet:ſcripſit Cleopatræ: ſodali ſuo litteras de portante:ut peteret Antonium principatum ſacerdotii filio ſuo p̃ſtare:Sed Antonio negligente petitionem:amicus eius Gellius ad iudæam pp aliquas cauſas perueniſſet:& uidiſſet ariſtobuli pulchritudinem & magnitudinem & iuuentutem:mirabatur:non minus etiam Mariãnem regi cohabitãtem ſtupebat. Vnde Alexandram bonor̃ liberorum matrẽ exiſtimans:& ad ſermones eius ueniens flectit eam pingere ambor̃ imagines:& Antonio deſtinare dicens:cum eas uiderit: petitiones eius modis oĩbus adimplebit:His elata uerbis:alexandra imagines antonio direxit. Cui Gellius referebat dicens: non ab hoĩe putari:ſed a quodam deo eſſe liberos alexandræ: dum uellet ad libidines antonium emolire. Qui puellam quidem erubeſcens herodi nuptam accerſire:uerũetiam Cleopatram metuẽs contriſtare:ſcripſit ergo puerum tranſmitti cum honore:addens ſibi gratũ iuuenem uiſum ſore. His deportatis ad herodem litteris:nõ cautum extimauit:iuuenem excellentem ariſtobulum:& tunc iam ſedecim annos ducentẽ:genere nobiliſſimo:ad antonium deſtinare potentiſſimũ romanor̃:& paratũ ſuæ luxuriæ ſupponere puerũ: qui etiam libidinoſus per potentiam exiſtebat. Reſcripſit ergo dicens:ſi puer exierit a prouincia: ſtatim oĩa bello uel ſeditionibus complebuntur: iudæis ſperantibus rerum nouar̃ mutationem. Quibus reſcriptis cum Antonium excuſaſſet:iudicauit non ultra puerum uel alexandram humiliare:ſed etiam uxore ſua Mariãne ualde petente: quatenus fratri ſuo principatum ſacerdotii redderet:quod prodeſſe arbitratus eſt: dum nec ad antonium proficiſci poſſet tali præditus adoleſcens honore. Conuentum itaq; faciens amicor̃: multum alexãdram accuſabat:dicendo:latenter inſidias egiſſe pro principatu dum per Cleopatram ageret:quatenus ipſe quidẽ regno priuaretur:puer autem pro ipſo rerum gubernationẽ ab antonio ſuſciperet:& hæc quidẽ illa non iuſte poſtulaſſe: q̃ & filium ſuum a poſſeſſo iam honore priuaret: & ſeditiones in regnõ moueret:cum multum ipſe laboraſſet ut poſſideret multis & non fortuitis periculis: uerũ etiam nullatenus memor ipſe malorum illius:ſed beniuolus circa eos eſſet:& nunc puero principatum ſacerdotii præberet:ideoque olim ordinaſſe dicebat ananelum q̃ ualde puer eſſet ariſtobulus. Cum tamen hæc nõ incaute dixiſſet:ſed pro deceptiõe mulierum & p̃ſentiam amicor̃: læta & non ſperans alexandra cũ lachrymis ſatiſſecit:dicens:& pro ſacerdotio quidẽ oĩa:& pro infamia feſtinaſſe:regnum uero nec deſideraſſe inquit:nec ſi oblatum eſſet cupide ſuſcepiſſe:cum & nunc nimiũ honorem habeam propter principatum eius & tutelam: cuius uirtute totum genus meum effulget honoribus:nunc quoq; beneficiis uicta: ſuſcipio filii honorem:& impoſterum ad omnia ero ſubiecta. Petebat ergo:ut ſi quid pp genus & p̃ſentem ſibi fiduciam temerarium pro ĩdignatiõe feciſſet ignoſceret. Poſtquã aũt locuti ſunt dextris datis reconciliantur omni ut uidebaſ ſublata ſuſpitione.

Quẽadmodum herodes ariſtobulum uxoris ſuæ Mariannæ fratrem:principem ſacerdotum ordinauit:& paulopoſt occidit. CAP. III.

Taq; rex herodes ſtatim principatu ſacerdotii ananelũ p̃ter legem exiuit:ſeditiones do meſticas pacãdo:nã non licebat aliquẽ honore ſemel accepto fraudari: quod prius antiochus Epiphanes deſtruxit:dum auferret ab Ieſu ſacerdotium:& ordinaret fratrẽ eius Oniã:ſecundus autẽ ariſtobulus hyrcanum fratrẽ ſuum priuauit:tertius herodes principatum ſacerdotii adoleſcenti tradidit ariſtobulo. Tunc quidẽ putabat ſedaſſe contẽtionẽ:& licet reconciliati fuiſſent:nõ tamẽ ſecurus degebat:dum alexandrã ex p̃teritis conatibus ne tẽpus nouar̃ rerũ caperet ualde timeret. Quapp p̃cepit eam ita in aula conuerſari ut nihil ſub poteſtate ſua haberet:diligẽter etiam cuſtodiebaſ occulte ne quid p̃ter quotidianam conuerſationẽ niteretur q̃ paulatim magis illã exacerbabant:& in odio ſuſcitabant: nã ſupbia mulieris diligentiam cuſtodie indignabaſ habere:dum oĩa potius uellet pati q̃ fiducia priuari:& fucoſum honorẽ cũ ſeruitute uel metu poſſidere. Ad Cleopatrã igitur in quibus exiſteret frequenter ſe lamentãdo deſtinabat:poſtulans ſibi auxiliũ p̃beri. Quæ iuſſit ei furtim cum filio in Aegyptum ad ſe confugere. Cũq; hæc ei placuiſſet:tale aliquid excogitauit. Duo locula tanquã p mortuor̃ exequiis parauit:in qbus

ſeipſam & filium mitti dixit. præcipiens cõſciis famulis ea noctu deferre: & exide uiam ad mare facere ubi nauẽ: in qua nauigarẽt ad ægyptum præparatam habuiſſet. Hæc Sabbioni amico Alexandri Aeſopus ſeruus eius edixit. Quod cum Sabio audiſſet & inimicus Herodis eſſet q̃ inter inſidiatores Antipatri de ueneno cõſcius putaretur: odiũ lenire per indicationis fauorẽ ſperauit: & regi nũciauit inſidias alexandræ. Qui cũ eam uſq; ad conatum ꝓcedere dimiſiſſet: in ipſo facinoris opere detinuit: ſed inuitus cõceſſit culpã: dum putaret nullatenus Cleopatrã ceſſare: ſi contra ſe cauſam inueniſſet. Palam ergo magnanimitate uel modeſtia ueniam ei largitus ẽ. Propoſuit tamẽ oĩbus modis adoleſcentẽ perimere: ſed tacito ꝑ ueriſimilẽ diſſimulationem. Cum ergo tabernaculoꝝ feſtiuitas ueniſſet quæ apud nos cum ſũma ueneratione celebratur: tunc quidẽ diſtulit: & in deliciis ipe & reliqua multitudo mouit tamẽ eum feſtinare uoluntatẽ ſuam conficere inuidia. Nam cum adoleſcens ariſtobulus octauum & decimum annũ durens ſecundum legẽ ſup aram aſcenderet uictimas imolaturus & ornatu ſacerdotali circũdatus celebraret religionis conſequẽtia: magnitudinem ſup ætatẽ oſtendens necnon & generis dignitatẽ: populi ſui excitauit fauorẽ: & ariſtobuli aui ſui ꝑſens memoriam eis reduxit. Qui paulatim prouocati: uoluntates ſuas iam demonſtrabant: gaudentes ſimul & letitia perfuſi: uoceſq; laudabiles in eum orationibus mixtas emittebãt: ut manifeſtus fieret populi fauor & temerarius: ſub regno itaq; conſtituti: cum aliorum præterita beneficia memoraret: Inter hæc oĩa ſtatuit herodes uoluntatẽ quam in adoleſcentem habuiſſet implere. Celebratione ãt tranſacta dum in Hierichunte maneret: & in conuiuium eos alexandra peteret: herodes adulabatur adoleſcenti: & illicebat ad affluentiam potionis: paratus concludere: uel iuueniliter ad gratiam illius iocari: & loco æſtiuo illic exiſtente: collecti ſimul exierunt refrigerium captantes. Cũq; fontibus aſſiſterẽt: caloꝛẽ meridianum aura tẽperare: prius quidẽ natãtes ſeruos & amicos proſpiciebãt: poſt autẽ adoleſcens cum irritaretur: herodis amici quibus hoc præceptum fuerat tenebris iã tenentibus ſæpe eum mergẽtes: tanquã ludẽtes non emiſerunt uſquequo eum preſſum fontibus ſuffocarent. Ariſtobulus itaq; extinctus eſt: decimum & octauum annũ agens ætatis: cum principatum ſacerdotii anno amplius teneuiſſet: quẽ rurſus Ananelus ſuſcepit. Quo malo mulieribus nunciato: inceſſabilis eas ſtatim defuncti dolor inuaſit. Ciuitas etiam rumore delato iamẽtis cuncta completa ſunt: oĩbus calamitatẽ tanquam ꝓpriam & non alienã dolẽtibus. Alexandra uero plus conſumebatur conſcia perẽptionis: nam doloꝛẽ amplioꝛẽ ab ipſo funeris actu ferebat. Sed ſuſtinere neceſſarium putauit: licet ſepius ſua manu uitam finire niteretur: deſiit tamẽ ſi poſſet uiuẽs ſufficere ad ultionẽ inſidiarum perẽpti. Vnde potius ſuam uitam tenebat: ne daret ſuſpitionẽ filium ſuum inſidiis ꝑenſſe ꝑ hãc enim diſſimulationẽ ſperauit ſatius ſe oportuno tpe uindicare. Illa quidẽ ſic continenter doloꝛẽ tolerabat: herodes autẽ omnibus ueriſimilis uidebatur: non inſidiarum adoleſcentis auctor extitiſſe. Nam non tantum quæ ad funus pertinerent peragebat: ſed ẽt lachrymis uſus animæ confuſionem ueram eſſe monſtrabat. Interdum etiã & dolore uincẽte: eum ex aſpectu pulchritudinis plangebat: & licet adoleſcẽtis mors pro eius tutela putaretur: manifeſtus tamẽ erat q̃ pro ſatiſſactione iſta faceret. Siquidẽ munificẽter exequias eius honorans. multum apparatum circa locellos: & multum aromatum fecit: nimiumq; ornatum ſimul ſepulturæ ut doloꝛẽ mulierum plene deleret: & conſolaretẽ eas per iſtam partẽ. Alexandram tamẽ nihil tale deuicit: ſed ſemper mali memoꝛẽ meſticia incitabat: & ſcripſit Cleopatræ herodis inſidias: & filii perditionẽ. Quæ dum feſtinaret petẽti ſubuenire: calamitates Alexandræ miſerata propriam oẽm cauſam confecit: & petere Antonium uidicate adoleſcẽtis interitum non ceſſabat: cum diceret non eſſe dignum herodẽ per eum regem ſtatutum ĩ regno: quod non ad eum pertineret: in ueros reges tales iniquitates oſtendere. Quibus cum flexus antonius eſſet: ad Laodiciam perueniens mittit præcipiens herodem ad ſe proficiſci. ſibiq; pro morte Ariſtobuli ſatiſſacere: nam non recte inſidias confectas eſſe ſi per eum extitiſſent. Qui cum cauſam timuiſſet: ad Cleopatræ contrarietatem quæ non ceſſabat Antonium ſuadere: quatenus eum damnaret: ſtatuit quidem obedire: iam enim nihil aliud erat quod ageret. Cunque patruum ſuum ioſippum procuratorem regni & rerum reliquiſſet: demandauit ei ſecrete: ut ſi quid ab Antonio paſſus eſſet: continuo Mariannam occideret. Nam dilexiſſe uxoꝛẽ profitebatur: & timuiſſe: ne contumeliam poſt eius mortem pateretur: dum pulchritudo illius ab aliis deſiderari poſſet: per quæ demonſtrabat impetum Antonii quem in eam habuiſſet: cum olim de pulchritudine illius audiſſet. Herodes quidem hæc præcipiens ſpe incerta ad Antonium perrexit. Ioſippus autem cum in deſpenſatione rerum regni ſtatutus eſſet: & propter hoc frequenter, Mariannem conueniret: & de nogociis honoris cauſa regiam percontaretur fauorem uel amorem circa eam herodis inſeruit. Mulieres autem cum illum adulationibus emoliſſent: plus autem ab Alexandra ſeductus Ioſippus: ſententiam regis demonſtrauit: & mandatum explanauit: dum fidem illis uellet facere: q̃ poſt mortem ſine ipſa non poſſet uiuere dum diceret ut ſi quid acerbum ab Antonio pateretur: non ſufferret ab ea nec poſt interitum ſeparari. Hæc quidem Ioſippus: mulieres autem non hoc amorem affectus Herodis putauerunt: ſed timuerunt: ne reuerſus tyrannica crudelitate ſibi mortem inferret: ideoque de uerbo ſuſpitionem non paruam perceperunt. Eodem tempore rumor in ciuitate Hieroſolymorum ab inimicis Herodis diſperſus eſt q̃ Antonius tormentis eum affeciſſet & occidiſſet. Quæ fama cunctos qdem ĩ

aula turbauit:plus uero mulieres. Cum Alexandra Ioſippum flectit: ut cum ipſis ad romana ſigna confugeret:nam Romanum agmen tunc iuxta ciuitatem ſub duce Iulio pro regni cuſtodia caſtra poſuerat:dicens primum ſiqua turba in aula concurreret:ipſe in tuto exiſterēt. dum romanos propi cios haberēt:præterea ſi Mariānem antonius perſpexerit:& principatum recipere ſperamus: nec in aliquod poſtea ſeruitium de propagine regii generis deſcendemus. Cum has ratiōes fugæ cogitaſ ſet:litteræ ab Herodæ de omnibus ſuis cauſis deportantur priori rumori contrariæ. Nam cū ad Antonium peruenisſet confeſtim eum donis de hieroſolymis deportatis reconciliauit: & ſermonibus dicere compulit:ut nequaquam contrariæ quidē de ſe haberet: & Cleopatræ uerba nihil aduerſus ſuam ſatisfactionē ualere. Nam non inquit iuſtum eſt antonius: ut rex de ſuo principatu depoſitus pœnam luat:quia qui honorē ei dederunt:ipſi ei uti poteſtate permiſerunt. Quo dicto flexa eſt cleopatra:ſciēs nequaquam alienum principatū ſcrutari prodeſſe. Cum de his ſcriberet Herodes:alioſq; narraret honores:quos ab antonio in cōuentu uel in conuiuiis quotidianis haberet: & hæc obtineret:licet in accuſationibus Cleopatra nimis moleſta exiſteret:quæ prouiciæ deſiderio omnibus modis perire illum feſtinaſſet:ſed quia antoniū iuſtum circa ſe cognoſceret:nihil iam difficillimum ſperaret:q; autē tardaret fauorē firmiorē circa ſe Antonii ſperaret Cleopatræ conciliari animo poſſe: & ſe hoc facere dicebat:nam antonium petitiones ſuas adimpleſſe:& ſibi inferiorem Syriam conceſſiſ ſe denunciauit:& per hoc ſolatium refutaret:uel reiicēret appellationes quas Cleopatra pro Iudea ſeciſſet:cum hæc litteræ peruenisſent: deſierunt ab impetu quem tanquam de mortuo habuiſſent: ut ad romana ſigna confugerent:non tamē latuit earum uoluntas. Nam præceſſit Antonium rex ad Parthos euntem:& ad iudeam reuertitur: ſtatimque ſoror eius Salome materq; eorum concilium quod habuiſſet alexandra cum ſuis apperiunt. Solome uero & contra maritum Ioſippum accuſationem protulit dicēs:q; cum Mariāne frequenter conueniſſet. Hæc uero dicebat inimicitiarum cauſa: eo q; frequēter ignobilitatem generis eius iniurgio deprauaret. Herodes autem callidus ſemper: & nimis Mariānem amans licet:ſtatim conturbatus fuiſſet:non tamē patitur amore Mariāne aliquid temerarium in ea confieere: ſed in utroq; anxius: ſecrete eam inquirit utrum uera eſſent de Ioſippo quæ audierat:an falſa. Illa uero cum iuramento affirmante & ſatiſſaciente:q; in nullo peccato fuiſſet ei commixta:paulatim rex deflectitur:& ira deleta coniugis amore ſuperatur. Et ut iam ſatiſſactum ſibi de his crederet quæ audiſſet:honeſtati eius multas agere gratias:fauorem quoque quem erga ipſam uel amorem haberet pandebat:uel qualia ſæpe amantibus contingunt: conlachrymabant inuicem magno ſuo ſtudio ſeſe pariter diligētes:Cum uero rex ſuum affectum iam præterniſſa ærumnatione firmaſſet num amantis eſt inquit Mariamne: q; mandaueras Ioſippo: ut ſi quid patereris ab Antonio moleſtum:me perimeret: quæ nihil tibi peccaſſem. Quod uerbum ut audiuit Herodes: exardeſcens in furorem:ſtatim eam ab amplexu dimiſit:clamans:& ſuos capillos dilacerans: dicendo manifeſtum ſignum cœpiſſe Ioſippum,cum ea habuiſſe cōionem: nā nullatenus prodidiſſet: qđ ſecrete audierat:niſi maxima fides illis interfuiſſet:credenſq; de crimine:pene ſuam interfecit uxorē: niſi uictus amore:furoris impetū refrenaſſet:ſeipſum conſumēs:Ioſippum tamen ulterius:nec ad ſuā faciem uenire permiſit alexandram uero tanquā totius mali cauſam reſeruari præcepit.

De Cleopatra:ut iudæorum & Arabum regnis inſidiata:partē eorum ab Antonio poſtulauit: & ad iudæam peruenit. CAP. IIII.

INterea per Syriam turba commouebatur: Cleopatra non deſiſtente Antonium flectere:quatenus oppreſſis regibus potentiam ſingulorum ablatam ſibi donaret: multumque ualebat: deſiderio ſui illo inflammato:quæ cum in natura auara exiſteret: nihil in iuſtum reliquit. Siquidē fratrem ſuum: quem iam habiturum regnum ſciret: uenenis aggreſſa conſumpſerat:quintum & decimum ætatis annum agentem: ſororem autem Arſinoen Epheſi ad templum Dianæ confugientem per Antonium extinxit. Iam pecuniarum gratia & templum:uel corpora uiolabat:neque ſacrarium tam caſtum fuit:aut Aſili priuilegium tutum: cuius ornatum ipſa non abſtulit:nec tam profanum uel inceſtum erat: quod ſolum potuiſſet auaritiæ illius ſatiſſacere. Et cum omnia expoliaret:fœmineis cupiditatibus nullatenus ſatiſſaciebat:ſiquidem cuncta deeſſe ſuis deſideriis ſemper putabat. Quapropter & Antonium compellebat aliquid ab aliis auferentem ſibi donare. Nam cum tranſiſſet & ad Syriam cum eo:& eam cogitaret poſſidere:lyſaniam quidem,Ptolomei filium accuſans:quia Parthos contra rempublicam duxiſſet: occidit. Petiit autem ab Antonio etiam iudææ uel Arabiæ reges occidi. Antonius autē cum ex omnibus amore fœminæ uictus eſſet:ut non tantum uerbis:ſed etiam uenenis uideretur obedire:manifeſtam qui dem iniquitatem uidens:petebat eam:ne ſe tantum ut peccaret compelleret:ne cuncta negaret ei:& ne quanta illa præcepiſſet perficiens:palam iniquus uideretur. Ideoque partes prouinciæ uniuſcuiuſque retollens donauit ei præſtās etiam ciuitates quæ intra fluuium Eleutherum uſque ad Aegyptum erant:excepto Tyro:uel Sydone quas a maioribus liberas eſſe cognouerat:licet multum eum illa ſibi & eas p̄bere ſupplicaſſet. Cum hæc Cleopatra obtinuiſſet:& deduxiſſet Antoniū uſq; ad Eufratē cōtra armenios euntē reuertit: & intrat Apamiā & Damaſcum: inde ēt ad Iudæam peruenit.

Quam cum Herodes ſuſcepiſſet:conduxit ab ea reditus hierichuntis:nam Balſamum terra illa gene rat:quod precioſiſſimum eſt:& nuſquam alibi naſcitur:& palmas multas:uel optimas. Et dum mul tum tempus faceret cum herode:tentabat cum eo concúbere:nam naturaliter & euidenter libidini bus exardeſcebat:forſitã & aliquod amatoriũ paſſa eſt:ſed quod ueriſimilis eſt regno eius inſidiaba tur:ſi qũo iniuriam a ſe factam poſſet per accuſationẽ adipiſci: deſiderio uero uictam ſe eſſe mõſtra bat. Herodes autẽ licet olim nullatenus faueret Cleopatræ:dum ſciret eam oĩbus eſſe moleſtam:tũc tamen & ampliori odio eius detentus:q̃ per luxuriam uellet illa inſidias ei parare:uerba quidẽ eius in p̃ſenti refutauit:conſilium uero cum amicis ſuis ſumpſit: ut eam ſub ptãte ſua poſitam occideret: ut et ſe & multos malis eius liberaret: quibus iã grauis facta uel fieri poſſe putabatur. Nã hoc ipſum & Antonio prodeſſe:quia neq; illi fidelẽ eam eſſe dicebat. Cum hæc cogitaſſet prohibebant eũ ami ci:primum quidẽ ſuggerentes:q̃ non deberet maximum periculum & manifeſtum pro re tanta ſu ſcipere. Cũq; permanſiſſent ſupplicantes:ne quid temerarie conaretur: nam nullatenus Antonium poſſe pati dicebãt quãuis eum mulieribus redimere putaret:cum amore eius potius incẽderetur: & uideret uiolentia:uel inſidiis illius ſe eius amore priuatum: nec mediocre quidam pro ſatiſſactione poſſet edicere:ſi contra fœminam hoc ageret:quæ per illud tp̃s oẽs dignitate ſuperabat: utilitatem autẽ quam antonio dicit futuram:uerendum eẽ ne potius ille temeritatem exiſtimet q̃ affectu tali eum priuaret:unde non eſt incertum dicebant:q̃ maximis uel continuis malis principatus eius uel generatio cõpleretur: refutare uero cõcubitum:quẽ illa poſtularet pro tpe honeſte ſuadebãt: qui cũ hæc deſignarẽt:& pericula merita demonſtrarẽt:conatus eius compreſſerunt. Tum herodes Cleopa træ donis & mulieribus ſatiſſaciens:deduxit eam ad Aegyptum. Antonius aũt cum Armeniam cœ piſſet: Artabazin Tigrani filium cum ſatrapũ filiis ligatum in Aegyptum deſtinauit:donãs eos cleo patræ:cum omni regio eorum ornatu. Armeniæ uero principatum tenuit Artaxias maior illius fili us qui tunc euaſerat. Quem cum Archelaus & Nero cæſar expuliſſent: Tigranum nouiſſimum eius fratrem ordinauerunt. Hæc quidem poſtea contigerunt. Vectigalia uero quæ debuiſſet de terra do nata ab Antonio Cleopatræ:p̃bere herodes iuſtum iudicauit:ne occaſionem ei odii præſtaret.

Quemadmodum herodes debellaſſet Aretham tempore quo Antonius a Cæſare in Antiochia pugna deuictus eſt. CAP. V.

Arethas autẽ cum herodes reditus eius cõduxiſſet tpe quidem aliquanto reddebat duo milia talẽta:poſt aũt indeuotus extitit:uix partẽ aliquam præbens. Herodes quidẽ hoc modo defraudantẽ:nihilq; ſecundum iuſticiam facere uolẽtem: perſequi deliberauit: ſed interim pp bellum Romanum hanc diſtulit exactionẽ. Nam dum in Actiaco littore ſperaretur pugna:quæ centeſima octogeſimaſeptima olympiade contigit: & Cæſar cum antonio de republica decertaret:herodes ex opulenta prouincia ſua multo tpe redditibus & ui ribus collectis Antonio deputauit auxilia diligenter præparaſſ:Sed antonius nihil auxilio eius ege re ſe dixit: arabẽ autem perſequi p̃cepit. Nam iam audierat a Cleopatra pfidiam eius. Petebat enim hoc Cleopatra dum ſibi putaret prodeſſe:ſi unus ab altero:ſterneretur. Cum hoc ab antonio iuſſum fuiſſet:Herodes milites congregauit:tanquã confeſtim arabiam ingreſſurus:parataq; equitum & pe ditum multitudine:indio:alias chio ciuitatẽ peruenit. Cũq; illic & arabes occurriſſent:pugna maxi ma eõmiſſa eſt:in qua uicerunt iudæi. Poſtea multum exercitum arabum in Chana uico congrega tum qui eſt in inferiori ſyria:audiens Herodes uenit ſuper eos: ducẽs maiorem partẽ ſuæ militiæ & prope calon ſua caſtrametatus eſt:unde oportunæ pugnaret. Cũq; hæc diſponeret populus iudæo rum clamabat mora dimiſſa contra arabas impetum facere:dum crederent ſe in hoc paratos eſſe: qa in priore pugna uictores extitiſſent. Igitur ſuum ſtudium milite oſtendente:rex ſtatuit magnanimi tatem eorum non remorari:dicens non ſe deeſſe uirtuti eorum & primus ſe armans omnes produ xit ad aciem. Statim autem terror arabis incidit. Contra quos modicum reſiſtentes: ut uiderũt inex pugnabiles:omniq; plenos uirtute:plurimi fugerunt fuiſſentq; perẽptí: niſi Athemon Herodẽ & Iu dæos inuaſiſſet:nam hic erat dux Cleopatræ ibi cõſtitutus:& inimicus herodis. futuraq; non impru denter proſpexit:ut ſi quid clarum agerent arabes:ipſe quieſceret: uictis autem eis quod & contigit ex propriis paratis militibus inuaderet Iudæos:quos tunc laſſos:& iam uiciſſe putantes ſubito ſuper ueniens proſternebat. Nam alacritatem animi contra manifeſtos inimicos aſſumẽtes iudæi:& poſt uictoriam remiſſiores:citius a recentibus hoſtibus obteruntur:in locis aſperis & ſaxoſis:quorum no ticiam inimici amplius habuerunt. Arabes ergo prius uicti ſe recuperantes reuerſi occidebant: fie batq; diuerſa pnities. Rex autẽ herodes p actione pugnæ uectus equo ducere tẽtauit auxiliũ:ſed nõ ualuit:licet feſtinaſſet ſubuenire. Sed caſtra iudæoꝝ cum arabes cepiſſent non mediocrem ſœlicita tem & ſine ſpe tenuerunt:nam uictoriam quas prius perdiderant:poſt obtinuerũt: plurimum aduer ſariorum proſternentes exercitum. Exinde latrociniis utebatur Herodes: multamq; arabum terram diſcurrens. uexabat:dum ſuper montes caſtra diſpõeret:& omnino recuſaret manus cũ eis ex æquo conferre:ſrequenter tamen laborum diligentia lucrum ſibi acquirebat: nam & proprios milites om nibus modis fouebat:ruinam cupiens emendare.

De terræmotu per Iudæam facto: & internitione hominum uel fumentõꝝ.& de sermone Herodis quem ad Iudæos de instauratione belli contra Arabas fecit. CAP. VI.

INterea actiaco bello inter Cæsarem & Antonium gesto septimo imperii anno Herodis terra Iudæorum commota est: qualiter nunquam animalium pestilentia per prouinciam gesta:perempta sunt a ruinis : etiam hominum decem milia. Milites uero cũ sub diuo degerent:nihil ab oppressione sũt lesi. Quæ cum Arabes inquirerent:& plusquam in ueritate erat:audirent:quæ facta fuissent tanquam prouincia hostium euersa:& hominibus peremptis nihil ulterius sibi aduersum credebant surgere. Quo cum legati Iudæorum peruenissent pacem propter hæc quæ euenerant facturi:Arabes peremerunt eos:& cum alacritate contra milites eorum præparabantur. Qui nec inuasiosiem Arabum sustinuerunt:licet calamitatibus oppressi: & bellare decernunt: dum non pares sese præliis eorum putarent:neque auxilium haberent rebus suis domi subuersis. Quos ita dispositos rex flectere sermone tentauit:ut recuperaret ais antiquam alacritatis animum:& exortatus aliquos optimatum : ausus est iam & ad populum sermocinari: nam prius pigebat eum:ne male propter calamitates susciperetur ab eis. Petebat ergo talem orationem proferens. Non ignoro socii quomodo multa per hoc tempus facta sunt contra nostram rempublicam:& fortasse nec hi modo de se confidunt : qui multum uirtute præcellunt : sed quomodo compellimur pugnare: nec est aliquid quod semel factum:non possit rursus bene tractatum emendari:petere uos elegi simul & docere:per quæ positis in proprio alacritatis animo permanere. Volo tamen prius uobis ostendere:quod iuste bellum id conamur committere:propter iniurias aduersariorum:nam maxima magnanimitatis hæc causa nobis existit : post uero declarare quod nihil sint quæ nunc nobis mala superuenerunt:sed multas nos spes uictoriæ possidere. Exordiar autem principia:testes uos faciens mei sermonis. Nam Arabum iniquitatem nostis: & circa alios omnes:ita perfidam tanquam barbarorum:& quia nec deum cogitent:sæpius enim nos offenderunt auaritia uel inuidia sua. Et quod multa dicimus:dum immineret eis:ut a proprio principatu decideremt:& Cleopatræ seruirent:quis alter eos de hoc timore liberauit:nisi mea amicitia quam cum Antonio possidebam. Et illius circa nos affectus nihil hos importunum sustinere dimisit: nam Antonius cauebat agere quod posset nobis in suspitione peruenire. Tamen & cum uellet Cleopatræ partes aliquas ab utraque prouincia præbere: hoc quoque ego dispensaui:multaq; munera secretius offerẽs tutelam utrisq; acquisiui. Expensas autem ipse suscipi ducenta præstando talenta:duo milia uero fide dicendo:quæ etiam pro reditibus adimpleui:unde nos nihil ab eis suscepimus:& oportebat quidem nulla tributa prouinciæ Iudæos debere:quod & si præbendum esset pro nobis:non etiam pro Arabis daretur:qui nobis & gratias agunt:nam pro beneficiis iniqua circa nos egerunt:prius quod nos amicos non hostes redditibus priuauerunt. Nam si fides hostibus necessario seruatur:multo melius amicis:sed non apud nos est ita:qui modis omnibus optimum putant iniquitatem eligere:si solum lucrum eis possit acquiri. Est ergo questio nobis utrum oporteat iniustos punire: dum hoc etiã deus desideret : & præceperit semper iniquitates & contumelias execrari: quæ non tantum uerbo sed etiam iussit per bellum ulcisci: nam quod uidetur iniustum apud græcos & barbaros: hoc si dici fas est:in nostros legatos cognoscitur perpetratum. Græci siquidem sacros & inuiolatos dicunt eos esse:nos autem optimum & beatum decretum in lege a deo dicimus. Hi nanq; & homibus deum placant:& aduersarios hostibus reconciliant. Qualis igitur possit iniquitas peior agi:quam si legati qui pro iusticia loquũtur intereant. Quemadmodum autem possint uitam suam innoxiam cu rodire: seu circa bellum fœliciter agere:dum talia perpetrassent: mihi quidem non uidetur. An forsitan rectum & iustum nobiscum est:illi uero fortiores ob hoc putantur. Sed primum quidem indignum est uos hæc credere. Nam ubi iustum est:ibi deus:deo uero præsente: multitudo cum fortitudine præsto est. Vt ergo de nobisipsis requiramus: uicimus primo prælio:in posteriore uero nõ sub stiterunt:sed statim cesserunt: non sustinentes nostræ alacritatis impetum: uincentes nos Athenio inuasit : bellum inferens non prædictum. In primo uero prælio nomen & fortitudo nostra apparuit : in posteriori autem iniquitate uel insidiis concidimus. Cur igitur minora sapimus in his ubi maiores spes possidemus. Quomodo autem stupescimus eos qui cum palam decertant : semper uincunt:cum uero sic uincuntur ab iniquitate:illis hoc euenit. Virtus ergo non inexpugnatione debilium:sed in oppressione fortium apparent. Si tamen quenquam illa tenerent.quæ domi contigerunt:& in terræmotu acciderunt: primum quidem sciat : quomodo hoc ipsum & Arabas decepit: dum maiora quam contingerunt:putarent. Præterea non debent hæc aut illis audaciam:aut nobis timorem immittere. Illi namque nostris laboribus uel calamitatibus spes sibi assumunt : quas nos egressi contra eos uiriliter auferemus. Vos autem accipite alacritatem pugnandi: neq; enim intantum sumus contriti:neq; ita dei uulnerati: ut quidam putant: quæ potius accidentia sunt dicenda. Quæ si dei sententia prouenerunt liquet: quod iam secundum illius iudicium ita desiit:dum satius uindictam de factis nostri accepit. Nam si uellet amplius nobis nocere: nequaquam flexus fuisset. Bellum autem quia & uult fieri: & iustum esse cognouit:& nobis ostendit: quod multis per prouinciam terræmotu peremptis:nullus armatus interiit : deo euidenter ostendente:quod si omnes eum

filiis uel uxoribus militarent:nihil penitus eis inopportunum accepisset.Hæc ergo reputantes:quod in omni tempore dei patrocinium possidetis: persequimini fortitudine iusta iniquos: amicis perfidos maliuolos circa legatos:semperque uestra uirtute deuictos.Cum hæc audissent Iudæi multum audaciæ sumentes : & ad pugnam parabantur. Herodes autem hostiis celebratis cum magnō studio:eos contra Arabas transiens Iordanem fluuium produxit:& prope aduersarios castra disposuit. Tum uisum ei est castellum in medio positum occupare : quod si multum prodesse putauit uolenti maturius prælium uel committere:uel differre.nam oportuno uel munito loco constiterat:Cūq; idem prouiderent Arabes:bellum pro castello committitur:& primum quidem protelatio:deinde uero:multis ex utraq; parte ad manum uenientibus:Arabes afflicti recedunt.Quod statim spes Iudæis non minores erexit: uirtutēq; accendit. Dumq; magis omnia uellent arabes pati:quā decertarent:& Iudæi castra eorum inuaderent:Arabes coacti recedunt:nullas uincēdi spes habentes:sed tā tum: a multitudine audaciā sumentes.Itaq; pugna maxima facta:multisq; ab utraq; parte cadētibus Arabes recedunt:quoꝝ plurimis mors fugiendo euenit.Nam non tantum ab aduersariis terrebantur:sed ipsi fugientes:sua multitudine contriti moriebantur.Vnde quinq; milia defuncta sunt:reliq uero ad castra confugerunt:minime spes salutis firmas habentes necessariorum inopia:& quod peius erat:aquarum indigentia.Iudæi autem licet persequerentur:tamen inuadere castra minime permittebantur:sed obsidentes erga uias eorum fugere uolētes arcebant.Igitur in his arabes constituti legatos ad Herodem dirigunt: primum quidem dissolutionem belli petentes: nā sitis eos urgebat omnia pati:dum tantū in præsenti licentia aquas acciperent hauriendi. Qui nec legatos:nec dona susceptit:neque mediocre quidem pactus est:dum obstinate permaneret ulcisci transgressiones in suos ab illis factas.Qui siti compulsi nimia semetipsos tradiderunt:ut p quinq; dies quatuor milia caperentur:sexto uero die reliqui de castris egressi:decertare cum aduersariis nitebantur:eligentes omnia pati:ne paulatim sine gloria deperirent.Quæ cum deliberassent:nullatenus decertare uoluerūt: nam animo uel corpore in calamitatibus afflicti pro lucro mortem esse putauerunt:ne in tribulationibus uitam extenderent: quorum septem milia priori prælio consternuntur. Cum his ergo casibus uterentur:arrogantiam priorem deponunt: miratiq; Herodis prudentiam cesserunt: patronum eum suæ gentes pronunciantes. Qui cum multa fœlicitatis gloria reuertitur:maximam acquirens sua fortitudine dignitatem.

Quēadmodū Herodes necessario ꝓfecturus ad Cæsarē uictorē:Hyrcanū extixit. CAP. VII.

IGitur licet optime per bellum Herodes res suas disposuisset:tamen in periculum icidit. Siquidem pro republica decertans Antonius:in actiaco litore a Cæsare uincit.Tū indesperationem sui Herodes uenit: dū amici & inimici putarēt non īpune amicitias ei prouenire:q̄s cū Antonio habuisset. Quapropter amici qdem despabant:inimici uero licet in prospectu contristarent: tamen clā nimiū letabant:sperantes meliora sibi rege mutatione uēturā. Herodes āt Hyrcanum solum uidens indignitate regia constitutū: prodesse suis rebus opinatus est mortem illius:ne īminente sibi a Cæsare periculo:ille daret occasionē:qui solus:regio uidebatur ex genere. Cum hæc cogitaret:nec daret occasionem Hyrcanus : nam modestia morum illam rerum gubernationem curabat & rebus studebat bonis:oīa concedens fortunæ:Alexādra nimis pertinax: & spem rerum mutationem incontinenter credens : uerba ad patrem fecit : ne sustineret Herodis iniquitatem:in familiam suam procedēre:sed custodiret spes eorum:petebat ut & Malcho Arabiam tenenti scriberet : quatenus susciperet eos ad se refugientes : nam si mors uenerit inimico Cæsari Herodi ad se principatum uenturum & propter populorum fauorem : & propter generis dignitatem. Dum his tum flectere uerbis niteretur Hyrcanus uerba depellebat. Sed pertinacia muliebri dum illa permanens: nec noctu : uel interdiu desinens Herodis erga se insidias accusaret:compellit eum epistolam dare Dositheo cuidam amico:in qua scriptum erat : ut Arabas equites qui deberent eum ad se perducere mitteret prope paludem bituminis quæ distat ab Hierosolymis stadiis.cc. Credebat enim Dositheo: dum nimis eum sibi ipse & Alexandra existimarent propter inimicitias: quas cum Herode haberet: ut Iosippi cognatus quam ille peremerat quia & illorum qui Tyro prostrati fuerant ab Antonio : prior frater existeret. Sed hæc Dositheum nullatenus Hyrcano fidum in ministerio parauerunt. Nam præponēs illis regis amicitias : porrigit Herodi epistolam:qui eum pro fide non tantum laudauit : uerum etiam iussit ei: ut ministraret reli quæ causæ : quatenus epistolam traderet Malcho : litteraſque ab illo reciperet cum non paruum putaret & illius sententiam cognoscere. Quæ cum Dositheus alacrius ministraret : Arabs rescripsit & ipsum Hyrcanum se suscipere uel omnes qui cum eo uenirent. Destinauit etiam qui deberent eos caute perducere. Vt uero & hanc epistolam Herodes suscepit : confestim uocato Hyrcano:de factis eius cum Malcho pactis requirebat. Cunque ille negasset: epistolas coram concilio demonstrans : uirum interfecit. Hæc nos conscripsimus quæ in annalibus regis Herodis continebantur. Alii uero non ita existimant:sed magis Herodem insidias contra Hyrcanum contexisse : quatenus eum interficeret:dicunt ita scribentes: in aliquo conuiuio sine suspitione quædam sermonem Hyrcano intulit: si quas epistolas a Malcho suscepisset.Qui dum se confessus esset:salutatorios apices accepisse:ille rursus inter

rogans:ſi qua ſuper hæc etiam dona recepiſſet:nihil amplius reſpondit quam.iiii.iumenta tranſmiſ ſa ſuſcepiſſe. Occaſione hac inuenta:dona eſſe corruptionis:uel proditiõis uociferans:uirum iuſſit occidi.Signa uero ſunt minime Hyrcanum peccaſſe:quatenus termino tali occumberet: modeſtia morum eius:q; nihil in iuuentute ſua atrocius aut acrius egiſſet:quia & cum ipſe regnum habuiſſet: plurimam gubernationem Antipatro commiſerat:cum iam octogeſimum duceret annum:& cum multa tutela ſciret Herodem regnum poſſidere:& Eufraten tranſiſſe:honorantes eum: quæ omnia deſpexiſſe eum: & aliquid nouitatis molitum:nimis incredibile eſt: quia nec naturæ illius aptum erat:ſed molitione Herodis occiſus eſt.Ita quidem finem uitæ inuenit Hyrcanus: diuerſas & uarias calamitates expertus.Nam in principio ut mater eius Alexandra regnauit:principatus ſacerdotii gẽ tis Iudæorum nouem annis honorem obtinuit:matreq; defuncta cum imperium ſuſcepiſſet: & hoc tribus menſibus gubernaſſet:depellitur ab Ariſtobulo fratre:reſtituitur autem iterum a Pompeio:& quadraginta annis honore uſus:ſecundo regnum per Antigonum perdidit:& corporis diminutio. nem paſſus:apud Parthos captiuus perductus eſt:& exinde ad propria poſt tempus remeans propter ſpes ab Herode promiſſas:nihil ſicut ſperauit executus eſt. Itaque multis uitæ paſſionibus inuolu. tus:& quod peſſimum eſt ut diximus in ſenectute:non dignum uitæ terminum impetrauit. Siqui. dem modeſtus & mediocris in omnibus exiſtebat:& plurima ſui imperii ſub diſpenſatoribus inno. cens tractabat:neque callidus regnum diſponere:Antipatro Herodique uſque ad hoc conamen a. peruit iter. Herodes autem hyrcano interfecto:a Cæſare nihil optimum ſperans de rebus ſuis pro. pter amicitias quas cum Antonio habuiſſet laborabat.Cunque in ſuſpitione Alexandram haberet ne tempus nanciſceretur: & multitudinem & turbam in regno uel rebus ſuis concitaret: commen. dauit omnia fratri ſuo Feroræ:matrem autem Cypriam cum ſorore:& cognationẽ cunctam in ma. ſada conſtituit iubens:ut ſi quod de ſe periculum audirent:principatum ſibi aſſumerent Mariamnẽ uero ſuam uxorem:quod non potuiſſet ut inimica cum ſorore uel matre conuerſari:in Alexandrio cum Alexandra matre ſua depoſuit: Ioſippum & Ituracum ſoenium ſuper eas dimittens fidos ſibi amicos:quos ſub ſpem honoris cuſtodire mulieres reliquit. Quibus etiam mandauerat:ut ſi quid de ſeipſo periculoſum audirent:ambas interficerent:regnum uero filiis ſuis cum fratre Ferora cuſto dirent. Cum hæc mandaſſet:ipſe Rhodeo ad cæſarem properabat.Cunque in ciuitatem delatus eſ ſet:depoſuit quidem diadema:aliud uero nihil de dignitate ſua diminuit. Vt uero communem ſer monem cum Cæſare inſeruit:tum multo potius ſuam magnitudinem: ſuæq; maieſtatis honorem ſeruauit:dum nec ad preces:neq; ad petitiones conuerteretur tanquam de peccatis ſatiſfaciens:& ra tione actuum ſuorum confidens ſine dubitatione Cæſari dicebat amicitias ſibi maximas cum An. tonio fuiſſe:omniaque pro uirtute ſua egiſſe: quatenus ille rerum potentiam ſortiretur: militiæ ta. men eius nullatenus cõmunicaſſe:eo quod occupatus Arabas expugnaret tranſmiſiſſe uero & pecu nias & frumenta:non tamen minus ad dignitatem ſuam. Nam qui fatetur amicum uel benefacto rem aliquem habere debet uiribus animæ uel corporis aut ſubſtantiæ participem etiam ad pericu. lum exhibere: quod ego non minus inquit quam oportebat effeci. Illud uero integre geſſi: quia quamuis uictum in actiaca pugna non reliqui:neque manifeſte:tranſiui:cum & ipſa tranſiret fortu na:ſed ſeruaui ei fidem quanquam non oportunus auxiliator:tamẽ conſiliarius fideliſſimus exiſtẽs. Nam cauſa ſalutis & rerum poteſtas qualiter prodeſſet oſtendi:dum Cleopatram hortarer occidi:q; ſi perempta illa fuiſſet:nullatenus a rerum principatu concidiſſet: immo magis & tuas facilius indi. gnationes euitaſſet.E quibus nihil ille agendo:ſibi quidem incommode:tibi uero utiliter profutu. ram præponendo dementiam periit. Nunc ergo ſiquidem pro Antonii ira noſtram fidem fuiſſe judicas: non ſum denegaturus:quia parui neque meum erga illum fauorem euidẽter prædicans re cuſabo:ſi uero perſona ablata:quis ſim circa benefactorem: uel qualis amicus requiras: poteris a fa. ctis me cognoſcere. Nam licet nomen ablatum fuerit:nihilominus amicitiarum firmamentum in nobis poterit approbari.

Qualiter a Cæſare regnum accepiſſet:cui per Syriam in Aegyptum eunti aduerſus Antonium & Cleopatram ſuſceptionem parabat. CAP. VIII.

Vm hæc dixiſſet:& omnibus ſuæ animæ libertatem oſtendiſſet:non mediocriter Cæſa. ris liberalitatem:uel indulgentiam meruit:intantum ut criminum cauſas pro fauore ei⁹ uindicari depoſceret & tunc diadema rurſus ſibi repoſuit: Cæſare inuitante: dum nihil ſecus circa eum:quam prius erga Antonium appareret. Tunc Cæſar omnem ei honorẽ addidit:cæteris regibus ſcribens:cum omni alacritate herodẽ ſibi occurriſſe. Poſtquam uero hanc ſatiſfactionem præter ſpem ſuſceptam cognouit: uidenſq; ſicut prius firmiorem ſibi principatum a Cæſare datum:decretumq; romanoꝝ ſibi pro ſtabilitate ſua mercatũ:ſecutus eſt Cæſarem ad Aegy ptum ambulantem.Cũq; ſuper uires ſuas amicis dona obtuliſſet:liberalitatem magnanimitatemq; ſuam oſtendens:petebat:ne Alexander amicus Antonii aduerſi aliquid pateret.Sed hoc non impe trauit:quia iam iureiurando Cæſar præoccupatus fuerat.Rediit aũt iteꝝ ad iudæã cũ ampliore ho nore:& ſperantibus cõtraria:ſtuporẽ cũ metu incuſſit:q; clarior a periculis dei ꝓuidentia remeaſſet. Confeſtim ergo ſuſceptionem Cæſari per ſyriã in ægyptũ eũti parabat. Itaq; cũ eũ ſuſcepiſſet cũ oĩ

regio apparatu Ptholomaide:& præbuiſſet exercitui ſumptus affluentes:omnino inter fideliſſimos reputatus eſt. Dumque expeditionem Cæſar deputaret:in centum quinquaginta domibus ornatis eum cum amicis ſuſcepit. Præbuit aũtem per loca arida tranſeuntibus neceſſariam humanitatem ita ut nec uinum nec aqua:quæ potius militibus acceptabilis erat:alicui deficeret:ipſi etiam Cæſari octingenta talenta donauit:omnibuſq; demonſtrauit:q; plus clarior in regno ſuo remunerãdo cũ apparuiſſet:ut magis fidem eius & alacritatem Cæſar probaret. Cui & redeunti rurſus Herodes ab Aegypto non minus priorem largitatem exhibuit. Tunc quoq; cũ ad regnum ſuum rediſſet:turbatam oẽm domum inuenit:ac grauiter ferentem uxorem ſuam:& matrem ei⁹ Alexandram:dum putarent non pro corpore tutela in illo oppido ſe poſitas:ſed tanq̃ in carcerem:cum nihil illæ neq; de ſuo:neq; de alieno in poteſtate haberent. Mariannes quidem amorem regis:diſſimulationem & dilectionem putabat. Angebatur aũt:q; ſi quid ille periculoſum pateretur:nec ſpem uitæ poſſet habere:mandataq; Ioſippo data recordabatur. Quapropter cuſtodes cum nimia diligentia mitigabat magis uero Soemũ dum illi putaret omnẽ poteſtatẽ creditam. Soemus aũt in initio fidelis:nihil penitus demandatis Herodis palam fecit:ſed cum ſermonibus uel donationibus mulierę flexus paulatim deuictus eſſet in ultimo cuncta regis mandata dilucidauit:dum tamen non omno ſperaret eum cum eadem ptãte reuerſũrum:ſed & potius periculum fugeret:ne rediret inſignior:ideoq; non parua mulieribus putauit præſtare:utiq; ampliorem beneficiorum retributionem ſe acceptuę:ſi regnarent:q; ſi proſpere cuncta gerens Herodes reuerteretur:nequaq̃ contra uoluntatem uxoris eum poſſe facere ſciret:dum cognoſceret omni ratione regis amorẽ erga Mariannem ampliorem exiſtere. Itaq; cum hmõi illum fefelliſſet ſpes:ſecreta omnia indicauit. Mariannes hæc grauiter audiẽs:nec finem ſibi de periculis Herodis inuenire putans:cui & infeſta fuerat:nullatenus eum æquitatem impetrare orabat:& licet difficilem uitam ſuam poſt mortẽ illius putaret:nihil tamen de ſui animi paſſionibus cælauit:nam cum ille maximas res præter ſpẽ impetraſſet:nauigauit:& primũ uxori ſuæ de his bonis nunciauit:ſolamq; præponens omnibus propter amorem & conſuetudinem quam cũ ea habuiſſet ſalutauit. Cui dum fœlicitatem ſuam referret:nullatenus gaudentem:ſed & potius grauiter ferentem intellexit. Non hæc celare dolorem poterat:ſed pro decore nobilitatis ſuæ ad oſcula gemebat:narrationibus uero eius nequaq̃ letabatur:ſed potius contriſtari ſe demonſtrabat. Vt nero non ſuſpecta tantũ:ſed etiam manifeſta Herodẽ facta turbarent:contriſtabat:animaduertens irrationabile circa ſe uxoris odium non celatum:iccirco duriter tolerabat:dumq; amorem ferre nõ potuiſſet:nec in ira:nec amore permanebat:ſemper ab altero in alterum tranſiens:in utroq; inconſtans erat. Sic ergo inter odium uel amorem deſtitutus:ſepius parauit uindicare in illa ſuperbiam: ſed timuit:ne præoccupatam ſuam animam cupide debilitaret:& nullatenus occidere eam pertulit:dum uereret ne perempta illa:maiorem pœnam pro amore illius interitus ſuſtineret. Intelligentes ergo eum ita de Marianne ſoror eius & mater optimum putauerunt tempus pro illius odio recepiſſe: & loquebantur non pauca Herodem incitantes in odium:qui nec iſuauiter hæc uerba attẽdebat:neq; facere quicquam in uxorem tanquam credulus præſumebat. Peius ergo dolorum paſſione ſuccẽdebat:dum neq; illa odium celaret:neque iſte amorem. Confeſtimq; aliquid nefandiſſimum actum fuiſſet:niſi Cæſar nunciatus eſſet contrarios uiciſſe: & interemptis Antonio & Cleopatra cunctam Aegyptum poſſediſſe. Quapropter feſtinans ad Cæſarem:reliquit domum ita diſpoſitam. Cui proficiſcenti Mariãnem Soemo commendans:multas habere gratias ei pro diligentia profitebatur:& partem magiſtratus a rege promeruit:& ille quidem honorem hunc obtinuit.

Quemadmodum Herodes cũ in ægyptum pueniſſet a Cæſare multipliciter honorat:& de interfectione uxoris ſuæ:uel alioę de genere Hyrcani:& de miris conſtitutionibus:conſtructionibus:ad inuentionibus more gentilitio:quibus corrupit legem iudaicam. CAP. IX.

Herodes uero cum in Aegyptum pueniſſet:Cæſari cum ampliori fiducia ſermonẽ inſeruit:tanq̃ iam amicus. Siquidẽ de ſatellitibus gallis Cleopatræ q̃dringentos ei donauit:& terram ei rurſus reddidit:quam p illam pdiderat. Addidit etiam regno eius Gadara:uel Ioppem & Samariam necnon & maritimam Gazam uel Antidonẽ:& Stratonis turrim. Cunq; hæc acquiſiſſet:& Cæſarem comitatus uſq; ad Antiochiam eſſet:reuertit: & quantum res ſuas extrinſecus fœliciter tractabat:tantum domeſticis laboribus affligebat: præſertim circa coniugem de qua potius fœlicitatem quondam uidebat habuiſſe:nam amorem non minorem illis pertulit:quos in hiſtoriis cognouimus cupidine retentos. Sed hæc merito Mariannem dilexit:quæ cum in aliis caſta uel fidelis eſſet:muliebre uel modeſtum quiddam naturaliter habebat. Nam dominabatur marito ſeruienti libidini:& ſepius contumelioſe eum aggreſſa eſt. Quod ille diſſimulans portabat blandiebatur tamen licet matris eius uel ſororis ignobilitatem illa derideret & detraheret. Illo uero tempore maioribus accuſationibus a ſuſpitione nutritis:anni ſpatium completur ex quo Herodes a Cæſare reuerſus erat:& cum iamdudum culpa uolueretur:tunc erupit alia occaſione data. Meridie namque dum uoluiſſet requieſcere accerſit Mariannem amore quem in ea ſemper habebat aſtrictus.

Quæ cum intraſſet: non cum eo concubuit: ſed feſtinanter eum depulit: & improperauit ei ſui patris uel fratris interitum. Qui cum grauiter tuliſſet contumeliam:& paratus ad facinus eſſet:

ſentiens ſoror regis Salome paratum olim pincernam regium intromittit:præcipiens dicere:quali ter ſuaderet ei Mariãnẽ amatorium confeciſſe regi:& ſiquidem ille turbaretur:& interrogaret qua le hoc fuiſſet reſponderet:uenenum illam tenuiſſe:petentẽq; ſeipſum ſubminiſtrare. Si uero nullate nus de amatorio rex commoueretur:dimitteret uacuum:dum nequaq̃ hoc ei periculum ferret. Hæc dicens:eum hoc tẽpore locuturum intromittit. Qui tanq̃ ueriſimilia ducturus cum ſtudio ingredi- tur:aſſerẽs Mariãnem prænia ſibi p̃ſtitiſſe dum flecteretur amatorium regi porrigere. Cũq; ad hoc rex commotus fuiſſet:uenenum inquit erat:quod illa monebat dari. Cuius uirtutem ipſe ſe non ſcif ſe fatebatur ideoq; nunciaſſet:quatenus ipſe requireret. Itaq; cum talia uerba Herodes audiſſet:& dudum iam furibundus:tunc potius excitatur:& eunuchum qui Mariãne fideliſſimus erat:de uene no torquebat cognoſcens:q̃ ſine illo tale aliquid non feciſſet. Qui cum neceſſitãtibus intereſſet ni hil quidem tortus de ueneno dixit:uxoris autem odium quod in eum haberet propter ſermones quos Soemus explanaſſet:manifeſtauit ei. Cum hæc dixiſſet iratus rex exclamauit dicẽs:nullatenus Soemum ſibi fideliſſimum prioribus tpibus hæc prodidiſſe mandata:niſi quid amplius inter eum & Mariãnem proueniſſet. Et Soemum quidem protinus interimi p̃cepit:uxori uero iudicium colli gens:familiarium accuſationem parauit:ſtudioſeq; executus eſt de relationibus amatorii uel uene ni. Eratq; ſermone incontinens:& iracunda:quam ita ſentientes qui præſentes erant:mortiferam in eam ſniam protulerunt. Dum hæc ſnia pronũciaretur: ſubuenit quidam ei uel aliquibus præſen tibus:ne ita temerarie illam interficerent:ſed deponerent eam in aliqua regali cuſtodia. Tunc Salo me cum ſuis feſtinauit e medio mulierem abducere:quæ potius regem impulit:caue inquiẽs ſeditio nem multitudinis:ſi illa uixerit. Mariãne interea ita trahebatur ad necem. Conſiderans autem Ale- xandra tempus:& q̃ paruam ſpem haberet:eadem ab Herode paſſura contra priorem ſuam fiduciã nimis ualde commutabatur. Nam uolens oſtendere ſe ignoraſſe cauſam exiens multa mala contra filiam uociferata eſt:& omnibus audientibus clamabat:malam circa maritum:& ingratam extitiſſe. quapropter iuſte pati:q̃ audacter ei reſtitiſſet:nec retribuiſſet beneficiorum tantorum remuneratio nem. Inter hæc talia & inhoneſta ſimulantem:& audentem etiam capillos ſuos euellere:multa qui dem in ea ab aliis uituperatio deformis diſſimulationis apparuit. Quod potius a pereũte compro- batum eſt:cum nec uerbum in initio dediſſet:nec ad illius improperationes turbata reſpexiſſet ſed q̃ liter animi grauitate peccatum matris ferret:euidenter demonſtrabat. Ipſa ſiquidem non timido greſſu neque mutato corporis colore ad mortem ducebatur: generoſitatem ſuam nequaquam in extremitate demutans. Et illa quidem ſic interiit:fœmina quæ ad continẽtiam & magnitudinẽ animi optima erat:modeſtia uero ei non defuit:pulchritudine autem corporis & affabilitatis digni tate magiſq̃ ſiquis exiſtimare poſſet omnes mulieres anteibat:occaſio tamẽ exinde maior prouenit: ne cum gratia regis uel delectatione uiueret. Nam dum ſemper potiretur illius amore:& nihil diffi- cile ab illo ſperaret:fiduciam immoderatam habuit contriſtabãt autem eã quæ erga ſuos euenerãt. Hæc omnia ei quemadmodum paſſa fuiſſet dicendo:ad ultimum inimicas ſibi parauit matrem uel ſororem regis:& illum ſimul in quo tantum confidens nihil quod moleſtum ſibi oriretur ſperabat. Poſtquam interiit:regis potius deſiderium exarſit:ut ſæpius nomen illius inuocaret. Moliebatur au tem omnia facere quæ potuiſſent ſolacium afferre:conuiuia:colloquia:quæ nihil ei profuerunt:gu bernationes etiam regales recuſabat:& tantũ doloribus tenebatur:ut aliquando Mariamnem uoca re miniſtris tanquam uiuentem ualentemq; præciperet. Cum ſic haberetur:ſuperuenit egritudo pe- ſtifera:quæ plures populi uel amicorum eius extinxit:& omnibus præbuit ſuſpicari:q̃ iram dei hæc contigiſſe:pro iniquitate erga Mariãnem confecta. Ideoq; ad peiora rex peruenit:ut ultimo ſolitu dines eligeret:ſub occaſione uenationis. His confectus cogitationibus:non potuit multos dies pro trahere:ſed incidit in difficillimam inualitudinem. Nam inflammatione uel aſtrictione gutturis: mentiſq; mutatione tenebatur:& quæ potuiſſent curam exhibere:nihil penitus profuerunt:ſed con traria inueniebantur. Vnde poſtea deſperatione facta medici dum nequaquam medicaminibus al latis egritudo decreſceret:& rex nihil potuiſſet accipere:omnia quæ ille uellet iuſſerunt ei præbere deſperationem ſalutis caſui deuouentes. Et ille quidem in Samaria Sebaſta nominata inualidus ia cebat: Alexandra uero in Hieroſolymis habitans:cum audiſſet in quibus eſſet herodes:feſtinauit cu ſtodia ciuitatis obtinere:quæ duæ fuerant:una quidem ipſius ciuitatis altera uero templi:quas ſi- quis ſub poteſtate ſua compræhendiſſet:omnem gentem ſibi ſubdebat. Nam immolationes nul latenus ſine his:fiebant:quas non exercere impoſſibile Iudeis uidebatur:parati utiq; magis uitam amittere: quam religionis dei ſolitum ſacrificium non implere. Igitur cuſtodibus earum Ale- xandra obtulit: quod oportuiſſet ipſi uel filiis herodis eas tradere ne quis eas alter præoccupa- ret: illoque defuncto: rerum poteſtatem teneret: dicens quia ſi a morbo quo detinetur euaſerit:tu tius eas poterit cuſtodire. Cum hæc uerba feciſſet:non pariter tulerũt ſed fideles prioribus tempo ribus extiterunt:tunc magis & propter odium alexandræ:putantes non ſe optime Herode uiuente deſperare. Quorum unus conſobrinus regis nomine Mane:confeſtim nũciauit regi alexãdræ ſen tentiam. Qui nihil remoratus:interfici eam præcepit. Ipſe uero uix & multo labore cum ægritudi nem euitaſſet:animo uel corpore debilitatus ſimul:& faſtidioſus in omnibus cauſis factus: ad pœ-

nam peccantium paratior erat:iccirco & amicos ſibi neceſſarios interemit:Cuſtodibarum:uel Lyſimachum:uel Antipatrum:Gadiam uocatum:necnon & Doſitheum:ex hac occaſione. Cuſtodibarus genere quidem Idumæus:erat inter primos dignitate:qui a proauis ſacerdotes uidebãtur:Gozem quem deum Idumæi arbitrabantur. Hyrcano uero rempublicam eorum ſub iudaicas leges redigẽte cum Herodes regno ſucceſſiſſet:iudicem Cuſtodibarum Idumææ uel Gazæ declarauit:& dat ei ſororẽ Salomonen:Ioſippum occidens priorem eius maritũ ſicuti demonſtrauimus. Cũ hæc Cuſtodibarus p̃ter ſpem libenter impetraſſet:eleuatus fœlicitatem paulatim excedebat:putans non eſſe bonum:ſe iudicẽ Herodis præcepta pficere neq; Idumæos ſub lege iudaica exiſtere. Quapropter deſtinauit ad Cleopatram:dicens:Idumeos ſemp illius maiorum fuiſſe:ac propter hoc iuſtum eſſe:ut peteret prouinciam ab Antonio. Nam ſeparatũ confirmabat tranſferre fauorem ſuũ ad illam. Agebat tamen hæc:non q̃ potius Cleopatram dominari deſideraret:ſed æſtimabat:ſi pluribus uiribus herodes priuaretur:facilius iam poſſet ſibi genris Iudæor̃ principatũ uendicare:occaſione generis & pecuniar̃ quas perpetuo:per illicita luchra acquiſierat. Et Cleopatra quidẽ Antoniũ petẽs:prouinciã minime obtinuit. Nunciantur aũt hæc uerba herodi. Qui paratus Cuſtodibar̃ interficere:matris petitionibus uel ſororis:ueniam ei donauit:ſed non in ſuſpectũ eum impoſter̃ pro prioribus conatibus dereliquit. Tempore uero interiecto:cũ contigiſſet Salomẽ a cuſtodibaro diſcordare:mittit ſtatim ei repudiũ:connubiũ rẽnuens:non ſecundũ leges Iudæor̃. Nam marito quidẽ apud nos licet hoc facere:uxori uero nullatenus ſeparare & ducere alium niſi prius a priore marito dimittatur. Salomone tamen non generali lege:ſed ptãtis ſanctione connubiũ ſeparauit:& ad fratrem Herodẽ dicebat:pro illius fide maritum ſe reliquiſſe:dum cognoſceret eum cum Antipatro uel Lyſimacho uel Doſitheo nouis rebus ſtudentem:fidem uero ſermoni de Babe liberis imponebat q̃ ſeruarentur apud eum duodecim annis:quæ multũ ſtuporem regi p̃ter ſpem uerba fecerũt. Nam Babe liberos deſtinauit olim pſequi q̃ inimica ſui fuiſſent:tũc uero per tpis longitudinem de memoria eius exciderant. Quor̃ inimicitiæ & odium hinc ortũ ẽ. Cũ Antigonus regnũ haberet:& Herodes ciuitatẽ Hieroſolymorũ obſideret:neceſſitate uel malis quanta obſeſſis aſſiſtunt plures inuocabant herodẽ:& ad illum clamabant:Babe autem filii dignitatibus p̃cellentes & apud populum ualidi:permanebant:cum Antigono:& herodem accuſabant:& ſeruandũ regio generi principatũ ſuadebant. Ciuitate uero capta:cum herodes rẽpublicam tenuiſſet:Cuſtodibarus exitus ciuitatis obſtructurus ordinatur:quatenus non recederẽt ab ea:qui ciuiũ rei aut regi contrarii extitiſſent:ſciẽs in opinione uel in honore populi Babe liberos eſſe:& putans magnã partẽ ſibi eos fore ĩ reg̃ mutatione. Qui illor̃ ſaluti ſtudens:abſcondit in ꝓpriis p̃ſidiis: tunc quidẽ iureiurando herodem flexit:nihil de illis ſciſſe ſe. Quare liberatus eſt a ſuſpitione. Rurſuſq; edicto a rege poſito:& omnem modum excogitante ut eos inueniret:non eſt confeſſus. Sed cum primũ negaſſet: non ſine pœna ſui putauit poſtea uiros oſtendere:& non fide iam tantum. ſed & neceſſitate eos clare feſtinabat. De his cum nunciatum a ſorore fuiſſet:rex deſtinãs ad loca ubi commorabantur ſimul cum aliis accuſatis illos occidit:ut iam nihil eſſet reſidui de genere hyrcani:ſed regnum ſuo poſſideret arbitrio: nemine in dignitatibus exiſtente:qui iniquitatibus eius reſiſteret. Iccirco potius a patriis moribus excedebat:peregrinis inuentionibus ueterem ſtatum corrumpebat. qui nullatenus maculari debuiſſet:unde non minora nobis impoſterum mala prouenerunt:diuerſis recedẽtibus maior̃ pietate corruptis: & primũ quidem certamen quinquennale Cæſari conſtituit: & theatrum in hieroſolymis cõdidit:& rurſũ in cãpo maximo Amphiteatrum:ũtraq; cõſpicua:moribus uero iudaicis aliena. Siquidem uſus aut apparatio talium nequaquam tradita fuerat. Celebrationem quidem illam clariſſimam per quinquennium conſtruebat:nuncias finitimis:& conuocans ab omni gente athletas:& omnia certamina & de tota terra inuitabat:ut ſpe propoſitorum p̃miorum & uictoriæ gloria conuenirent. Igitur collecti ſunt capi tales artifices:non tantum hii qui exercitationibus corporis præualerent: ſed & muſica p̃cellentes quos Thymelicos uocant:proponẽs maxima uictoriæ p̃mia:omneſq; nobiliſſimos ad conflictionẽ conuenire uocitabat. Conſtituit quoq; quadriugis & biugis:& unius equi curſui non parua dona:& oĩa quæ munificentia uel decore apud ſingulos p̃fulgebant:uolens habere clariora: ſpectaculum liberalitate compoſuit:theatrum uero circa Cæſaris imagines habebat: & Trophæa gentium quas bellando ille deuicerat:auro ſcilicet uel argento puro cunctis inſtructis:& neq; de ueſte neq; de uaſis aut lapidibus p̃cioſiſſimum aliquid defuerat:quod non certantibus offerebat. Apparatus etiam ferarum fuit. Nam leonibus multis congregatis:& aliis quæ eminerent ferocitate:& raro inueniũtur: quorum inter ſe altricationes & pugnæ contra hoĩes excogitabantur: peregrinis quidem admiratio ſumptuum:& delectatio ſpectaculi uidebatur:prouincialibus autem euidentiſſima ſolutio morum:qui apud nos coluntur. Impium enim eſt:feris hoĩes pro hominum ſpectaculo ſubdere:iniquũ etiã peregrinis moribus ſolita permutare:ſuper oĩa uero contriſtabant eos trophæa: dum putarent imagines eſſe armis obſitas:quia non patrium illis fuerat talia colere. Quod nec herodem latebat: qui uiolentiã quidem eis inferre oportunum non putauit:loquebatur autẽ & conſolabatur ut ſuppſtitionẽ eorum auferret:ſed nullatenus pſuadebat:dũ grauiter illi tuliſſent ea q̃ uidebãt ſoluta lege cõmitti. Illi uero unanimiter:clamabant dicẽtes. Licet oĩa exiſtimemus tolerabilia:tamen hominũ

Imagines uel trophæa non eſſe patrium in ciuitate admitti profitemur. Herodes autem turbatus & intelligens non facile eos reſiſtẽtes deuinci ſine ſolatio: accerſit quoſdam primos eorum ad theatrũ & oſtendens trophæa conſuluit quid illis hæc uiderẽtur. Qui cum clamaſſent hominum imagines præcipiens auferri ornatum impoſitum: oſtendit ligna nuda: quæ ſtatim ſpoliata riſum plurimum ſpectantibus incuſſerunt. Tali modo multitudinis impetum mitigauit Herodes: ut iam plurimi mutati non offenderentur. Quidam uero permanebant in difficultatibus ſuis: q̃ ſolita minime contuebantur: & putabant initium patriis legibus deſtruendis. Vnde optimum exiſtimauerunt magis pericula pati quam mutatam rempublicam negligi: dum Herodem proſpicerent uiolenter introducere quæ non ſolita fuiſſent: & uerbo quidem regem: operibus autem hoſtem omnium demonſtraret. Vnde coniurauerunt omne periculum ſe ſubire decem ciues: & gladios ſub ueſtimento portabant. Inter quos fuit quidam oculis captus: qui per indignationẽ eorum quæ audiebat fieri: ſe ipſum pati quæ & illi firmabat: qui non mediocrem eis impetum in conatibus periculoſis immiſit. Quod conſilium cum deliberaſſent: ex compoſito ad theatrum pergebant: ſperantes non poſſe Herodem fugere: ſi ſubito eum inuaderent. Cunq; parati cum audacia properarent: unus eorum qui perſcrutantes ſingula renunciabãt regi: eorum conſpirationẽ intelligens: parato regi theatrum ingredi indicauit. Qui confeſtim ſciens odium q̃ plures in eum habuiſſent: & ſeditiones quotidianas: diſcedens ad aulam: nominatim accuſatos uocauit. Qui cum a miniſtris euidenter capti fuiſſent: ſcientes q̃ non euitarent periculum omauerunt neceſſariũ uitæ finem: nullam deponentes animi ſui fiduciam. Nec enim negauerunt actum ſed & demonſtrauerunt gladios: confeſſiq; ſunt bene: & pie coniurationẽ ſe feciſſe: lucri quidem nullius cauſa neq; pro ſuis doloribus: ſed pro cõmunibus cauſis: quas ſeruare aut pro his mori cunctis dignum uideretur. Talia quidem illi de uoluntate inſidiarum fiducialiter prolocuti: a regalibus miniſtris circunſepti ducebantur: omnemq; pœnam paſſi perimuntur. Non multoplus eum qui talia nunciauit odio quidam rapiẽtes non tantũ interfecerunt: ſed & membratim dilacerantes: canibus appoſuerunt. Videbant autem multi ciuium quæ fiebant: & nemo nunciauit: uſquequo Herodi acerbiorem & cerciorem facienti inquiſitionem quædam mulieres tortæ cõfeſſæ ſunt: quæ hæc uidiſſent. Herodes uero eos qui facinus commiſerunt ſimul cum tota domo remit. Concurſus uero & audacia populi quam pro legibus habebant: non remiſſionem faciebant Herodem: ſed multo potius cautiorem qui ſtatuit undiq; ſeſe munire: ut ſiqui nouis rebus ſtuderẽ: manifeſta fieret eorum conſpiratio: dum ciuitas ab aula qua conuerſabatur: & a templi cuſtodia tutaretur qua Antonia dicebatur. Samariam quoq; deliberauit muris circundare: quam mutato nomine Sebaſtiam appellauit putans etiam prodeſſe prouinciæ locum minire qui de Hieroſolymis aberat unius diei uia: & olim uocabatur Stratonis turris etiam eum conſtructum Cæſariam nominauit: & in maximo campo electos equites deputans: locum ædificauit: qui in Galilæa Gaba uocat: & trans fluuium Sebonitidẽ. Hæc ergo paulatim ſemper pro tutela ſua molitus perfecerat: circũdãs cuſtodiis totam gentem ut nequaq̃ poteſtatem haberet ſeditiones promptas agere: quibus paruo motu facto frequenter utebantur: nec laterent ſi mouerentur: aſſiſtentibus ſemper in proximo q̃ cognoſcerent: & multos quidẽ auxiliatores ſuos: plures ãt ex finitimis inhabitare illic fecit: dũ munificentia ductus templũ conſtrueret: quo ſimile prius nec in nobiliſſimis ciuitatibus exiſtebat: quod magis pro tutela ſua conſtruẽs: in honore auguſti cæſaris Sebaſten appellauit: & prouinciæ partem meliorem quæ prope fuerat diſtribuit habitatoribus: ut prono aĩo conueniẽtes in ea conuerſarent: muroq; firmiſſimo circundans altiora loca: cuſtodiis cõmuniuit: ne magnitudine minor eſſet maximis ciuitatibus. Nam uiginti ſtadia habuit intus: in medio uero mẽſura unius & ſemis ſtadii locum ſtatuit undiq; decoratum. In quo tẽplum altitudine uel publica pulchritudine excellens ædificauit: paulatimq; totam ciuitatẽ exornans: munitioni quoq; proſpexit: eius cuius pulchritudinẽ ob memoriam poſteris uoluit ſuæ relinquere largitatis.

De fame p Iudæã & Syriã facta: & ut ſeruauit populos & ciuitates Herodes: & rurſus mira & clara opera eius ſeu fœlicitas: & de Eſſeno quodã q̃ diuinationis habuit noticiam. CAP. X.

EOdem tempore tertiodecimo anno regis Herodis inſtante: magne calamitates prouinciam occupauerunt: ſiue de ultione: ſeu caſu ſic occurrente. Siquidem prius gelu percuſſa terra: fructus nullatenus inferebat: præterea & ciues per inopiam frumenti morbus & paſſo peſtifera poſſidebat. Qui continue malorum diuerſitate compræhenſi: dum ĩdigerent cura uel alimentis: plus peſte moriebantur: morbus ita pereuntium & uiuentium ſolacia auferebat. Nam corruptis frugibus terræ: horreiſq; exhauſtis: nulla ſpes alimẽtorum pp peſtilentiæ malũ nullatenus ſpectabatur. Neceſſitas ergo plurima inopiæ non minus ipſi regi quã populo imminebat. Siquidem uectigalia quæ de terra ſolitus erat accipere: minime colligere præualebat: & pecunias cõſumpſerat: largiſſime ciuitates ædificando: nec erat quod dignum auxilio uideretur. Interea deliberabat tempori conferre præſidium quod difficillimũ fuerat: dum nec uicini habuiſſent unde alimenta præberent: quia nec ipſi leuiora toleraſſent: & pecuniis deficientibus licet potuiſſent pauca plurimis comparare: bene tamen arbitratus: nequaq̃ auxilium negligere: ornatum regium incidit: neq; præcioſiſſimis uaſis: neq; artificio præcellentiſſimis parcens. Mittebat autẽ pe-

cuniam ad Aegyptum Petronio præſidi a Cæſare conſtituto:& cum non pauci ad eũ confugiſſent propter eãdem neceſſitatem:& amicus Herodis priuatim exiſteret:uolens ſubiectis eius ſubuenire primis ipſis deportare triticum conceſſit:per omnia eos & in emptione & in nauigatione releuans: ut maxima pars ipſe huius auxilii fieret. Nam Herodes his deportatis:non tantum ſententias inhorrere ſe prius habentium mutauit:imo maximam oſtentationem ſui fauoris & patrocinii lucidauit. Siquidem primum his quantum potuiſſent per ſe panificare triticum diuiſit. Præterea multis exiſtẽ tibus qui ſenio uel altera infirmitate tenti non ſufficerent alimẽta ſibi præparare:prouidebat eis cõſtituendo piſtores:qui paratos panes uenderent. Diligentiam autem ne cum periculo hyemarẽt habuit:cum comprehendiſſet eos etiam ueſtium inopia. Nam corruptis & omnino conſumptis pecoribus:neq; lanæ:neq; aliorum ueſtimentorum copiam habuerunt. Quæ cum iam procuraſſet:& ciuitatibus finitimis conabatur prodeſſe:ſemina Syris præbendo. Quod multum etiam ei profuit:dũ gratiam exinde ſibi acquiſiſſet. Terra enim poſt hæc fructus ſuos uberius oſtendente:non minus quinquaginta milia hominum quos ipſe pauerat ad propria deſtinauit. Cum hoc modo calamitatibus oppreſſum regnum omni munificentia uel induſtria recuperaſſet:non parum & in circuitu finitimos ſimilibus paſſionibus afflictos releuauit. Nam non fuit qui per neceſſitatẽ ad eum ueniẽs. non eius auxilium inueniret ſecundum ſuam dignitatem. Sed & populi:uel ciuitates & priuati ad eum confugientes ſolatium impetrarunt:in tantum ut æſtimaretur indigentibus extraneis plus decem milia tritici choros expẽdiſſe. Chorus autem habebat modia attica decem. In ipſo uero regno ſuo. lxx. milia expendit. Hanc eius diligentiam & ſolicitudinem apud Iudæos tantum contigit præualere:& diuulgari apud alios:ut antiqua in eum odia commota pro præuaricationibus legum:p quas etiam regno totius gentis pœnæ primi putaretur:liberalitate ſua prorſus extingueret:animi ſui magnificentiam præter opinionem demonſtrans:populum autem in tantum mutauit:ut talem eum arbitrarentur:non qualem experti ſunt dudum:ſed qualem in neceſſitatibus probauerunt. Eodem tempore & auxilia Cæſari quingentos electos ſui corporis cuſtodes deſtinauit:quos Elegiſeus Gallus ad mare rubrum perduxit. Poſt hæc ad meliora rebus ſibi prouenientibus palacia in ſuperiore ciuitate conſtruxit:magnas exigens domos & ornatu præcioſiſſimas ut plures uiros ammiratione ſui capere potuiſſent:ſecundum menſuram autem & appellationes eis impoſuit:nam una Cæſaris:alia Agrippæ uocabatur. Deſiderio deinde commotus:cum nihil præponeret ſuæ libidini filiam Symonis ſibi coniunxit:qui Hieroſolymita filius Buti cuiuſdam Alexandrini ſacerdos inter nobiliſſimos cum filiam haberet optimam:& tũc in Hieroſolyma nominatam:huius pulchritudo animum Herodis inflammauit & ne ſuſpicaretur uiolentia uel tyrannide hoc agere:melius arbitratus eſt nuptiis puellam ducere. Ideoq; Symonem dignum regia cognatione iudicans:dum ſuum deſiderium complere uellet per honores euexit:ſtatimq; IeſumIoſabetis filium a principatu ſacerdotii depoſuit:& Symonem ordinauit:atq; affinitati ſuæ coniunxit. Cum uero nuptiæ perfectæ fuiſſent:ædificauit caſtellum in loco quo prius Iudæos cum a principatu per Antigonũ pene decidiſſet euicerat:quod eſt ab Hieroſolymis ſexaginta ſtadiis natura munitum:ad ædificationem oportuniſſimum:inſtar collis manu factum:ut eſſet in rotundo circuitio eius. Concluditur:aũt in circuitu turris:rectum habens aſcenſum ducentis gradibus ædificatum:intus aũt domus regiæ precioſiſſimæ & ad munimẽ & ad ornatum ſimul effectæ. Circa initium ergo collis habitacula conſtructionis ꝓſpicuæ:& aquæductus fecit:nam non ille locus proprias habuit aquas:ſed longe pplurimis ſumptibus deductas. Circa campum uero ciuitas erat ædificata:quæ collẽ pro arce habebat. Cũq; omnia ei ſecũdum ſpẽ eueniſſent:ſeditiones contra regnum nequaq; ſperauit oboriri duobus modis ſubiectos regens:timore quidem:q; eſſent ad pœnam non meritis:diligentia uero q; in neceſſitatibus magnanimus appareret. Circundedit aũt tutelam extrinſecus tanq; murum ſubiectis parans:nam & ciuitates extraneas diueſarumq; regionum reges patriis muneribus ad amicitias ſuas flectebat. Vnde magnificentia ſua Cæſarem:& Romanoꝝ potentiſſimos placabat:tranſgrediendo leges:dum tẽpla erigeret ritui noſtro contraria. Nam nobis interdicta ſũt delubra uel figuras more paganorum honorare:quæ foras prouinciam Iudææ pro Cæſaris fauore faciebat in ciuitatibus:pro quarum cõſtructione multas pecunias expendebat. Attendens uero prope mare locum oportunum ciuitati:quæ quõdam Stratonis turris dicebatur:non qualemcunq; urbem illic ſed lapide albo palatiiſq; precioſiſſimis ciuitatem conſtruxit. Portum quoq; tranquillum magnitudinem:ſimilem Pireto totumq; confugium nauibus præbentem conſtituit. Quæ ciuitas iacet in phœnice ſecundum pelagus ad Aegyptum inter Ioppen:& Dora oppida maritima:quæ ſtationẽ nauium difficilimã habẽt ꝓpter Africi procellas. Cui difficultati remedium ꝓſtans:deſcripſit in circuitu portum:qui ſufficeret maximis claſſibus locum ꝓbere refugi:lapides ingentes in altum ulnis uigintiquinq; deponẽs:quorum longitudo. xxv. pedum erat:altitudo autem non minus decem & octo latitudo nouem:ſuper quos turres diſpoſuit:quarum maxima Druſus nominatur a Druſo Cæſaris priuigno:hoſtia uero portus contra Aquilonem extabant:in medio aũt turris erat:ſuper quam tẽplum Cæſaris poſitum:nauigãtibus apparebat:habens ſtatuas:unam qdẽ Romæ:alteram aũt Cæſaris:ciuitas uero Cæſarea uocabat:quæ ſubtus cloacas non minores ſuperioribus ædificiis habet:quaꝝ aliæ quidẽ modicæ ſpatio

non longo ad portum & ad mare fundunt:una uero media eſt:omniſum receptaculum purgamẽto rum:q̃ imbribus & mare influẽte diluuntur.Edificauit etiam theatrum ab auſtrali latere portus:am phiteatrum quoq; multa milia hominũ capiens:in conſpectu pelagi conſtruxit.Itaq; perfecta ciuita te:duodecimo anno:cum nec ab re laſſeret:neq; rex ſumptibus deficeret:deliberauit filios ſuos Ro mæ tranſmittere ad Cæſarem:Alexandrum & Ariſtobulum.Qui cum aſcendiſſent:& in domo Pol lionis:uiri nimis ſtrẽnui:& Herodis amici conuerſarentur:Cæſar eos cum omni humanitate ſuſce pit:pollicitus licentiam Herodi præſtare:quem uellet ſibi ſucceſſorem relinquere:inſuper & prouin ciam Traconem & Betaniam uel Auranitem ei conceſſit:huiuſmodi occaſione.Zenodorus qdam conductor domus lyſaniæ fuit:cui dum reditus non ſufficerent:de latrociniis per Ttraconem am plius acquirebat.Quæ loca habitant latrones Damaſcenorum prædam agentes. Hos Zenodorus minime prohibebat propter communionem lucri.Cum ergo mala paterentur finitimi:Varronem tunc præſidem interpellabant:rogantes:ut Cæſari patefaceret iniquitatem Zenodori.Cæſar autem delata ſuggeſtione reſcripſit latrocinia exterminari:prouinciam autem deputari Herodi:tanq̃ illius diligentia indigentem:quia difficillima domicilia & aquarum receptacula:& depoſita frumẽta ha bentes:poſſent diu ſuſtinere pericula:muniti ſpeluncis.Cum hæc gratia Cæſaris Herodes accepiſſet ad prouinciam Traconem pergẽs:maliuolos latrones oppreſſit:& incircuitu deſideratã pacem om nibus præbuit.Zenodorus autem contriſtatus:primum q̃ a magiſtratu depoſitus fuiſſet:magis au tem inuidia:quod præfutura Herodi tradita eſſet:aſcendit Romæ accuſaturus eum unde nihil agẽs reuerſus eſt.Interea Agrippæ ſucceſſori cæſaris trans ionium miſſo:circa Mitylenem locuturus He rodes occurrit:priſtinaq; amicitia renouata rediit ad Iudæam.Gadarenſium aũt quidam ad Agrip pam peruenerunt accuſantes Herodẽ:quos ille nullo reſponſo dato:ligatos regi tranſmiſit.Arabes quoq; iã dudũ infeſti principatui Herodis:ſeditionẽ conabantur rebus eius inferre:occaſione hmõi nata.Zenodorus enim cũ iã de ſe diffideret:præfecturæ ſuæ ptẽ aliquã Auranitidis:quiq̃ginta talẽ tis uendidit:quæ cum in donatione Cæſaris haberet:tãq̃ iniuſte ea ſublata contendebant ſepiusq; dẽ incurſionibus uiolẽtiã inferre:necnon & inopes milites flectebant expectantes rebellionẽ quam deſiderant:qui ſtudent male uitæ ſuæ conſulere.Quæ cum cognouiſſet Herodes de prouincia ſua ſeditionũ auferebat occaſiones.Igitur ſeptimodecimo anno regni herodis:Cæſar ad ſyriam uenit ubi Gadarẽſiũ plurimi herodem:accuſabant:grauẽ eum ſibi:& tyrannũ in ꝓceptionibus intimãtes. Hæc aũt dicere cõpellebat Zenodorus:cũ iuraſſet:nullatenus eos reliquere:uſq; quo ab herodis ĩpe rio eos auferret.Quibus cõmoti Gadarẽſes:& cõfitẽtes q̃ nihil paſſi fuiſſẽt ab herode:cui eos Agrip pa tradidiſſet:qui crudelis quidem in proprios:humanus autẽ erat in aliorum peccatis:accuſabant rapinas & contumelias:ꝓbantes & euerſiones tẽplorũ.Et herodes quidem indignatus:paratus erat ſatiſfacere:Cæſar aũt amplectabatur eum:nihil de fauore ſuo dicens p ſeditionem multitudinis cõ mutandũ.Et in primo qdẽ die de his ſermones prolati ſunt:impoſterũ uero nulla ꝓceſſit cognitio. Siquidem Gadarenſes uidentes Cæſaris & concilii intentionem:timore territi:ne regi traditi affice rentur:quidam ſeſe noctu gladio percuſſerunt: alii præcipites ſeſe dederunt:quidam in fluuio ſpon te ſubmerſi defecerunt:quæ uidebantur temeritatis:nõ peccati fuiſſe ſupplicia. Quapp nequaq̃ Cæ ſar remoratus : herodem a reatu ſoluit nenon occurrit etiam non mediocris ei fœlicitas. Nam Zenodorus præcordiis ruptis malo ſanguine profluente: in antiochia Syriæ uitam finiuit. Cæſar autem & huius poſſeſſionis partem non paruam herodi conceſſit : quæ inter Traconem & Galilæã erat:Vlatha:uel Paniada:& in circuitu terram.Dimiſit autem eum:& curatoribus Syriæ præcepit: ut ſecundum illius ſententiam omnia tractarentur: & in tantum fœlicitatis proceſſit : ut cum duo iſti romanorum imperium regerent:Cæſar uel agrippa:tertium ſibi amicum coniunxerunt herodem. Qui cum in tanta fiducia conſiſteret:fratri ſuæ Feroræ petiuit Tetrarchiam a Cæſare:centum talen torum fideiuſſor exiſtens:ita ut ſiquid ille pateretur filii eius immunes euaderent . Sed cum Cæſarẽ comitatus eſſet uſq; ad mare:rediens in terra Zenodori pulcherrimum ei templum cõſtruxit : iuxta Paniada:ubi ſpeluncha pulchra in monte conſiſtit:ſub qua terræ altitudo inacceſſibilis eſt:aquis im mobilibus plena:indeq; fontes Iordanis fluuii naſcuntur.Quem locum templo conſtructo: Cæſa ri deuouit.Tunc etiam tertiam partem tributorum conceſſit ſubiectis ſuis.occaſiõe ſterilitatis : plus autem reconcilians eos:ne aduerſarentur ulterius.Nã in talibus operibus pietate ſoluta moleſte de præuaricatis legibus referebant adinuicem.Qui dum his incitarentur : diligentiam habuit hæc ſe dare:auferens quidem ocium & præcipiens ſemper in laboribus eos occupari: Nam neq; commu nis deambulatio fiebat:neq; conuentus in ciuitate:ſed omnia cuſtodiebantur : & ſæuiſſima tormen ta captis inferebantur:cum multi palam uel furtim in carcerem hyrcani tracti illic extinguerentur & intus in ciuitate pariter & in uiis.nam erant qui cõuenientes in unũ ſpeculabantur eos.Dicũt eẽt nec ipſum hoc neglexiſſe:ſed ſepius priuatũ accipiẽs habitũ:nocte cum populus cõuerſabat: expe rimẽtum faciẽs:quid de principatu ſuo ſentirẽt:& ſi quos oino atroces : nec approbantes ſua ope ra inueniſſet:oĩbus modis pſequebat:& reliquam multitudinẽ ſacramentis impellebat ſibi fidelem exiſtere:& cogebat fauorem cum iureiurando ſibi:uel principatui cuſtodire . Quorum multi pla centes eum:uel timentes:ueniebant ad quod poſtulaſſet:alios uero ſeruantes ſuam opinionẽ:& gra

uiter ferentes ꝙ cogerẽtur:modis omnibus occidebat.Flectebat autem & Pollionem grauiter Pharisæum:& Sameam:socioſq; illorum ſibi iurare. Qui licet non obtemperaſſent:tamen non ſunt torti.dum uenerationes eius per pollionem impetraſſent.Liberati ſunt ẽt de hac neceſſitate hii qui dicuntur apud nos Eſſeni.Genus autem hoc eſt:quod conuerſatione utitur:quam apud græcos Pythagoras tradidit.De his itaq; in aliis certius explanabo.Eſſenos autem ex hac cauſa ſic honorabat: quia maius quiddam de his ſentiebat:quam de mortali natura dicere puto. Nam non inhoneſtus ſermo uidebitur:in hiſtoriarum genere de his talibus ītimare.Quidam Eſſenorum nomine Manaemus fuit:per omnem uitam benigna uoluntate probatus præſcientiam a deo futurorum habens. Is dum adhuc Herodem puerum ad doctorem euntem uidiſſet:ut regem Iudæorum ſalutauit.Qui illuſum ſe reputans commonebat eum ſermonem adhuc priuatus.Manaemus hic ridens:& feriens manu poſteriora eius:regnabis inquit fœliciter:nam iam a deo dignus iudicatus es:tecole Manaemi plagas:ut hoc tibi ſit ſignum de peccatis in regno committendis. Iam optima eſt ratio:ſi iuſtitiam & dei pietatem dilexeris:& modeſtiam circa ciues habueris:ſed non talem te futurum intelligo dum omnia cognoſcam.Fœlicitate nanq; omnes præcellis:& habebis gloriam æternam:obliuionem uero pietatis uel æquitatis poſſidebis.Hæc non latebunt deum in ultimo uitæ pro tuo facinore.Quibus nullatenus animum intendit:dum ſpes Herodi deeſſet:paulatim uero:cum eleuatus uſq; ad regnum fuiſſet:& fœliciter principatum ægiſſet:accerſiit Manaemum:& de tempore quantum regnaret conſuluit eum.Manaemus autem cum omnino nihil dixiſſet:ſed tacuiſſet:interrogauit ſi decem tantum anni regni ſui eſſent:reſpondit:&.xx.&.xxx.ſed finem non addidit.Herodes autem iſtis contentus:Manaemum cum honore dimiſit:& omnes Eſſenos propter illum honorabat.Hæc ſibi licet miranda legentibus demonſtrare feſtinauimus:& oſtendere:multos apud nos talem diuinationis habuiſſe noticiam.

Qualiter tẽplum poſt ſexcentos annos depoſuit:& aliud duplũ condidit. CAP. XI.

INterea decimo & octauo ãno regni Herodes poſt prædicta ædificia:opus nõ minimũ inchoauit.Siquidem dei templum maximũ conſtruere:& murum altum & decorũ erigere iudicauit:dum putaret id nobilius oĩbus ſuis factis perficere:& ad eternam memoriam peruenire.Sed dum non facile populo perſuaderi cognoſceret:propter operis magnitudinẽ:conuocans eos hac oratione mulcebat dicẽs.Alia quæ a me in regno ſunt facta o uiri contribules:ut de his laudem proferam:credo ſuperfluum:tanq̃ mihi quidẽ minorem:licet uobis utilitatem maiorem ferre uideant.In difficultatibus enim nec neglexi quæ ad ueſtra commoda pertinerẽt:neq; in extructionibus mihi magis:quam uobis oĩbus feſtinaui tutelam impẽdere:& puto ꝙ dei cõſilio ad hanc fœlicitatẽ euectus ſum:ad quantã non prius gẽs Iudæorum aliquã do peruenit.Cõſtructæ náq; ſunt per puinciam ciuitates:quas habitatoribus plenas:munitionibus ornãtes:genus noſtrum exaltauimus:quas operoſum uidet̃ mihi ſciẽtibus enumerare.Quod autẽ nitor efficere:omni pietate p̃cellentius:explanabo.Bene enim noſtris:ꝙ iſtud maximo deo tẽplũ noſtri patres ædificauerunt:cũ a Babylonia remeaſſent:& quia deſunt ei ad magnitudinẽ in altum cubiti.lx.ſecundũ inſtar illius:quod Salomon conſtruxerat.Nemo negligentiam pietatis parentũ noſtrorũ accuſet:non culpa illorũ factum eſt breuius tẽplũ:ſed cyrus & Darius Hyſtaſpe filius huiuſmodi mẽſurã ædificationis fieri p̃ceperunt.Quibus illi ſeruiẽtes:uel ſucceſſoribus eorũ:& poſt illos Macedonibus:non habuerũt aptum tp̃s quod ad eiuſdẽ antiqui formam iſtius mẽſuram pducerẽt. Nũc aũt qũo nutu dei principatui meo pax larga cõceſſa eſt:& diuitiarũ poſſeſſio:& multitudo reddituũ:& quod maximũ eſt:amicitia fauorq; Romanorũ:qui omniũ rerũ domini exiſtũt:cur nõ ſtudemus relictum neceſſitate ſeruitutis tpe opus corrigere:& integrum deo p̃bere pro beneficiis eius in meo regno collatis.Talia concionante Herode:multis ammirationẽ ſermo pronũciatus præter opinionẽ impoſuit:nec aliqua deſperatione cõmoti ſunt niſi ꝙ anxiabantur:ne eo ſoluto aliquid emergeret:& opus moraretur ad finem uſq; perduci iccirco maior illis & difficilis putabatur magnitudo conaminis.Quos cum Herodes cerneret dubitantes:adhortabatur eos dicens:ſe non prius deponere templũ:niſi omnia præparatẽtur:quæ ad perfectionẽ eius pertinerẽt.Nam neq; mentitus eſt ex hoc quod promiſerat.Ille enim plauſtra parauit:quæ lapides ueherent:decẽ milia elegit peritos artifices & mille numero ſacerdotes:quibus & ſtolas ſecundũ eorũ honorẽ habitúq; parauit:ſed & quoſdam cemẽtarios:alios aũt fabros:alios lignarios eruditos ad tẽpli fabricã hortabatur. Cunq; omnẽ apparatum alacriter aggregaſſet:antiquis fundamẽtis ſolutis noua impoſuit:ſuper quæ templum erexit:longitudine centum cubitorũ:latitudine centum cubitorũ:altitudine cẽtum uiginti. Qui uiginti cubiti:per tp̃s fundamentis deſiccatis reſederunt:quod poſt hæc tpibus Neronis renouare deliberauimus.Edificatum eſt uero tẽplum ex lapidibus albis & tenaciſſimis:quorum magnitudo in longitudine uigintiquinq; cubitorum:altitudine octo:latitudine duodecim erat.Totus náq; templi circuitus & porticus undiq; humillima:altiſſimũ uero mediũ fuit:ut a multis ſtadiis cõſpiceret̃ & in prouincia conſtitutis:& contra habitãtibus aut accedẽtibus cerneret̃:ianuas aũt introitus & ſupliminaria:necnon & uela:iuxta templi magnitudinẽ mario ornatu decorauit.Aureos flores ambientes colũnas feci:ſuper quarũ capita uitis tẽdebatur:botros aureos habens pendẽtes:qui

mirandam magnitudinem & artificii claritatem uidentibus exibebant propter materiei pulchritudinem. Circundedit etiam & porticibus maximis omne templum: & ſecundum quantitatem uniuſ cuiuſq; rei ſumptibus omnia priora ſuperauit. Porticus uero duæ maximis parietibus fulciebantur ipſi autem parietes opere inaudito conſtructi erant. Nam collis erat ſaxoſus: paululum erectus a parte orientali ciuitatis pronus ſuper arcem: quem dudum rex Salomon per dei prouidentiam magis operibus muro circundederat: ab inferioribus partibus incipiens: quem uallis altiſſima circũdabat. Saxa uero ab Africo expoſita plumbo ligauit: ut interiora loca complecterentur multum ſpacium ſtructura compræhendente: & in alto quadrangulo facto: ut uaſtitas lapidum a fronte uideretur: ab interiore uero parte ferro ligati: compaginem munirent immobilem per omnia tempora. Cunque ita factum opus cõtinuaret uſque ad ſummitatem collis pduxit: & foſſas circa murum poſitas complens: planum ſuper æqualemq; confecit: quadriporticus in circuitu: unaquaq; porticu longitudinem ſtadii concludente: & intra hanc porticum: circa ipſam ſummitatem alius murus ſuperius ſaxoſus ambiebat omnia. Ab orientali uero parte pari longitudine porticum ducem habebat contra templi ianuas conſtitutam: quam multi reges priores conſtruxerant circa omnem uero ſacrati orbem ſpolia barbarorum fixa: quæ rex Herodes deuouit: addens etiam quæ & ipſe a barbaris cœperat. Per latus autem Aquilonis turris alta: angulosa: munita ualde fuerat: quam ante. Herodem reges & ſacerdotes generis Aſamoneorum conſtruxerunt: & Barin denominauerant: ut illic ſacerdotalem ſtolam deponerent: qua cum opus habuiſſet ut immolaret princeps ſacerdotum ſindueba tur. Hanc rex Herodes ſuo loco reſeruauit: poſt cuius obitum: ſub Romanis fuit uſq; ad tempora tyberii cæſaris ſub quo Vitellius ſyriæ procurator cum profectus Hieroſolymas: & ſuſceptus a populo clariſſime fuiſſet: uolens eis uices retribuere: ut ſacerdotalem ſtolam ſub ſua poteſtate haberent: ſcripſit Tyberio Cæſari: & ille conceſſit. Et permanſit ſtola ſub poteſtate Iudeorum: uſquequo obiſſet rex Agrippa. Poſt quem Caſſius Longinus cui tunc Syria parebat: cum Cuſpio Fado iudeæ procuratore imperauerunt Iudeis: in Antonianam turrim eam deponere: dicentes: Romanis oportere dominos eſſe: ſicut & prius. Deſtinauit igit̃ legatos ad Claudium Cæſarem: ut de his peterent. Qui cum peruenissent: iuuenis Agrippa Romæ rex conſtitutus: petens ab imperatore poteſtatem eius accepit: ſcribente Vitellio Syriæ ꝓcuratore. Prius autem ſub ſigillo principis ſacerdotum: & cuſtodum pecuniarum fuerat: qui ante unum diem celebrationis ad principem cuſtodiæ Romanorum aſcendentes: & requirentes ſuum ſigillum ſtolam tollebant: tranſeunte uero feſtiuitate in eodem loco deportantes: & principi cuſtodiæ oſtendentes: ſimiliter cum ſigillis deponebat. Hanc autem Barinnideſt turrem: iudæorum rex Herodes munitiorem conſtruens pro templi cuſtodia ad gratiam Antonii amici quidem ſui: principis uero Romanoꝝ: Antonianam nominauit. A parte autem occidentalis muri quatuor portæ ſtabant: quarum una ad aulam tendebat interpoſita ualle quæ erat in medio eius uiæ: duæ autem ad ſuburbana: quarta uero ad ciuitatem: multis gradibus ad inferiorem uallem tendentibus: & exinde rurſus ad ſuperiora aſcendentibus. Nam ex aduerſo templi ciuitatis in modum theatri iacebat: circũdata ualle altiſſima: per omnem auſtralem tractum. Quarta autem frons quæ ad meridianum ſolem poſita erat: habuit & ipſa quidem in medio portas ſuper quas regia porticus triplici longitudine terminata: ab oriente ualle incipiens: ad occidentalem finita amplius tendi non potuit. Opus autem fuerat dignum narrari omnibus qui ſub ſole ſunt. Siquidem altiſſima uallis ſic erat: ut nullatenus uideri potuiſſet: ſiquis eius altitudinem attendiſſet: ſup quam porticus illæ ſteterat. Ex qua ſiquis a ſummo: ideſt a tertio tecto notaſſet: & profunditatem ædificiorum uidere uellet: tenebris profundebatur: ita ut non poſſet uiſus ad immenſam altitudinem peruenire. Columnarum autem ordines conſiſtebant in quadra longitudine nam quartus paries colligebatur pariete lapideo: groſſitudo uero uniuſcuiuſque columnæ tres coniunctas ulnas habebat: longitudo autem pedes uiginti ſeptem: duplici ſpira ſuppoſita: multitudo autem omnium centum ſexaginta duæ fuerunt. Capita uero columnarum ſecundum modum corynthium ſculpta admiranda propter magnitudinem operis. Cunq; quatuor ordines fuiſſent: tres quidem media loca tenebant: quorum duo eodem modo facti latitudinem habebant pedum triginta: longitudine ſtadia tres altitudine quinquaginta pedib' tendebant: medius uero ordo latitudinem uiginti pedũ habebat: altitudinem centũ: nam dupla ſup utrũq; fuerat. Tecta uero lignis ſculptis in figuras diuerſas apparebant: mediæ uero porticus altitudo in immenſum tendebat: habens columnas compoſitas politas undiq; quaꝝ compago icompræhenſibilis omnibus uidebat. Talis quidem primus murus fuerat: a medio uero non multum ſecũdus diſtabat: gradibus paucis aſcendendus: quem paries circuibat lapideus: titulũ habens: q ꝓhibebat alienigenas ingredi morte interminata. Interior autem murus per auſtralem ꝑtem & Aquilonis tractum: tres in pariete ianuas habebat a ſeſe diſtantes: per orientalem uero unam maximam per quam tranſiebamus: purificati cum mulieribus. Inacceſſibile autem ſacrarium fuit: intra quod tertium erat: ubi ſacerdotibus ſolis ingredi licebat. Ante quod ſacrarium ara erat: ſuper quam immolationes & holocauſta deo imponebat. Hoꝝ atrium nullomodo rex Herodes intrauit. Cum utiq; ꝓhiberetur quia ſacerdos non exiſteret: ſed operibus muros & porticus exteriores curabat. Quæ cum octo annis edificaſſet: templo ꝑ ſacerdotes in uno anno: & quinq; men-

sibus pacto:omnis populus letitia completus est:& primum quidem pro celeritate gratias deo agebant:deinde de alacritate regis quam in dedicatione habuit laudibus eum extollebant. Rex autem trecentos boues optulit deo:& alii secundum uires suas:quoꝝ numerus nullatenus æstimabatur. Nam cum occurrisset templi dedicatio:regisq; natalitius dies quo principatum assumpserat: insignis est celebrata festiuitas. Constructerat & effossam uiam ad aulam ab Antonia intra templum ducentem per ianuam orientalem:super quam & turrem ædificauit: quatenus & subterraneum haberet ascensum: propter populi seditiones. Dicitur autem per illud tempus dum templum construeretur: quia in die quidem non plueret:nocte uero imbres descenderent quatenus templi constructio non prohiberetur. Quod uerbum nostri patres tradiderunt:nec est incredibile:si & aliam dei prouidentiam aliquis consideret. Templum quidem huiusmodi constructione finitum est.

¶Incipit Liber.xvi.antiquitatis Iudaicæ.

¶Quemadmodum Herodes filios suos Alexandrum & Aristobulum de Roma in domum suam reduxit:qui reuersi:uindicare cogitabant mortem matris suæ in Salome & cæteris quorum accusatione mater eorum damnata fuit:& quia pater eorum hoc dissimulans:uxores nobilissimas eis iunxerit. ¶CAP. I.

IN administratione rerum studium Herodes habens rex omnes iniquitates prohibere:quæ per ciuitates & prouincias fiebant:legem statuit nullatenus priori similem in qua ipse firmauit fures uēdi. Quæ res non pœna tātum grauis:sed ad confusionem patriæ:solutionemq; consuetudinis existebat. Nam alienigenis & non eundem uitæ modum habentibus seruire in his quæ impasset:peccatum in religionem:non pena excedentium erat: dum in prioribus cautum fuisset de hac pœna. Nam iubebant leges quadruplum fures reddere:non habentem uero tantum uenundari non tamen alienigenis:neq; imppetuum seruire Iudæum:sed sexto anno absolui. Ergo præter constitutionem & præter legem reddi hanc pœnam superbum uidebatur: nec regis sed tyranni in uniuersos subiectos tormentum atrocissimum excogitatum: quod populi parabat discordiam. Eodem tempore Herodes ad Italiam nauigauit Cæsarem desiderans salutare: & uidere filios suos Romæ degentes. Cæsar quidem amicabiliter eum suscipiens: perfectos ei doctrina filios reddidit: quos & ad propriam domum reduxit. Cum uero ab Italia redissent:studium populi circa iuuenes erat:& perspicuos eos omnibus fecit:magnitudo corporis:& regius ornatus:forma non deficiente. Et inuidiosi statim uisi sunt Salome sorori regis:& illis qui accusationibus Mariamnem damnauerant:dum putarent: si prævalerent ultionem exigerēt de his quæ in matrem suam commissa uidebantur. Causam uero timoris ad illorum criminationem transferebant:dum dicerēt: non libenter cum patre eos commorari propter matris interitum:& quia iniustum eis uideretur simul cum interfectore genitricis manere:& ex ueritate sumentes initium ad uerisimilitudinem descendentes affligere eos tētabant:& fauorem patris quem erga filios habebat auellere. Quod non manifeste ei dicebant:sed in multitudinem rumorem spargentes: Herodi nunciari credebant:unde odium in eos patris exarsit. Interea omni suspitione uel accusatione prætermissa: rex amore filiorum honores largitus est & uxores eis nobilissimas iunxit: Aristobulo quidam filiam Salomes Beronicem:Alexandro uero Archelai regis Cappadocum filiam Glaphyram.

Qualiter Herodes ad Agrippam ueniens:inuitauit eum ad Iudæam uenire:& profectio Agrippæ ad Oniam. ¶CAP. II.

CVm hæc disposuisset: & audisset Marcum Agrippam nauigasse rursus ab Italia ad Asia: festinauit ad eum:a quo petiit:ut ad regnum eius accederet:ut obtineret quæ oportebat ab hospite uel amico. Qui cum flexus esset:lætus ad Iudæam peruenit. Herodes autem nihil quod ei placuerit reliquit:in uouis ciuitatibus eum suscipiendo: ædificia demonstrando amplissima:& omni deliciarum apparatu reficiendo eum cum amicis in Sebastia:uel Cæsareæ portu a se constructo:& in oppidis Alexandrio:& Herodio:uel Hyrcanio. Ducebat etiam eum ad ciuitatem Hierosolymorum:occurrente cuncto populo cum laudibus. Agrippa autem deo quidem centum boues immolauit:pauit etiam magnifice populum. Qui licet multos dies illic uellet remorari:tamen propter tempus nauigationis festinauit rursus ad Oniam:muneribus ab Herode multis donatus:una cum suis amicis nobilibus peruenit.

Quod Herodes multis nauigationum circuitionibus secundo uenit ad Agrippam. ¶CAP. III.

EX autem post hiemē ueris tpe,pperauit rursus ad eum:sciens exercitum ad Bosphorum pducturum. Cunq; per Rhodum & Choon nauigasset:putauit eū in Lesbo iuenire. Flatu uero aquilonis in Chio remoratus est:ubi multos sibi occurrētes donis regalibus honorabat. Cunq; ciuitatis porticum uidisset dirutam:quam in bello mithridatico deposi-

tam:nõn facile prõpter magnitudinem & pulchritudinem reſtaurari contigerat:pecunias præbens quante ſuperabundare potuiſſent ad operis perfectionẽ:præcepit ciuibus:ut non negligerent: ſed citius ornatum ſuæ ciuitatis erigerent.ipſe uero ceſſante procella:ad Mitylenam acceſſit:& exinde ad Byzantium profectus:cum audiſſet ultra cyaneas cautes iam Agrippam nauigaſſe: feſtinauit & ad ſinopẽ Ponticam deſcẽdens:ſubito illi inſperatus apparuit:a quo libenter exceptus : honoribus fruebatur.Cum quo & totius expeditionis tempore labores partitus eſt.Cũq; prouincias ponticas ordinaſſent:per Paflagoniam & Capadociã:& exide per maximam phrygiam profecti: Epheſum peruenerunt:unde ad Samum nauigauerunt.Multa uero per ciuitates ſingulas beneficia regis ſecundum petitiones interpellantium fiebant:dum largitionibus minime parcerẽt: ſed & ſi q aliquid ab Agrippa petiſſent:arbitrio ſuo poſtulata cõplebat.Cũq; bonus & largus præſtando petentibus eſſet:nullũ que cõtriſtaret : agrippam ſimiliter ad beneficia prouocabat. Nam ilienſibus eum reconciliauit iratum:perſoluit & pecunias quas procuratoribus cæſaris Chii debebãt:aliorum quoq; petitiones munificenter complebat.

Interpellatio iudæoꝝ ad agrippã in Onia p̃ſente herode:de qbus Græcos accuſabãt.CAP. IIII.

CVmq; ad Oniam perueniſſent:iudæorum populi per ciuitates habitantes: tp̃s & fiduciam nacti uiolentias referebant quas patiebantur dum & legibus propriis uti non ſinerentur:damnata etiam per calumniam exactorum in feſtis diebus darent : & pecunias quas ad hieroſolymam tranſmittebant:& multis calamitatibus opprimerẽtur: Romanis ſemp præcipientibus eis ſecundum proprias leges uiuere. Quæ cum ſuggeſſiſſent herodi:præſentauit eos ut audiret agrippa eoꝝ allegationes:nicolaum autem quendam ex ſuis amicis:dedit qui pro eis peroraret.Agrippa uero Romanorum nobiliſſimos:& reges & potẽtes q tunc præſto erant cum ad concilium ſecum perduxiſſet:Nicolaus ita pro iudeis locutus eſt. Omnes quidem o maxime Agrippa indigẽtes oportet pro neceſſitate confugere ad eos: qui uiolẽtiam poſſint auferre.Hi uero qui nunc interpellant:fiduciam prius a uobis datam quam ſæpius optauerũt: nullatenus ſe pdere per uos poſtulant qui dediſtis.Petunt enim ut hæc quæ acceperunt a uobis qui ſoli poteſtis præſtare ſeruẽtur.Nam damnis afficiuntur nõ ab aliquo melioꝝ : ſed ab his quos pariter ſe cum ſubiectos uobis eſſe cognoſcunt. Et ſiquidẽ maxima ſunt quæ a uobis meruerunt laudabiles uidẽtur:q ita ſe probauerũt beneficiis dignos:ſi uero minora ſunt:inhoneſtum eſt:ſi neq; hæc firma uerunt qui præſtiterunt.Hi q uiolẽtiã iudæis ingerunt niſi putarent bonos eos eſſe : q a uobis talia meruiſſent:non eis inuiderent:& ueſtra beneficia ceſſare niterẽtur.Quod ſi quis interroget : utrum uelint patriis legibus ipſi priuari ideſt imolationibus & pompis quas diis offerunt:ſcio libenter eos omnia pati:quam patrias leges amittere.Nam & bella propter hoc multi amplectuntur uerentes ne tranſgrediantur patrias leges: & libertatem quibus nunc uniuerſum hominum genus per uos potitur : quod nos etiam petimus ut liceat nobis per prouinciam ſeruare ſolẽnia . Cur ergo hi quæ pati nolunt:in alios committunt:Illud uero conſideremus.Nunquid eſt populus:aut ciuitas:aut gẽs aliqua hominum:quibus maximum bonum apparuit continentia ueſtri imperii: uel potentia Romanorum:uel audet aliquis eorum beneficia infirmare:licet ſit amens.Nam nemo eſt: qui non horum particeps:uel publice uel priuatim exiſtat.Quod & ſiquis auferat quæ uos donaſtis:nihil firmũ:neq; ſibi quod per uos habuerit obtinebit.Veſtra enim beneficia quis enumerare præualeat . Si recordatus fuerit regnum antiquum & modernum imperium:multa exiſtunt:quæ a fœlicitate ueſtra cõceſſa ſunt.Noſtra uero licet clara ſunt:non tamen inuidioſa:propter uos qui donaſtis.Hoc tantum per frui poſtulamus : ut ſine impedimento patriam religionẽ ſeruemus. Quod & per ſe inuidioſum eſſe non debet:ſiquidem deus lætatur honoratus.Ex noſtris uero ſolẽniis nihil inhumanum eſt: omnia enim religioſa & iuſticia ſalutari deuota . Neq; celamus mandata : quibus utimur monimentis pietatis & humanarum profeſſionum.Septimum uero remittimus doctrina noſtrorum ſolẽnium imbuti.Quapropter nullatenus peccamus : bonæ nãque probantur leges quas colimus ſiquis per ſe eas requirat:& antiquæ exiſtẽtes:licet & aliquibus non ſic eſſe uideantur:ut earum honor p longitudinẽ temporis non facile repellatur ab his qui & eas caſte cuſtodiunt:quibus nos priuant p uiolentiam.Pecunias nãq; quas deo conferimus:rapiẽtes manifeſtum ſacrilegium cõmittunt.Vectigalibus uero grauantes nos infeſtis diebus:ad iudicia & ad mercimonia non neceſſaria nos pertrahũt pro contumelia religionis quam nos colere cognoſcunt:de qua non iuſtum odium habent.Siquidẽ ueſtrum imperium q oĩbus dominatur probitatem quidẽ laudat:cõtumelias autem fortiter ab hornet.Poſtulamus igitur Maxime Agrippa uiolentias auferri:ut non prohibeamur legitimis noſtris in ſolẽnitatibus perfrui:& ne ſubſtantiæ noſtræ rapiantur ab his quibus nullam uiolentiam inferimus.Nam perimus non tantum iuſta:ſed etiam a uobis primo donata: poſſumuſq; pro his ſenatuſconſulta:& tabulas in Capitolio poſitas legere quas certum eſt experimento noſtræ circa uos fidei datas.Et ſi nullatenus fideles nobis apparuiſſemus : deberent tamen firma eſſe quæ donaſtis : & non tantum nobis:ſed etiam omnibus hoĩbus præſtatis:eos beneficiorum largitionibus ampliãtes:quoꝝ ſingula ſiquis enumerat:poſt imenſam orationẽ longo ſermone cõficere . Nos uero hæc iuſte impetraſſe ſi uelimus oſtendere:ſufficiat nobis ut priora taceamus hic noſter Rex:q uobiſcum

ꝑsens resident. Qualiter eius fides erga uestram familiã claruit. Quis enim fauor eius aut quis in uos non cogitatus est honor aut cã qua defuit. Quis cohibet uestra circa nos numeranda beneficia explanare. Sed bonum puto prius patris eius Antipatri res gestas explicare. Qui cum Aegyptũ cæsar intrasset cum duobus milibus armatis ei auxiliaturus occurrit nec terrestribus cerraminibus : neq; nauali bus minor apparens. Et quid oportet dicere quantũ profecit illo tempore tot donationibus Cæsaris accumulatus. Singulas uero memorare Cæsaris epistolas quas tunc senatui pro ipso destinauit publicos etiam honores ꝙ ciuẽ Romanum antipatrum ordinasset : superfluum puto referre. Sufficit enim me demonstrare iuste nos beneficia uestra possedisse : qua per uos postulamus confirmari quæ &si prius non extitissent sperabamus affectum circa uos nostri generis & uestri erga nos acquirere. Nunciatur enim nobis ab Hierosolymorũ iudæis qualiter prouinciam ingressus esses & deo perfectas imolationes honorando eum integris supplicationibus persoluisses & quo populum pauisses & ab illo misera fuscepisses quæ per gẽtes & ciuitates signa uel iudicia hospitalitatis & amicitiæ uestræ putantur quæ meruit iudæoꝝ gens per herodis prouidẽtiã . Hæc admonentes una cũ isto tibi confidente rege petimus te nihil superfluum sed ut quæ uos dedistis ne concedatis ab aliis auferri. Cum hæc Nicolaus disseruisset nulla est facta a Græcis controuersia. Non enim in iudicio hæc sed inconuentu uentilabantur hac tamen occasione pro satisfactione usi sunt dicentes ꝙ inquilini per prouinciam iudæi uiolentiam habitatoribus eius ingererent dum illi indigenas se demonstrabant & licet suis solẽniis usi tamen nil lederent eos.

Quẽadmodum Agrippa confirmauit eis leges Herodesq; ad propria rediit. CAP. V.

Rgo intelligens Agrippa uiolentiam eos pati hæc respõdit ꝓp herodis amicitiam uel fauorẽ paratum se esse cuncta iudæis concedere. Tamen inquit quæ postulant p se iusta perspicuntur : & si amplius petissent non me piguisset quæ non lederent Romanũ imperiũ eis concedere. Sed qũo hæc & prius acceperunt firmari nullatenus cõcedo quos uolo sine molestia propriis solẽnis potiri. Cum hæc interlocutus fuisset cõsilium dimittit. Herodes aũt affectui eius gras exoluebat. Ille piter eũ amplectebatur & ita tunc discesserunt.

Qualiter allocuturus est Herodes Hierosolymitas : & quartam partem eis fiscalium præteriti anni concessit. CAP. VI.

Ex autẽ domum reuerti uolens nauigauit & ad Cæsarẽ ductus non multis diebus prospero flatu uentorum ad hierosolymam peruenit. Vbi concilium totius populi cõgregans cum multi ex prouincia conuenissent contõne habita orationem totius suæ profectionis explanauit & quæ iudæis in Asia per eum prouenissent ut sine uiolentia inposterum possent degerere. Narrauit etiam quæ fœlicitas uel gubernatio sui principatus eis profuissent necnon & quartam partẽ fiscalium præteriti anni concessit. Quo illi oratione uel gratia lætati cum summa exultatione bona optantes regi recesserunt.

Vt pertubatio domus herodis facta est Alexander & aristobulus filii herodis indignationem habentes aduersus Salomen sororem regis & Ferora fratrem eius propter mortẽ matris suæ illitos tra maliuolis in eos accusationibus utentes. CAP. VII.

Procedebat autẽ seditio domestica : & acerbiorem accipiebat processum : cũ tanquam hereditarium odium suscepissent circa adulescentes Salome & sumpsissent animis eorũ morte audaciam dumq; uellet neminẽ illis relinquere : qui posset mortem obiectare. Cũq; adolescentes a genitore discordarent memoria matris quæ falsis accusationibus fuerat interẽpta & imperii cupiditate rursus simile malum priori ortũ est dum derogationes ab illis circa Salomẽ & Ferora fierent insidiæ uero ab his circa adolescẽtes. Nam odium par ꝙ alterutris fuerant modus aũt odii non similis dum illi quidẽ manifeste detraherent inhonestũ putantes iram celare illi uero non tali modo sed calide & maliuolis accusationibus uterentur sed uidentes semp adolescentes quoꝝ audaciam putabant ad necẽ posse fieri genitoris. Qui nullatenus ꝙ matris flagitio confundebant nec eam credebant iuste periisse imo magis festinabant in auctorem homicidii uindicare. Deinde cuncta ciuitas iftis sermonibus completa miserabatur innocentiã adolescentium diligẽtia uero Salomes crescebat & ab illis occasiones accipiebat dum se constituerent ꝓp indignum matris interitum. Dicebãt. n. misere quidẽ contigisse matris obitum se uero miserioresq; compellerent cum interfectoribꝰ matris cohabitare. Hæc aũt ad priora absentia regis pertinebãt.

Quẽadmodum herodes indignatus filiis Alexãdro & aristobulo ꝓposuit eis antipatrum depellata uxore genitũ ipsos autem ad Cæsarem deducens accusauit. CAP. VIII.

Vm ergo Herodes rediisset & populo interlocutus esset sicut prædiximus statim sermones ad eum per Feroram & Salomẽ proferebant magnum ei ab adolescẽtibus periculum imminere ꝙ minime sustineret inultum matris interitum. Addebãt etiam ꝙ archelai capadocis spe niterentur tanq; per illum ad Cæsarem profecturi & patrem herodem accusaturi. Perquæ confestim contemptus Herodes obstupuit quod & alii eadem nunciasset. Recordabatur autem priscas calamitates : ꝙ nec uxore priuatus seditiõibus liberaꝙ domus

eius fuiſſet:quæ priorum grauiora & peiora pateretur. Quapropter cõtriſtabatur: q; omnia præter ſpem fœliciter ei forinſecus deus præſtitiſſet:& domeſticis calamitatibus uinceretur. Turbatus ergo & huiuſmodi calamitatibus afflictus:in deiectione adoleſcentium antipatrum filiuꝝ ſuum ante principatum ſibi genitum depriuata uxore illis præponens:omnia in eum tranſtulit:dum putauit ſic cõterere filiorum fiduciam Mariãnes:& temeritatem eorum damnare:dum illi crederent alium præter ſe patri ſuccedere:depoſitoq; de antipatri prouectione ſupercilio poſſet eos ad meliora conuertere. Quod non ſicut putauit euenit:nam pueris omnino ſua deiectio grauis apparuit. Qua antipater fiducia potius quam prius non habuit feſtinauit fratres affligere: eorumq; accuſatoribus conſentire: quibus pater facile credebat:alienatus a filiorum amore. Sodalibus ergo miniſtris uſus ne ipſe in ſuſpitionem ueniret:patris animum in fratres accedebat:nam multos iam acquiſiuerat ſuæ uoluntatis miniſtros propter ſpem quã de regno iam habuit:fide uero patris putabatur hæc facere: unde plus triſticiæ adoleſcentibus occaſiones creſcebant. Nam ſæpius ab eis lachrymæ pro contemptu ſuo & matris recordatione fundebantur:patremq; manifeſte apud amicos tanquam iniuſtum accuſabãt. Quæ maliuoli per antipatrum herodi renunciantes:non paruam in aula ſeditionem cõmouebant. Quare exacerbatus rex accuſationibus:& humiliare nimis Mariãnes filios uolens: maiora in honorem antipatri excogitabat:adeo:ut & matrem eius dudum contẽptam reduceret: & Cæſari ſæpius pro eis ſcriberet. Agrippa uero poſt diſpenſationem decẽnalem Aſiæ Romam aſcendente: rex a Iudæa nauigans ad eum:ſolum antipatrum ſecum duxit. Cui eum cum multis donis commendauit quatenus Romæ Cæſari amicum faceret:ut iam omnes crederent contemptis adoleſcentibus in illum regnum patris tranſferri. Ipſe quoq; ſcribens romæ:multis amicis antipatrũ cõmendabat. Qui contriſtabatur:q; abſens fratres ſuos ſolite accuſare minime ꝓualeret:timebat.n.ne mutatus pr̃modeſtius filios Mariãnes diligeret. Cũq; hæc cogitaſſet:ſua maligna uoluntate uſus:exinde ſcitare patrem ſperabat: unde contra fratres frequenter ſcribens: uereri patris interitum ſimulabat:uſquequo herodem ad tantam iram uel furorẽ perduxiſſet:ut iam a patre contra filios niteretur. At ille ne tantum ſacinus perpetraret:melius putauit ut romam nauigare:& filios apud Cæſarem accuſare: nihilque ſibi tale permittere:quod ꝓp magnitudinem impietatis periculoſum exiſteret. Cũ uero Romã perueniſſet:& ad Aquileiam ciuitatem perrexiſſet:Cæſarem compellare feſtinans:ꝓpe apto de maximis ſuis calamitatibus intimauit:filioſq; ſuos præſentans: inſolentiam & audaciam eorum accuſauit:q; feſtinaſſent patrẽ ſuum perimere:regnumq; tyrannico more inuadere:dum ipſe licentiam haberet non neceſſitate:ſed recto iudicio tradere regnum permanẽti filio circa paternam pietatẽ quã a Cæſare præcepiſſet:ut quẽ uellet ſibi ſucceſſorem relinqueret:cum illi non ſolum regno ſed & uita mererentur priuati:qui tale ſacinus in patrem moliti ſunt:quoꝝ temeritatem diu portans:nunc cogeretur Cæſaris aures talibus uerbis polluere:cum nihil paſſi ſint moleſtum aut grauare a patre: cur uero iniuſtum eis uideretur:ſi principatum quẽ multis laboribus uel periculis ſuis acquiſiuit concederet & ꝓberet ei quem meritum eſtimaret. Nam hoc inquit præmium cum aliis iuſtitiæ donis exiſtit:ſi meritis quiſquam gratiam ꝓcedentem recompenſauerit ei qui talem diligẽtiam habuerit: ut retributione tanta dignus exiſtat. Impium enim eſt uel de hoc ipſo cogitare:dum non poſſint ad regnum niſi patre perẽpto accedere:quibus hactenus pater honores uel diuitias adminiſtrauit: coniugeſq; nobiliſſimas genere copulauit:ariſtobulo quidem filiam ſuæ ſororis: Alexandro uero filiam archelai regis Cappadocum. Pro quibus commiſſis dum talia feciſſent: poteſtatem habens non in eos ſe uindicaſſe dicebat:ſed ad cõmunem benefactorem Cæſarem adduxiſſet & auferens a ſe totũ quantum aut pater leſus:aut rex inſidiatus potuiſſet agere:pariter eos in iudicio ſecum fecit aſtare: & reliquum eſſe:aut eos occidi:ne cum timore maximo ipſe uiueret:aut ſe opprimi: quatenus utriq; fabula hominum uel obprobrium forent.

De alexandri ſatiſfactione coram Cæſare:& reconciliatione cum patre. CAP. IX.

Vm hæc herodes apud Cæſarem filios ſuos accuſando dixiſſet:iuueneſq; eo dicẽte lachrymarẽtur:& confuſi de tali accuſatione licet liberum ſermonẽ ac fidelem a conſciẽtia poſſediſſent: tamẽ patris criminationibus difficilẽ ſatiſfactionem putabant fore:dũ arbitrarẽtur honeſte & cum fiduciam patrẽ redarguere. Erat ergo eis inopia dicẽdi & lachrymæ cum gemitu:dum timerent:ne putarentur mala conſcientia ſatiſfactionẽ non inuenire. Turbationẽ aũt eorum Cæſar attendens:ſicut erat innoxii:credidit:q; conſciẽtia non facti noroſa:ſed imperita modeſtia minime ſeſe prævalerẽt purgare. Vnde ẽt facti miſeratione digni cũctis ꝓſentibus patrem cõmouerunt ad ueram miſericordiam: uidẽteſq; propitium eum & Cæſarem & alios ꝓſentes:unus eoꝝ alexander accuſationes diſſoluere niſus eſt. Pater inquit:tuus quidem erga nos affectus euidẽter manifeſtus:ex ipſo iudicio apparuit. Nam ſiquid in nos crudele recogitaſſes:non nos ad olim ſeruatorẽ Cæſarem deduxiſſes:dum tibi quod uẽlles liceret ut patri. Nemo.n. quẽquam uolens interficeret:ad tẽpla eum ſacraria; produxit:unde uita conquiritur: q; morte nobis peior exiſteret:ſi tale aliquid in patre cogitaſſemus. Siquidem ſermonẽ fiducia ueritatis inuenit cum beatos nos fore ſciamus:te mitigantes:& pericula fugientes:ſi uero accuſatio ꝓualuit:ſolẽ i-

nidere ſupfluum iudicamus. Quod ergo dicis:regnum deſiderare nos ueriſimilis cõtra iuuenes cau ſa uidetur:& q̃ de miſeræ matris interitu ſubiungis:a priori calamitate arguméta percipiens: nobis ingeris crimen. Conſidera tamẽ:quia nec cõmunia cunctis exiſtunt:& ſimiliter in aliis dici poſſunt dum nihil prohibeat:ſi regis filii ſint iuuenes:& matre eoꝝ defuncta: oẽs in ſuſpitione patris eſſe tã quam inſidiatores. Sed opinio eorum ad talẽ crudelitatem non ſufficit. Dicat uero quiſquam ſi tale aliquid præſumptum eſt a nobis:unde credibilia hæc appareant. Nunquit hoc manifeſtis ĩdiciis po terit approbari:aut ueneni confectio:aut æqualium coniuratio:aut ſeruoꝝ corruptio: aut litteræ cõ tra te deſtinatæ:dum & hæc poſſent licet non facta criminatiõibus cõfingi: domo regia nõ concordante. Principatum ẽt quem tu dicis præmium eſſe pietatis: ſæpius euenit cauſam fieri maligne rei. Culpam nãq̃ noſtram nullus probabit. Accuſationes uero quẽadmodum ſoluat: qui excuſationes non uult audire. Locuti ſumus quiddam:ſed non contra te:nam hoc iniuſtum eſſet:ſed in eos: qui ſi quid dictum fuerat minime tacuerunt. Matrẽ uero quidem noſtram planximus:non q̃ defuncta eſſe:ſed quia derogabatur ei ab indignis:uolentibus principatũ inuadere. Scimuſne patrem poſſidere quicquam & nos nõ poſſidemus. Et dum regis honoribus fruamur. fruſtra feſtinamus: ſi te occidendo regnum tenere uoluerimus:quibus pro hoc facinore nec terra peruia:nec mare nauigabile uidetur. Nunquit ſubiectorum pietas:& gens religioſa concedere habuit parricidas rempublicam obtinere:aut ſanctiſſimum a te confectum ingredi templum. Vt uero hæc oĩa omittam: homicidium in ultum uiuente Cæſare poſſet dimitti. Sed neq̃ filios impios creaſti:neq̃ ſtultos:ſed infœlices:neque indignos. Si uero neq̃ cauſas habes neq̃ inſidias inuenis:quid tibi ad fidem ſufficit:in tali crudelitate. An putas de matris interitu coniecturam ſumere:quæ nos non incitare: ſed magis mitigare poſſet. Ampliorem quidem ſatiſfactionẽ uolebamus ſermone inſerere:ſed non recipiunt prolixiorem orationẽ:quæ minime cõmiſſa cernuntur. Quapp ante omnium dominum Cæſarẽ præſenti tempore paciſcimur:ſi ſine ſuſpitione tua cum ueritate circa nos tuum affectum oſtendis: pariter poſſumus uiuere: licet non fœliciter:quia maxia mala ſæpius ex falſo crimine generantur permanẽte utique in te aliquo merore culpæ noſtræ. Nam nobis uita iocunda non uidetur:ſi tu eam ut immeritis largiaris. Cum hæc dixiſſet:& Cæſar:nec prius magnitudinem criminationis crederet: tunc magis placabatur:& frequẽter Herodem attendens:uidebatur mitigare. Cũq̃ præſentium miſeratione rumor in aula diuulgatus eſſet regem faciebat inuidioſum incredibilis accuſatio. Nam adoleſcentum ætas:corporis pulchritudo mirandum eis auxilium conferebat:plus uero: quia oratio conueniẽter & ſapienter in alexandri uerbis occurrerat. Cæſar autẽ modicum remoratus:ad adoleſcentes quidẽ licet ab accuſatione extranei uiderẽtur:hoc ipſum tamen peccaſſe eos pronunciauit: q̃ non tales ſe patri præbuiſſent:ut non darent criminationi occaſionem. Herodem uero petebat: ut omnem opinionẽ abiiciens reconciliaretur cum filiis:dum non eſſet credibile ab eis ſcelus hoc potuiſſet cõmitti. Cum hæc perſuaſiſſet:iuuenibus innuit ad ueſtigia patris ſeſe proiicere. Qua ſupplicatione pater eos lachrymabiliter & flebiliter eſt amplexus:quod cernẽtes qui aderat flexi miſeratione in lachrymas facile proruperunt. Illi autẽ gratias Cæſari agentes pariter diſceſſerunt: & una cum his antipater ſimulans læticiam pro eorum reconciliatione celebrata. Poſtero die Herodes quidem Cæſari donauit trecẽta talenta: ad ſpectacula & munera populo Romano tribuenda. Cæſar autẽ metalli ei æris ciprii dimidios redditus:& dimidiam ꝓcurationem præbuit:& hoſpitalitatibus eum & muneribus honorauit:& de regno poteſtatem conceſſit: quẽ uellet filiorum ſucceſſorem relinquere: uel partiri unicuiq̃ regnum: ut ad omnes peruueniret: illo tamen uiuente hoc agere non permiſit dicẽs oportere eum dum uiueret & regni:& filiorum donationem poſſidere. Hæc dum ordinaſſet rurſus rediit ad Iudæam. In cuius abſentia non parua pars regni defecerat Traconitidis:quos relicti iudices iterum ſub imperium eius redegerunt. Herodes autẽ cum filiis dum nauigaret: & peruenĩſſet ĩ Eleuſiam ciliciæ:quæ poſtea Sebaſte dicta eſt: inuenit Cappadociæ regem archelaum expectantẽ: & de filiorum reconciliatione gaudentẽ:& q̃ alexander qui filiam eius habuit ab accuſatione ſolutus eſſet:donationeſq̃ ſibiinuicem ut reges dederunt. Vnde cum herodes ad Iudæam peruenĩſſet: & ingreſſus in templum fuiſſet:de ſuis proſperis actibus allocutus eſt populum Cæſaris in ſe munificentiam explanans. In fine uero ad perſuaſionem filiorum ſermonem conuertit:ut in aula: & in aliis cunctis concordarent:quos & poſt reges futuros demonſtrauit:primum antipatrum: poſtea uero filios Mariãe:alexandrũ & ariſtobulum:hortabaturq̃ eos dum ipſe uiueret ſibi in omnibus obedire: qa ne per ætatem impediretur:nec per ſenectutem ſuam rempublicam gubernare. Cum hæc dixiſſet:cõtione dimiſſa multi ſub expectatione filiorum eius nouis rebus ſtudebant.

Quemadmodum Herodes celebrauit quinquennale certamen in honorem Cæſaris: & mira uel clara opera eius. CAP. X.

Odẽ tpe perfecta eſt Cæſarea:quam ædificauit decẽnali tempore:uiceſimooctauo anno regni ſui:olympiade centeſima:& nonageſimaſecunda: cuius in dedicatione celebratio uel apparatus munificentiſſimus fuit. Nam præceperat cármina muſica uel palæſtras cõuenire. Præparauerat ẽt feras:uel gladiatores:curſuſq̃ equoꝝ: & reliq̃ mirãda ſpectacula

in honorē qnquēnalis Cæſaris. Cui Cæſar cū ſua uxore Liuia ꝓ dedicatione ciuitatis maxima liberalitate ſummū direxerāt apparatū: quoꝝ ſumma qngētis talētis æſtimata eſt. Cunq; multitudo ad ciuitatē conueniſſet pro ſpectaculis & legationes quas populi deſtinauerant beneficiis eius gratias agētes pariter occurriſſent: cunctos ſuſcepit in diuerſoriis & conuiuiis per dies qndecim: ac ſpectacula uel delitias miniſtrauit: unde inſignis eius magnanimitas potuit diuulgari. Quapropter perhibent Cæſarem uel Agrippam ſæpius dixiſſe: ꝙ magnitudini Herodis imperium eius deeſſet: & dignum eū eſſe Syriæ uel Aegypti regnum poſſidere. Poſt huiꝰ urbis dedicationem in campo qui caſarſalam uocabatur: loco aquoſo & optima terra arboribus: & fluuio circundata ciuitatem edificauit: quam nomine Antipatri Antipatridam nuncupauit: pulchritudine uel amenitate decoratam: necnon & nomine matris locum iuxta Hierichuntem ædificans munitione uel domiciliis optimū Cyprum nominauit: immo & nomine fratris Faſeli: propter amorem quem in eum habuerat: conſtruxit turrim in ea ciuitate: non minorem Pharo Alexandro pro munitione ciuitatis: quam in fratris memoriam Faſelum uocauit. Appellationis uero eiuſdem & ciuitatem circa hierichuntem condidit. Beneficia ipſius quæ aliis ciuitatibus per ſyriam & hellada uel apud quos eum contigit proficiſci donauit minime poſſumus explanare: nobiliſſima uero uel maxima facta eius in Rhodios extiterunt. Siquidem Pythium ipſe ſuis ſumptibus conſtruxit: & præbuit multa talēta ad nauium confectiones. In Nicopolitana etiam ciuitate: quam in actiaco Cæſar edificauerat: multa publica loca condidit. Antiochenis magnam ciuitatem Syriæ habitantibus plateam longam in media ciuitate poſita ex utraq; parte porticibus ordinauit: & uiam lapide polito ſtrauit: ad ornatum & uoluptatem habitantium: necnon & Olympiacum certamen appellatione dignum propter pecuniaꝝ inopiam melius redditibus deputatis effecit: & immolationibus uel reliquo ornatu celebrationem eius inſignem reddidit. Pro qua munificentia perpetuus Agonotheta nominatus eſt. Aliis quidem mira uidetur differentia uoluntatis naturæ eius. Nam ſi largitiones conſiderentur: qua omnibus donauit hominibus: quis poteſt negare: munificentiſſimæ naturæ eum fuiſſe. Si uero tormenta & iniquitates in ſubiectos uel domeſticos eius attendantur: duriſſimus & ferus omniq; pietate alienus putatur. Vnde inconſtantem & ſibi contrariam eius uoluntatem æſtimabant. Quod ego minime puto: dum unam cauſam in utroq; dominantem conſidero: nam dum ad immenſam largitionem munificentiamq; perduceretur: ſi alicubi præſentis gloriæ ſpes occurriſſet uel futuræ: ſumptibus ꝓfuſis: alacriter eam emere feſtinabat. Quapropter compellebatur ſeuus in ſubiectos exiſtere: dum pñtibus cōſumptis pecuniis: alias uellet acquirere. Cunq; cognoſceret propter uiolētias ſuas ſe ſubiectorum odio teneri: corrigere quidem uitia non facile poterat: conabatur autem odium ſuum occaſione pecuniarum ulciſci. Familiarium uero qui eum uerbo non placuiſſet: ſe ſeruum dicendo: aut ſi ſuſpicatus fuiſſet aliquem de principatu cogitare: nullatenus ſe poterat moderari: ſed perſequebatur & cognatos & amicos: tanquam hoſtes. Et dum uellet ſolum ſe honorari: talibus delictis ſuccubuit. Teſtimonium & enim perhibent huiuſmodi paſſionis eum fuiſſe: in Cæſarem uel Agrippam: uel in alios amicos honores exhibiti. Nam qualiter ipſe adulabatur maioribus: ſimiliter ſibi a ſubiectis fieri expetebat. Sed gens Iudæorum lege hoc agere prohibetur: & contempta inani gloria: ſolam expectat iuſtitiam. Vnde rex eos exoſos habebat: ꝙ non potuiſſent eum tēplis uel imaginibus honorare. Huius rei gratia arbitror in ſuos qdē ſæuiſſimū: in extraneos uero munificum apparuiſſe.

Oppreſſio Iudæorum per aſiam & lybiam: & legatio ipſorum pro hoc ad Cæſarē: exēplar quoq; Cæſaris & Agrippæ: quod pro ipſis ciuitatibus ſcripſerunt. CAP. XI.

INterea Iudæi per aſiam & libyam atrociter affligebantur: dum non eiſdem legibus ſicut ſub antiquis regibus uterentur: ſed uiolentia paganorum opprimerentur: ut pecunias ſacras uiolenter amitterent: ideoque ad Cæſarem pro his legationem deſtinauerunt. Qui ſcribens per prouinciam: ſuis eos legibus uti præcepit: quarum exempla ſubiungimus quæ demonſtrant uoluntatem quam ab initio pro nobis Romani imperatores habuerunt. Cæſar Auguſtus Pontifex: Tribunitiæ: poteſtatis dicit. Quomodo gens Iudeorum fidelis non ſolum præſenti tēpore: ſed etiam priori: & magis patri meo dictatori & Cæſari populoq; Romano: & princeps hyrcanus apparuit: placuit mihi & ſenatui: cum ſententia populi Romani Iudeos ſuis legibus: & patrio iure frui permittere: ſicut ab Hyrcano principe ſacerdotum altiſſimi dei: & ſacraria eorum inuiolata permanere: & pecunias ab eis ad hieruſalem tranſmiſſas: reddi cuſtodibus pecuniarum neque uadimonia ſabbato uel ſexto die ab hora nona exigi. Siquis autem inuentus fuerit auferens ſacros eorum codices: aut pecunias a ſynagogis: huiuſmodi ſacrilegiis teneatur: & ſubſtantia eius publico Romæ deputetur. Suggeſtionem uero eorum pro pietate mea quam habeo ſuper omnes homines: per. C. Marcium Cenſorinum mihi porrectam: & hoc decretum præcipio proponi in nobiliſſimo loco: quem omnis Aſia meo nomini dedicauit. Siquis autem tranſgreſſus fuerit hanc conſtitutionem: non mediocrem pœnam exſoluat. Scriptum eſt in templo Cæſaris. Cæſar Norbano Flacco ſalutem. Iudæi qui antiqua conſuetudine ſolent pecunias ſacras ad Hieroſolymam tranſmittere ſine impedimento hoc faciant. Hæc quidem Cæſar iuſſit: Agrippa uero ſcripſit pro Iudæis hoc modo. Agrippa magiſtratibus: ſenatui: populoque Epheſiorum ſalutem. Pecuniarum

ſacrarum quæ in Hieroſolymorum templum tranſmittuntur:diligentiam & cuſtodiam in Aſia Iudæos habere præcipio:ſecundum patrium morem.Hos autem qui ſacras pecunias Iudæorum auferunt:& ad aſylum confugiunt iubeo retrahi:Iudæiſq; tradi:quos iuſ etiam ſacrilegii retrahunt.Scripſit uero Silano magiſtratum gerenti ne ſabbato Iudæi compellantur uadimonia præbere.Marcus Agrippa:Cyrenenſium magiſtratibus:ſenatui & populo ſalutem.Iudæi qui per Cyrenem habitant: pro quibus iam auguſtus ſcripſit in libya Fabio magiſtratum gerenti:aliiſq; ibi prouinciæ procuratoribus:quatenus ſine impedimento pecuniæ Hieroſolymas ſecundum morem ſuum tranſmittantur:nunc me interpellauerunt:qui ab aliquibus calumniatoribus affliguntur occaſione tributorum quæ nequaquam debent:& prohibentur ſolennia ſua peragere:quod nullo modo impedire admoneo.Sed & ſi quas ſacras pecunias ciues ab eis abſtulerunt:has ipſis reddi præcipio:& in reliquo cor rigi:ne talia committantur.C.Norbanus Flaccus Procõſul:Sardinenſium magiſtratibus & ſenatui ſalutem.Cæſar ſcripſit mihi præcipiens nequaquam Iudæos prohiberi patria conſuetudine pecunias colligentes ad Hieroſolymam tranſmittere.Scripſi ergo uobis:ut ſciatis:quoniam Cæſar & ego ſic uolumus.Nihilominus & Iulius Proconſul ſcripſit ita.Epheſiorum magiſtratibus:ſenatui & populo ſalutem.Per Aſiam Iudei habitantes idibus februa.Epheſum mihi iudicanti:demonſtrauerũt Cæſarem Auguſtum:& Agrippam conceſſiſſe eis propriis uti legibus:immo & primitias qua ſinguli eorum ſua uoluntate:pietatis cauſa quam in deum habent ſolent tranſmittere:habeant licentiam ſine impedimento hoc agere. Petierunt autem ut ego ſimiliter cum decretis a Cæſare uel Agrippa meam ſententiam cõfirmarẽ.Volo igitur uos cognoſcere:quomodo decretis Auguſti & Agrippæ parens:præcepi eos uti & ſeruare ſine impedimento ſua ſolennia.Hæc ideo explanauimus:quõ conſcripta noſtra amplius apud Græcos uentura ſũt:ut demonſtrem eis:qa cũctum honorem ab initio impetrantes:nihil ex patriis legibus prohibiti ſumus a magiſtratibus agere:ſed & defendebamur religionem & honores in deũ ſeruantes quoꝝ factio ſæpius mẽtionem: ut mutatis ſeculi odiis cauſæ quæ nobis ob hoc uel illis irrationabiliter inſertæ ſunt euellant.Nam legibus hiſdẽ nulla gens ſemper utiſ:dum & per ciuitates multa religionis differentia ſeruet iuſtitiæ uero a cũctis hominibus ſimiliter ſtudeatur:quæ cõmoda Græcis uel Barbaris exiſtit:de q̃ noſtræ leges multam rationem habentes omnes homines debent nos ut amicos:& hoſpites amplecti. Nam oportet non differentia religionum nos alienos facere:ſed non ſeruatus benignitatis affectus:quæ omniũ hominũ communem utam poterit cuſtodire.Redeo uero ad reliqua monumenta conſcriptionis.

Quemadmodum egens Herodes pecũiis:deſcendit ad ſepulchrum Dauid:& terrore imaginum territus:tumulũ deſuper ſtatuit:& rurſus de perturbatione magna domus Herodis:qua etiã Alexandrum filium ſuum iecit in uincula.

CAP. XII.

IGitur Herodes ſicut prædixi conſumptis ſuis pecuniis audiens Hyrcanum ante ſe regem aperuiſſe tumulum Dauid:& tria milia talentorum inueniſſe:multoplus credens depoſita:quæ ad omnes ſumptos ſuos ſufficerent tumulum ingreditur noctu:dum nequaquã uellet hac ciuitatem ſentire.Vnde fideliſſimos amicos tantum ducens:pecunias quidem depoſitas ſicut Hyrcanus non inuenit:ornatum uero:& uaſa aurea plura tulit. Dumq; omne ſtudium poneret:& inquiſitionem diligentiorem faceret: ac uellet interius ingredi ad urnas: in quibus Dauid uel ſalomonis corpora poſita erant:duo eius ſatellites flammis exuſti ſunt ab interiori parte occurrentibus. Tunc ille timore perterritus egreditur:& pro piaculo monumentum ex lapide candido ante ianuam magnificentiſſimis conſtruxit expenſis. Cuius & Nicolaus hiſtoriographus meminit : ſed deſcenſum regis obticuit: dum inhoneſtum hoc factum cognoſceret: quod ſemper in ſuis egit conſcriptis.Nam uiuente rege:& cum eo degens ad gratias eius & fauorem illa tantummodo dicebat quæ ad gloriam eius pertinebant:multas uero iniquitates eius mutabat: & cum multo ſtudio celabat. Nam Mariamnes filiorumque eius mortes crudeliter factas ad ſatiſfactionem cupiens perducere ut luxurioſam illam:& adoleſcentes patris inſidiatores accuſauit. Res geſtas autem regis:amplioribus laudibus extollens:delictis eius ſtudioſe ſatiſſecit.Cui uenia danda eſt:quia non hiſtoriam:ſed laudem conſcripſit.Nos uero genere Aſamoneorum regum propinqui:& cum honore ſacerdotium habentes:aliquid mentiri fœdum putauimus ideoq; cum ueritate geſtorum memoriam recenſemus.In domeſticis uero malis Herodes conſtitutus affligebatur:nam multi ex regis ira capientes audaciam:accuſabant propinquos & amicos eius.Quibus ita inter ſe diſpoſitis nulla reges erat.Siquidem Salome inimica filiis Mariamnes:Ariſtobulo ſuam filiam coniũctam nullatenus fidem eius ſeruare dimittebat:dum flecteret eam ut quicquid locutus ſecrete fuiſſet nunciaret ſibi:& altricationibus quæ inter coniugales ſæpius contingunt:cogebat puellam dicere:quæ de marito ſciebat.Illa uero dicebat:q; ſæpius memoriam ſuæ matris Mariamnes faceret:& q; patrem odio haberet:frequenter autem interminaretur: quia ſi principatum obtineret: filios quos Herodes ab aliis uxoribus habebat traditos magiſtris litterarum: in agris conſtitueret : dum magis apti eſſent ad hoc opus: quam haberent circa ſtudia diligentiam : uxores uero ſi quando uideret maternum indui ornatum : pro præſentibus ornamentis cilitiis intercludi : ne ſolem uiderent. Quæ confeſtim per Salomen regi nunciata : dolorem eius inflammabant. Vrgebatur uero multo peius

omnibus credens:& inuicem ſe accuſantibus. Tunc autem filiis ſinterminatus:ſatisfactionibus eorum ad præſens molitus: impoſterum atrocius exarſit. Nam Ferora cum ad Alexandrum ueniſſet filiam Archelai Glaphyram ſicut prædiximus habentem Salomen inquit dicentem audiui: q; Herodes in amorem Glaphyræ ſuæ nurus incidiſſet: & minime deſiderii ſolatium poſſit inuenire. Quod ille audiens adoleſcentia uel emulatione commotus: quæ honoris cauſa circa puellam ab Herode fiebant:propter amorem hæc eum facere ſuſpicabatur. Dolorem ergo minus toleranspatri nunciauit cum lachrymis:quæ Ferora dixiſſet. Herodes autem multomagis feruens:& mendacium impudicæ criminationis non ferens:turbabatur: & ſæpius exclamans maliuolentiam familiarium: qualis ipſe erga eos fuiſſet: & quales eos inueniſſet conuocauit Feroram. Quem huiuſmodi aggreſſus peſſime inquit omnium:in quo ad tam immenſam uel infandam indeuotionem peruenisti:ut talia de nobis exiſtimes aut loquaris. Nonne uideo tuam uoluntatem:quam non in meam iniuriam te talia uerba producere:ſed inſidias & uenena immittere filio pro mea perditione feſtinaſti. Quis enim alter niſi bonitate dei retentus quam hic puer in ſe habet: portare potuiſſet in patrem non uindicare tam crudelem opinionem. Primus enim gladium in dextra: quam hoc uerbum in animo eius debebas immittere contra patrem. Quid autem conaris male loquendo de me:niſi ut eorum fauorem fraudibus tibi concilies. Nam talia dixiſti:quæ tuæ tantum impietati fuiſſent cogitanda Abſcede iam peſſime circa fratrem ac benefactorem: & tecum quidem hæc malitia conſcientiæ conuiuat. Ego uero uindico ſicut ſoleo in meos:nec uindicans merito in eis: ſed magis beneficiis exornans:quibus indigni eſſe noſcuntur. Talia quidem rex. Ferora ſtatim meſtitia plenus: Salome inquit hæc perſuaſit: & ab illa ſermones audiui. Quæ mox ut audiuit nam præſens erat: exclamauit:quod nihil tale ab ipſa dictum fuiſſet: & q; feſtinarent omnes ad odium regis eam perducere:cunctiſque modis eam occidere: propter fidem quam erga eum ſemper habere cognoſcerēt in præſenti ſibi inſidiari:quia ſola reflecteret fratrem:ne uxorem quam nunc haberet repudiaret:regiſque filiam in matrimonio ſibi coniungeret. Quapropter me falſis inquit accuſationibus eſt aggreſſus. Cum hæc dixiſſet: crines ſuos dilacerans: & pectora manibus tundens: ueriſimilis ad negationem eſſe conſtabat: maliuolentia uero morum:diſſimulationem redarguebat. Feroras autem in medio reſtitit:nullam habens ſatisfactiōem. Nam Alexandro ſe dixiſſe confeſſus eſt:audiſſe uero a Salome minime comprobauit. Vnde diu confeſſione ſermonum inter eos facta:rex fratrem uel ſororem auerſatus:filium pro conſtantia laudauit: quod ſibi ſermones Feroræ nunciaſſet. Hac lite facta:Salome ut accuſationis commotæ caput omnium odio tenebatur:quam uxores regis ut maliuolam abhorrebant: q; natura malignam eam cognoſcerent. Occaſione ergo data:ſemper eam accuſabant Herodi: quarum fiducia ex huiuſmodi cauſa magis accreuit. Rex arabum Oriadas nomine naturaliter regnis & regni negociis pœne inefficax:habebat diſpenſatorem regni ſui aſtutum:iuuenem:& in omnibus nimis ornatum: cuius editioni omnis Arabia ſubiacebat. Is pro cauſa quadam cum ad Herodem peruenisſet:& cœnaret cum rege:uidit Salomen:& deſiderio eius captus eſt audiens præſertim q; uidua eſſet: amplius inflammatus loquitur de nuptiis eis. Salome uero male tunc a fratre a tractata: iuueniſque accenſa decore: libenter conſentit ad nuptias. Et cum rurſus ad cœnam conueniſſet:monſtrabantur non mediocria ſigna cupidinis eorum. Quæ mulieres regi nūciauerunt: deridentes impudentiam illius. Herodes uero cum Feroram interrogaſſet & obſeruare præcepiſſet in cœna quid illi facerent inter ſe:nunciauit ei quod nutibus uel oculis non laterent de ſuo pudore:Poſt hæc Arabs quidem in ſuſpitionem ueniens receſſit. Cunq; tribus menſibus remoratus eſſet: rurſus rediit: ad hoc ipſum ſermonem Herodi facturus: poſtulans dari ſibi matrimoniali iure Salomen:dum non incommoda ei foret affinitas eius:cum Arabum principatu:quem iam ſibi nunc adeſſe:magis uero futurum ex plano credebat. Cunque hunc Herodes ſermonem ſorori retuliſſet interrogans: ſi ad nuptias conſentiret: illa ſine mora conſenſit. Tum illum quoque inquirit:ſi uellet inſcribi legibus Iudæorum & circuncidi: eo quod aliter non poſſet Salome penitus ſibi iungi. Ille reſpondit:nullatenus iſta conſentire: quia ſi actum fuerit:ſe ab Arabis non ſolum regno: ſed & uita priuari. Quo dicto receſſit. Salomen autem ex illo die Feroras iam de luxuria criminari cœpit:nec tamen tantum quantum regis uxores:quæ dicerent eam cum adulteria commiſiſſe. Puellam nanque quam fratri ſuo Feroræ rex deſponſauerat:ipſe quidem non accepit uictus amore:ſicut prædiximus uxoris abſentis. Salome autem rogabat filio ſuo de Cuſtobaro nato eam coniungere: & diſuadetur rex a Ferora: dum adoleſcentem ſuſpectum haberet propter patris interitum: iuſtius autem eſſe: ut duceret eam filius ſuus:qui magiſtratus tetrarchiæ ſucceſſor extabat. Cunque priore pacto ſoluta puella ducereturn a filio Feroræ:præſtitit rex dotem centum talenta. Itaque diſſenſiones familiares non ceſſabant:ſed maiores ei turbæ creſcebant:& incidit tale aliquid ex cauſa non honeſta: & citius ad difficultatem uſque proceſſit. Fuerunt enim eunuchi regi propter pulchritudinem non mediocriter acceptabiles: quorum unus pincerna: alter infertor: alter uero lectuli regis creditarius qui & conſilio eius intererat. De quibus nunciauit quidam regi:quod hii ab Alexandro multis pecuniis corrupti eſſent. Qui requirenti regi de facta quidem communione uel permixtione confeſſi ſunt: aliud uero nihil acerbum ſcire de patre dixerunt. Cunque magis tor-

querentur:& in neceſſitatibus eſſent : ſemperq; miniſtri atroces in eos inſiſterent ad gratiam Antipatri:hoc confeſſi ſunt:quod odium circa patrem & inimicitias Alexander haberet:& perſuaderet eis Herodem ſpernere:uelut ſuperfluum : & cooperientem ſenectutis ſuæ tempora:dum annos ætatis celaret:& ad ſe iam reſpicere:tanq; regnum habentem inuito patre:& quod alii nullatenus ſed ſibi citius primus locus uenturus eſſet:non ꝑpꝓ genus tantum:ſed præparationibus patratã ei dominationem eſſe quia plures ex ducibus & amicis ſecum haberet:qui cuncta pro ſe pati uel facere eſſent parati:Hæc cum Herodes audiſſet : totus in furore metuque tractus:ea quæ ad contumeliam dicta cognouit moleſte tulit. Aliam uero ſuſpitionem periculoſam ſuſcepit. Vnde ex utriſque incitatus timebat:ne pro ueritate conflata fuiſſet in eum coniuratio fortior priore : & cuſtodias undique communiens:ſecrete queſtionem fecit. Speculatores autem eis de quibus ſuſpicabatur opposuit:& dum in opinione uel odio cunctos haberet:arbitrium pro tutela concipiens : multum contra inſontes acerbus factus eſt. Sed magis ac magis ualidi uidebantur ei & terribiles : quos non frequenter nominabant:propter inſolitam conuerſationem:& ſi forte uocaſſet : ſtatim de interitu ſuo ſecuri non erant. Poſtea uero omnes propinqui dum nihil habuiſſent : firmum ad ſpem ſuæ ſalutis:contra ſe conuerſi exiſtimabant utile:ſiquis anticipans alium accuſaſſet: & hoc ſibi ſalutem poſſe conferre:ſi ſuis facinoribus alios onerarent & eo cadebant in quo cæteros inſidiabantur immittere. Nam regis pœnitentia ne filios occideret quod non manifeſte peccaſſent intercedebat: ipſi uero quod peius eſt non deſiſtebant ſimilia committere:ſed ad pœna currebant parem:dum ulciſcerẽtur in eos qui prius eos accuſaſſent. Talis ergo dum fuiſſet in aula turbatio: multis amicis rex palatium interdixit. Quam interdictionem maxime conſtituit his:qui fiduciam potiorem habebant. Siquidem Andromachum & Gemellum uiros ab initio amiciſſimos:qui multum in republica eius legationibus & conſiliis domeſticis profuerunt:eiuſque filios docuerant : & qui præ filiis primum fiduciæ locum haberent recuſauit ſuſcipere: Andromachum quidem quod filius eius Demetrius amicus Alexandri eſſet:Gemellum uero fidelem illi ſciens:quia & in conuiuiis & in ſtudiis Romæ cum ipſo degebat. Quos honeſte quidem expulit ne indecens aliquid contra uiros nobiliſſimos conſtituere uideretur:ſed caute agens:fiduciam eorum cum honore amputauit:ne per potentiam aliquid in eum committerent. Horum autem omnium malorum auctor erat: Antipater qui patris inconſtantiam intellexerat: cum iam dudum ei conſediſſet. Vnde magis ſuadere uidebatur: ut auferretur unuſquiſque potentium. Tunc ergo rex Andromacho cum cæteris expulſo de colloquio uel fiducia:reliquos fideliſſimos Alexandri cum tormentis interrogabat: ut ſiquid contra ſe conflatum ſcirent edicerent. Equidem moriebantur dum non haberent quod dicerent. Ille uero conſumebatur:quia tales quales exiſtimabant non inueniebat. Callidus autem Antipater: q̃ ex ueritate ad conſtantiam & fidem deducere non ualebat : plus incitabat requirendo a plutibus latentem coniurationem. Proinde cum aliqui ex pluribus retuliſſent:quod cognoſcerent adoleſcentem cum laudaretur corporis ſui magnitudo:uel ſagittandi peritia:cunq; alia quæ ad uirtutem ſuper omnes haberet: hæc ſibi dixiſſe potius bona naturæ officere:dum pater inuideret:& iccirco ambulando cum eo ſeſe humiliare:ne longior appareret: in uenationibus uero cum ſagittarent illo præſente non recte iaculari propter genitoris inuidiam:quam de gloria ſua haberet. Cunque uerbum ſcrutaretur: & remiſſio pœnarum corporis interueniſſet : addebat : quod fratrem Ariſtobulum conſcium haberet: ut in uenatione patrem perimẽtes:ad Romam confugerent: regnumque peterent: repertas uero & litteras adoleſcentis ad fratrem Ariſtobolum : in quibus:patrem accuſabat non iuſte feciſſe: dum terram tribuiſſet Antipatro ducentorum talentorum redditus. Quibus dictis putauit Herodes uerum exiſtere:quod de filiis ſuſpicabatur:& ſtatim appræhendens Alexandrum ligauit. Deinde uero remiſit ſuam atrocitatem:dum nec quæ audiſſet crederet : & æſtimaret nihil dignum pro inſidiis ex his conflatum apparuiſſe: ſed quærela eſſet uel iuuenilis temeritas:& quod eum manifeſte interficientes romæ confugerent:non ueriſimile uidebatur. Et maius aliquod ſperans inuenire iniquitatis filii ſignum dicebat non ſibi placere temerariæ filium colligaſſe. Torquens autem amicos nobiliſſimos Alexandri non paucos:nihil penitus de quibus ſuſpicabatur confeſſos inuenit. Cunque in hoc multus apparatus exiſteret : & terrore uel turba palatium plenum eſſet : unus quidam iuuenis: ut in neceſſitates peruenit: Romam dixit tranſmiſiſſe Alexandrum & petiſſe: ut citius euocaretur a Cæſare: habere ſe manifeſte cauſam ſuggerere contra patrem q̃ regem Parthorum Mithridatem cõtra Romanos ſibi reconciliaſſet:addens quia uenenum etiam Alexander in Aſchalone ei paraſſet. Tum Herodes hæc audiens: & credens quod ſolatium temeritatis inueniſſet:ſtatim de ueneno præcepit inquiri quod tamen nullatenus potuit inuenire. Magnitudinem ergo malorꝫ Alexander uolens confirmare:negare quidem diſtulit incitãdo temeritatẽ patris ad multo maiora delicta:forſan aũt & per hoc amputare uolens fœlicitatẽ eius q̃ in accuſationibus credendis habebat:tamẽ nullatenus obtinuit:dum omne regnum cõcutere uoluiſſet:Siquidem litteras in quattuor libris deſtinauit dicens:q̃ non oporteret torqueri quenq̃:nec ulterius hoc procedere:quia reuera inſidiæ factæ eſſent in quas coniuraſſe Feroram uel fideliſſimos amicos eius aſſerebat: Salomẽ autẽ noctu ſuper ſe ingreſſam:& cum inuito concubuiſſe: cunctoſq; ſimul illic contra eũ iure uenturos:q̃tenus eum oc-

cidentes:perficerent:quod semper inexpectatione meditassent. Inter hos etiam Ptholomeus & Sapinius fideliſſimi regis accuſantur. Nam nihil aliud uidebatur:quam ſi rabies quædam incidiſſet beluarum more:aut amiciſſimi contra ſe armarentur. Iccirco nec ſatisfactio ueritatis habebatur ſed indiſcrete perditiones pronunciabantur. Cunq; aliquibus uincula:& aliis mortes:aliis uero inſperatos dolores infligerentur:piter regnum a priore fœlicitate dehoneſtatum eſt. Et ſæuiſſima erat herodi uita:dum turbatus nemini crederet:magnumq; expectationis tormentum haberet:quod ſæpius ſuperuenturum ſibi filium crederet. Itaq; noctu uel die turbatus:in furorem & inſaniam pene lapſus eſt.

Vt Archelaus rex Cappadociæ reconciliauit Alexandrum patri:& ipſe ad Cappadociam: Herodes autem Romam profectus eſt. CAP. XIII.

ARchelaus autem rex Cappadociæ:cum hæc de herode audiſſet:territus pro filia:uel de adoleſcente contriſtatus:pro tantis amici turbationibus in Iudæam uenit:nec in contemptu quæ contigerat ponens diligenter prius cuncta percunctatus eſt:nec tamen in aliquo quaſi culpans Herodem:q; temerarie feciſſet aggreſſus:uerẽs ne pro reconciliatione ad furorem eum perduceret:ſed alium ordinem tenens:emendare quæ acciderãt cœpit. Nam iuueni interminabatur:Herodem autem mitem dicebat:dum nihil temerarie feciſſet:matrimonium quoq; filiæ ſoluere promittens:& nec ipſi parceret:ſi in aliquo reperta illi conſcia nõ iudicaſſet. Cum talem præter expectationem Herodes Archelaum uidiſſet:& quia plus ipſo furorẽ ſuum demonſtraſſet:rex mutatus ad iracundia ſua:dum putaret iuſte acta quæ feciſſet:paulatim ad patris affectum rediit. Miſericordia ergo inter utroſq; apparuit:cum aliqui pro iuuene ſatisfeciſſent:& herodes ad ira mutaretur. Tum Archelaum ſimiliter increpantem attendens:petit ne nuptias ſoli ueret quod minatus eſſet:quia quamuis parum iræ adhuc habebat in his quæ iuuenis cõmiſerat:Archelaus tamen ut modeſtiorem eum faceret:criminationes in amicos referebat:dicens illorum eſſe quod iuuenem malignitate ſua corrumperent:fratremq; regis in ſuſpitionem mittebat. Nam dum Herodes iram contra Feroram habuiſſet:& Ferora indigeret regis reconciliatione:ſimulq; credens:quam eum Archelaus flectere potuiſſet:acceſſit ad eum cum ueſte nigra petens:ut fratrem pro eo peteret. Quem Archelaus nec ſpreuit:nec confeſtim ſe Herodi ſuadere poſſet promiſit:immo hortatus eſt ad regem eum accedere:& ſupplicando confiteri ſe omnium malorum auctorem extitiſſe:quia prodeſſent hæc ad eius indignationem mitigandam pluſquam ſua ſuggeſtio. His flexus Ferorã quæ inter ſe ambo conſtituerant:præter ſpem adoleſcentis accuſationes abſoluit. Cũq; & Feroram Archelaus reconciliaſſet:ad Cappadociam reuertitur:gratus tanquam nemo alter illo tẽpore factus Herodi. Quapropter & muneribus eum munificentiſſimis ornauit præomnibus magnifice:& inter neceſſarios amiciſſimum arbitratus eſt. Conſtituit & Romam proficiſci:quomodo de his Cæſaris ſcripta ſuſciperet. Et uſq; Antiochiam eis ſimul eũtibus Syriæ procuratorem Tyrium:inimicũ Archelai:ei Herodes amicum fecit. Cumq; Romæ fuiſſet:& inde reuertitur:factum eſt bellum inter ipſum & arabas:ex huiuſmodi cauſa. Qui traconitidẽ habitant regionem:quam Cæſar a Zenodoro tollens:Herodis prouinciæ addidit:latrocinandi licentiam non habebant:ſed agrum colere:uel ſub quiete uiuere cogebantur:quod illis minime commodum erat:multaq; Herodi gloria pro hac diligentia ſua ſurrexerat.

Diſceſſio habitãtiũ Traconitidẽ a regno Herodis & uaſtatio p duces eius:& de trãſfugis q de Traconitide puincia ad Arabiã receſſerũt:quos recepit Sylleus procurator regis Arabiæ. CAP. XIIII.

GItur quando nauigauit Romam:ut filium Alexandrum accuſans:Cæſari Antipatrũ cõmendaret:fama uulgauit mortuum eum eſſe. Qua comperta Traconitidẽ habitantes ſubtrahẽtes ſe ab eius principatu:turſuſq; ad ſolitum reuerſi morem finitimos agros depopulabantur:contra quos egreſſi procuratores regis:omnes domuerunt. E quibus quadraginta principes latronum cum cognatione ſua a Traconitide prouincia ad arabiam receſſerunt:Sylleo ſuſcipiente eos:pro cauſa iræ quam habebat:negatis nuptiis Salomes. Quibus cum locum munitum dediſſet:illi non tantum Iudæam ſed & inferiorem Syriam deprædabantur:tuti refugia ſibi præſtante Sylleo.

Qualiter Herodes a Roma reuerſus in Arabiam tranſfugas poſtulabat:quos cũ non obtinuiſſet exercitum contra eos produxit:Arabas quoq; debellauit. CAP. XV.

HErodes aũt Roma reuertẽs:comperit plurima regni ſui a latronibus male tractata:nec poſſe duces ſuos latrões cõpræhẽdere nec habere q̃liter tutelam ſuã munirẽt:illis Arabũ patrociniis fultis. Cũq; grauiter ferret:ipſe Traconẽ pueniẽs familiares eor̃ peruit. Vnde illi potius ad iracũdiã incitati:legemq; habẽtes ut ſi eos uindicarẽt:q; familiares eorũ occidiſſent:cũctã Herodis terrã uexabant:& depopulabant. Ille uero referebat hæc Cæſaris ducibus Saturnino & Volũnio:uolẽs latrones ad pœnã petere. Ná illi fortiores & plures facti:ita perturbabant:affligẽdo regis Herodis:puinciã:& uillas deprædãdo:& captos hoſtes interimendo:ut bello ſimilis eſſet uiolentia quã faciebant:nam iam plus mille extabant. Herodes autem latrones quidem petebat:& debitum quod per Syllenm mutuauerat:Obodo talenta quingentaviam

conſtituto die tranſacto in quo ſtatutum fuerat pecunias reddi. Sylleus autem Obadum deſpicies dum ipſe gubernaret: latrones quidem denegauit per Arabiã eſſe: de pecuniis uero differebat. Quapropter cognitiones coram Saturnino & Volũnio procuratoribus Syriæ committebantur. Qui ſtatuerunt intra triceſimum diem Herodem pecunias debere recipere: & eos qui de utroque regno confugiſſent inuicem reddere. Et apud Herodem quidem Arabum nullus penitus eſt nec per affectionem: nec alio modo tentus. Arabes aũt paſſi ſunt latrones apud ſe teneri. Cũq; conſtitutus dies tranſiſſet: nec Sylleus de quo ſtatuerat aliquid compoſuiſſet: Romam aſcendit. Redditionem uero pecuniarum uel latronum Herodes exequebatur. Cum Saturninus & Volũnius præcepiſſet in deuotos perſequi: exercitum aſſumens Herodes: Arabiam ingreſſus: tribus diebus ſepté mansiones fecit: Cũq; prope caſtellum ubi latrones erant peruenifſet: cœpit quidem omnes eos inſidiis reuertit uero caſtellum quod Repta uocabatur: cum neminem penitus inuenifſet. Itaq; Arabis ad auxilium uenientibus cum Nacebo duce pugna committitur: in qua pauci quidem Herodis Nacebus autem dux Arabum cum uiginti quinq; ſuis ceciderunt: reliqui uero ad fugam conuerſi recedunt. Puniens autem horum rex tria milia circa Traconé Idumæorum locauit exercitum: & latrones inconſtitutos arcebat: & de his ducibus circa phœnicem exiſtentibus mandauit demonſtrando: quia nihil amplius in indeuotos executus Arabas quam oportebat egiſſet. Quæ illi quidem requirentes minuebant nequaq; mendacium eſſe.

Quẽ admodum Sylleus accuſauit coram Cæſare Herodem de incurſione quam in Arabia fecerat & q̃ indignatus Cæſar dura uel grauia reſcripſit ei: quare Herodes placare uolens remiſit romam Nicolaum Damaſcenum.

CAP. XVI.

Vncii uero Sylleo cum Romæ geſta indicaſſent: & magis ſingula exaggeraſſent & ille in aula permaneret tunc inter Cæſaris amicos ſtatim hæc audiens: mutata nigra ueſte ad eum ingreſſus: ſuggeſſit q̃ bello cuncta arabia conflictaretorumq; regnum commotum ab Herodis exercitu fuiſſet: & lachrymis fuſis quingentos quidem cum duobus milibus arabum primates piſſe dicebat: interfectum autem & ducem eorum Nacebum propinquum & affinẽ ſibi: diuitias autem Reptis caſtello conſtimatas deꝓdaſſe: dum pro egritudine contẽtus Obadus ei nõ ſuffeciſſet occurrere: quia nec ipſe nec exercitus arabũ interfuiſſet. Talia Sylleo dicente: & inuidioſe inſuper addente: q̃ nec ipſe rediret ad prouinciam niſi crederet: quia Cæſar de pace omnium cogitaret: neq; ſi p̃ſens fuiſſet cõmodum eſſet cum Herode bellum cõmittere: his dictis Cæſar iratus: p̃ſentes Herodis homines pcõtatus eſt: qui tũc a Syria uenifſent ſi exercitum Herodes ad Arabiam deduxiſſet. Qui cum ei hoc dicere compellerẽtur nec cauſam facti ſuggererent ira Cæſar cõmotus ſcripſit: Herodi cuncta quidẽ grauia: ſumma uero epiſtolæ huius erat. Olim amico nunc uero ſubiecto. Scripſit autem de his Sylleus arabis. Qui relaxati neq; latrones ad ſe fugientes reddiderunt: nec pecunias reſtituerunt: ſed etiam & paſcua quæ mercede tenebant minime ſolito reditu poſſidebant: Iudæorum rege Cæſaris faro re humiliato. Tunc quoq; Traconitide habitantes cum arabis aggreſſi cuſtodiam Iudæorum: afflixerunt eos: non tantũ pro ſua utilitate: ſed & memoria prioris belli: per Herodem ſibimet irrogati. Quæ rex ferebat perdita fiducia quã in Cæſaris amicitiis habuerat: dum ſecundo legationes ſuas ſatisfacturas pro culpis non ſuſceptas cognoſceret. Aeſtuabat etiam de Sylleo: cui credebatur a Cæſare: qui præſens Romæ conabatur defuncto Obado rage arabum in regnum ſuccedere: multis Cæſari promiſſis pecuniis: aliiſq; in aula potentibus. In terra Obado moriente: Dinea: qui poſt aretha dictus ẽ: regnum arripuit. Cæſar autẽ arethæ minabat q̃ regnare præſumpſiſſet: priuſquam ſibi de hoc ſcriberet. Ille uero cum donis multis Cæſari coronam auream multorum talentorum deſtinauit: & epiſtolam per quam Sylleum criminabatur ut maliuolum ſenum: & Obadum ueneno eius peremptum: uxoreſque arabum ab eo adulteratas: dum cauſas reipublicæ rege iuuente gubernaret: immo & ære alieno ſibi uellet per pecunias principatum acquirere. Quibus nullatenus animo Cæſar intendens remiſit dona. Arabia uero uel Iudæa pluribus malis affligebantur: dum regnum unus quidem quia nec dum firmum imperium habebat prædatores nullatenus prohiberet: Herodes autem iratum Cæſarem pro ſua uindicta uidens: omnes illorum iniquitates portare cogebatur. Deinde tantis circum inſtantibus malis: iudicauit iterum Romam tranſmittere: ſi poſſet mediocriter per amicos Cæſarem placare. Direxit autem Nicolaum Damaſcenum. Domus autem eius uel filii ſui multo peius illo tempore erãt diſpoſiti: & licet ſine ſuſpitione nunquam fuiſſent: malum tamen ex huiuſmodi cauſa prænoluit.

Criminationes Eunyclis Lacedæmonii contra filios ad patrem Herodẽ: & quia ligaſſet eos pater & ad Cæſarem ſcripſiſſet.

CAP. XVII.

Acedonius Euricles nobilis domi: malus aũt alio luxurioſus: ad Herodẽ ueniẽs: multis donis eius fauorẽ cõparauit: ut inter neceſſarios amicos eius deputaret. Qui manẽs apud Antipatrũ aditũ uel conſuetudinẽ cũ Alexandro habebat. Nã Archelai Cappadoci ſe ſe dicebat hoſpitẽ: & ideo p̃ Glaphyrã ualde honorabat eum: cunctiſq; blandiebatur. Semp aũt dicta uel facta notabatur exinde poſſet accuſationibus cõſertis gras hero-

dis conquirere: unde ſinguli exiſtimabant multum ſibi fidelem exiſtere. Quapropter Alexander ut adoleſcens & dolēs de his quæ paſſus fuiſſet: narrauit: quam pater alienatus fuiſſet: & mater ſua interfecta ab eo periſſet: Antipatrum autem ſibi præpoſuiſſet: & quemadmodum ille intolerabilia de eo patri dixiſſet: & ad odium illum incitaſſet: ut nec in conuiuiis eum: nec conuentu dignaret adeſſe. Cum uero talia dolens defleuiſſet: ſtatim Euricles Antipatro omnia nunciauit dicens. Non pro mea utilitate tibi hæc nūcio: ſed tuis iam uictus honoribus & rei magnitudine: præcipio cauere alexandrum. Nam hæc non ſine dolore dicens: ineſſe ſuis uerbis audaciam demonſtrabat. Igitur Antipater cum eum ſibi fidelem eſſe exiſtimaſſet: magnas ei donationes optulit: & deinde flectit Herodi eadem explanare. Qui non ſicut ab alexandro audiuerat intimauit: ſed uerbis ſuis aliquam ueritatem accuſationi addens: animum regis īmutabili odio filiorum compleuit. Quia a rege donationem quinquaginta talētorum accipiens ad archelaum regem Cappadociæ profectus: Alexandrum modeſtum: uel bonum referebat: multumq; laboraſſe: quatenus eū reconciliaret patri. Quapropter ab illo quoq; multa dona ſuſcipiens receſſit. Qui nec in Lacedæmonia talia facere deſiſtēs: multis iniquitatibus immerſus: patria priuatus exceſſit. Rex aūt Iudæorum non ſicut prius contra Alexandrum uel Ariſtobulum tantūmodo accuſationes audiebat: ſed & ſi nullus aliquid ei nunciaſſet: ipe perſcrutabatur licentiamq; dedit uolētibus quiddam contra eos referre. Tum uero Euaredum quēdam licet uellet tamen non libenter accuſantem audiuit: quia & ipſum ut conſcium abhorrebat. Superuenit autē contra adoleſcentes aliquid peius: dum omnes præmiorum promiſſione ducerentur aliquid acerbum contra hos nunciare: & tanquā pro ſalute regis dicentes: etiam falſa ſuggerebant. Duo enim fuerunt Herodi fortitudine uel magnitudine corporis præcellētes: locūdus & Tyrānus nomine. Qui cum offendiſſent regem expulſi: Alexandrū ſecuti in exercitationibus ab eo honorabantur: pecuniaſq; & donationes accipiebant. Quorū ſtatim rex inſuſpitione ductus: torquebat eos. Qui cum multo tempore ſuſtentaſſent: poſt uicti: dicebāt: q; eis ſuaſiſſet alexander Herodem in uenatione feras ſequentem ab equo deiicere: ut ita facile eum ſuis telis perfoderent. Quod olim ei contigebat. Demonſtrauerunt ēt aurum in oppido celatum: & præpoſitum uenationis conuincebant q; ſibi tela regalia Alexandri iuſſionibus dediſſet. Poſt hæc princeps cuſtodiæ alexandri oppidi apprehenſus torquebatur: quaſi uellet ſuſcipere cuſtodiam adoleſcētium: & præbere eis in caſtello poſitas regales pecunias. Et ille quidem nihil tale confeſſus eſt: filius uero eius iſta facta fuiſſe dicebat: litteraſq; porrexit: quaſi manu Alexandri factas: quæ ita continebant. Cum dei auxilio quæ p poſuimus oia confecta ſunt. Ergo ueniemus ad uos: ſed ſicut p miſiſtis in caſtello nos ſuſcipite. Poſt hanc epiſtolam: Herodes quidem de filiorum inſidiis credidit. Alexander autem diophantum inquum ſcriptorem imitatum ſuam manum: & has propter antipatrum litteras aſtute ſcripſiſſe. Diophantus enim talis erat. Quapropter in huiuſmodi & aliis rebus coniunctis interiit. Rex autem cū coram multitudine produxiſſet in hierichūte filios & accuſatores eorum: hos quidem multi manu iaculantes interemerunt. Cunque impetum & ſuper Alexandrum occidendum faciſſent rex eos per Ptholomeum & Feroram prohibuit. Cuſtodiebantur autem: ne quis ad eos ingrederetur & ſpeculabantur ne quid facerent uel dicerent. Et quid amplius. Cum damnatorum infamia tenerētur horū unus Ariſtobulus: exiſtimās ſuam ſocrum condolere ſuis calamitatibus: & regem ī odio habere: & tu inquit periculo perditionis cōmunicas: dū accuſata de: nuptiis Syllei: cuncta putaris prodere. Hæc autē illa ſtatim fratri nūciauit. Qui nullatenus ſeſe cōtinens ligari eos & diſtractos ab iuicē quæ male de patre ſenſiſſent: ſcripto porrigere præcepit. Qui præceptis coacti: ſcribunt: inſidias quidem contra eum nec cogitaſſe nec inſtruxiſſe: fugam uero meditatos: & hanc propter neceſſitatem: dum in ſuſpitione uel difficultate uitam ſuam haberēt. Eodem tempore cum ab archelao de Cappadocia legatus Mela nomine nobiliſſimus peruenifſet: Herodes uolens erga ſe perfidiam archelai manifeſtam facere: uocauit Alexandrū ſicut in uinculis erat: & rurſus conſuluit de fuga qualiter: & quo ſtatuiſſet diſcedere: cum Alexander ad archelaum dixiſſet: & ab eo promiſſum ſibi fuiſſe: ut Romæ deſtinaretur: nihil uero aliud neq; importunum: aut acerbum in patrem cogitaſſe: nec ea quæ p maliuolentiam aduerſariorum conficta eſſent uera exiſtere: ac uelle ſi adhuc Tyrannus uideret: ut quæſtione cautiore facta: ueritas appareret: ſed hunc citius periſſe: Antipatro per amicos populum incitāte. Cum talia retuliſſet: iuſſit Melam cum alexandro ſimul ad Glaphyram duci: ut interrogaretur: ſi quid ea cognouiſſet de inſidiis in herodem conſtructis. Qui cum ueniſſent: ſtatim Glaphyra ligatum Alexandrum uidens: caput ſuum percuſſit: & ſtupefacta nimis ingemuit. Fuerunt autem adoleſcentis & præſentium lachrymæ: & ſpectaculum dolore plenum: nec diu potuerunt interrogare uel reſpondere. Dein multo poſt Ptolomeo qui iuſſus erat eos perducere interrogante Glaphyram: ſiquid de his quæ fiebant cognoſceret: Alexander reſpōdit. Quid meum hæc ignoraret quæ anima mea plus mihi diligitur: dum & communes filios haberemus. At illa clamauit q; nihil cognoſceret importunum: ſi tamen aliquid ſaluti eius prodeſſet non recuſaret etiam mentiendo confiteri. Alexander autem nihil impium inquit: nec quod pater ſuſpicabatur. quia nullatenus hoc ipſe cogitaui. Tu uero mulier: quid aliud ſcis: niſi q; ad archelaum fugere deliberauimus: & exinde Romā aſcēdere. Eadē & illa confeſſa eſt. Herodes aūt ī archelaum de pfidia ſuſpitionem habuit: dedit q; Olympio

& uolúnio litteras:præcipiens eas tranſmittẽdo per Eleuſiam ciuitatem Ciliciæ Archelao traderet: culpans eum q̃ inſidiaꝝ particeps cum filiis ſuis eſſet:& Exinde romam nauigarent:ubi ſi Nicolaũ inuenirent aliquid profeciſſe:ne Cæſar in eadem difficultate permaneret:daret littetas uel argumẽta:quæ contra iuuenes conſtructa deſtinauerat. Archelaus autem litteras accipiens:ſuſcipere ſe quidem adoleſcentes confeſſus eſt:quia prodeſſet eis uel patri:ne quid per eius diſcordiam eueniret:ad Cæſarem aũt tranſmittere:uel aliud perfidum contra illum agere:nihil adoleſcentibus penitus promiſiſſe. Legati uero cum hæc audiſſent:& Romam peruenieſſent:litteras porrexerunt:quia Cæſarem placatum inuenerunt. Nã de legatione Nicolai taliter euenit:ut hic ad aulam aſcenderit:primum qui dem non pro quo uenerat:ſed Sylleum accuſare deliberauit. Quod multi intelligentes:Nicolaum adeuntes:iniquitates omnes Syllei nunciabant:& quod multos Obadi peremiſſet. Quorum indicia manifeſta ex litteris eius demonſtrabantur.

Vt per Nicolaum accuſatione liberatus Herodes eſt apud Cæſarem:Sylleus autem accuſator Herodis morti adiudicatus eſt. CAP. XVIII.

Nicolaus fœlicitatem quandam ſibi exiſtimans oblatam:moliebatur p accuſationẽ Syllei Cæſarem Herodi reconciliare. Sciebat enim:q̃a ſi uellet ſatisfacere de factis eius non p̃mitteret:ſi uero Sylleũ accuſaret:tẽpus pro Herode dicendi poſſet inuenire. Conſtituto ergo die Nicolaus p̃ſentibus legatis Arethæ accuſabat Sylleũ & cũ cæteris addebat regis multorumq̃ Arabum ſimul interitũ:& pecunias quas mutuas accepiſſet p̃ nullo reipublicæ cõmodo:necnon & adulteria non tantum per Arabiam:ſed ẽt Romanaꝝ mulierũ. Addebat aũt:quod acerbius concitaret regis animum:nihil uerum docuiſſe de factis herodis. Cũq̃ ad hũc locum peruenieſſet:Cæſar quidẽ interrogauit:ſi Herodes exercitum contra arabiam non duxiſſet:nec duo milia quingentos occidiſſet:nec captiuos traxiſſet:prouinciamq̃ deuaſtaſſet. Ad quem Nicolaus reſpondit:pro his magis ſe uelle ſuggerere:q̃ nihil:aut multo minus ut audierat factũ fuiſſet. Sed tu inquit ut iuſtus hæc atrociter eſtimaſti. Quod cũ præter opinionẽ Cæſar audiſſet:& iuſſiſſet ut diceret:Nicolaus ſatisfaciendo:quingẽtoꝝ talentorũ conſcriptionẽ produxit. In qua cautum fuerat:licere herodi conſtituto die tranſacto pecuniiſq̃ nõ redditis totã arabiam inuadere. Introductam uero per prouinciam militiam:non expeditionẽ dicebat:ſed multitudinẽ ſuas pecunias uolentem exigere nec conſtituto die:ſed multo poſt introductam. De qua re cũ ſæpius quidẽ Saturninum & uolúnium procuratores Syriæ interpellaſſet:deinde corã illis in Berytho cum Sylleus p̃ tuam fortunam iuraſſet:intra triceſimum diem pecunias ſe p̃bere:necnon & eos q̃ a regno Herodis tranſfugiſſent:nihil horum eo facente:rurſus ad procuratores herodes uenit. Cui cũ præcepiſſent pignora ſumere:ſtatim p̃uinciam cum ſuis ingreſſus q̃ iſti bellum dicit ad inuidiam procuratoꝝ tuorũ qui hoc fieri denunciauerunt ſecundũ conſcriptionum ſtatuta. Iſte uero inquit non tantũ deos:ſed & tuum numen piurans decepit. Reſtat mihi tam de captiuis differere. Latrones Traconẽ habitantes: quadraginta primũ:deinde multi torméta factoꝝ timentes:refugium ſibi fecerunt arabiam:quos Sylleus cum ſuſcepiſſet:contra omnes hoſtes uaſtabat terram:quam eis habitandam:& lucra latrocinii cum eis p̃diebatur. Spopondit aũt per eadem ſacraméta & eos redderedie quo promiſerat ſe debitum ſolutuꝝ. Quid ergo? Poteſtne monſtrare in præſenti quéq̃ alium ex arabum prouincia quã hos abſtractos quos refero:nec cunctos ut ait:ſed qui nequaq̃ latere potuerunt. Ita ergo.calũnia de captiuitate declarata: maximum Cæſar intellige mendacium:& falſitatem ad tuam excitandam iram ab iſto confictam. Nam cũ ingreſſus arabiã noſter exercitus fuiſſet:& unus uel alter de ſociis Herodis concidiſſent:coactus reſiſtere:Nacebũ ducẽ eorum cum uigintiquinq̃ proſtrauit. Quoꝝ pro nno quoq̃ centum iſte referens:duo milia quingentos periſſe dixit. Hac oratione Cæſar permotus:& an Sylleum cõuerſus:furore plenus:interrogauit quanti arabum periſſent:qui conturbatus:erraſſe ſe dixit. Deinde pacta debiti leguntur:litteræq̃ imperatorum & ciuitatum quæ latrocinia criminabantur. Mutatus ergo Cæſar Sylleũ quidem mortis ſententia dãnauit:Herodi uero reconciliatus:ſatisfaciens:q̃ ex falſa criminatione atrociter ei ſcripſiſſet. Nam ita Sylleo reſpondiſſe phibet. Quis eſt iſte:qui me impulit mendoſa ſuggeſtionem uiꝝ mihi amicum offendere. Sylleus quidem pecunias creditoribus redditurus & poſt puniendus deſtinatur. Cæſar autem adhuc iraſcebatur Arethæ quia principatum non ſuis præceptis:ſed propria p̃ſumptione cœpiſſet. Cogitabat ergo & Arabiã Herodi tradere ſed impedierunt litteræ quas rex miſerat per Olympiũ & Volúnium. Qui cũ Cæſarem audiſſent placatum:ſtatim præcepto herodis litteras uel probationes quas de filiis miſerat porrexerunt. Quas cum Cæſar legiſſet principatũ alium addere ſeni & male ſentiẽdi de filiis non æſtimauit. Videns ergo legatos Arethæ:& improperans q̃ temerare niſus eſſet non ab ſe regnum accipere:dona ſuſcepit:& principatum ei firmauit.

Qualiter Cæſare ptãtẽ p̃bẽte:cõcilio ĩ Berytho habito accuſauit filios herodes. CAP. XIX.

Herodi uero ſcripſitq̃ placatus ei fuiſſet & de filiis eius contriſtaret:præcipiens ut ſiqd acerbũ cõtra eũ præſumpſiſſent:p̃ſequeretur tanq̃ in patris præuaricatores:nam hmõi ptãtem ei dedit:ſi uero fugã tantummõ cogitaſſent:ut improperans mitigaret eos. ne aliquid crudele peragerẽt. Admonuit uero ut cõcilio ĩ Berytho cõgregato:quo multi

Romani habitant:& ſimul Impetatoribus Syriæ & Atcheſuo Rege Cappadociæ: quantoſq; alios exiſtimaret amicitiis eius uel honoribus clariſſimos: eorum ſententiis quod oporteret impleretur. Herodes autem cum litteræ ueniſſent: lætus pro recõciliatione:& quod ſibi poteſtas ſuper filios fuiſſet conceſſa:ſtatim accerſit cunctos a Cæſare conſtitutos ad concilium:præter Archelaum: quem propter offenſam noluit intereſſe: nequid uoluntati ſuæ impediret. Cunque in Berytho imperatores & alii conueniſſent: filios non permiſit ad concilium accedere: ſed in uilla quadam Sydoniorum Paleſtum nomine iuxta ciuitatem reliquit: ut uocati ad concilium præſentarentur. Solus autem ingreſſus.cl.uiris conſidentibus:accuſabat filios:& cauſa quidem non erat acerba:quantum ad ueritatis:indicia:multum uero diſſimilis patris filios criminantis. Nam uiolenter perorabat: & approbatione cauſa turbabatur:& maximi furoris uel ferocitatis ſigna monſtrabat. Defendebat etiam tanquam uera: quæ in odio filiorum dicta fuerant:& quæ ipſe contra filios ſcripſerat legebat in quibus inſidiarum nulla conſcriptio fuit:tantum uero q̃ fugere cogitaſſent:& derogationes quædam: & obprobria propter odium quod in eos habebat. Quæ cum legiſſet: clamauit iurando: q̃ melius uita priuaretur:quã talia uellet audire. Deinde cũ dixiſſet:q̃ & natura & Cæſare concedente poteſtatem haberet:addidit & patriam legem ſibi præcipere: ſi quando parentes filios accuſarent: & ſuper capita eorum manus ſuas imponerent:neceſſe populos circunſtantes eos lapidare:& huiuſmodi morte perimere:quam legem ipſam paratam in patria quidem uel in regno facere uoluiſſet:ſed expectare illorum iudicia:cognitores autem iueniſſe eos ĩ manifeſtis filioꝝ & non paruis criminibus: ut tempus habentes dignum:nullatenus deberent negligere: ne aliis talia prouenirent. Cum hæc rex itaq; dixiſſet:nec adoleſcentes ad ſatiſfactionem trãſiſſent: uidentes iudices q̃ modeſtiam uel reconciliationem minime aſſumeret rex: poteſtatem ei confirmauerunt. Et primus quidem Saturninus:uir conſularis: & in dignitatibus clariſſimus mitem ſententiam protulit dicens. Damno filios Herodis interfici uero non iuſtum arbitror: quia & ipſe filios habeo: & regem puto ſic uelle: quamuis infœlices filios ſe habere conſentiat. Poſt quẽ Saturnini filii tres qui eius erant Legati:ſententiã eandẽ cum patre ꝓtulerunt. Volumnius autem ecõtra morte puniẽdos filios Herodis reſpõdit:ita circa patrem iniquos inuentos. Eadem cum plures dixiſſent:ut nihil ambiguũ eſſet quo minus intelligeretur morte damnatos adoleſcentes: ſtatim Herodes ad Tyrum puenit: ducẽs miſeros adoleſcentes. Cunq; Nicolaus ad eum roma delatus eſſet:& prius ipſe ſentẽtias in berytho de filiis pronũciatas audiſſet:Herodes conſuluit quid amici eius de hoc Romæ deliberaſſent. Ille ait. Quod & mihi uidetur:ſcilicet impia eſſe q̃ illi de te ſenſerant:oportere uero ligatos & cuſtoditos cohercere:& ſi quid tibi aliud uiſum fuerit. Prouide tamen:ne plus iracundia quã modeſtia uſus eſſe uidearis. Nã minime dimitti ſolutos puto:ne talia committant: quæ nullatenus poſſent corigi. Multi etiam tuorum amicorum eadem Romæ deliberauerunt. Herodes autem cum tacuiſſet meſticia tentus:poſt iuſſit Nicolaum ſecum nauigare. Moxq; ut ad Cæſaream delatus eſt: rumor a populo de filiis eius uolabat: cunctis ſuſtinentibus ubi cauſa eueniret. Dum ſic periclitarentur& doloribus eorum condolerent dicere aliquid palam: aut dicentem audire ſine periculo non erat. Vnde miſericordiam cũ dolore concluſam ſine uoce comprimebant. Vnus autẽ miles nomine Tyro:cum filio ſuo Equeno amico Alexandri:cuncta quæ alii timore tacita dolebãt cum libertate loquebatur: & ſepius clamabat inter multitudinem dicens: q̃ periſſet ueritas:quod iuſtitia ab hominibus receſſiſſet. Vigent in quit mendacia uel malignitas: tantam nebulam q̃ humanis negotiis intuleruint:ut maxime calamitates uel miſeria pro nihilo iudicentur. Cum talia ſæpius exclamaſſet:licet non ſine diſcrimine:ueritas tamen omnes mouebat. Quapropter ſinguli timentes ſe ocultabant: ſed hæc illum dicentem libenter audiebant. Qui cum regem petiſſet:ut ſolus ſoli quæ uellet edicerent: conceſſumq; ei non fuiſſet:non poſſum inquit rex continere pro tali dolore fiduciam uel audaciam meam neceſſariam quidem tibi & commodam: ſiquid utile uelis ab ea ſuſcipere: meæ uero tutelæ contrariam. Deinde ſubſecutus ait. Quo tua mens ſagaciſſima receſſit: aut cur ſuperabundans ſapientia ſenſu multatur quo plures uel maximos acquiſiſti triumphos. Quid eſt:quod cognati uel amici remorantur petitionibus tuam flectere pietatem: quos tibi minime iudico eſſe cognatos uel amicos ei deſpexerint tale ſcelus:in tuo beatiſſimo fieri principatu. Tu uero non præuides quid eueniat ſi duos adoleſcentes ab uxore tibi regia creatos:& in omni ſumnitate uirtutis præcellentes occidis:teque ſolum in ſenectute relinquis: cum uno filio male uitam tuam diſponente:& cum cognatis quos totiens iam morte damnaſti. Nonne cogitas: q̃ multitudo tacens crudelitatem tuam conſpicit & odit:exercitus quoq; cunctus & primatus & eius miſericordiam quidem de infœlicibus: odium uero in te hæc faciente concupiuit. Cum hæc rex in initio non libenter audiſſet: & cõmonuiſſet eum uerba Tyronis:per quæ manifeſte familiarium pfidiam exprobrauerat: paulati immẽſa & militari fiducia uſus Tyro cõcidit:& turbatione cõpleuit Herodem. Qui cum magis increpari q̃ admoneri ſe putaſſet: & quia milites eũ abhorrent:& primatus eoꝝ indignarentur: præcepit noiatos cunctos cũ Tyrõe ligatos in cuſtodia detineri. Cũ hoc factum fuiſſet: & Tryphon quidã tonſor regis inuenta occaſiõe regẽ adiſſet:ait. Suaſit mihi Tyro ſæpius dicens:ut regẽ tõdens: guttur eius icideré:nã iter primos apud Alexãdrũ poteris eẽ:magnaſq; donationes ab eo accipere. Quæ cũ dixiſſet:eũ rex cõpræhẽdi

præcepit:& tormentis Tyronem:& eius filiũm:atq; tonsorẽ subdi:cũq; Tyro ita cõfiteretur:idẽs filius patrem suum crudeliter laceratum: nec habentem spem salutis:futurumq; sibi iudicium ex tormentis paratum intelligens:se inquit ueritatem nunciare:si uerbo confirmaret tormenta patris & sua remittere. Cunq; rex fidem dediſſet:dixit sibi constituisse Tyronem manu sua regem adire & occidere si copia daretur:ut solum eum inueniret:multaq; pati quatenus Alexandro præstaret. Quæ cum ille dixisset:patrem a necessitate soluit. Incertum autem est:utrum hæc ueritate a necessitate retulerit: ut aliquod perfugium in præsentibus malis inueniret.

Mors iuuenum & sepultura corporum eorum in Alexandrio.. CAP. XX.

Herodes autem licet deliberasset iam dudum filios interimere:tunc tamẽ festinauit crudelitati suæ finem imponere:& in contione producens: trecentos priores militum reos factos cum Tyrone filioq; eius:& accusatore tonsore: criminabatur coram omnibus. Et illos quidem multitudo peremit. Alexander autem & Aristobulus in Cæsaream tracti patre præcipiente laqueo perimuntur. Corpora uero noctu in Alexandrio ponuntur quo matris eorũ pater:pluresq; cognati:uel proaui positi esse uidebantur.

¶Incipit Liber.xvii.antiquitatis Iudaicæ.

¶Qualiter Antipater odio habitus est ab oi gẽte ꝓpter interfectionẽ fratrũ suoꝝ. CAP. I.

ANtipatro autem postquam fratrum extitit accusator:& in primis facinus extremæ impietatis & crudelitatis impulsor: haud sane pro uoto spes uitæ sequentis aperitur. Nam quamuis amittendi regni metu fuerat liberatus:q; iam uidelicet illud cum fratribus se communicaturum fore non cernere: operosius tamen & ambiguum regnum sibi fieri magis magisque sentiebat. Siquidem odium uniuersæ gentis: aduersus illum erat exortum. Fuit uero illi etiam hoc ualde contrarium:quod totam contriſtabat militiam:dum aduersam ab ea gereret protinus uoluntatem:in qua proculdubio omnia regni munimenta consistunt:& maxime quotiens gentem aut populum uniuersum nouarum rerum cupidine perturbari contingeret. Tantum etenim periculum ei fratrum procurauit interitus. Verumtamen cum patre pariter participatur regnandi negotium:non aliter quam si rex etiam ipse consisteret: amplioraque ei negotia credebantur:& quod unde perire debuisset: firmitatem magis fauoris inuenerat:quod quasi pro Herodis tutela fratrum suorum proditor extitisset & non inimicitia qua circa illos & circa patrem ipsum detinebatur. Talibus enim eum maliloquiis induxerat. Quæ omnia machinationes erant uiam constituentes qua aduersus Herodem tenderetur:ut Antipater accusatores non haberet de his quæ patrare cogitabat:Herodes autem omni refugio nudaretur:non habens qui sibi auxiliaretur:cum Antipater hostis manifestus existeret. Proinde odio paterno illas fratrum insidias perpetrabat. Pulsabat autem amplius ut ab incepto non desisteret: quod cernebat moriente quidem Herode certe sibi principatum esse uenturum: prolixius autem uiuente:multa sibi surrepta periculasi eius factio proderetur cuius extabat ipse compositor:& quæ si palam fieret hostem illi patrem compellebat existere. Propter quæ ad donandum erat largus & affluens: & etiam eos qui circa patrem erant lucris pulsabat in gentibus ut aduersus eum hominum odia concitarent: & maxime illos quos Romæ possidebat amicos missionibus magnorum numerum sibi beniuolos comparabat. Ante omnes autem Saturninum qui tunc coram Syriæ gerebat inducere magna spe incitabatur: sed etiam Saturnini fratrem promereri festinabat. Ad hæc sororem regis uiro inter primos apud Herodem coniunctam:suo modo utens:ad se uolebat attrahere. Erat quippe ad fingendas amicitias colloquentibus secum callidus & ad odium dissimulandum ualde credibilis:& ad celandum semetipsum satis astutissimus. Non tamen decipe ualebat suam nutricem quæ illum iam ante abunde cognouerat:& ab eo falli non poterat. Siquidem omnibus eius factionibus iam antea fuerat reluctata:ob morum eius improbitantem: quamuis eius filiam haberet uxorem prouidentia matris Antipatri:& eius ipsius instantia illam suscipiens: quæ primo fuerat Aristobuli sociata connubio. Nam alteram Calleas filius uiri eius habebat uxorem sed nullum hoc ei tutamen erat: quo minus eius intelligeretur iniquitas: sicut nec prius cognatio quicquam obstiterat: quominus odibilis haberetur. Interea Salome festinantes Sylleo Arabi coniungi corporali libidine concitatam:Herodes compellit cum alexa inire connubium cooperante quoque illi Liuia: & persuadente Salome: ne illius renueret nuptias:ne inimicitiæ inter eos maturius orirentur. Iurabat quippe Herodes: nunquam se circa Salome beniuolum fore: nisi coniugium Alexæ susciperet: & obediret Liuiæ utpote Cæsaris coniungi:ad hæc etiam utilia suadenti. Interim filiam Archelai regis Herodes ad suum destinat patrem:quæ fuerat Alexandro ingata: dotem etiam restituens:ut nullum inter eos certamen oriretur.

Qualiter Herodes rex filios Alexandri & Ariſtobuli filiorum ſuoꝝ adoptans:filiam Feroræ illis deſponſauit & Antipatri:& q̄liter antipater p ſuaſit patri deſponſationē in ſuos trāſferre filios:& q̄liter herodes aduerſus Traconitas uolēs munitus exiſtere: & Zamari iudæū q de Babylōe diſceſſerat: & ī antiochia degebat euocās ibi cōſtituit:& utebaꝫ illo oppoſito aduerſus Traconitas. CAP. II.

IPſe autē enutriebat filioꝝ filios diligēter admodum. Erant.n. Alexandro quidē ex Glaphyra uirilis ſexus duo: Ariſtobulo aūt ex Beronice Salomes filia maſculi tres: puellæ duæ & ſæpius amicis præſentibus coram ſe Herodes eos conſtituens: filioꝝ quoq; fortunam cauſamq; deplorans:orabat:ne tale quicquā filioꝝ filiis accidiſſet:ſed & cum uirtute creſcētibus uicißitudinē illi nutricationis & educationes exoluerēt. Deſponſabat aūt eis maturo iam tpe decurrente:maiori natu quidē alexandri filioꝝ filiam Feroræ: ariſtobuli uero filio filiam antipatri:filiam uero ariſtobuli denominat antipatri filio alteram uero ex filiabus ariſtobuli herodi filio ſuo: fuerat autem is regi natus ex filia pontificis. Paternus qppe mos erat: ut ſimul plures haberemus uxores. Agebat aūt filioꝝ deſponſationem rex mirā infantulorum parentibus orbat orum:ad beniuolētiam eorum p ſocietatē cōiugalem antipatrum prouocare deſiderās. Antipater aūt non ceſſabat circa infantulos ea uoluntate uerſari:qua circa fratres quoq; fuerat agitatus. Incitabat aūt eum ſtudium patris quod circa infantulos gerebat: ſperans eos maiores ac meliores ſuis fratribus fore:præſertim cum in uirilē ætatem prorūperent: archelao etiam auxilium nepotibus præbituro:uiro in regni culmine conſtituto: & Ferora in murum unam ex eis ſuſcepto filiam:Tetrarches enim erat iſte. Excitabat autē eum uniuerſa quoq; multitudo: quæ circa infantulos quidē miſericordi mēte mouebatur:aduerſus eum odium aūt in omnibus gerebat:pp quod clarue rat tantæ in fratres iniquitatis aſtructor. Machinabatur quoq; diſſoluere quæ patri placuerāt aduerſum ſibi reputans:ſi tanta contra ſe talium adunaretur potentia. Et differebat quidē herodes ſequi poſtulationes antipatri ut ipſe quidem ariſtobuli filiam in connubio ſuſciperet: Feroræ uero filius fatris eius alexandri filiam. Et ſponſiones quidē nuptiarum huiuſmodi gerebantur: rege tamē inuito. Herodi uero ea tēpeſtate uxores erant nouem:antipatri mater & filia pontificis: ex qua etiam homonymus illi filius fuerat procreatus. Erat autē ei etiam fratris filia coniuncta:& cum ea neptis altera:ex his quidem proles nulla germinauerat. Erat etiam in uxoribus ex gente ſamareorum una: ex qua filii extiterant Antipas & Archelaus & filia olympias noīe: & hanc quidem poſtea Joſippus ſuſcepit uxorē:qui regi fuerat fratruelis. Archelaus aūt & Antipas romæ apud quēdam familiarē educabantur. Coniuncta illi erat ēt Cleopatra ſed Hieroſolymites:& filii ex ea fuerant nati: Herodes & Philippus qui etiam romæ educabantur. Erat in uxoribus etiam Pallas:quæ Faſelum ei peperat filium. Super has quoq; Fedra:& Helpis erant uxores ex quibus duæ filiæ fuerant procreatæ: Examana noīe:ac Salome. Filiæ aūt maiores natu:ex una matre procreatæ cum Alexandro quarum intuebatur ferora nuptias:coniunctæ erant una quidē antipatri ſororis filio:altera uero Faſelo: & iſte quoq; fratris herodis fuerat filius:& hoc quidem ex diſpoſitione factum erat Herodis. Tunc aūt uolens aduerſus traconitas munitus exiſtere:cogitauit uicū iudæis edificare non diſtantē magnitudine ciuitatis:ut pro hoc inacceſſibiles hoſtibus faceret limites ſuæ prouinciæ. Et cognoſcens uirum quēdam iudæum ex babilonia:cum equitibus quingētis & ſagittariis plurimis:cognatoꝝ etiam multitudinem:uſq; ad cētum ferme numerum uiroꝝ Euſratē fluuium tranſmeaſſe:& in antiochia in loco qui dicitur Daphne Syriæ conuerſari cum Saturnino qui tunc ibidem imperator militiæ conſiſtebat:illum ei locū ad habitandum benigna largitate cui Balatha nomē erat cedere promiſit. Euocabat ergo eum cū tota multitudine oīum qui eum fuerant conſecuti: ſpondēs daturum ſe terram in regione quæ dicitur Bathanea. Deſtinauerat.n. eum intra Traconitidē conſtituendum uolens eius habitationē obſtaculum contra hoſtes habere. Promittebat itaq; illam regionē ſine tributis eſſe daturū & liberos fore quæ moris erat illius regionis habitatoribus exhibere:immunēq; eis terram & nullis illationibus obnoxiam p̄biturum. His p ſuaſus babilonius uenit:& ſuſcipiēs regionē:oppida: & municipia plura conſtruxit. Et uicum Bathyra noīe conſtituēs:obſtaculum erat & oppoſitum quoddā ille uir aduerſus Traconitas iudæis de Babilonia Hieroſolymam p ſacrificioꝝ tpa uenientibus: ne quis eoꝝ latrociniis Traconitarum inſidiiſq; lederetur & aduentabant ad eum plurimi: maximeq; illi undiq; concurrebant:a qbus paternus mos iudæoꝝ & inſtituta celebantur. Quibus rebus illa regio breui populoſa facta eſt:pp quod imunis ab oīb⁹ functionibus pmanebat: uiuēte dūtaxat herode. Cæterū poſtquam Philippus filius eius principatū regni ſuſcepit:modicas paruo tpe illis functiones ipoſuit Agrippas uero maior & filius eius qui homonymus quoq; illi conſtabat eos admodum grauauere:non tamē eis delibertate ipſoꝝ cum poſſent ullam intulere modeſtiam. Sed romani deinde dominatū illius regionis adepti:libertatis quidē eorum ēt ipſi ſeruauere dignitatem ipoſitionibus aūt eos functionum uſquequaq; grauauerunt. Et hæc quidē oportuno tpe diligenter exequar oratione p̄cedente. Zamaris āt Babylonius inter hæc uita defungitur:qui ad poſſidēdam illā regionē ab herode fuerat acqſitus:quiq; cum uirtute uiuēs:filios quoq; optimos reliq̄rat: Iacimū q. dē qui fortitudine clarus extabat:is eqtes Babylonios qui ſub illo fuerat continebat: & Hely: quos nex afficiebat abunde munerib⁹. Sed Iacimus in ſenectute defunctus:Philippum filium dereliq̄t:&

manu bonū:& aliis uirtutis artibus uſui ſupra quēlibet accōmodum. Ob hoc fida illi amicitia: & firmiſſimus fauor cū Agrippa rege proueneratmilitiamq; totam quā rex habebat: iſte curabat:& ubicūq; deducendam rex poſtulabat:eius regimine ducebatur.

Qualiter Antipater oblectabatur eos qui circa Feroram erant:uolens per illos inſidiari patri & q̄liter agnoſcens ſoror regis Salome:clanculum denunciauit fratri: & de interfectione phariſæorum regi aduerſantium. CAP. III.

Herode autē in quibus retuli conſtituto:in Antipatrum ſpectabant cuncta negocia: ꝓptea quia utilis ac promptus a rege putabatur:& rex hanc firmitatem non amiſerat poteſtatis:quam ei pater prōptius indulgebat:ſpe quaſi fauoris eius ac fidei. Ad hæc erat etiā ad deriuādam in ſe audaciſſimus: quomodo incognita erat patri eius nequitia: & qūo ad fidem faciendam in dicendo callebat. Erat etiam cunctis terribilis:non tantum magnitudine poteſtatis:quantum peruerſitate moꝝ:& quod erat ad male loquendum procaciſſimus. Maxime autē eum Feroras accurabat: uiciſſimq; curabatur. Nam eum callide ualde circūuenerat antipater:& maxīe per mulieres ad occupandos eius aīos ambigerat. Deditus quippe fuerat Feroras uxori matriq; eius atq; ſoroti:licet mulierum genus horreret:ob iniuriam filiarum ſuarum uirginum: uerūtamen has patiebatur:ab hiſq; ducebatur:& nihil ab eo ſine illis mulieribus agebatur. Nam hoiem illum ēt medicaminibus accurabant:ſed & ſibimet inuicem cooperari nequaquam mutuo fauore ceſſabāt. Ita enim eas omnimodis antipater induxerat:partim ꝑ ſemetipſum:partim etiam per propriam matrem. Nam idem hæ quatuor mulieres ſentiebant:idemq; loquebantur. Feroræ tamen circa Antipatrum in nōnullis minimis ſane rebus ſententia habebatur. Erat autem illis in contrarium nitēs regis ſoror: iā diu cuncta circū inſpiciens:& amicitiam eoꝝ in pernicīem herodis conſtrui cernens: & ānunciando non abſtinens. Illi aūt ſentientes moleſtam eſſe regi ſuam adinuicem beniuolentiam: conſilium inuenere:ut manifeſta eorum amicitia non eſſet neq; palam contentum facerent: odium autē & maliloquia ubi tempus exigeret contra ſemetipſos confingerent: maxime aūt ſub Herodis præſentia:ut ad eum de ſemetipſis talia deferrent:ſecrete uero beniuolentiainter eos firmior certiorque conſtaret. Et ſic quidē illi gerebant:Salomē autem nihil prorſus latebat:neq; primum eorum ꝑ poſitum ad huiuſmodi negocia feſtinare neq; tunc:quando ſecretas machinationes conſtruebant. Cunctaq; quippe illorum muliet indagabat: quæ amplificās & atrociora faciens:ad fratrem proprium perferebat ſecretos eoꝝ conuentus inſinuans:& conuiuia:& conſulationes occulte īmotimque conſertas:quæ ad eius interitum tenderēt:niſi maturius proderētur. Indicabat quoq; illos in manifeſto quidē aduerſarios ſuimet quaſi conſtare:& ad leſiones mutuas ficte loqui:finemq; feſtinare:ſecrete & ab alterutris remoti beniuolentiam in ſe confirmare maximam & quotiens in quibuſq; negociis ſingulis fierent illud agere quod amicitia poſtularet: & polliceri ſibi etiam pugnare contra quos opus eſſet:modo ut illud aſtu uel fauore mutuo nō ſentiretur efficere. Illa quidē hæc & hmōi inueſtigabat oīa:& integra ad fratrē conueniens cuncta deferebat: ſentientē quidem iam ēt ipſum plurima ꝑ ſemetipſum:ſed ad audiēdum aliquid licet excitatus eſſet ſororis accuſationibus retardātē. Erat.n. porcio quædam iudæoꝝ hoium de ſcrupuloſitate & ſubtilitate paternæ legis gloriantiū: & culturam diuinitatis ſimulantium:a quibus inducebantur mulieres ille ſupra memorate: hi dicebantur Phariſæi:q poſſent maxime regi non modicum afferre p̄ſidium. Erat.n. procaces ad bellum gerēdum:legioneſq; inferēdas īmaturius eleuati. Cū igitur cuncta gens iudaica iureiurando iuraſſet Cæſaris ſe propriam fore:& oībus regis regionibus fauere:iſti uiri non iurauerunt. Erant autem numero ſupra ſex fere milia:quos rex pecuniario dāno mulctauerat. Quod dānum uxor pro eis Feroræ cōtulerat:Illi uero beniuolētiam quaſi pro uiciſſitudine referētes:futurorum ſibi agnitionem nutu diuinitatis infuſam eſſe p̄dicabant:quia herodi uidelicet terminus regni iam eſſet ex ſuperna maieſtate decretus:tam ipſi:quā uniuerſæ cognatiōi eius:illam aūt regnum poſſeſſuram: atq; ſerorā uel filios:qui ex eoꝝ ſemine deſcēderent. Et hæc quidē regi nunciabantur: nō. n. Salomē iſta fugiebant:& qūo plurimos regalis aulæ corrumpere niterētur. Rex aūt interfecit Phariſæos: qui cauſa ſeditionis extiterant:& Vagoan eunuchum:& ſibi carū quendam:qui tunc primatum inter eos habebat honeſtatis dignitate decoratum filioſq; eius peremit:omneſq; ei cognatiōe uel familiaritate cōiunctos:quibus ille Phariſæus præſagabat. Magnificabatur apud etiam Vagoa ſituti pater & plurimis rebus bene meritus ac profuturus apud regē futurum. In manibus enim eis cuncta fore prædicabat:præbente illi & coniugi firmitatem:& filiorum:ueluti propriis filiis.

Qualiter rex Herodes p̄cepit fratri ſuo Feroræ:ut excluderet uxorem ſuā:aut eius regno diſcederet: & q̄liter antipater ſuſpectus p̄i factus timēs eū ſcribebat amicis in Roma: ut ſcriberēt patri eius ac perſuaderent:ut mitteret eum ad Cæſarē cum pecunīs quod perſuaſum eſt herodi filiumq; trāſmiſit:& de morte Feroræ fratris Herodis. CAP. IIII.

Herodes itaq; ultus ex Phariſæis qui fuere conuicti: conuentum congregat amicorum & accuſationē Feroræ coniugis:iniuriamq; uirginū & audaciam illius mulieris exponens & crimen uxoris ad diminutionem dignitatis illius referens & honoris: q̄ ei cer

amittum ſeditiones aduerſus fratrẽ: & bellum ex illius ingenio ac uerbis operibuſq; conſurgerent: quantum poterat hortabatur ut illa inter eos ſimulatio ſolueretur: quod fore firmabat: ſi ſocietatem illius effugeret pp illa quæ geſſerat. Nihil.n.cum fratre Ferora gratiæ permanere poſſe definiebat: ſi ſecum illam haberet: quæ bonum ingenium circa ſe fratris euerteret. Iubebat igitur uxorem abiicere: quæ inter fratres cauſa belli conſtaret: & ſi magni precii conſanguinitatem ſuam diceret: illam coniugaret: ſic enim poſſet nullomodo caritas fraternitatis iminui. At Ferora licet illo ſermone moueretur: tamen affirmabat neq; aliquid iuris ex germanitatis neceſſitudine detracturũ: neq; dilectionem coniugis abnuere: eligere ſe potius mori dicebat: q̃ illa muliere priuari: quæ ſibi grata cõſtaret. Herodes uero differebat circa Feroram ſuper hoc iracundiam quãuis cuperet ſumere pro rebus geſtis ultionem. Antipatro tamen interdixit & matri eius: cum Ferora miſcere colloquium: uel cum illis mulieribus: quæ cum illo erant: obſeruarentq; ſi in unum aliquatenus conuenirent. Illi uero profitebantur quidẽ: conueniebant tamen quando tẽporis oportunitas prouocabat: & ſimul etiam cõuiuabantur Ferora & Antipater. Ferebatur etiam ſermo: q̃ antipater Feroræ coniugi miſcereture: eo operante illis ad conuentus faciendos antipatri matre. Suſpectum autem patrem habens & timens antipater: ne circa ſe amplius eius odium proceſſiſſet ſcribit amicis Romæ: poſtulans ut ſcriberẽt herodi: quatenus celeriter Antipatrum mitteret: ſimulq; cum eo munera digna: mandaret teſtamentũ etiam in quo poſt regem declaratet antipatrum qũo iam defunctus erat Herodes: qui ei ex filia pontificis fuerat procreatus. Quo facto: pergit una quoq; cum antipatro: & Sylleus arabs: nihil ex his q̃ præceperat Cæſar peragens: unde quoq; antipater ante Cæſarem eius accuſator extiterat: p quibus Nicolaus patiebatur iniuriam. Accuſabatur etiam & ab aretha Sylleus: eo q̃ plures occideret in Petra caſtello benemeritoꝝ hoĩum præter ſuam conſciẽtiam: maxime aũt Sondum uirum omni uirtute decoratum: iuſticiaq; pollentem: ſed etiam Fabatum Cæſaris ſeruum Sylleus aũt cauſas habuit ex hiſdem criminibus propagatas. Erat quidẽ Corynthus herodis regis unus cuſtodum corporis: cui maxime cura plurima cõmittebatur. Huic perſuadet Sylleus pecunias maximas pollicens ut Herodem occideret: hoc etiam promiſerat. Quod agnoſcẽs Fabatus Sylleo indicante: ſtatim regi denũciauit. Ille uero Corynthum tormẽtis examinans: fecit oĩa depalari. Detinuit aũt ſecum duos Arabas: confeſſioni corynthi credẽs: & philarchum: q̃ ſyllei fuiſſet amicus. Qui etiam ipſi: nam eos rex tormentis affecerat: confeſſi fuerant: quod eos exortaretur: nuncians Corynthum non agere molliter: & ſicubi opus eſſet rei: ferro cooperarentur ad perpetrandum facinus inter eos complicitum. Ad hæc etiam Saturninus oĩbus ei ab herode denunciatis Romam eos deſtinat. Feroram uero fortiter in amore coniugis permanẽtem: diſcedere ad propria herodes p̃cepit. Ille uero gratanter accipiens ad ſuam tetrarchiam non moratus abſceſſit: pluri.num ſe iureiurando conſtringẽs: non prius reuertiantequam morte herodis aduerteret. Proinde ab Herode morte conſtricto peritus: ut ueniret pro aliquibus ſibi mãdatis ſi mors cõtingeret iniũgendis: nullo modo perſuaſus eſt aduenire: ne iuriſiurandi uiolator exiſteret. Non tamẽ Herodes in his rebus imitatur illius exẽplum: meliorem circa Feroram uoluntatẽ ſuæ mentis oſtendens. Nam paulopoſt: ipſe cœpit egritudine laborare. Ad quam herodes non ſolum non euocatus aduenit: ſed etiam mortuum eum recepit atq; ad Hieroſolymam detulit: & iuxta morem exequias ei honorabiliter: magnificeq; celebrauit: ingentẽq; luctum ſup eũ ſupra q̃ quiſquam ratus erat expoſuit. Hoc antipatro licet romam nauigaſſet: maloꝝ tamen extitit aduerſitatumq; principium: ex hinc enim iam cœpit fratricidii factio denudari. Narrabo itaq; oẽm ſuper hoc hominis rationem: exemplum generi humano in futura tempora permanſurum: ad utilitatem his qui uoluerint uirtutis eſſe cultores.

Accuſatio uxoris Feroræ a filiis Feroræ: q̃ ueneno periſſet: & qualiter herodes exquirens reperit contra ſe uenenum paratũ a filio Antipatro: & pſcrutatus antipatri cognouit inſidias. CAP. V.

Ferora igitur mortuo: humatoq; celebritate magnifica: duo ex liberis eius: qui ab eo in honore habebant: ad herodem ueniunt poſtulãres: ne inultam mortẽ fratris relinqueret: quin potius inquiſitionẽ faceret acerbæ mortis & calamitoſæ repentinæq; trãſlationis: Illo aũt attonito facto liberoꝝ ſermonibus fidelia nãq; narrabant apud coniugem die ꝓxima antequã egritudinẽ incurreret eũ cœnaſſe retulerũt: uenenum ãt in cibo ſũpſiſſe: ex eoq; periſſe: q̃d uenenũ allatũ eẽt ab arabica muliere: amoris faciẽdi gr̃a. Amare ſe nãq; fingebat: re ãt uera ad interitũ erat feroræ petitũ. Sunt qppe ad uenena conficiẽda artificioſiſſime Arabicæ mulieres. Perſuaſum.n. illi dicebant: ut uenenũ uenundaret: ad loca qppe illa ueniſſe referebãt matrẽ Feroræ cõiugis & ſororẽ: unde illud uenenũ ad portãtes: cœnã illi ꝓparauere: in quo ille ueneno ſumpto periit. His uerbis ꝓtinus excitatus: ancillas eaꝝ mulierũ tormẽtis examinat: inter quas ẽt aliquas liberaꝝ. Et adhuc in occulto remanẽte negocio: quia nulla earũ aliquid depalauerat: nouiſſime q̃dam inflictis ei magnis ex torméto doloribus: nihil quidẽ aliud dixit: niſi deum inuocãs: ut talibus ſuppliciis antipatri matrẽ traderet ĩprecata eſt: q̃ oĩum illorum malorum cauſa cõfiteret. Hæc ad inſtandum herodẽ magis magiſq; coegerunt: ut cuncta mulieꝝ illarũ ſecreta tormẽtis eruerent. Tũc oĩa palam facta ſunt: & cõuiuia: & conuentus ſecreto facti ſepiſſime: ſed ẽt ſermocinationes: quæ ad ipſos & ad filium ſolum fuerant factæ uel illa q̃ ab eo ad mulieres Feroræ deferebant. Erant

ãt munera centũ talentoꝝ:ut ſecreto Feroræ perſuaderent: quicquid Antipater impetraret. Prodebatur etiam odium quo in patrem concitarẽtur:& lamẽtationes:quas ad matrem propriam frequẽtabat:quod tam prolixe pater aduiueret:ſibi iam iminere ſenium:ut ẽt ei ſi regnum ueniret:non liceret iocũde iam uiuere per ætatis grauitudinem atq; moleſtiam:ad hæc ẽt multos ſibi fratres ĩ regno illo coaleſcere:& fratrum plures filios:ex quibus oĩbus minus ſpem ſuam tutam haberet. His etiam addebatur dixiſſe q̃ per idem iam tp̃s fratri potius in regno ſuo licẽtiam habeſ concederet: crudelitatem quoq; plurimam regis accuſare:& filioꝝ cedes:ſe quoq; timere:uſq; ad ipſum hoc malum pertingeret. Artẽ quoq; Romam pergẽdi conſiliumq; narrabat: Feroram quoq; ad ſuam tetrarchiam ex eius diſceſſiſſe ſnĩa. Quibus herodes auditis: cognoſcebat ſororis ſuæ ſermones quos ad ſe ſepe detulerat. Incitabatur aũt rex ſuper antipatri nequitia:iuſſitq; matrẽ eius ornamẽta ſua cuncta cõtradere:quæ multorũ præcio conſtaret talentoꝝ. Quæ poſtquam abſtulit:reiecit eam: & in amicitiam mulierũ Feroræ pro dãnatione dicauit. Amplius aũt aduerſus filium iracundiam regis incendebat uir Samarites antipater noie qui filio regis antipatro curator extabat. Nam cum alia quidẽ ei intor mentis apperuiſſet:illud quoq; prodiderat: qũo uenenum mortiferũ conſecerat: dederatq; Feroræ iubens:ut poſt eius abſceſſum cum iam ſpacium aliquanti tpis cucurriſſet:ubi ratio prouocaret: patri protinus propinaret:& dicebat attuliſſe illud uenenum ex ægypto antifalum unũ ex amicis Antipatri:tranſmiſſum aũt Fororæ p Theudionẽ fratrem matris antipatri: & hoc modo ad uxorẽ Feroræ deueniſſe:dante marito ad cuſtodiẽdum. Quod illa quoq; fatebatur rege ſcrutante negociũ & procurrens tanquã uenenum allatura:miſit ſe de tecto deorſum:non tamẽ interiit: quomodo cadens in pedes:terra ſuſcepta ſit:ac deinde poſtquam recreauit aĩam:promittit ei herodes ſalutẽ eiuſque domeſticis dũmodo ab ea nequaquam occultaretur ueritas neq; ſe illi malũ pro ingratitudine redditurũ iurabat:ſi cũcta cum ueritate proderet:uel modũ quo geſta cõſtanter. Ad hæc illa dicebat iſta ab aliis enunciata:firmabatq; allatum eẽ uenenũ ex ægypto ab antifalo: modicũ quippe eſſe fratrẽ eius aiebat a quo prouiſum fuerat:p Theudionẽ ãt uiro ſuo tranſmiſſum: ſe uero cuſtodire illud a Ferora ſuſceptũ:aduerſum ipſum ſane ab antipatro præparatum. Cum igiť Feroras egritudine inquit teneretur:& eũ aduẽtu tuo conſolationeq; curares:uidẽs circa ſe beniuolẽtiam tuam condidit mente directa & me cõuocans:o mulier inquit induxit me antipater aduerſus patrẽ ſuum fratrẽ meum:cõſilia iniqua cõſtituẽs. Nã uenenum in eius pernicieẽ nundinatus ẽ. Nunc itaq; qũo frater erga me nec ante iniquum aliqd geſſit:& nunc ꝓpoſitum bonæ uoluntatis oſtẽdit:me aũt non poſt multum de hac luce ſentio receſſurum:age ne cũ conſcientia fratricidii ad noſtros ꝓgenitores abierim: illud uenenum adportãs:epiſtolãq; antipatri:me uidẽte combure. Ego aũt plurimũ eius igni contradẽs:aliquantulũ reſeruaui:ut Ferora defuncto:ſi me o rex male fortaſis attẽderes: illo uſa ſeculi huius neceſſitates effugerẽ. Hæc dicens:& uenenũ & pyxidam in medium protulit. Sed & frater atriſali & mater eius eadẽ fatebantur:tormẽtoꝝ uehementia compulſi:& pyxidam illam quoq; nihilominus agnoſcebant. Accuſabatur quoq; filia pontificis:uxor regis:tanquã oĩum cõſcia fuiſſet: ſed ea celare maluerit. Ob quæ illam herodes emiſit:filium aũt eius ex teſtamento deleuit in cæteris permanente:ſed ẽt ſocerum pontificatu priuauit Symonẽ Boeti:ſubſtituit uero Mathiã Theophili hieroſolymitẽ genere. Dum ea geruntur Bathillus quoq; libertus antipatri uenit ex Roma & tormẽtis examinatus inuenitur uenenũ aliud attuliſſe quod matri antipatri daret:ab illa Feroræ tradendum ut ſi primum uenenum minus fortaſſe regẽ peremiſſet:& hoc maturius uterẽtur. Apportabat etiam litteras ab amicis herodis Romæ conſtitutus conſilio antipatri & dictatione compoſitas accuſationẽ habentes archelai atq; Philippi: q̃ quaſi de patre quererẽtur pro nece ariſtobuli & Alexandri ſemetipſos quoq; herodi miſereri nunciabant:& euocabantur quidẽ a patre: ueluti non ob alias res: niſi ut etiam ipſos extingueret. Hæc quippe magnorum munerum amici gerebant opitulantes antipatro. Scripſit etiam antipater patri de fratribus:culparum genera magna confingens omni modo eos adiudicans:ætatẽ eorum auſam aſcribens: qua impelli poſſet nequitiam ſui patrare propoſiti. Ipſe uero certamini quod eoꝝ Syleo gerebat:magno ſtudio fuit intentus: & accuſationi primorũ uirorum Romæ conſtitutoꝝ ſe totum dederat. Monilia quoq; præcioſa ducẽtis talentis empta parauerat. Miretur fortaſſe aliquis:quoniam tantis aduerſus eum ĩ iudæa motis turbinibus ferme. vii. menſium tpe decurrente nihil illi fuerit nunciatum. Cauſa uero huius rei erat obſeruatio uiarũ atq; cuſtodia & odium hoĩum quo circa eum execratione tenebantur. Nullus etenim erat: qui ꝓnus eẽt proprio periculo illius tutamem ſalutẽq; conquirere.

Nauigatio antipatri de roma ad patrẽ:& q̃liter a Nicolao Damaſceno herodis aĩco fuerit accuſatus:p̃ſidẽtibus in iudicio Varone qntilio & ipſo herode cũ amicis utrorũq;:i quo iudicio Antipater multifariæ cõuincit de facta cõſpiratiõe in patrẽ intantũ ut uenenũ pri a filio p̃paratũ:in medium ꝓferetur qđ ad experimẽtum iuſſu Varonis bibẽs unus dãnatoꝝ:ſtatim moritur. CAP. VI.

Herodes ſane antipatro ſcribẽte q̃ cuncta quæ oporteret peragens:maturius aduenire celans ſuam indignationẽ:reſcribit iubens:ne ulla deſidia ꝓpediretur ne quid in eius abſentia ipſe forte pateretur. Et ſimul quoq; de matre ipſius minimũ qdã expoſtulanda cãtur:ꝓmittens tamẽ ei ſe recõciliatũ iri:cũ ipſe ꝓtinus adueniret:& ĩ oĩbus erga eum dile

ctionem ſuæ mentis apiebat:formidans:ne forte quicq ſuſpicãs differret ineundæ uiæ negocium. atq Romæ demorãs:aliquas ſibi difficultates pararet:& in regno Romano rumoris alicuius fieret adminiſter. Has itaq in Cilicia litteras accepit:alias aũt Tarẽto:in quaꝝ textu Feroræ declarabatur caſus. Quibus lectis:ægre ſatis tulit & aſpere:non propter Feroræ gratiam:ſed quia patris interitu:ut promiſerat:non peracto defecerat. Circa Celendeꝝ autem Ciliciæ ueniens:cœpit de cauſa nauigationis ambigere:utrũ deberet domũ ſicut inſtituerat tendere:abiectione matris adductus in dubiũ. Tunc ex amicis pars ſuadebat expectare:donec agnoſceret:quæ domi mota geſtaq fuiſſent. Alii uero hortabantur ne nauigationem domi differret:ſoluturum enim ſuo aduentu omnes cauſas aduerſitatis aiebant:nam neque tunc aliunde illos fluctus eueniſſe:niſi q eius abſentia facultatem accuſatoribus uirtutemq præbuiſſet. His perſuaſis protinus nauigauit:& exceptus eſt portu nomine Sebaſta:quem Herodes magnis opibus conſtructum:Sebaſtam ad honorem Cæſaris appellauit. Inaperti autem iam malis erat Antipater:nullo ad eum cominus accedente:nullo colloquẽte: ſicuti cum fuiſſet egreſſus uotis eum ac ſecundus precibus proſequebantur:nunc econtra aduerſis eum maledictis non prohibebantur excipere. Verebantur enim cuncti:quod pœnam eſſet fratribus pro ſua impietate ſoluturus. Ea tempeſtate contigerat forte Varum Quintilium in Hieroſolymis agere:qui ſucceſſor Saturnini ad Syriæ regionem fuerat deſtinatus. Venerat quippe conſultatum Herodi:ab eodem poſtulatus:pro cauſis in quarum diſpoſitionibus heſitabat. Quibus una conſeſſum habitantibus:uenit Antipater:cunctis illi rebus incognitis. Quique cum ingreſſus eſſet aulam regiam:indutus purpura ipſum quidem ianitores excipiunt:amicos autem qui circa illum erant:aulam accedere prohibebant. Cœpit itaque perturbari:in quæ mala deueniſſet manifeſto cognoſcens. Denicq pater ſalutatum accedentem repulit:fratricidii ſimul accuſans:& conſilia obiectans ſuper ſuimet ipſius interitum:quorum omnium adiutorem ac iudicem in craſtinum Varum fore confirmat. Et ille quidem tanto malo audito pariter atque imminente:ipſa magnitudine fatigatus abſceſſit. Cui mater & uxor accurrunt:quæ reſidue fuerant de filiabus Antigoni:qui ante Herodẽ in Iudæa regnauerat: ex quibus uniuerſa cognoſcens:cœpit ſe certamini iudicioq præparare:Sed die poſtera conſeſſum faciunt Varus ſimul atque rex:amici etiam utrorumque conuocantur. Aderant quoq regis conſanguinei: & Salome ſoror: & ſi qui nunciaturi forent: quæ prodiderant examinationem tormentorum:ſerui denique Antipatri ex materno illi iure conuenientes:qui ante fuerant compræhẽſi:epiſtolam deferentes Antipatro:quæ fuerat in hanc perſcripta ſententiam: ne ad patriam repedaret:q cũcta uidelicet ad patris noticiam reuelata perueniſſent:ſolumq illi ſuffugium remanſiſſet:uel apud Cæſarem:& ſub patris poteſtate non cadere. Antipatro uero patris genibus prouoluto:atq deprecanti:ne iudicium de illo rebus incognitis promeretur quin potius facultate ſibi auditoris contributa purgatum iri ſe apud patrem poſſe firmabat:quem iubens Herodes in medium produci:ipſe lamentari primitus cœpit q tales illi filios habere contigiſſet:per quos ei fortunæ tales exurgerent aut inde tantam diuinitatis indignationem comparauerat:ut ſua ſenectus in Antipatri nequitias incidiſſet. Memorabat etiam enutritiones:& educationes:quas filiis ſtudioſe præbuerat:opum quoq & facultatum affluentiam:in quibuſcunq remporibus ipſi cuperent:ſemper illis protinus adiacere:& q nullum eſſet impedimentum quo eorum conſilio periculum mortis incideret:dum illi regnum impie rapere feſtinarent:antequam ipſe legi naturæ concideret. Vnde ſe ualde mirari dicebat Antipatrum:quorum ſpe ſubleuatus auderet ſine ulla refrenatione ad talia tantaq prorũpere quandoquidem eum regni ſucceſſorem etiam ſcribendo declaraſſet:ſed etiam uitæ ſuæ tẽpore in nullo minor exiſteret:non claritudine dignitatis non uirtute potentiæ: quinquaginta denicq illum talẽta ex reditibus ſumere:ad hæc trecenta talenta Romam eunti dono dediſſe. Increpabat etiam illum de fratribus:q ſi uelut malignos accuſaueritcur eorum imitator extitiſſet:ſi uero innocẽtes fuiſſent:inicq aduerſus conſanguineos crimina conſeciſſet:nam illa omnia quæ de illis nunciata fuiſſent:a nullo alio niſi ab illo ſemetipſum protinus aduertiſſe:conſilioq eius geſſiſſe cuncta:quæ aduerſus illos fuerint geſta:quos nunc prorſus abſolueret:iſto illis in parricidii facinore ſuccedente. Hæc ſimul dicẽs profundebat & lachrymas:quæ illum intercluſa uoce loqui amplius non ſinebãt. Verum Nicolaus Damaſcenus:regis amicus:& in omnib⁹ cum eo una ſemper uerſatus:& modum quo res geſtæ fuerint aſſecutus:rogabatur a rege:ut ipſe reſidua loqueretur:quæcunque ad demonſtrationem cauſæ redarguitionemq proficerent. Sed Antipater econtra conuerſus ad patrem:ſemetipſum excuſare nitebatur. Emuniebat itaq cuncta ſuæ circa illum benignitatis exempla:honoreſq ſibi a patre conceſſos:quos minime percepiſſet:niſi uirtute dignus & officiis erga illum meritis haberetur:enimuero prouidiſſe ſe ſemper quæ uſui neceſſaria forent:conſiliumq ſemper circunſpectis rationibus antecepiſſe:ac ſi quando ad rem explanandam manu opus eſſet: ſuo labore negotia cuncta peregiſſe:neq credibile conſtaret:ut qui ſæpius ex aliorum inſidiis patrem ſtrenue liberaſſet:nunc ipſum inſidiatorem patris efficiut deleret omnia ſuæ uirtutis uetera monimenta molimine repentini facinoris:præſertim:cum ſucceſſor iam regni fuiſſet oſtenſus & ſimul etiam bonorum rerum honorumq potireſ: quæ uſq ad præſens tempus eum habere conſtaret:neq illud eſſe ueriſimile prorſus aiebat:ut q cunctarum rer: dimidiũ ſine ſui periculo:& cum uirtutis honeſtate teneret:uelle totum cum crimine atq

periculis appetere:incertus utrúmne ualeret affectum ſuæ cupidinis obtinere:præſertim cum pro tali cauſa ſuos fratres uidiſſet extinctos quorum facinoris & nunciatorem & accuſatorem ipſum eſſe conſtaret:quod niſi ab ipſo proderetur occultum proculdubio permaneret:quorum etiam poſtmodum quod eſſet malignitas eorum circa patrem ad fidem perducta punitor extaret. Et ibi quidem hæc ſua dicebat eſſe monumenta:quibus conuerſationem ſuam cum magna beniuolentia circa patrem agitaſſe probaretur. Romæ uero quæ gefferit:teſtem Cæſarem conuocabat:quem iuxta ac deum fallere nemo poſſet: quorum fidem facere litteras ab eodem Cæſare deſtinatas: quibus litteris haud recte eſſe fortiores aut fideliores reputare accuſationes hominum uolentium inter eos turbas & iurgia concitare:quas accuſationes a ſuis inimicis confictas aiebat:quas ſe reuerſo ultra iam habere non poſſent. Cauſabatur etiam de tormentis : quod eorum uiolentia factum eſſet ut falſa dicerentur : doloris quippe ac neceſſitatis eam eſſe naturam : ut doceat eos qui ſubiecti ſunt illa loqui quæ uiderint grata dominantibus quorum ſe poteſtate tormentis adigi ſentiunt. His dictis:mutatio eſt totius facta confeſſus. Satis etenim miſerabantur Antipatrum profuſione lachrymarum: & uultus humilitate miſerabilem: ita ut etiam inimicis lamentabilis appareret. Nam flectebatur quoque Herodis animus inclinatus: licet conaretur ſuam mentem aliis non eſſe manifeſtam. Nicolaus autem exorſus ab illis uerbis quibus rex principium fecerat:cauſam amplificare cœpit:& cuncta quæ uel tormentis eruta: uel teſtibus erant relata proferens congregabat undique criminis probamenta: maxime uero uirtutem regis & clementiam longa narratione proferebat : qualiter nutritiones & edificationes in ſtudiis doctrinarum filiis ſuis impenderat:quarum rerum labor in nullo ei profuiſſet ac commodo in aliis calamitatibus irruenti : quamquam ſe non imitari diceret propriam filiorum inconſiderationem:quod & adhuc fuiſſent adoleſcentuli : & decepti facile a prauis ſuaſoribus corrupti : in tranſuerſum declinaſſent: naturæque iura reliquiſſent:ut immaturius quam oportuerat regnandi cupidine reperirentur : Antipater uero furiam admodum ſe prorſus expaueſcere: non modo propter paterna beneficia:in quibus eum affatim fuerat muneratus quæ cum eſſent tam magna:multaque:eius tamen animum lenem reddere non quiuerunt more uenenatorum repentium:licet illa repentia quamlibet ſint aſperſa:beneficiis aliquatenus leniuntur. Non ſolum ergo in hoc expaueſcere ſe dicebat prauitatem Antipatri:uerumetiam quod fortunæ iam fratrum pro exemplo præcederent:quo minus imitator eorum exiſtens:impetum ſuum a crudelitate retineret:quanquam inquiens o Antipater qui temeritatis fratrum nunciator extitiſti:& documẽtorum ſcrutator: & punitor redargutorum:cur non repuliſti animo quæ in illis te prodente culpamus:ſed potius ad imitandum flagitium illorum inſania & libidine raptus es. Vnde claret:quod nec illa a te pro tutamine geſta ſunt patris:ſed pro fratrum infelicium interitu feſtinata:ut illorum odium oſtentando: amator quaſi patris crederis: quatenus poſſes ad eius inſidias iter facilius adipiſci: poteſtatem a patre percipiens: quod etiam ipſis operibus approbatur. Ambiebas enim: ut fratres interimerentur: de nequitia redargutis:ut autem conſcii eis proderentur:minime curaſti. Vnde certum eſt:te quoq; cum illis aduerſus patrem inſidias conſtruxiſſe:accuſationem illis præparando : ut ſi forte ad effectum neniſſent:tibi lucrum patricidii proueniſſet : ut ex duobus procertaminibus tu fructus perciperes gaudiorum:tuis moribus competentes. Et circa fratres quidem qualis extiteris manifeſtus es:nam ſuper eorum morte uelut de rebus gloriabare magnificis. Quod quidem eſſet dignum ita te ſapere:ſi tu non deterior extitiſſes. Sed te occulto aduerſario patris extante:claret:quia illos non ueluti patris inſidiatores habebas exoſos : nam haud ita exorbitares ſimilem nequitiam cupiens perpetrare:ſed timens:ne regni fierent ſucceſſores:quos tibi uidebas iuſtius poſſe præponi: patrem ſuper fratres extinguere feſtinabas : ne celeriter tua aduerſus fratres factio proderetur: & pro quibus tu merebaris pœnas luere ab infelici patre ſupplicium ſumere conabaris: ac parricidium non commune cogitaſti:ſed quale uix a quoquam nunc in uita hominum uel uideri potuit uel audiri. Non ſolum enim filius patri inſidias præparabas:uerum diligenti quoque & beneficia multa præſtanti. Socius quippe regni conſtabas:ſucceſſor in nomine:in diſpoſitionibus particeps:in fruendo communis. Nam & ſucceſſor ante iam denunciatus: & iocunditatem ac fructum regni iam ante capere in nullo prohibitus. ad ſpem etiam futuri gerendam ex ſententia es patris ac litteris communitus. Sed tu non ex Herodis clementia rerum iudex eras:ſed tua uoluntate ac nequitia opera paterna penſabas : uolens patri in omnibus tibi obedienti etiam partem quam poſſediſſet abripere : & confingebas uerbis uelle ſeruare eum: quem rebus ipſis & operibus interimere nitebaris. Et non ſolum tu malignus extabas:uerumetiam matrem prauis tuis replebas inuentionibus:fratrumque uoluntatem aduerſam:ſeditioſamq; reddebas:qui etiam patrem beſtiam appellare auſus es:cum habeas ipſe mentem omni ſerpente peiorem. Siquidem illorum aduerſus patrem uenena colligebas. Et quem patrem:qui te tantis beneficiis muneratus eſt. E contra cum auxilia diuerſa poſtulabas : & artibus uariis per uiros atq; mulieres utebaris : quatenus interimeres hominem ſenio & ætate confectum:quaſi ad nocendum non ſufficeret ſola tuæ mentis iniquitas. Et nunc ueniſti poſt tormenta liberorum atq; ſeruorum : quæ propter te uiris ac mulieribus conſtant infligita:& contra denunciationes coniuratorum tuorum inficiatum ire feſtinas. Et non ſolum patrem

hominibus auferre conatus es:ſed etiam leges: uirtutemq; Vari:& ipſius iuris naturam:ipſamq; conaris interimere ueritatem. Ita ne confidis in tua ipudentia: ut etiam tormentis temeripſum ſubici uelis:cum cauſeris de tormẽtis eorum qui examinati ſunt:ut illi quidem quia ea dixerunt quæ ad liberationem tui patris attineant ueritatem minime tenuiſſe uideãtur: torméta uero quæ tibi fuerit adhibita uelis idagaſſe ueritatem. Nõne ſaluas o Vare: nõne liberas regem:factionem a ſuo ſangui ne ſuſtinentem. Per maieſtatem Imperii Romani:per uirtutem tuam obteſtamur: ut hanc atrociſſimam beſtiam:quæ pro proditione fratrum patri ſe beniuolum eſſe ſimulabat:quatenus poſſet ſolitarium & omni conſanguinitate deſertum de regno propellere:adiudices:atq; condẽnes. Non ꝓnun cias hunc ſceleratum ducendum ad necem? Scias qũo patricidium communis iniuria eſt:& naturæ ipſius:& totius uitæ hominum:neq; minus facinoroſus reputandus eſt qui cogitauerit: tametſi eum effectum non cõtigerit:adipiſci. Naturam ipſi iniuriat:qui talibus ſupplicia non importat. Addebat etiam illa quæ mater antipatri ad aliquos muliebri more locuta eſt:ariolationes quoq; ac diuinationes ſuper rege factas:& ſacrificia memorabat. Aiebat itẽ & quicquid antipater cum Feroræ mulieribus laſciuire dicebatur:cõmeſſationes quoq; ſordidas amoreſq; narrabat. Deniq; examinatiões tormentorum:& teſtificationes plurimas inferebat:quæ ſane plurime conſtabant. Nam alias quidẽ ante parauerat:alias ex repentinis nunciis ſummitates acceperat:ex quibus priora magis firmabantur. Plurimi quippe hoies:quæ antea timore Antipatri ſilentio prætereunda mandabant: cementes cũ accuſationibus primis odibilem:& aduerſa fortuna inimicis eius aperte prompteq; contraditum:qa odio ineffabili aduerſus eum nitebantur oia tunc prodebant. Incitabantur quoq; ad accuſandum non ſolum honore factoꝝ eius:& magnitudine ſcelerum eius quæ uel patrauerat: uel patratum ire præſumpſerat:ſed etiam improbitate quam circa patrẽ & fratres exercuerat patricidiis & ꝙ ſuper eũ ſenſerant neq; odium merito:neq; amorẽ benignitate:circa quẽpiam habuiſſe:ſed ſuæ tantum commoditatis intuitu. Quorum oĩum illud eum amplius adgrauabat:ꝙ nulli extiterant: q res ex æquo bonoq; iudicabant:ꝙ eorum aius odio amicitiaq; iure careret. Dicebant ergo ſe olim iſta ſenſiſſe ꝓhibitoſq; ſemper ãnunciando:libertate uero data in medium cuncta deferre. A quibus proferebant multiformia probamenta nequaquam accuſari de falſitate ualentia:quod neq; benignitate circa herodem:neq; timore periculoſo tacerent:ſed ſolo rerum iudicio iniquitatem antipatri proferebãt:dicentes:ꝙ non in ſuis actibus antipater utilitatẽ Herodis & munimẽ attenderet: ſed ſola nequitia ad illa facinora fuerit concitatus:propter quod omni pœna dignum eſſe loquebãtur. Multa ẽt a plurimis ſine ulla interrogatione dicebantur:ita ut antipater quãquam in oĩbus rebus impudens. & ad mentiẽdũ ꝓmptiſſimus atq; callidiſſimus eſſet: tamen tunc tãta cõfuſione fuit oppreſſus: ut neq; negare: neq; contradicere ualuiſſet. Nicolao igitur finem dicendi redarguendiq; faciente: Varus iubebat antipatrum:ut ſede tantis criminibus expurgaret:ſi aliquas aſtructiones haberet: quibus obnoxius illorum quæ importata erant non eſſe monſtraretur:nam ipſe quoq; optare ſe patrem certo noſſe dicebat:ut in nullo contra ſe cogitaſſe fieret manifeſtus. Ille uero in faciem prouolutus: in deo rẽ omnibuſque cõmendabat:qui ſibi teſtificarentur:nihil ſe improbum cogitaſſe:atque ſignum a deo fieri poſtulabat:inſidiatorem ſe patris penitus nõ fuiſſe. Solẽt quippe uniuerſi quibus iuſticia deeſt: quando facinorum aliquorum perpetratores exiſtunt dicere: ſibi liberum arbitrium ex diuinitate conceſſum:quando uero in pericula ceciderint iuſtum recipientes iudicium:per inuocationem eius omnia teſtimonia conantur auertere:quod etiam antipatro contingebat. Cum tanta nãque uelut abſente diuinitate ante geſſiſſet:tunc autem iuſto eum dei iudicio undiq; concludente: defectu purgationum ad dei iudicium abſolutionem accuſationum criminumq; ferebat:potentiæ diuinæ cauſam tribuens:ut eius teſtimonio in medio uẽniret:quanta pro patre geſſerit: quãtaq; periculoſa pro eius ſalute ꝓſumpſerit. Varus autem cũ ſæpius iterrogaret antipatrũ: & nihil amplius ille quam dei proferret inuocationẽ:uidens in infinitum rem pergere:iuſſit uenenum in medium proferri:ut experiretur:quæ nam eſſet uis eius. Et adductus quidam eorum qui fuerant morte dãnati: bibit iubente Varo confeſtimq; moritur. Tunc exurgens:abibat cõfeſſu:& die poſtera in antiochiam perrexit: ubi frequens illi fuerat conuerſatio:eo ꝙ Syrorum regnum ibi fuerat conſtitutum.

Herodes antipatrũ filiũ miſit ĩ uicula:& legatio miſſa ab herode ad Cæſarẽ de filio. CAP. VII.

Herodes aũt continuo in uinculis filium abſtringi iuſſit. Incerte aũt erant plurimis confabulationes Vari quæ ad regem habebantur. Dicebant nõnulli: ꝙ ex eius ſententia fecerit:quæcũq; de antipatro geſta ſunt. Ligans ergo eũm: deſtinauit Romam ad Cæſarem litteras:omne declarantes negocium:ſed etiam qui præſenti relatione Cæſarẽ docerent nequitias antipatri. Depræhenditur autẽ in his diebus etiam epiſtola ab antifalo ad antipatrum ſcripta. In ægypto aũt erat iſte:Quæ ſoluta a rege:talia declarabat. Miſi tibi epiſtolam ab Acmes:non parcens animæ meæ. Scis enim:quomodo periclitabor a duobus domeſticis:ſi hoc fuerit agnitum. Tibi autem proſperitas ad gerendam cauſam proueniat. Et epiſtola quidem talia loquebatur. Rex autem querebat alteram epiſtolam:quæ tamen inueniri non poterat. Nam & ſeruus antifali:qui lectam deportauerat epiſtolam aliam ſe ſuſcepiſſe denegabat. Cum autem heſitaret rex:unus amicorum herodis inſpiciens interiorem tunicam ſerui:nam duabus erat indutus:arbi

tratus eſt in interiori tunica litteras obcelari: & erat ita. Inuenitur ergo epiſtola in qua erant ſcripta hæc Acmes antipatro. Scripſi patri tuo qualem uoluiſti prorſus epiſtolam: & reſcriptum faciens epiſtolæ quæ ad meam dominam uelut̃ a Salome directa eſt deſtinauit. Quam cum legerit certo ſcio puniturum Salomẽ: tanquã inſidiatricẽ. Erat aũt epiſtola tanquã Salome ad dominam ſuam ab antipatro dictata: ſub Salome noĩe: quantum ad ſnĩas pertinebat: ſtilo aũt Acmes compoſita in qua cõtinebantur iſta. Acmes regi herodi. Ego ſtudium habẽs. ne te quicquam lateat quæ aduerſum te gerunt: inueniens epiſtolam Salomes ad meam dominã contra te conſcriptam: cum periculo quidem meo: ſed cum tua tamen utilitate conſcripſit: tibiq; direxi. Hanc aũt illa conſcripſit: uolens Sylleo cõiungi. Scidi igitur hanc epiſtolam: ne fortaſſis ego de mea uita periclitarer. Ad ipſum aũt antipatrũ epiſtola ſcripta erat: q; eius iuſſionibus miniſterium geſſerit: ut ad Herodem ſcriberet: eo q; quaſi Salomæ inſidias illi præparare feſtinaret. Sed etiam reſcriptum eius epiſtolæ quæ quaſi ad ſuam domi nam fuerat a Salome deſtinata direxerat. Erat aũt Acmes Iudæa quidem genere: in ſeruitio aũt erat Liuiæ Cæſaris coniugis: & hæc gerebat amicitia quam cũ antipatro iunxerat: comparata ab eodem antipatro magnis pecuniarum muneribus: ut eius aduerſus patrem & nutricẽ ſuffragaretur inſidiis. Herodes aũt ſtupefactus magnitudine nequitiarum antipatri: impellebatur quidẽ: ut confeſtim eũ perimeret uelut procellam magnarum turbinẽq; cauſarum & non ſolum ipſum: ſed etiam ſororem inſidiantem domumq; Cæſaris ſua iniquitate corrumpentẽ. Accedebat autẽ etiam Salome: crebro pectus percutiens: & ſe interfici poſtulans. ſiquid forſitã tale in ea probaretur. Herodes conuocans filium interrogabat: iubens: ut ſiquid haberet aperiret: increpabaturq; a patre dicẽte. Quomodo inimicus oĩno repertus es: age nunc: & qui tecum ad hæc negocia operam dedere: nullomodo moreris aperire. Ille aũt in antifalum cuncta referebat: nullumq; alium cauſam hoꝝ extitiſſe firmabat. Herodes uero admodum dolens uolebat Romam ad Cæſarẽ filium deſtiare: ut ſupplicium pro ſuis factionibus ſumeret: ſed timens ne fortaſſis amicorũ ſuffragio ualeret effugere: ipſum quidẽ uinctum ſicut & antea cuſtodiebat. Verum legatos miſit ad accuſandum filium cũ litteris: intimandaq; oĩa: quæ Acmes illi ad perficiendam factionẽ fuerat ſuffragata: exẽplaria quoq; tranſmiſit epiſtolarum. Interea legati Romam ꝓficiſcuntur docti: in præſentia quæ loqui uel reſpondere debuiſſent.

De egritudine Herodis: & ſeditione Iudæoꝝ: & quia deſperans oẽs optimates iudeoꝝ præcepit occidi in hora mortis ſuæ & quia tpe illo deportate ſunt ei littere ab legatis ad Cæſarem miſſis habentes dãnationem antipatri in arbitrio eius & uoluntate eſſe poſitam: & quia inualeſcente egritudine malum purgans: cultro ſe interemiſſet ſi præuentus non fuiſſet. CAP. VIII.

SEd tex morbo prægrauatus: teſtamẽtum ſcribit: iuniori filio regnum retribuens: odio quod circa Archelaum Philippumq; ex antipatri accuſatione conceperat. Cæſari uero mille talẽta dereliquit: Liuiæ quoq; cæſaris uxori: & filiis & amicis: & libertis cæſaris quingenta filiis etiam ſuis: filiorumq; filiis pecunias & reditus diſtribuit. Salomẽ ſororẽ magnifice locupletauit: q; eam ſcilicet erga ſe beniuolã ſemper agnouerit: & nunquam aliquid ex aduerſo molientẽ. Deſperans aũt contra morbum ſe poſſe ſubſiſtere: nam ãnum agebat circiter. lxx. exaſperatus eſt: irrationabili furia: & amaritudine mẽtis incenſus: uolebat ſi potis eſſet: Iudæorum cuncta diſperdere. Cauſa uero huius rei erat: q; ſe contẽni putabat: eo q; caſum ſuum iocundegentem totam extimabat accipere. Super hæc quoq; quidam popularium hominum ſeditionẽ excitauerant: propter huiuſmodi cauſam. Erat quidam iudas Ariſei: & Mathias Margalothi: Iudæorum eruditiſſimi: & ſupra cæteros legis expoſitores doctiſſimi populo etiam amabiles: propter iuuẽtutis eruditionem. Semper enim eos totos conſumebant dies cuncti: quibus inerat ſtudium: & cura uirtutis. Iſti igitur audientes regem morbo prægrauatum: & remedii minime receptabilem: omnẽ excitauere iuuentutem: ut opera quæcunq; a rege præter patriam legem facta fuiſſent: euertentes ꝓ lege dei glorioſa niterẽtur exercere certamia. Etenim propter eius ꝓſumptionem: & propter quod præter humanũ morem fuerat cõuerſatus in plures: oĩa illi mala cõtigiſſe firmabant: ægritudinem quoq; præſentem non ei ob aliud acci diſſe. Fecerat enim herodes q̃dam cõtra legem. quæ iudas & Mathias uociferabant. Nam conſtruxerat ſup portam tẽpli minus quaſi deo propoſitum: aquilam auream ĩmanem uel qualitate uel quantitate opulentam. Prohibet autẽ lex imaginum eleuationes uel aĩalium propoſitiones conſtituere: his qui uolunt ſecundum eius præcepta conuerſari. Proinde hortabantur illi ſophiſtæ aquilam illam loco diuellere. Enim uero mortalibus inquiunt multo iocundius debet eſſe periculum: quod pro conuerſatione paternæ legis: & pro uirtute ſuſcipitur: quã uitæ quantacũq; dulcedo. Nam morte quidẽ fama & laus ſempiterna conquiritur: & naſcituris hoĩbus memoria iocũda relinquitur exẽplum uirtutis & gloriæ. Nam ẽt ſi quiſquã ſine periculo ualeat aliquod ꝓclarum opus efficere: poſt paululũ tamen uẽturam mortẽ naturæ lege nõ ualebit effugere. Proinde pulchrũ eſt his q ſtudiũ habent amorẽq; uirtutis: cũ laudibus & cũ honoribus debita diſcedere. Leuigatio quippe maxima ẽ: pro bonis opibus interire: q̃ non niſi mediatione periculi conquiruntur filiis atq; cognatis uel altis quibuſcũq; qui ab eodem ſtemate deducuntur: ſiue fuerũt uiri: ſiue mulieres: ſiue qlibet alteri: quibus prouideri debet ſpoſterum: ut ad eos utilitas gloriæ per-

ueniat. Et illi quidem huiuſmodi uerbis iuuenes excitarunt. Defertur ad eos repente rumor: regem uita deceſſiſſe qui ſophiſtis illis ad modum ſuffragatus eſt: mediaque die aſcendentes: euulſere aqui lam & ſecuribus concidere. Cunq; plurimus eſſet tumultus in templo ecce dux regis cum militibus uenit nunciatus quippe illi fuerat niſus eorum: & exiſtimans ex maiore illos conſpiratione etiam manu congreſſuros ad prœlium: ampliorem ſecum numerum militum duxerat: qui poſſent impetum ſuſtinere illorum: qui moliebantur anathema templi deiicere. Quo irruente ſuper eos: nequaquam uim eius ſuſtinere ualuerunt: ſed ſicut ſolet turba uulgaris præſumptione magis ſtulta: quam cauta prouidentia congregata: omnes continuo fugerunt. Ex quibus .xl. ſoli iuuenes animi confidentia remanſere: quos dux compræhẽdit: cum principibus facti: Iuda & Mathia. Inglorium enim iudicauerunt loco cedere: aduentumq; ducis effugere. Hos omnes perducit ad regem. Quos cum interrogaſſet: cur intantam audaciam prorupiſſent: ut ornamenta templi euellerent: illi geſſimus inquiunt quæ geſta ſunt: & conſulto nos illa geſſiſſe profitemur: quæ ad uirtutem attinent: quam uiros docere certum eſt. Siquidem prudentum eſt defenſare dignitatem legis & numinis: nec mirari debes: ſi tuis inſtitutis inſtituta præferimus quæ nobis Moyſes inſpiratione dei conſcripta dereliquit. Mortem quoque ac ſupplicia quelibet importes: cum iocunditate ſubimus. Non enim pro iniuſto facinore: ſed pro amore pietatis nobis ſuſtinenda ſunt. Et illi quidem talia loquebantur in nullo minora uerba quam fuerat commiſſi præſumptio præferentes. Rex autem uinculis eos conſtringi præcipiens: euocauit ex Hierichunte Iudæorum principes. Quibus aduenientibus: conuẽtus omnium congregatur: ipſe uero in lecto recumbebat q̃ præ inualitudine ſtare non poterat. Enumerabat igitur præſumptiones ſeditioſorum iuuenum: in quibus ſæpius fuerat depræhenſi: templi quoq; ornamenta quæ ſuis fuiſſent magnis ſumptibus conſtructa memorabat: qualia per annos .c. xxy. neq; Aſamoneum regem conſtruere: neq; proſapiam eius ualuiſſe narrabat: ſe autem ad honorem diuinitatis illud templum anathematibus admiratione dignis ornaſſe: quo poſt eius mortem gratam ſui memoriam iocundamq; relinqueret. Exprobrabat etiam q̃ iniurias illi non dubitarent ingerere. Cæterum præſumptũ facinus uerbo quidẽ ad ſuas ptinere iniurias: re autem ipſa & uerita te ſiquis uellet meritum examinare facinoris: ſacrilegium cõmiſſum eſſe affirmabat. Ad hæc illi pp eius crudelitatem ne contra ſe quoq; fortaſſis exaſperatus ultiones in eos aliquas moliretur: humiliter reſponderunt dicentes: neq; ex ſua ſentẽtia contigiſſe neq; illa cõmiſſa inulta eſſe debere. Ille uero circa cæteros quidem quaſi manſuetus extiterat Mathiam autem pontificem ſacerdotio remouit uelut conſcium: & cauſam ſeditionis extantem promouit autem Azarum pontificem: fratrem uxoris ſuæ. Mathiæ autem pontificatus tpe: prouenerat alterum extitiſſe pontificem ad unius uidelicet diei functionem: quam Iudæi cum ieiunio celebrant. Cauſa uero talis erat. Mathia ſacerdotali fungente officio nox in ſolennem luceſcebat diem: in qua futurum erat ieiunium. Tum uiſum eſt ſibi omnino mulieri eſſe cõmixtum: propterea q; ſacerdotio perfungi non potuit: ſed Ioſephus Elimi filius: cognatus eius ſecundum carnem: pro eo munere ſacerdotali pfungitur. Nunc ergo Mathiam Herodes pontificatu remouerat: alterum uero Mathiam qui ſeditionẽ excitauerat: & aliquos uiros ex ſociis ſeditionis illius: uiuos igni contradidit. Sed etiam luna eadem nocte defecerat. Herodem porro amarior in dies morbus urgebat: ſupplicia deo cõmiſſi ſceleris expetente. Ignis quippe lentus inerat non tamen conflagrationẽ inſupficiem corporis agentem prodens quantum extrinſecus treſcens operabatur incẽdium. Auiditas quoq; in explebilis ſp inerat cibi: nec tamẽ ſacietas unq̃ rabidis incitata faucibus ualebat implere ingluuiem. Inteſtina interius ulceribus tabida putreſcebant doloribus quoq; coli ſæuiſſimis cruciabatur: humor liquidus ac luridus erga pedes tumidos oberrabat. Similis illi quoq; & circa pubẽ erat afflictio: ſed & uerenda ipſa putredine corrupta ſcatebant uermibus ſpiritus quoq; incredibilis erecta tentigo quæ fuerat ſatis obſcena diritate fetoris: & anhelitus reſpiratione creberrima: contractus quoq; p cuncta membra ſubſiſtens: uim noxiam operabat: quæ omnem tolerantiæ contulerat firmitatem. Dicebatur igitur ab his: quibus inerat diuinandi peritia diuinitus has pœnas ob impietatem eius & multa crudeliter geſta depoſci. Ipſi tamen multum ſpes ſalutis inſtabat: ſi forte poſſet contra morbos aliqua remedia prouidere. Medicos quoque aduocans ut uterentur ſi quid poſſent ad ſalutem proficere poſtulabat: & tranſiens Iordanem fluuium: aquis calidis quæ ſunt circa Callioram: die noctuque fouebatur. Hæ igitur aquæ calidæ ſuper alia quæ habebant commoda etiam potabiles erant. Pergebat autem aqua illa in paludem: quæ ſulphurifera uocitatur. Præterea uiſum eſt medicis: ut eum in dolio oleo pleno confouerent. Vbi cum miſſus eſſet: ita defecit: ut ab omnibus mortuus putaretur. Tunc grandis ſeruorum ululatus exortus eſt. Cum igitur nulla iam de eo ſpes ſalutis exiſteret: iuſſit militibus quinquagenas dragmas aureas diſtribui: plurima quoque ducibus & amicis ſuis munera tribuebat. Deinde reuerſus in Hierichuntem præualentibus nigris coleribus: exaſperatus iniquius eſt: ut ipſo morente: indignum facinus ageretur. Venerant quippe ex locis omnibus per eius præceptum Iudæorum optimates: & erant plurimi: ſiquidem ex omni gente fuerant conuocati. Ad hæc etiam fuerat mors contemptoribus præcepti propoſita. Magna igitur in omnes regis furia concitata eſt: propterea culpabiles & inculpabiles in Hippodromo concludens: ſororẽ ſuam Salomẽ: uirũq; eius Alexã

conuocat & mortem ſuam non in longum differri denunciat tantis ſe doloribus circunuentum: fore cunctis ſatis optabile:ſe autem ſine luctu & deploratione periturum:q; regibus:maxime autem ſibi magni meroris eſſe firmabat:neq; ſuum arbitratum Iudæorum falli propoſito:q; & eis ſua mors amabilis foret & grata:nam etiã ſe uiuente ſepius illos & ſeditiones & ſeceſſiones fuiſſe molitos:& in eius ſemper iniurias fuiſſe feſtinos:cæterum leuigationem quandam illis natam eſſe dicebat q; talibus ipſe doloribus urgeretur:proinde petere ſe ab illis:q; eos ſciret contra eius gloriam in nullo uenturos:ut agerent:qualiter eius exequiæ honorabiles ſuper cæteros reges:& luctus amplior ageretur. Quod futurum dicebat:ſi peregiſſent ut iudei ex animo in eius morte deplorare lamentariq; cogerentur. Cũ igitur me iquit animam uideritis expirantem:circunuallantes Hippodromum omni militia nec dum mea morte uulgata:confeſtim omnes illos icluſos iaculari perficite:& ita cũctis intereuntibus duo commoda prouentura:q; & regnum illis poſt ſuam mortem firmum perſeueraret:hoſtibus amputatis:& ſuper ſuam mortem luctum celebrandum eſſe magnificum. Et ille quidẽ lachrymandus talia lamentatur:& cognatos omnes beniuolẽtiam circa ſe fidemq; ſeruare poſtulat inuocationem diuinam interponens:ne cum honorificentia ſua mors:& cum indignitate tractare tur. Illi uero prõfitebãtur in nullo ſe eius præcepta tranſgreſſuros. Sed ego comperi illius hominis mentem conſiderans:etiam per præſentia mandata nihil humanum penitus habuiſſe. Siquidem de hac uita diſcedens procurabat:quatenus omnem gentem orbatam & deſertam parentibus dilectiſſimis relinqueret:iubens unum ex unaquaq; domo interimi:qui nihil iniuſtum neq; in ipſum:neq; in alios admiſiſſe fuerant depræhenſi. Hæc igitur illo ſuis parentibus demandante: deportantur & litteræ ab legatis:qui ad Cæſarem romam fuerant miſſi. Quarum hæc erat ſententia:q; Acmes indignatione Cæſaris extincta ſit:pro facinoribus quæ cum Antipatro perpetrare tentauerat:ipſum aũt Antipatrum in patris uoluntate dimiſſum:ut quod placeret ex eius ſententia fieret:ipſum etenim & patrem eſſe & regem:ſiue illum in exilium detrudi ſiue illum morte mulctari uellet:in eius propoſito conſtitutum. His auditis Herodes:pauliſper animum refouit:uoluntate ſcriptorum & morte Acmes in ſuperbiam ſubleuatus:& poteſtate puniendi quam acceperat in filium. Sed præualẽtibus creſcentibuſq; doloribus:interitui propinquabat:& quãquam in multo defectu contineretur appetebat tamen cibum:& poſtulans malum quæſiuit cultrum. Erat enim illi talis mos: ut ipſe per ſemetipſum malum accurans:& per partes modicas recideret:& comederet. Sumẽs ergo cultrum:circunſpicienſq; ne quis adeſſet:uoluit ſemetipſum interimere quod forſitan perfeciſſet:niſi præueniens manum eius Atiabus contineret:nepos enim eius erat:& magnum clamans:ſtatim ululatus per totam aulam exortus:eſt & tumultus.

Qualiter Antipater putans Herodem defunctum locutus fuerit cuſtodi corporis de dimiſſione ſua:& propter hæc Antipatri peremptio. CAP. IX.

Qvæ cum ad Antipatrum perueni ſſent:credidit ſuum patrem uitæ terminum ſuſcepiſſe præcipienſq; fiduciam tam uerbis q̃ motibus ita totus animo geſtiebat:tanq̃ ſi fuiſſet liberatus e uinculis:& regnum in ſuis manibus ſine ullo labore perceperit. Tunc cœpit cum cuſtode ergaſtuli de ſua dimiſſione fabulari:magna ſe continuo ſpondens dona ei tributurum. Ille uero non ſolum non acquieuit ut faceret quæ uolebat Antipater:uerũ etiam cũcta regi denunciat:intimãs ei eius mentem:& quæ ab eo munera ſpondebant. Tunc Herodes q̃uis & ante non minore odio ferretur in filium:cum audiſſet cuſtodem ergaſtuli illa narrantem:magnum protinus exclamauit. Tunc quaſſans caput:quãq̃ in extremo uitæ teneret & cubito ſeſe attollens ſtatim deſtinans quẽdam armigerorum ſuorum ſine ulla dilatione celeriter necari iubet Antipatrũ ſepulturamq; eius in Hyrcania ſine ullo honore fieri.

Teſtamentum Herodis ad Cæſarem:& diſtributio inter eius filios:& qualiter Archelaũ præfecit deinde mors ipſius. CAP. X.

Teſtamentum interea ſcribebat mente mutabili:& Antipatrum quidem quem ſibi ſucceſſorem in regno deſignauerat:Tetrarchum facit Galilææ regionis atq; peroe. Archelao uero regnum contribuit. Gaulanitidem aute & Traconite:& Bethaniam:& Paniadam Philippo filio quidem ſuo:fratri autem Archelai germano Tetrarchiæ iure conceſſit:Iamniam uero & Azotum & Faſelidam:Salome ſorori diſtribuit:ſed & argenti ſignati Myriadas quinquaginta. Diſpoſuit etiam de cæteris ſuis cognatis:atq; conſanguineis:opibus eos reditibuſque locupletans. Cæſari ſane argenti ſignati mille Myriadas:præter uaſa quædam aurea:quædam argenta:& metallis precioſa:& artificis opere uenuſtiſſima dereliquit:indumẽta quoque precioſa: Liuiæ uero Cæſaris coniugi:& aliis nonnullis quingentas Myriadas. His diſpoſitis:quinto die poſtquam Antipatrum filium necauerat defungitur regnans poſtquam Antigonum interemit:ãnos.iiii.&.xx. poſtquam aũt a Romanis regnum præceperat.vii.&.xxx. uir crudelis in oẽs equaliter:ire quidam ſubditus:a iuſtitia uero effrenatus:fortuna uero propicia:ſup quẽlibet affluenter abuſus:ex plebeio in regnum aſſurgens:& pericula plurima eludẽs:quibus ſæpius fuerat circũſeptus:diuturnitate uitæ pfunctus ẽ. domi circa filios quantũ quidẽ ad eius ſniam ẽt ibi pſperitate potitus ẽ:eo q; ſe ſuos inimicos ſuperaſſe cenſebat:meo uero iudicio:ſuper omnes infœli-

ciſſimus. At Salomæ & Alexas: anteq̃ mors regis diuulgata foret: ex Hippodromo Iudæos abire p̃mittunt ad proprias domos: dicentes: regem iuſſiſſe: ut unuſquiſq; in ſuas regiones abſcederẽt. Hoc autẽ fecerũt: beneficium illi genti præſtare cupientes. Interea mors magis diuulgatur.

Epiſtola Herodis ad exercitum: & admonitio fidei ſeruendæ circa filium eius Archelaum q ſtatĩ eleuatur in regnum. CAP. XI.

Vnc Salome & Alexas cunctam militiã congregantes in Amphitheatro quod Hierichũte erat: primum quidem epiſtolam regis legi fecerunt: quam ad milites fecerat: deinde gratias eius in eos pro fide ac beniuolentia quam circa eum exhibuerunt inſinuant: petitiões quoq; eius: ut ſimiles ſe circa Archelaum filium eius exhiberẽt: quem regem conſtituturum confidentissimabant. Ptholomeus etiã cui fuerat teſtamentum a rege creditum: anuluſque de quo ſignauerat commiſſus: continentiam teſtamenti denuntiat: quod teſtamentum non poſſe robur firmitatemq; ſuſcipere dicebatur: niſi cuncta quæ in eo eſſet deferrentur ad Cæſarem. Fit continuo fragor ingens: honorantium Archelaum: regemq; proclamantium: milites quoq; cuncti: & uniuerſi duces: fauorem: & beniuolentiam promittebant: paratoſq; ſe ac promptos ad omnia profitentur adiutorẽque deum ſupplicationibus aduocabant.

Sepultura Herodis in Herodio caſtello: & fauor Archelai regis ad populum: & populi ad ipſum. CAP. XII.

Dehinc ſepulturam regi præparabant. Curæ nanque fuit Archelao: ut exequiæ patris quã magnifica poſſent celebritate gererentur: utque memoratum proferrent cum rege mortuo producendum. Portabatur itaque in lecto aureo: lapidibus depicto uariis atque præcioſis: ſtamina uero oſtro erant auroque contexta: eratque ipſe mortuus circumamictus purpureis ueſtimentis: caput eius diademate coronatum: ſceptrum quoque in manu eius uelut ſi a uiuo teneretur erat appoſitum: circa lectum autem erat frequentia filiorum: multitudo cognatorum. Circa quos omnis militia ſtipata pergebat: per proprias diſtincta nationes: & diſcreta nominibus. Erant autem tali ordine diſtributi. Nam primi quidem pergebant eius armigeri: per quos omnes ſhrecum manus: poſt iſtos etiam natio Germanorum: atq; Galatharum. Hos item ſequebatur cum ornatu maximo cuncta belligeratoria multitudo. Cætera uero militia poſtrema ſequebatur: in eum ſcilicet modum digeſti: qualiter ſolebant in bellum procedere: & ſuis ducibus ordinari. Poſt hos ſequebantur ſeruorum eius quingenti: odores uarios: & aromata deportantes. Pergebant autem in Herodium ſtadiis diſtante octo: illic enim eſt eius ſepultura ex eius iuſſione conſecta. Et Herodes quidem hoc modo defungitur. Archelaus autem per vii. dies luctum ſuper patrem honore regio ex more gerit: tantos etenim dies lex paterna præcepit obſeruari. Conuiuia itaque celebrans: & luctum exoluens: aſcendit in templum. Ibi magnis ei clamoribus fauebatur: magiſque: prædicabatur laudibus: ſecundum q̃ unuſquiſque arbitrabatur maiora quam alius conferre præconia. Tum uero tribunal ille conſcendens quod ſibi fuerat præparatum & conſidens: omnibus benigna loquebatur & ſibi propitios comparabat: gaudio fauoris omnium & uoluntati quam ex beniuolentia circa ſe cunctorum acceperat gratias ſe illis habere narrabat: quod leſi a patre nihil circa ſe mali ab illis reciprocaretur: ſe autem aduiſurum: ut eis bonorum uiciſſitudinem redderet: eorumque remuneraretur alacritatis affectum rogaret uero, ut nunc interim parcerent nomine illum regis honorare: ſufficere ſibi dignitatem poteſtatis aiebat: quam tunc firmam eſſe dicebat: cum teſtamentum a patre ſcriptum: a Cæſare firmaretur. Obquam cauſam neque in Hierichunte cuncta militia diadema illi imponere cupiente uoluerat ſuſcipere: ambiguum honorem æſtimans ex tali re ſibi prouenturum: quod eſſet adhuc incerta uoluntas eius: qui poſſet illi regnum proprie firmiuſque concedere: non ſibi defuturam circa illos benignitatem: quæ beniuolentiæ eorum uiciſſitudinem reportaret. Feſtinare quippe ſe in omnibus enarrabat meliorem ſe ſuo patre circa illos oſtendere. Illi uero ut plebeia multitudo conſueuit: in ipſis primis diebus uidentes regis lene principium: uoluntates ſuas laudib⁹ & fauoribus aperiebant: & quãto manſuetius cum eis loquebatur Archelaus tanto amplius nomen Archelai prædicabant: deinde ad numerum petitiones: interceſſioneſque uertuntur. Alii quidem functionum publicarum leuigationem cum clamore poſtulabant: pars uero uictorum ſolutiones expetebat: qui fuerant ab Herode deuicti: alii uero grauedines quas Herodes inemptionibus & in publicis nundinis conſtituerat: auferri uociferabantur. Archelaus porro in nullo illis contraria reſpondebat: ſed in omnibus accurate: æſtimans regni fore ſuffragium: ſi multitudinis beniuolentiã comparaſſet. Dehinc ad ſacrificia offerenda deo conuertitur: & cum amicis conuiuia celebranda.

Qualiter populus ſeditionem mouit aduerſus Archelaum in feſtiuitate azymorum: & Qualiter Archelaus tria milia ex eis interemit: ipſe uero nauigauit ad Cæſarem: credens regnum Philippo fratri ſuo. CAP. XIII.

Vm hæc interim aguntur: congregãtur Iudæorũ iuuenes plurimi: nouarũ rerũ cupidine concitati: & cœperunt de morte Mathiæ aliorũq; cũ eo ab Herode interemptorũ tumultuoſa uoce cauſari: dicentes: q̃ iniuſte empti: ẽt exequiarũ honore Herodis timore caruerant. Erant autem iſti: pro quibus turba loquebatur: qui fuerãt euulſione aureæ aquilæ

perempti. Magnum ergo turba proclamante: & clamitationibus utente: quaſdam etiam iniurias quaſi ex hoc poſſet ad illos mortuos aliqua leuigatio peruenire proterue procaciterq; iactante: con gregabatur magis magiſque numeroſa multitudo: & ultionem mortuorum ab Archelao fieri debe re poſcebant: ſuppliciis eorum qui ſub Herode fungebantur honoribus. Et primum quidem omni um ſacerdotio remoueri pontifiem quem Herodes fecerat proclamabant: uirum mundum: & ſecun dum leges ſuas dignum ad pontificatum promouendum eſſe dicebant. Archelaus autem licet iſta grauiter ferret: annuebat tamen: impetum eorum mitigare feſtinās: donec iter ad Romā quod pro poſitum habebat ſine tumultu perageret: & cum de ſeſe uoluntatem Cæſaris agnouiſſet: reſpicere dixit: quid agendum foret & de cunctis repetitionibus eorum legitimæ diſpoſiturum: neque tunc tempus eſſe diſſenſionis: aut contumelias ingerendi: magis autem unitatis atque concordiæ donec ex præcepto Cæſaris ad eos cum firmitate regni recurreret: tūc quippe in commune cōſulere: de qui buſcunq; tractandum eſſe uideretur: tunc autem ſuſtinendū eſſet: ne forte ſeditionis quoq; crimen incurrerent. Et ille quidem hæc dicens ducemq; ſuum edocens: mittit ad eos: hæc ipſa locuturum. Illi porro proclamantes: ducem loqui penitus non ſinebat: periculum quoque minabantur ſiquis eos ab aſſumptione ſua reuocare uoluiſſet: & inſtabant ſuam libidinem magis explere: quam impe rantium ſubiacere conſiliis. Graue nanq; illis uidebatur: ſi cum Herode uiuente amicis priuati fuiſ ſent: eodem mortuo nullam ultionem fieri mortuorum. Illud enim iuſtum legitimumq; dicebāt non ꝙ ratio dictaret: ſed ꝙ eorum libidini uoluptatem poſſet afferre: fatui ad prouidendum: quan tum illis eſſet ex ea re periculum naſciturum. Plurimis itaque ab Archelao mi ſus: ut tumultum ſe ditionemque mitigarent aliis ex regis perſona loquentibus aliis autem ex illius quidem ſententia: ſed ueluti ex ſua mente monentibus: illi nullum penitus aduertebant: ſed amplior fremitus: & tur ba mouebatur: concurrente etiam plurima multitudine: ꝙ illa tempeſtate Iudæis dies feſtus immi nebat: quando azyma ſecundum obſeruationem paterni moris exercent. Paſcha enim illa feſtiui tas uocatur: ad recordationem & memoriam exitus ex Aegypto: & ſacrificatur ab eis illo die cum alacritate magna pecudum etiam numeroſa multitudo: quanta in nulla alia ſolennitate. Concur rit ergo ex uniuerſa regione magna copia populorum: plures etiam ex montanis locis aduenium: religionem numini ſoluturi. Sed iuuenes qui ſeditionem excitauere: Iudam Mathiamq; lamentan tur: ueluti doctores expoſitoreſq; legis antiquæ: & perſiſtebant in templo: ſuffragione quoq; uictua lium abunde ſubſiſtente. Nam ſeditioſis hominibus turpe non ducebatur ab aliis cibos expetere. Anxius autem Archelaus ne in deterius eorum proceſſiſſet audacia: cohortes deſtinat armatorum cum quibus etiam tribunum militarem mittit: ut eorum coherceat impetum: & primum quidem ut illos ſeditioſos repellerent & ab alia multitudine ſepararent. Sed uenientibus militibus: illi ſe ditioſi cum ingenti alacritate: excitata ſecum etiam turba: ſuper tribunum ac tota præſidia cum uoce magna inuicem hortantes impetum faciunt: ex quibus plurimi ſuſi: pauci autem cum tribu no ſauciati diffugiunt. Archelaus autem cuncta peſſumdare cenſebat niſi multitudinis illius impe tum frangeret: tumultumque illum reſecatum extingueret. Cunctam igitur mittit militiam: ut eos qui ſibi in templo habitacula conſtruxerant: exinde repellerent. Ceduntur itaq; ab equitibus circi ter tria milia hominum: reliqua uero in montes proximos refugit multitudo. Cæterum ex edicto cunctos ad ſuas regiones diſcedere iubet Archelaus. Quique continuo diſceſſerunt: feſtiuitatem de ſerentes minime celebratam: maioris timore periculi propulſati: licet eſſēt in mortis temeritate præ cipites. Interea Archelaus ad mare proximum cum matre deſcendit: Nicolaum ſecum & Ptholome um habens: & amicorum plurimum comitatum: Philippoque fratri omnia gubernanda dereliquit: domum ei regnumque cōmendans. Salome quoque ſoror Herodis cum eo ſimul egreditur: omnem ſecum ducens: proſapiā: ad hæc etiam plurimi cognatorum: uerbo quidem: ueluti cum Archelao conlaboraturi: ut ei regnum a Cæſare firmaretur: re autem uera: ut aduerſus eum niterentur maxime illa quæ ab eo in templo geſta ſunt accuſando proponere. Obuiam fit Archelao Sabinus Cæſaris curator: earum rerum quæ in Syria poſſidebat: in Iudæam pergens: pro conſeruatione the ſaurorum Herodis quem Varus ab hac intentione reuocauit: per Ptholomeum qui tranſibat ab Archelao conuocatus. Sabinus ergo Vari gratia neque arces obtinuit quæcunque fuerant in Iudæ orum ciuitatibus conſtitutæ: neque theſauros conſignauit: ſed omnia ſub iure dimiſit Archelai: donec quid de his Cæſari uideretur agnoſceret. Proinde in Cæſarea ſe ſuſtinuit ſic enim repromiſe rat ſe eſſe facturum.

Qualiter Archelao Romā aſcēdente: Sabinus q erat in Syria Cæſaris curator aſcēdit in Hieroſo lymā uiolēter expetēs Herodis pecunias & caſtella a curatoribus Archelai. CAP. XIIII.

Sed cum Romā nauigaſſet Archelaus: Varus prexit Antiochiam: Sabinus aſcendit in Hie roſolymam: & aulas regias obtinet: euocanſq; omnes oppidoꝝ præfectos: & quotquot rerum diſpenſatores fuerant ratiocinari cœpit: & arces ut ſibi traderentur multos expe tere. Ex hoc iam illi quos præfecerat cuſtodes Archelaus: mandata eius implere non po terant: ſed cuſtodiebant omnia ſecundum inderdicta Sabini: uſque ad Cæſaris præceptum. Nauigat etiā romam in illis diebus Antipater Herodis filius: regnū etiam ipſe petiturus hortatu Salomes

& promiſſionibus incitatus dicētis:iuſtiores cauſas illum habere Archelao ad regnum percipiendū ꝙ primum teſtamentum in quo is ſucceſſor regni fuerat conſtitutus: firmius: quia illud ſanamente feciſſet herodes:hoc aūt iam ſenſu præ ualitudine diminuto conſcripſerat. Ducebat ſecum etiā matrem:& fratrem Nicolai Ptholomeū:amicum Herodis ſatis honorabilem:ſed etiam ſibi ualde gratiſſimum atq; fauentē. Maxime autē eum incitabat ad regnum Hireneus rethor uir opinione clarus & ad dicēdum acerrimus. Idcirco etiam freti:eos qui perſuadebant cedendum archelao: ſiue ꝙ regio teſtamēto ſucceſſor fuerit inſtitutus:ſiue ꝙ maior natu eſſet aduertere conténebant. Sed cū Romam ueniſſent:oēs cognati ab archelao diſcedentes ad iſtum conueniūt: non beniuolēria circa eū aliqua conſtrictis:ſed odio, quo aduerſus Archelaum irritabantur. Maxime aūt libertatē deſiderebāt & Romanorū iudices magis:q̄ reges proprios habere cupiebant. Quod ſi hoc nunus procederet:antipatrum magiſquā archelaum ſibi regē conducibilius æſtimantes:impetrare laborabant. Sabinus quoq; accuſationē archelai apud cæſarē depoſuit. Inter hæc cæſar ſuſcipiēs ab Archelao litteras: in quibus iura a patre ſibi relicta propoſuit teſtamētum quoq; cognoſcens:& ratiocinia theſauroꝝ herodis cum anulo conſignatorio quē Ptolomeus apportauerat: cœpit conſpicari quē ordinandum ratio poſtularet. Legēs quoq; litteras Vari & epiſtolas Sabini:ſūmam quoq; theſaurorum uel quid pecuniæ p ſingulos annos impēderetur aduertēs litteras quoq; quas antipater pro regno promerēdo tranſmiſerat recenſes:congregabat ad conſultandum oēs ſenatorii ordinis:& amicos:in quibus etiam Gaium filiū Agrippæ:& iuliæ ſuæ filiæ adoptiuum. Deinde illis oībus in cōſeſſum iductis copiam facit:ut quiſq; de quibus moueretur ediceret. ibi primū Salomes filius antipater dicendi potentiſſimus:& archelao ſatis inſeſtus: huiuſmodi uerba locutus eſt: dicens Archelaum uerbo quidem pro regni petitione ſe fingere laborare:opere uero omnem regni potentiam poſſidere:antequam ei a Cæſare in quo cuncta poteſtas ſita eſſet indulgeretur. Huius teſtimonium eſſe dicebat eius audaciam:quam præſumpſerat in die feſto multos interimere. Qui ſi iniuſtum aliquid geſſiſſent:alius inter eos deberet ulciſci:qui eos poſſit legitima & ordinata poteſtate compeſcere:& non ab illo tantam cædem fieri oportere. Qui ſi ut rex illud feciſſet:contumeliam grandem Cæſari intuliſſe firmabat quod ignorans quid de eo adhuc diſpoſiturus eſſet regia iā uti poteſtate præſumeret. Si aūt uti priuatus illa geſſiſſet:amplius eum deliquiſſe narrabat:ꝙ regnum non poſſidens:ſupplicia quibuſlibet intulerit:de qbus decretum Cæſaris debuit expectari. Opponebat illi etiam iudicum militarium mutationes & ordinationes:ad hæc etiam illum in ſolio regali & cauſas plurimas iudicaſſe: ac determinaſſe proclamabat:tanquā a lege legitime ius poteſtatis integrum poſſidēte petitionum quoq; plurimoꝝ promiſſa publice facta memorabat:nec quid eum amplius iuris ac poteſtatis habiturum:dum in regno a Cæſare firmaretur. Opponebat illi etiam:ꝙ ex Hippodromo uinctos ſponte dimiſerit:& plurima alia:ſiue quæ facta fuerant:ſeu quæ facta quidem non erant:ſed credibilia uidebātur propter naturam ſui:quod fieri poſſe iudicabatur a iuuene:tum etiam ab accenſo regnandi cupidine. Dicebat etiam luctum eum patris penitus neglexiſſe:prohibitos quoq; omnes a rege cum moreretur uidendo:unde initium quoq; ſeditionis affirmabat exortum:ꝙ eum uidebant circa patrem ſuum mortuum qui ei multa & magna bona præſtiterat tam nequiter conſeruari:ut uelut in ſe lachrymas per diem publice configentem occulto autem uoluptate regni percepti perfrui & noctes in deliciis agitare:erga Cæſarem quoq; huiuſmodi ſe præbiturū Archelaum:cum ei regnandi iura tribueret:qualem ſe circa patrem exhibuiſſe cognoſcitur:tripudiare nanq; & cantus exercere in morte patris:tanquam ſi hoſtis aliquis interiret:& ꝙ nunc adueniſſet ad Cæſarem calliditate uſum dicebat:ut ſi regni percipere firmitatem deſiderare ſimularet:cum omni iam uſus eſſet poteſtate: quanta illi nec amplior a Cæſare rerum domino poſſet attribui. Maxime uero eadem quæ in templo facta fuerant uerbis exaggerabat:& impietatem obiectabat:ꝙ in die feſto ſacrificiis diuinis inſtantibus:multa milia hominum cæſa fuiſſent:in quibus multi peregrini plurimi inſontes indigne miſerabiliter occubuerint:templum quoq; plenum cadaueribus mortuorum:non alienigena forte perimente:ſed eo qui ſe regni iura legitime percepiſſe iactabat. Vnde apparet inquit illud opus crudelitatis libidine peregiſſe:ut integre ſe plenum tyrannidis negocium proſecutum eſſe teſtetur per iniquitatē admiſſam qua cunctis hoibus conſtaret odibilis. Feſtinabat enim quoquo modo regnū accipere:ſciēs ꝙ pro ſui merito nunq; poſſet uel in ſomnis regiam prātem legitimo iure pmereri. Nam & patri ſuo certos eſſe ſuos mores agnouerat:unde ſe regni ab eo ſucceſſorē diſponi ꝓculdubio deſperabat:niſi per egritudinē ac morbos qbus nō ſolū corpore cōfecto defecerat: uerūetiā animo parū ualido erat. Cæterū quādo mens eius ſoſpes fuiſſet & ſana: & corpore forti ut digne ac merite negocia cuncta diſponeret: in Antipatrum poteſtatem regnandi contulerat:teſtamēto iure legitimeq; confecto:nam qualis porro rex iſte poſſit exiſtere: qui aut contempto Cæſare ius ſibi totius poteſtatis arripuit:aut ſi a Cæſare ſe dominum fieri:& ab eo regnum ſperabat accipere:cur ciues ſuos ſine illius præcepto priuatus adhuc:& in templo die feſto inſtante tam crudeliter interemit. Et Antipater quidē huiuſmodi uerba locutus:teſtes etiā introduxit:& plurimos ex cognatis:per quos ſua dicta firmaret. Cūq; is loquēdi finē faceret ſurgit Nicolaus ꝓ Archelao uerba facturus: dicebat nāq; illa qdē quæ i templo cōtigerāt:potius eoꝝ q paſſi ſunt q̄ Archelai poteſtate cōtigiſſe:liqdem

tantum eos facinus aggreſſos fuiſſe:ut non ſolum iniurias contumeliaſq; iactarent:ſed etiam eos q deuoti humiliterq; uiuere diſponebant:ulciſci pertenderent. Cunq; hoſtilia multa operarẽtur uerbo quidem aduerſus Archelaum:rei autem acerbitate aduerſus Cæſarem:neceſſarium Archelaus iudicauit:ut eos ab inſolentia & improbitate reuocaret. Sed illi eos quos Archelaus ad ſedándas turbas miſerat:interimere feſtinabant:ſine ulla dei uel loci uel feſtiuitatis reuerentia. Mirari ſe ſane dicebat:non confundi Antipatrum:q; talium defenſor exiſteret:dummodo inimicitiæ ſuæ quam contra Archelaum gerebat libitum faceret:& odio magiſquam natura iuſtitiæ iudicaret:illos purgare geſtiendo qui cuncto ſcelere aduerſus ſuos principes arma corripuerint. Cætera uero de quibus Archelaum accuſauerant:in eos ipſos accuſatores referebat:dicẽs nihil ſine ipſorum conſultatione uel conſenſu factum:geſtumue fuiſſe:ſed animo ledẽdi nũc in trãſuerſum ab æquitate diſcedere. Nam neq; ſcirent taliter res eſſe diſpoſitas:qualiter accuſabant:ſed ad inuidiam Archelai cuncta depraua re:& tantam illos cupidinem inuaſiſſe obſiſtendi Archelao:uiro quidem conſanguinitate propinquo:conuerſatione autem eis familiari per omne tempus adiuncto. Teſtamentum etiam patrem ſana mente conſcripſiſſe narrabat:firmiuſq; illud eſſet quod poſterius fuiſſet ſcriptum:q; in hoc poſteriore dominum cunctæ ordinationis Cæſarem conſtitueret:quem minime illorum improbitatem imitaturum dicebat:qui Herodi iniuriam faceret:in cuius uita omnibus eſſent bonis omniq; poteſtate perfuncti. Nunc autem ad contumelias quidem uoluntatis eius & intellectus in omnibus feſtinarent:ſed nequaquam Cæſarem iniurias illius uiri admittere:qui & amicus fuerit & auxiliator:& omnia in ſua poteſtate dimiſerit:neq; pati ut teſtamentum eius ſolueretur:quod de ſua fide fretus ſcripſerit:neq; uirtutem Cæſaris imitaturam eſſe illorum accuſatorum:criminatorumq; nequitiam fidem eius in omni mũdo ad exemplar propoſitam & indubitatam cunctis gentibus eſſe referebat:unde nequaquam poſſit Herodi alienationem & furiam mentis aſcribere:quem per multum tempus optime regnum geſſiſſe cognouerit:ſucceſſionemq; optimo filio dicaſſe:ſed neq; iudicium regis circa electionem ſucceſſoris peccaſſe firmabat:immo magis prudenter & optime iudicaſſe:quod omnia ad uolũtatem:poteſtatemq; Cæſaris redigiſſet. Poſtquam hæc Nicolaus enarrauit:& finem loquendi fecit:Cæſar Archelaum ſibi ad genua procidentem cum honorificentia ſubleuauit:pronuncians eum dignum regni perceptione:magnumq; ſuæ mentis momentum gratianq; declarauit:& non aliter eſſe ſe facturum:niſi quæcunq; teſtamẽto continerentur. Interea cuncti Archelao fauere:non tamen certum aliquid fuerat definitum. Igitur facta ſolutione confeſſus apud ſe ipſum Cæſar conſiderabat:utrũne Archelao regnum cõfirmare deberet:an omni Herodis generi diſpartiri. Interea mater Archelai morbo prægrauata defungitur:ſed etiam a Varo qui in Syria militiæ magiſter erat:litteræ ueniunt:ſignificantes ſeditiones deceſſioneſq; Iudæorum. Poſtquam.n. Archelaus nauigauerat:cuncta gens uariis mõtibus fuerat:tumultuationibuſq; turbata. Sed Varus aduenies eos qui cauſa ſeditionis extiterant:ſuppliciis & tormentis adegit:rebuſq; compoſtis in Antiochiam repedabat:unum ordinem militum in Hieroſolymis derelinquẽs qui Iudæis ſi forte aliquid ſeditionis molirentur:obuiam irent:ſed nec ſic tamen ſeditio terminatur. Nam poſtquam Varus abſceſſit:Sabinus curator Cæſaris illic remanẽs Iudæos cœpit opprimere:ex militia ſibi multos armigeros faciens:quos& ſatellitio aduerſus Iudæos affligẽdos utebatur. Vnde illi perturbati ad ſeditiones excitandas neceſſitate cogebantur.

Qualiter perſuaſerũt curatores populo arripere arma:& occidere Sabinum uel Romanum exercitum in Antonia conſtitutum. CAP. XV.

Ed etiam arces uioléter obtinuerat:& theſauros regios ſcrutatus ſumpſerat lucrorũ & rapinarũ cupidine concitatus. Imminẽte igiť pẽthecoſte:feſtiuitas nãq; hæc apud nos ſic paternaliter appellat:non tantũ religionis gratia:quantũ indignatione ſuccẽſi pp ĩ probitatẽ & oppreſſionẽ Sabini multa milia cõgregata ſũt hoĩum Galilæorũ & Hierichũtinorũ imẽſa multitudo:& quotquot trans Iordanẽ fluuiũ habitabant:ſed ẽt incolarũ magna manus adunata:q plus aliis incẽſi:in ultionẽ Sabini conſpirauerant. In tres itaq; partes diuiſi:diuerſa loca occupant. Et una qdẽ pars Hippodromũ tenuerat. Cæterarũ uero duarũ altera pars ab Aquilone uſq; ad Auſtrũ uerſa circa tẽplũ erat:altera uero ad orientẽ loca poſita detinebat. Tertia uero pars Hippodromũ:ſicut diximus ad occidentẽ occupauerat:quo loco etiã aula regalis extabat. Erat autẽ illis tota feſtinatio ut romanos incluſos obſeſſoſq; conſtringerẽt. Sed Sabinus timẽs tam etiam multitudinẽ eorũ:q; mobilitatẽ ĩgenii:quippe quibus mors contẽptui erat:dummodo cœpta perficeret confeſtim ſcribit ad Varum:poſtulans:ut quã citiſſime ſubueniret:in magno piculo eſſe cunctam a ſe ibi militiam derelictam:ipſe autẽ altiſſimam turrim arcis aſcendens cognomẽto Faſelum:in honore fratris Herodis Faſeli edificatam atq; ita nominatam:qui in prœlio Parthorum defecerat:annuebat romanis:ut Iudæos exeuntes aggrederentur:cũq; ipſe neq; ad amicos auderet ullo pacto deſcendere:alios ante ſe pro ſuarum facinore popinarũ mortem hortabatur appetere. Sed Romanis egreſſis cũ fiducia:pugna urimq; aſpera ſatis exorta ẽ:& licet Romani opere bellico:& experientia ſupiores exiſterẽt:& plures ex Iudæis occũberent:obſtinatio tamen Iudæorũ nequaq; tã dira belli facie frãgebant:ſed circũeuntes pene tẽplum aſcẽdũt in porticus quæ ſani areã

continebant:& ibi multum prœlium profligatum:saxa quædam manibus uolue-
bant:quædam fundis uel tormentis cæteris emittebãt:ad hæc etiam cum arcubus intermixti Romanorum plurimos
sauciabant. Nam oportunitate loci Iudæi superiores extiterant. Romani uero in incerto positi:nec
ictus ancipites euitare:nec hostem ullis iaculis poterant uulnerare. Proinde cum in hunc modum
non breui tempore pugnaretur:postremo Romani impune se talia perpeti:ignem porticibus sub-
mittunt:Iudæis quia semper porticus erant non sentiẽtibus:ignis porro a plurimis appositus:conti
nuo in flammas exæstuat:tectaq; corripuit:quorum materies:q; erat cum pice ceraq; puncta:& in su
perficiem deaurata:ignem confestim suscepit:quo incẽdio opa illa magna & admiratione digna di-
spereunt. Sed etiam eos qui super porticus propugnantes astiterant:repentinus corripit:& inspera-
tus interitus:alii simul cum tectis concidentibus pessum ibant:pars hostium confixi perire uulnera
ti:pleriq; defectu conciliis:& sub talis cladis stupore:aut igni sese contraduntaut gladiis abusi suis in
tereunt:ut malum quasi quo se uidebant circunseptos affugerent. Quotquot autem retrorsum uia
qua ascenderent recurrentes a ruina uel incẽdio liberantur:a Romanis continuo sine ullo negocio
necantur. Quippe nudi armis & animi timore soluti:uenichant in manibus Romanorum. Proin-
de ex cunctis qui tecta conscenderant:nullus ualuit penitus euadere. Romani autem per illud incẽ
dium in fiduciam subleuati:interius progrediuntur:& ærarium ubi templi opes seruabantur arripi-
unt:& plurima quidem a militibus furata sunt. Sabinus autem uix inde quadringenta talenta publi
ce ualuit ratione conqrere. Interea Iudæos plurimum contristabat tam interitus sociorum quã æra
rii:anathematumq; direptio:& tamen quotquot eorum uel peruersitate mẽtis obstinati uel pugna
ces promptiq; constabant:aulam regiam undiq; uallantes:mirabantur incendium & cunctos ibidẽ
una interitui dare:nisi celer abscessissent. Nam se quoq; copiam illis exeundi si id eligerent daturos:
Sabino quoq; si etiam ipso uellet exeundi tribuere facultatem:pollicebantur. Dum ista geruntur:
nonnulli ex regiis militibus ad Iudæos transeunt. Rufus autem & Gratus tria milia pugnatorum
ex militia Herodis sub se habebant:uiros corpore exercitatos & strenuos. Cum his igitur omnibus
sese Romanis adiiciunt. Rufus etiam equites aliquantos habebat:ipsos quoq; secum Romanis au
xilio duxerat. At Iudæi obsidionem minime negligebant:sed etiam mœnia cuncta circuibant:hor-
tabaturq; omnes ut illam oportunitatem se saluandi:& in libertatem paternam respirandi non per
derent. Sabino uero optabile fuit:ut egrediens abscederet:sed committere semetipsum non aude
bat:suorum consideratione factorum:& q; hostes admodum infideli mente esse cognouerat:simul
etiam Vari præstolabatur aduentum:eumq; si adesset obsidionem illam esse soluturum. Ea tempe-
state etiam alia plurima:urbis tumultibusq; plenissima prouenerunt:quæ totam Iudææ regionem
grauiter desolabant. In quibuscunq; näq; locis:alii lucri cupiditate concitati:pars inimicitia Iudæo
rum ad excitanda bella ferebantur. Militauerunt quõdam Herodi duo milia hominum hincinde
congregatorum. Hi ergo in unum collecti:& seorsum a cæteris decedentes:aduersus regios milites
pugna congrediuntur. Vtebantur aũt Alcibiade duce:Herodis nepote:quem sibi pfecerant:qui tã
in campis ad pugnam strennue ferebatur:q; in locis asperis arte prævalebat:ppter experientiam quã
ex usu belli pceperat. Iudas quidam erat filius Ezechiæ ppositi latronum:qui multum quondam p
ualuerat:sed temporibus Herodis cum magno fuerat labore dephẽsus. Iste igitur Iudas circa Seforí
Galilææ congregãs multitudinẽ uiroꝝ pditoꝝ:atq; desperatorũ:cũ eis aulam regiam pugnaturus
inuadit. Et qua copiam armoꝝ:quantũcunq; ille locus habebat abripuit:exinde suos omnes armat
sumit etiam cunctos opes quæ ibidem pro custodiam fuerant derelictæ. Hic terribilis uniuersus ef-
fectus est. Nam huc atq; illuc agebat:& docebat exercitum:libidine rei maioris accensus:& emula-
tione regnandi sine ulla uirtute ullaq; prudentia:sed ad uim inferendam tantum:& ledendum pro-
nior & procliuis extabat:sperans ex hoc sibi dignitatem gloriamq; uenturam. Extiterat quoq; Sy-
mon seruus quidem Herodis regis:uerum decoris uir magnitudine corporis ac fortitudine præ-
stans cui magna fuerant credita commissaq; negocia:is igitur rerum intemperantia subleuatus:dia
dema suo capiti præsumpsit imponere:& aliquanta multitudine congregata:rex pronunciatur insa
nia simul:furiaque populorum:sed etiam ipse dignum semetipsum existimans super omnes qui re
gnum ante gessissent:aulam regiam in Hierichunte succendit:& omnia quæ ibi habebantur abripu
it. Multa itaque in diuersis locis per uniuersam prouinciam: ubi regia consistebant tabernacula
comburebat:cunctaque exterminio dabat:ignibus concremando. Ampliora quoque iste gereret:
& amplius ab eo illa regio delereturni celeriter mutatio contigisset:nam exercitus militum regio
rum qui se Romanis addiderat:tota manu:rotaque uirtute congrediens:occurrit. Symoni:ubi mul
ta ui die longo certatur. Sed plures qui ex locis trans Iordanem cum Symone fuerant congregati:
neque ordinis:neque dispositionis bellicæ gnari:siquidẽ temeritate magisquam disciplina pugna
bant:a regis occubuere militibus:sed etiam ipsum Symonem p fugas se & per montis fauces salua
ri cupientem gratus occurrẽs:caput ei abscidit. Incensus est etiam illis diebus super Iordanẽ locus
nomine Emachoes a quibusdam hominibus Symoni consimilibus. Sic igitur in illa gẽte multa de
mẽtia uagabatur:propter qđ regẽ proprium non habebãt:q populũ uirtute ac moderatione dispo
neret:& propter quos alienigenæ intemperanti:p quod seditiosæ mẽtes occasionẽ accipiẽtes:ad bella

concitanda ſuccenſæ ſunt:intentione ſola deuaſtandi & aliena rapiẽdi. Cæterum & Athronges uir neq; generis dignitate conſpicuus:neq; uirtute decoratus:ſed opum tantum confi ſus abundantia. Paſtor enim erat iſte:& cunctis in omnibus rebus obſcurus:uerum magnitudine corporis & robore prævalens:auſus eſt ẽt ipſe in regni conſpirare potentiam. Erant quippe illi fratres quatuor etiam ipſi corpore magni:& de fortitudine glorianteſ:& ex hoc credebant ſeſe regnum omnibus modis obtinere:nam unuſquiſq; eorum turmam propriam ductabat. Congregatur itaq; ad eos plurima multitudo. Et illi quidem ductorum fungebãt officio:& ſicubi opus erat diſcurrebãt:bellicos excercendo conflictus. Ille uero diadema ſuo capiti circumponens:ad conſultandum concilium conuocabat:ut quid facto opus eſſet decerneret. Videns autem cuncta in ſua poteſtate:cœpit inſania ferri maxime q̃ rex a populo uocabatur:q̃ ſibi ad regendum quæ uellet nihil eſſe impedimento cernebat. Deniq; tam ipſe quam fratres eius magna conſpiratione frementes:odio Romanorum & regiorum militum bellum gerere feſtinabant. Nam æqualiter aduerſus utroſq; infeſta mente ferebantur: aduerſus regios quidem milites propter iniurias:quas eos ſub Herode perpetraſſe reputabant:aduerſus Romanos autem q̃ eo⁊ in præſenti poteſtas exiſteret. Igitur aſperitas huius malis tempore percurrẽte creſcebat:nulluſq; interitum poterat euitare. Nam alios quidem ſpe lucri exterminabãt: alios autem occidendi conſuetudine perimebant. Incurrunt ẽt aliquando Romanorum turmæ circa Emmaũ:& circundantes Arium centurionem qui ductabat exercitum:quadraginta ex eis uulnerauere:qui fuerant manu excitatoriæ meliores:cæteri uero timore fugientes:a Grato qui multitudiné regiæ militiæ ductabat defenſati ſaluantur:ſuos mortuos relinquẽtes. Et multa parte diei Romanæ legionis milites inſequentes plurimos ſauciabant:ſuperantur tamen poſtea:& compræhẽdunt: alius quidem cum Graco confligens:alter autem cum Ptolomeo. Maiorem uero fratrem Archelai milites compræhendunt. Nouiſſimus autem eorum ſuper his quæ cõtigebant merore confectus heſitare cœpit:qualiter ſaluaret. Nam ſe ſolum remanſiſſe cernens:& omni manu militum ſpoliatum: fidei patruelis Archelai ſe cõmittit ac tradidit:ſed hæc quidem poſtea contigerunt. Igitur ſic Iudæa latrocinantium facta fuerat habitatio. Si quis enim manum aliquam congregaret:quæ ſecum ad ſeditiones faciendas conſpirare præſumeret:ſtatim rex efficiebatur:exurgẽs ad cõmunem regionis interitum. In breui quidem & in minimis rebus Iudæi Romanis noxii conſiſtẽtes:inuidia tamẽ contribulium ciuiumq; ſuorum ad omnia nequitiæ opera ferebantur. Interea Varus mox ubi quæ geſta ſunt Sabino ſcribente cognouit:timens illi legioni quam in Hieroſolymis dereliquerat:duas reliquas legiones aſſumens:tres quippe in Syria fuerant conſtitutæ:aſſumens ẽt equitum alas quatuor:& auxilia quæ reges Tetrarchæ diuerſi mandauerãt: maturabat præſidium illis qui in Iudæa obſidione tenebantur afferre. Dicebant autẽ oĩbus q̃ Ptholomaidã pergeret. Dant illi etiã berythii tranſeunti ſubſidium mille quingentorum uirorũ. Mandat illi & Arethas quoq; petræus:qui odiũ circa Herodem & amicitiam cum Romanis adduxerat non paruam peditum & equitum manum. Congregato itaq; i Ptholomaida omni exercitu: exinde patrem filio tradens:unum amicorum ſuorum deſtinat Galilæos expugnatũ:qui ſuper Ptholomaidam habitant. Ille autem Galilæã ingredi ens:magna ui pugnare cœpit. Et primũ Seforin capiens:habitatores quidem oẽs captiuos abduxit: ciuitatem aũt ignibus tradidit. Varus aũt Samariam cum omni manu ingrediẽ :ſed a ciuitate abſtinuerat enim crimine ſeditionis immunis: ſed quodam uico Ptholomeiatis nomĩe collocat:quẽ uicum arabes odio Herodis hoſtili more comburunt. Iter quoq; agentes:alium uicũ Faſſo noĩe magnum atq; opulentum:idẽ arabes cõpræhendentes:incendio concremauerunt: & quaqua uerſum exercitus ibat:igne cuncta & cæde replebantur:ſuccẽditur etiam Emmaus caſtellum: Varo iubente gratia mortuoꝝ. Hinc itaq; in hieroſolymam tẽdit. Illi porro qui ad obſidiones fuerant congregati:faciem ipſam nõ ferentes exercitus:paſſim cuncti diffugiunt:imperfecta ſeditionis opera relinquẽtes:qui uero in hieroſolymis fuere iudæi:Varo grauiter incuſante: excuſationibus diuerſis ſemetipſos purgare nitebantur:q̃ multitudo illa propter feſtiuitatem fuerit congregata: bellum at nequaquam ex eo⁊ ſniam contigiſſe:ſed temeritate aduenarũ fuiſſe commotum: ſeipſos autẽ cũ Romanis obſeſſos potius q̃ obſidendi geſſiſſe propoſitũ. Venerunt aũt in occurſum Varo Ioſeppus herodis regis nepos:& Gratus atq; Rufus oẽm exercitum quem ſub ſe habebant:ſecum pariter adducẽtes:occurrunt etiam Romani:qui obſidione tenebantur. Sabinus aũt non uolens in faciem Vari uenire:ex alia parte hieroſolymis egrediens:mare uerſus abſceſſit. Interea Varus per oẽm regionem partẽ militiæ mittit:quæſitum eos qui cauſa ſeditionis extiterant. Depræhenſis aũt qui manifeſtabantur:alios qui cauſa mali extitere ſuppliciis cruciabat:quoſdam uero dimittit:in quibus culpa leuior inuenitur. Fuere aũt qui pp hanc cauſam in crucẽ acti ſunt:ferme duo milia hoĩum. Hoc igitẽ modo rebus collectis:atq; compoſitis:maximam partẽ militiæ ad ſedes proprias dimittit grauem eam in illis locis exiſtimans:nam in plurimis exceſſerant: & eius iura contẽpſerãt lucrorum ac rapinæ cupidine. Ipſe uero decem milia iudæorum in unum locum fuiſſe congregatos audiẽs: feſtinus occurrit:ut eos comphenderet. Illi autẽ antequam comphenſi fuiſſent:ſemetipſos tradidere hortatu Acıabi. Tunc Varus multitudini quidẽ ueniam contribuit:ipſos aũt ductores: q̃ cãm ſeceſſionis excitauerant ad Cæſarem mittit. Cæſar uero pleroſq; ex eis præmittit: illos autem qui Herodis co-

gnati fuere:ſuppliciis adegit:q; nullum iuſticiæ gerentes reſpectum:cõtra familiares & cõſanguineos arma tentauerant. Et Varus quidem iſta diſponens:& pp præſidia unam legionem quam etiam primo dimiſerat hieroſolymis derelinquẽs in antiochiam repedare feſtinat.

Qualiter Cæſar teſtamentum herodi confirmauit:ſeruans filiis eius teſtamẽtum: & diuiſio regni Iudaici in Tetrarchias. CAP. XVI.

ARchelao uero apud Romam cõmorante:aliorum negociorum principia:pullulabant: quorum hæc erat cauſa. Venerat Romam legatio iudæorum: ſuper octo milia hoſium: perentium ut ſuis legibus uiuerent:& legati quidẽ qui ex decreto totius gentis fuerant miſſi quinquaginta fuere. Cætera uero multitudo Romæ ad eos uenerat. Cæſare autẽ concilium faciente cum amicis:cæteriſq; romanorum primatibus:& in Apollinis templum congregante:quod ab ipſo fuerat magnis opibus impenſiſq; fundatum. Legati quidem cum uniuerſa multitudine indigentium Iudæorum cauſam acturi conueniunt. Archelaus autem ecõtra cum amicis aderat. Quotquot uero regis fuere conſanguinei:ab Archelao per odium ſeparãtur:Iudæis autem aduerſus eum conſociabantur: non tamen ſemetipſos publice demonſtrabant: graue putantes:& ad confuſionem propriam pertinere:ſi ante Cæſarẽ contra conſanguineum & familiarem loqui præſumerent. Aderat etiam Philippus de Syria ueniens:Vari concitatus hortatu: prĩa quidem cauſa ut fratri adeſſet. Nam ei plurimum Varus fauebat. Enimuero arbitrabatur: quia illo regno ſoluto per partes:poſſet diſtribui:ſiquidem plures eſſent: qui ſuis legibus uiuere poſtulabãt. Vnde uero Philippum hortabatur ut pro ſe laboraret: quo poſſet etiam ipſe partem aliquam regni percipere. Data igit̃ iudæor̃ legatis copia dicẽdi:cœperunt pro diſſoluendo regno multa loqui: & primum ex iniquitatibus herodis argumẽta multa ſumere:dicentes eum nomine tãtum fuiſſe regẽ: re autem uera tyrannidis facinora perpetraſſe:& multam per eum deſolationẽ rerum factam eſſe iudæorum naturaliter eum etiam ad nouitates inueniendas pronum fuiſſe proclamabant:& tantos q̃dem iudeorum eius crudelitatibus interiſſe:quantos nunquã ex hiſtoria piſſe cognoſcerẽt: ſed multo amplius ſemet qui uiuerent infœliciores exiſtere:non ſolum eis quibus oſtenſione uultus aſperi & indignatione mentis terribilis apparebat:ſed etiam quibus ſubſtantias ſuas arripuit:ciuitatẽs quidem extraneas & ab alienigenis habitatas eum ornare & locupletare:cum perditione & exterminio eorum qui ſub eius regno habitabant:oẽm gentem penuriæ & neceſſitati contraditam:cum paucis autẽ regno deliciiſq; frueretur:plurimos quoq; ex nobilibus ciuitatibus:& nobili natos genere perimeret: nullis rõnabilibus ſubſiſtẽtibus cauſis niſi ut eor̃ ſubſtantias rapuiſſet:& quibus uitam fortaſſe conceſſiſſet:rerum ſuarum amiſſione dãnaret. Iam uero exactionibus inquiunt functionẽ aliam quidem pro muneribus & publicis cum augmentis analibus exigebat:alia uero lucrorũ gratia poſt functiones a ſeruis exactoribus:uel amicis eius diripi ſolere cauſabantur:nec ſolum iſta quæ ad damnum auri & argenti pertinebant agi:ſed uirgines etiam corrumpi: matronas pollui: quæ pudorem ſui tacebant:ſicut ab illis qui gerebant deſiderabatur qui uidelicet facinora ſua timebant:ne in publicum ꝓderentur: tantaſque ſub herode ſe iniurias & contumelias paſſos fuiſſe quantas nec ulla beſtia poſſet ingerere:ſi facultas daretur ut hominibus imperaret. Et multas quidem ſæpius calamitates ſuam gentem paſſam dicebant:ſed nunquam ſe in tantam infelicitatem:tãtamque cladem prorſus incidiſſe:exemplum nãque iniquitatis & facinoris herodem uniuerſæ genti fuiſſe. Et optabiliter ſe Archelaum quidem regem denominaſſe firmabant:quia poſt herodem quẽlibet malum ferendũ & tolerandum utique decernebant qui tamen ipſis initiis ſe quaſi mitiorẽ Herode conabatur oſtẽdere:uerum poſtea uerens:ne non proprius Herodis filius crederetur:nihil ultra diſtulit: ſed ſtatim aperuit ſuæ mentis indicia:& cum nondum erat regni conſecutus integram firmitatem: q; in cæſaris arbitrio conſiſteret:illius regni poteſtatem uel tribuere:uel negare: dedit tamen ingenii ſui propoſitiq; monimenta:qualiter poſſet in futuro illud regnum gerere:ex his quæ i ipſis initiis perpetrare præſumpſit:ut ciues in templo die feſto uelut numini eos offerens: auderet occidere: unde iuſte uniuerſæ genti illum fuiſſe exoſum:propter merita ſuæ crudelitatis & ſceleris. Ob id quoq; & has querelas:legationem totam gentem deſtinaſſe firmabant. Petebant ergo: ut eorum prouincia regibus careret:& Syriæ iungeretur:ut ab illis iudicibus regerentur: qui illuc ex Roma ad gubernandã prouinciam mitterentur:& tunc cognoſci poſſe dicebãt:utrum ne ſeditioſi eſſent: & tumultuum cõcitatores: an ſubiecti & deuoti ſi ꝓbis iudicibus: & rectoribus uterentur. Talia iudæis dicẽtibus: Nicolaus regem criminibus expurgabat:Herodem quidem:quomodo per omne tempus quod uixerit nunquam fuerit accuſatus: non enim uera poſſe dicere confirmabat eos qui cum haberent aliquid unde cauſarentur:illo uiuente prætermittentes quando poſſent: in quibus leſi fuerant uindicari: illo mortuo querelas importune confingerent: illa uero quæ ſub Archelao acta eſſent: ad illorum improbitatem iniuriaſque redigebat: qui contra ius & contra leges talia commiſiſſe præſumpſerint quique cædis fecere principium in eis qui ſe a tumultibus prohibebant. Incuſabat eos etiamque ſeditionis libidine tenerentur: & q; peruicaces eſſent ad obediendum uel legibus uel iuſticiæ:dum cuperent in omnibus ſuis aſſumptionibus uincere. Hæc itaq; Nicolao dicente: Cæ

ſar hincinde quæ dicta ſunt audiēs: conuentum dimiſit & poſt paucos dies: Archelaum quidem nō pronunciat regem: dimidiæ uero iudeæ regionis quæ hèrodi tributa reddebat Tetrarcham conſtituit: ſpondens ei quoq; regiam dignitatem: ſi laboribus & fauoribus circa ſemetipſum meritus appareret alteram quoq; dimidiam bifariam diſtribuit alteri herodis filiis: Philippo uidelicet: & antipatro: qui contra fratrem archelaum de uniuerſo regno certauerant. Et huic quidem regio trans Iordanem Galilæa tributa reddebat quæ conſtabant in talentis ducentis per ſingulos annos. Philippo autem Bithanæa cum Traconitide & Auranitis: cum aliqua parte domus quæ Zenodori dicebatur reddebant talenta centum. Cæterum archelao idumæa: & Iudæa: & Samaria. Hæc enim leuigatæ fuerant quarta parte functionum ex decreto Cæſaris: propter quod in ſeditione cæteræ multitudini participes non fuere. Erant autem ciuitates quæ archelao tributa reddebant: Stratonis turris & Sebaſta cum ioppe: & hieroſolymis: Gaza uero & Gadara: & ipſe fuere græcæ ciuitates: quas abſcidens a diſpenſatione Syriæ additamento iudææ regioni coniunxerat. Accedebant ergo archelao tributa per unumquēq; annum talenta. cccc. ex oībus regionibus quas in ſua poteſtate ſuſceperat. Et hæc q̄dem de filiis herodis ordinata ſunt Salome autem ſuper illa quæ frater in teſtamēto reliquerat: erat autem Iannia & Azotus: & Faſelis argenti ſignati myriades quinquaginta: Cæſar etiam donat ei ad habitandum aulam regiam quæ fuerat in Aſcalone cōſtituta. Intrabant etiam & huic reditus ex oībus ſuis talenta per annos ſingulos. lx. domus aūt eius in regionibus erāt quæ ſub archelai fuere poteſtate. Accipiūt: quoq; conſanguinei regis quecūq; ī teſtamento declarantur. Duabus autē filiabus eius uirginis p̄ter illa quæ pater reliquerat: Cæſar ēt utriq; dona largitur uicenas quinas Myriadas argenti ſignati: eaſq; coniunxit Feroræ filiis: cuncta uero quæ illi fuerant dimiſſa: per filios herodis diſtribuit. Erant autem quinquaginta & mille talenta pauca ſibi ſumens uaſcula: quæ nō tam ei magnitudine uel precio: quam recordatione regis accepta conſtabant.

De eo qui ſe mentiebatur eſſe alexandrum Herodis filium: & qualiter fictio iſta depræhenſa ſit: inueſtigante Cæſare: & pœna qua multatus eſt. CAP. XVII.

His igitur a Cæſare diſpoſitis: iuuenis quidam Iudæus quidē genere: ſed apud Sydonios nutritus: a quodam Romanorum libertino: qui eum in cognitionem Herodis induxerat: ſimilitudine formæ prouocatus: quæ uidebatur Alexandro cōſimilis filio herodis qui fuerat interēptus: teſtificabātur quoq; illi cuncti: quorum aſpectibus occurrebat ex hoc occaſionem ſibimet eſſe reputabat quo regnum poſſet accipere: & aſſumens ſecum adiutorem ſuæ gentis hominem ſcientem cuncta quæ in palatio gerebantur: & ingenio callidū ad magna negocia perturbanda: eo ſibi huius factionis magiſterium præbente conſcendit. Dicebat ergo ſe Alexandrum eſſe herodis filium ex morte ſeruatum ab his quibus ut eum perimerent fuerat delegatus: occidentes quippe alios per quos imaginem completæ inſſionis oſtenderent: & expectatores fallerent: illumq; & eius fratrem Ariſtobulum ſaluauiſſe. His igitur figmentis & ipſe in ſuperbiam extollitur: & alios quod occurrerent eludebat. Interea Cretam appulſis Iudæorum omnibus qui cum illo colloquium miſcuere: perſuaſio facta ē. Vnde illi quoq; pecuniarum abūdantia cœpit affluere: plurimis hincinde donantibus. præter uenit ad Melium: ibi quoque congregat meliora. Nam ei plures offerebantur pecuniæ fide qua ex regio ſanguine illum deſcendere iudicabant: & ſpeq; poſſet paterni regni iura percipere: uicemque præſtantibus reportare. Ibat igitur Romām plurimis in eius obſequio uenientibus: & dicearcheam appulſus: ibidem quoque qui habitabant: iudeos ſimilibus fallaciis illudere decipereque non deſiſtit. Accurrebant namque illi ueluti regi: & alii quidem alii: maxime tamen illi qui familiaritatem & amicitiam eum herode poſſederant. Cauſa uero maxima deceptionis erat hominibus qui illum cum uoluptate a referentibus aduertebant. Ad hæc etiam accedebat fides ex formæ uultuſq; ſimilitudine: etenim etiam qui plurimum fuerant cū Alexandro conuerſati: nihilominus inducti fuerant ad credendum: illum non fuiſſe alterum: ſed alexandrum herodis filium: ita ut etiam aliis neſcientibus iurare p̄ſumerent. Proinde ingredienti Romam: & fama ſui cuncta replenti in occurſum egreditur iudæorum plurima multitudo: inſtar miraculi ſalutem eius factam diuinitus admirantes: & cum gaudio illum maiore ſuſcipiunt: maxime propter maternum genus: quod erat ualde clariſſimum. Proinde cum ciuitatem intraret: per platæas & uicos in ſella portabatur: cuncto regali cultu compoſitus ex opibus & quæſtibus: quas per diuerſa loca perceperat. Congregatur itaq; ad eum maxima multitudo: uoces plurimæ: clamoreſq; cum fauore reddebant: & oīa fiebant quæ ſolent ad gaudia mentes hominum cōcitare: præſertim in tali euētu: ubi præter ſpem ſalutem illius factam eſſe mirabantur. Sed ubi Cæſari nuncius ille allatus eſt: nō quidem credebat: propter quod ſciret herodem non facile poſſe in quibuſlibet negociis decipi præſertim in illis in quibus aīum intenderet: tamē ſperans potius ſe contingere: Celatum: quēdam ſuū libertū qui ſæpius fuerat cum illis infantulus collocutus mittit ut uideret alexandrum. Ille aūt cum uidiſſet nulla meliori diſcretione uſus eſt q̄ uſa fuerat multitudo. Verū Cæſar decipi oīo nō potuit quō erat quidē ille ſimilis alexādro: ſed nō ita ut eos poſſet iducere: q prudēter iſpicere: diſcernereq; ualerēt. Siquidē iſte falſus alexander ex labore & ope ualde cōſtabāt attritus: in illū aūt delicatudo

ex delicijs:& fortitudo de frequenti exercitatione concurrerant: huic autem durius & groſſius erat corpus. Intuens igitur mendacia conſpirantem iuxta diſcipulum atq; doctorem:& cum fiducia uerba proferentes examinabat:rem etiam de Ariſtobulo cunctam perquirens:quid de illo quoque fuerit factum:& ſemetipſum obſtupere ſimulans:rogabat:ob quam cauſam ariſtobulus quoq; non ueniſſet:quo regnum etiam ipſe dignitatemq; ſibi depoſceret. Cunque ille reſpõdiſſet in Cypro illum inſula remanſiſſe:marinis periculis ſimul fatigatum:& territum:ut ſi forte ſibi aliquid inoptabile prouenisſet:ſaltim ille ſaluaretur:ne omne genus Marianne penitus interiret:talia enim illum doctor ille reſpondenda docuerat:Cæſar illum ſemotim adoleſcentulum a cæteris abducẽs:tibi inquit mercedis gratia ſalus a me præſtabitur ſi non tentaueris etiam me arte deceptionis inducere. Dic itaque mihi quis tu ſis:& quis te ad talia confingenda pertulerit:maior quippe eſt tua ætate hæc adinuenta calliditas. Tunc ille:neque enim ultra mentiri potuit:in periculo conſtitutus:aperte Cæſari omne figmentum:uel quali modo:uel a quo fuerit commentatum. Tunc Cæſar ſalli quidem Alexandrum nequaquam contra quod promiſerat fecit:uidens autem eum aptum laboribus:in ordine conſtituit numeroq; nautarum:illum uero qui talia præſumenda perſuaſit:morte condemnat. Melienſibus autem condemnatio ſufficiens uiſa eſt:ut quantoſcunque ſumptus uel pecunias in falſum Alexandrum erogaſſent:irreparabiliter amiſiſſet. Et circa falſum equidem Alexandrum res cum magna temeritate præſumptæ:finem huiuſmodi perceperunt.

Qualiter archelaus accuſatus eſt a Iudæis apud Cæſarem:quem Cæſar idignatus:regno priuauit:& truſit in exilium apud Viennam Galliæ:& ſomnium uiſum Archelao & Glaphyræ. CAP. XVIII.

ARchelaus autem Tetrarchiam ſuſcipiens:mox ut Iudæam attigit: Iozarum Boethii de pontificatu remouit:exprobrans ei:quod cũ ſeditioſis una cõueniret:Eleazarum autem fratrem eius ad pontificatum ſubrogat. Edificat etiam in Hierichunte aulam regiam: cum elegantia & decore mirabili:medietatem quoque aquarum quæ ad irrigationem agrorum influebant:tractu ductuque conſtructo diuertit in campum: quod ab ipſo fuerat palmarum arboribus conſitũ. Vicum etiam ædificat:cui nomen Archelaidem conſtituit:paternam quoq; legem tranſgrediens:Glaphyram archelai quidem filiam:alexandri uero fratris coniugem:ex qua filios quoq; ſuſceperat:ſibimet accerſiit uxorem. Iudæis uero fas nõ erat fratrum uxores accipere. Sed neq; Eleazarus in pontificatu diuturno tempore perſeuerat. Siquidem etiam ſuper ipſum conſtituit Ieſum Oſeæ filium. Interea decimo anno principatus archelai:omnis nobilitas Iudæorum primateſq; ſamariæ:non ferentes crudelitatem eius:moreſq; tyrannicos:apud Cæſarem accuſationes ei inſtituũt:maxime quia cognouerant eum Cæſaris mandata tranſgreſſum:nam ei præceperat:ut manſuete:clementerq; conuerſaretur ad populum. Cæſar igitur ut hæc aduertit indignatione commotus:curatorem eiuſdem Archelai rerum earum quæ Romæ fuere: Archelaus etiam ipſe dicebatur: protinus aduocat:cæterum ſcribendum archelao indignum exiſtimat:illum autem deſtinat: ut archelaum celeriter exhiberet. Ille continuo ſine ulla dilatione nauem aſcendens: nauigat celeriter:& in Iudæam uenit:archelaumq; occupat cum amicis epulum celebrantem:mentem ei Cæſaris aperuit:atque ut confeſtim egrederetur ciuitatem compellit. Cæſar autem ueniente Archelao aliquibus accuſatoribus aſtantibus:cauſam hincinde cognoſcit:ſed ubi parum ſe expurgat archelaus:in exilium trudi præcipitur:in Vienna ciuitate Galliæ habitaculo contributo:pecũias uero eius rationibus iuſſit ſociari fiſcalibus. Sed antequam Romam fuiſſet uocatus archelaus ſomnium ſuis amicis tale recitauit. Vidiſſe ſe nanque dicebat ſpicas decem numero:plenas turgenteſq; frumentis uigoremque integrum poſſidentes:quas uidebat a bubus comedi. Sed hoc uidens magnis fluctibus eius animus fatigabatur:a quibus dum ſciſcitaretur:illi per diuerſas contrariaſque opiniones ſolutioneſq; diſcindunt. Tunc Symon: uir eſſæus ueniens:mutationem rerum illo ſomnio ſignificari dicebat:Archelao non ſane in rebus ſecundis aut commodis prouenturam. Boues nanq; labores & miſeriam ſignificare firmabat:propter quod ſoleat illud genus animalium laboribus affligi & conteri: mutationem autem rerum illo ſomnio demonſtrari dicebat: quod terra boum laboribus & operibus exarata in ſeipſa permanere penitus non ſinatur perſpicax autem decem periodum decem annorũ terminari manifeſtabat. Vnam quippe futuram æſtatem & tempus ſuppleri aſſeuerabat Archelao, quo de principatu ſuæ poteſtatis exiret. Et ille quidem hoc modo ſomnium illud expoſuit. Quinto uero die poſtquam illud ſomnium archelao fuerat demonſtratum:euocator eius archelaus procurator ſuus in iudeam uenit a Cæſare deſtinatus. Similiter & Glaphyræ uxori eius:& regis Archelai filiæ prouenit. Quæ primo ſicut ſupra oſtendimus:alexandro in coniugiũ ſociata:conſtabat Herodis quidem filio:ſed fratri archelai. Poſtea uero quam idem Alexander a patre fuerat interemptus Iobato lyciorũ regi coniungitur. Quo defuncto:item illam uiduatam in Capadocia a patre archelaus in coniugium ſuſcepit:Mariannẽ excludens:quæ ſibi fuerat coniugata. Tantus ſiquidem illũ Glaphyræ amoris ardor incenderat. Cum uero iuncta eſſet archelao:tale ſomnium ipſa quoq; contuetur. Videbat quaſi Alexandrum ſibi aſtantem:& ſe quidem illi ad gaudere:eumque libenter & alacriter amplexari:illum uero exprobrationes ei protinus imputare dicentem. O Glaphyra:nempe uel nũc confirmas prouerbium quo dicitur: fidem mulieribus non habendam. Nonne mihi iureiurando

conſtricta es? ſed & iugali fœdere uirgo ſociata. Poſtquam filios quoq; ſuſcepimus: amores noſtros oblita es ſecundarum cupidine nuptiarum: ſed neque hoc tibi ſufficere iudicaſti: quinetiam cum tertio ſponſo concumbere præſumpſiſti: & ſine pudore domum noſtram ingrediẽs: thorum genialem polluiſti: cum Archelao ius cõiugale conſocians ut illum uirum haberes: quem meum fratrem eſſe conſtaret. Verum ego nunquam tui penitus obliuiſcar: neque beniuolentiæ qua ſemper circa te detentus ſum carear. Liberabo ſane te uniuerſis obprobriis: meam ſicuti fuiſti firmam ſtabilemq; perficiens. Quæ cum illa familiaribus retuliſſet: poſt paucos dies uita defungitur. Hæc ergo haud ſane importuna huic noſtro operi ratus inſerui: primo quidem: quia ea quæ circa ipſos reges contigiſſe noſcuntur innotui: deinde ut exemplo uera probentur: dicere illi a quibus immortalitas diſputatur animarum: aut etiam ut appareat diuina prouidentia rerum humanarum cũcta diſponi: ne incredulitate huiuſmodi rerum homines ledantur in moribus. Enimuero qui hæc crediderit: nullo modo prohibetur per dies ſingulos ad uirtutis augmenta procedere. Archelai uero regio tributaria facta: Syriæ diſpenſationi coniungitur. Interea Cyrinus uir conſularis a Cæſare deſtinatur: cenſum in Syria diſpoſiturus: & domum rediturus.

Incipit Liber. xviii. antiquitatis Iudaicæ.

Qualiter Cyrinus a Cæſare deſtinatur: ut Syriam Iudæamq; cenſeret. CAP. I.

CYrinus autem unus de his qui ſemper in conſultatione congregabantur: uir per omnium magiſteriorum & principatum officia celebratus per cunctas adminiſtrationes conſulatus culmen aſcendens: & in cũctis adminiſtrationibus: & aliis dignitatibus clarus: cum paucis uenit ad Syriam cenſor gentis a Cæſare deſtinatus: & appreciator uniuſcuiuſq; ſubſtantiæ.

Qualiter Copinius ex equeſtri ordie miſſus eſt in Iudæam: & quia Cyrinus uenit in Iudæam uniuerſorum deprædaturus ſubſtantias: & Archelai redditurus pecunias: & quia Iudæi moleſtæ ferentes: tandem perſuadente Iozaro pontificæ paſſi ſunt deſcriptionem fieri ſubſtantiarum ſuarum. CAP. II.

QVitur etiam cum eo Copinius ductor totius equeſtris agminis: poteſtatemq; iudæorũ omnium gerens. Venit etiam Cyrinus iudæam: nam diſpenſationi Syriæ fuerat adunata: uniuerſorum deprædaturus ſubſtantias: & Archelai redditurus pecunias. Porro iudæi licet in ipſis initiis deſcriptionis nomen dirum haberent: ſubiiciuntur tamen ne amplius ſubſiſterent: perſuadente illis pontificæ Iozaro: Boethi nanque erat iſte filius. Et illi quidem cuncti ratione pontificis: deprædari ſuas permiſere ſubſtantias: nihil amplius heſitantes.

Qualiter iudas Gaulonites: & quidam alter perſuaſerunt multitudini: ne ſuas deſcribi ſubſtantias paterentur. CAP. III.

SEd iudas Gaulonites: homo ex ciuitate: cui nomen erat Gamalas: Saddochum phariſæum ſibi coniungens: receſſionem facere feſtinabat: nam deprædationem & cenſum nihil aliud eſſe dicebant quam integram ſeruitutem. Proinde ad defendendam ſuam libertatem: totam plebem diuerſis exhortationibus incitabant: omnem quoq; illis cooperaturam eſſe creaturam: ſi pro bono libertatis honorem ſuam & gloriam magnanimitate tueretur ſed etiam deum non aliter illis auxiliatorem fore: niſi talibus conſiliis ad agendum procederent.

Qualiter populi eorum conſilia conſecuti: ſeditiones & bella ciuilia: ſeu latrocinia exercuerunt. CAP. IIII.

HIs itaq; diebus amplius eorum animus incitatur: ut etiam ab homicidiis ſe nullo modo arcerent: quoniam cum magna uoluntate quicquid ab illis dicebatur hauriebant: atque hoc modo in magnum malum ſeditio illorum & audacia prorumpebat: nihilq; fuit malorum quod per illos non pullularet uiros: & ſupra quam dici poteſt: illa gens continuationibus eſt repleta bellorum & clades inter eos & latrocinia: deprædationeſque gerebant: obtentu quidem utilitatis defenſioniſque communis: ſed reuera propriorum lucrorũ gratia tota ſeditio gerebatur. Multæ itaq; cædes ciuium ſociorumq; perpetrantur: poſtremo in inuicem conuertunt: non ſecus quam contra hoſtes inſenſius ageretur bellum. Itaq; quotidie deprædationes: captiuitates: cædes: ubiq; concurrebant: ita etiam ut templum dei ignibus cremaretur. Tantum ualuit nouitas & inſtitutionum mutatio paternarum. Siquidem iſte iudas & Saddocus quartam Philoſophiam nouiter introduxerant: cuius amatores copiam conquirentes: ſeditionibus ac tumultibus repleuere rempublicam. Sed etiam malorum futurorum radices peſſimas plantauere per inſolentiam inconſuetæ Philoſophiæ: de qua uolo pauca diſſerere.

Quantæ ſint hereſes philoſophorum apud iudeos: uel qualibus teneantur legibus. CAP. V.

IVdæis igitur philoſophiæ tres erãt: ẽt inde ab initio in inſtitutis patriis derelictæ Eſſenorum: Sadduceorũ: & tertia qua philoſophantur: qui dicebantur Phariſæi: & quãquã de eis explanauerim in ſecundo libro iudaici belli: tamẽ etiam nunc cõmemorationis gratia breuiter attingam. Phariſæi. n. quotidianam conuerſationem exiguam habent: & prorſus abiectam: nihil mollitudini aut delicatudini penitus indulgentes ſe quæcunque iudicio rationis oportere cõperta ſunt illa ſequuntur: præpoſitis nullo modo reluctantur: maiores natu cõpetenti honore uenerantur: ita ut nec contrarium quiddam alicui aliquando reſpõdeãt: fatogeri oĩa credunt: ſed neq; liberum arbitrium hoĩs auferunt: iudicium dei futurum eſſe ſentiunt: illic cunctos hoĩes propria merita recepturos: tam eos quidem qui ſecundum uirtutem uixerũt quã illos qui nequitia deprauati ſunt. Animas autem ĩmortales dicunt: ſed etiam in inferno cõgrua unicuiq; habitacula pro merito: uel uirtutis uel iniquitatis attribui: ſicut unicuiq; uiuenti gerebatur ſtudium & alias quidem aĩas æternis trudi carceribus: alias aũt facilitatem reuiuiſcendi percipere: & ob hæc populis quidem ſunt acceptabiles credibileſq;. Quantacũq; item ad culturam diuinitatis pertinent orationum celebrationes: tẽplorum conſtitutiones: expoſitionibus ſuis faciẽda eſſe prædicãt. Nam tãtum uirtutibus eorũ prolatum eſt teſtimonium: ut ad eos plurimæ ciuitates: & maxima multitudo cum ſtudio grandi confluerent: opinione adducti: quia meliores cæteris eſtimantur. Sadducei autẽ aĩas mortales exiſtimant: ſimulq; cum corporibus interire. Nullas uero alias obſeruationes præter legem cuſtodiunt: aduerſus doctores aũt philoſophiæ ſuæ certari & reniti glorioſum annumerant ſed ad paruos admodum doctrina eorum peruenit: & modus exercitationis. Primates autẽ apud eos dignitatibus honoribuſq; celebrant. Eſſeni aũt ad deum cuncta redigunt: ĩmortalem animam dicunt iuſticiam aũt rem præcioſam: pro qua ẽt uſq; ad mortem pugnandum eſſe prædicant: ĩ tẽplo anathẽata proponẽda ꝓhibent: ſacrificia uel hoſtias cũ populo non celebrant: ꝙ ſe plurimum ab eis putãt mundicia uel ſanctitate differre: & merito ſe a cõi congregatione diſcernunt: remotim ſacrificia facientes: cultu uero moꝝ atq; conuerſationibus optimi ad colendã terram & exercẽdam omni ſtudio intenti. Illud etiam habent dignũ: & ualde mirabile ꝙ in aliis non inuenias gentibus tam Græcoꝝ q̃ etiam Barbaroꝝ: ꝙ oẽs illis opes in medio ſunt: & ab eis oĩa poſſidentur: nihil amplius inter eos ditior fruitatur: nihil pauperior defraudatur ac ſi nihil omnino poſſideat. Et illi quidẽ hoc modo de ſe gerunt. Sunt autẽ ſuper quatuor milia hoĩum numero. Vxores non ducunt: neque ſeruos habere feſtinant: aliud quippe iniquitatis: aliud ſeditionis oportunitatẽ eſtimant. Iſti ergo ſemotim apud ſemetipſos aduiuunt: mutuas ſibi uiciſſitudines miniſtrantes: ſuſceptores aũt reddituum promouent: curatoreſq; conſtituunt: qui cuncta quæ terra profert in uſus: neceſſarios adminiſtrent. Sacerdotes optimos uiros eligunt: cibus illis ſimplex eſt: habitus inſumptuoſus & mundus: Quartæ ergo Philoſophiæ iudas princeps extitit: cuius fecimus mentionem. Huius ſequaces in ueſtitu: in habitu: cæteriſq; aliis phariſæis conſentiunt: circa libertatem uero ĩmobilem retinent atq; ĩmutabilem ſnĩam. Nam huius rei cupido magna eoꝝ mentibus eſt infixa. Solum. n. principem & dominum dicunt deum oĩum: mortis aũt multas & uarias ſpecies ſuſtinere pro nihilo pendunt: uel cognatorum ſupplicia: uel amiſſiones amicorum oĩno contẽnunt: dũmodo nullum hoĩem dominũ dicere compellantur. Nõnulli nãq; uiderunt: qualiter ſæpius aliqui eorum in ſupplicijs ĩmutabiles permanſere. Vnde plurimi quoq; illius gentis hoc ſtulticiæ morbo inſanabiliter ægrotarunt: Geſſio Fluſo principatum huius uanitatis obtinente. Nam ex hac quoq; ſuperbia ad ſeditiões excitandas romanis: recedendiq; ab eis: & ipſe præcipitatus eſt: & alios præcipites dedit. Et Philoſophiæ quidem genera hæc atq; huiuſmodi ſunt apud Iudæos. Interea Cyrinus opibus reſtitutis Archelai: deſcriptioneq; perfecta: quæ facta eſt triceſimoſeptimo anno: poſtquã Antonius actiaco bello fuerat a Cæſare ſuperatus: Iozarum quoq; pontificem: ſeditionem a multitudine paſſum ſacerdotali depõit officio: Ananum in pontificatu ſubſtituens.

Qualiter herodes & Philippus citates ĩ honorẽ Cæſaris fabricauerunt: & qualiter Samaritæ oſſa mortuoꝝ in tẽplo iactãtes cũ feſtiuitas Azymoꝝ ĩmineret populũ reddidere pollutũ. CAP. VI.

HErodes autem & Philippus Tetrarchiam ſuam eoꝝ unuſquiſque ſuſcipiens: Herodes Sephorin muro circũdedit ad inſtar & ſimilitudinem Galilææ: quam Autocratoridan appellat. Alia autem Betharanta ciuitas: etiam ipſa eſt: quam muro circũſpiciens: Liuiã ex nomine Liuiæ uxoris cæſaris nominat. Philippus autẽ Paniadam quæ eſt circa fontẽ iordanis fluminis conſtruens Cæſaream nuncupauit. Tum ẽt Bethſaidam proximã ſtagno Geneſar ædificat: & dignitatem ei ciuitatis attribuit: habitatorũq; multitudine replet: aliarũque neceſſariarum reꝝ copia refertã facit: & Iuliam Homonymam cæſaris filiæ uocat. Copinio aũt Iudææ illo tpe gubernante: quẽ ſupra docuimus cum Cyrino deſtinatum: hmõi factum in Iudæa prouenit. Azymoꝝ dies agebantur: quam feſtiuitatem Paſcha uocamus: in qua mos erat: ex media nocte portas templi a ſacerdotibus aperiri. Et tunc itaq; apertis portis: uiri quidam Samaritæ occulte in Hieroſolymam uenientes per templi cunctas porticus: & per totum fanũ oſſa iaciunt mortuorum. Et ex illo cœpit in templo cuſtodia maior a ſacerdotibus.

Mors Salomæ ſororis Herodis quõdam regis Iudeoꝝ:mors ẽt Auguſti:Romanoꝝ ſecundi ſperatoris.Succeſſio Tyberii Cæſaris ſub quo pontius pilatus mittitur in Iudæam. CAP. VII.

Opinius aũt non poſt multum temporis Romam reuertitur: cui ſucceſſor regendæ pꝛouinciæ Marcus efficitur:ſub quo etiam Salome herodis regis ſoror uita defungitur: Liuiæ Cæſaris uxori derelinquens Iamniam & oẽm ſuã Toparchiam:& in campo Faſelidam & Archelaidam conſtitutas quæ etiam plurimis conſite uere palmitibus:quorum fructus optimus & ualde pꝛæcipuus.Sed huic quoq; ſuccedit Anius Rufus:ſub quo etiam Cæſar emoritur:Romanorum ſecũdus imperator.yii.&.l.imperio annos aduiuens menſes.yi. dies aliquantulum ſuper duos ex quibus.xiiii.annis ſimul cũ eo Antonius reipublicæ gubernacula rexit.Viuens itaq; annos.lxxyii.uita deceſſit. Huic ſuccedit ĩ principatu Tyberius uxoris eius Liuiæ filius qui fuit romanis.iii.imperator:ſub quo quintus iudeoꝝ rector Valerius Gratus efficitur: Annii Rufi ſucceſſor.Is Annanum remouens ſacerdotio Hiſmahelum filium Iabi pontificem deſignauit.Sed & hunc non multo poſt abiiciens:& Eleazarum Annæ pontificis filium ſacerdotio ſurrogauit.poſt annum uero ẽt hunc arcet officio:& Symoni cuidam Camithi filio miniſterium pontificatus attribuit.Sed nõ amplius & ipſe quam unius anni ſpacio eodem perfunctus officio: Ioſeppum cui caiphas nomẽ fuit:habuit ordine ſucceſſorem.Et Gratus quidem talia gerens: Romã reuertitur poſtquam.xi.annos in Iudæa compleuerat. Huic ſucceſſor Pontius Pilatus effectus eſt. Herodes autem Tetrarcha ad magnam amicitiam Tyberii peruenit: edificans ciuitatem: quam ex eius cognomento Tyberiadem denominauit:mœnibus eam firmis fortibuſq; circundans: in regione Galilææ iuxta ſtagnum Geneſar:unde aquæ calidæ non longe diſtabant:in uico cuius nomẽ erat Amathus. In hanc confines plurimi confluxere:atq; etiam ex tota Galilæa non parua multitudo concurrit. Ex omni quoq; regione quæ ſub illo fuerat conſtituta:ab eo coacti conueniunt: ut ibidem commanerent. Multi etiam ex nobilitate illuc habitandi gratia tranſferuntur.Suſcepit etiam quotquot hicin deueniebant inopes & egenos: pleroſque etiam quos liberos non eſſe conſtaret: quibus tamen ſecuritatem libertatis attribuit & beneficia plura contulit: ut hoc inuitamento nollent ex illa ciuitate diſcedere.Priuatas etiam domos ex pꝛopꝛiis opibus fabricabat:terras largiebatur: ut in his omnibus ſtabiles habitatores efficeret:maxime autem ex paterna lege tranſcribens: in qua ſignificatur ut habitatio ſeptem dierum ciuem loci perficiat. In illis diebus moritur etiam phraates Parthorum:Imperator inſidiis illi a phraate filio pꝛæparatis ſecundum hunc modum.phraates impera tor poſtquã legitimos filios habuit:aſciuit ſibi italici generis cõcubinam:cui nomen erat Thermuſa. A cæſare Iulio cum aliis muneribus hæc ei fuerat condonata: & primum quidem ea ſicut dixi pro cõcubina utebatur:captus mira pulchritudine mulieris. Procedente uero tempore filioq; ex ea phraate ſuſcepto coniugem eam legitime deſignauit:quam honorabiliter tractabat in omnibus: & quicquid diceret ei obediebat.Itaq; feſtinas:ut Parthorum principatus filio ſuo contingeret: quod uidebat aliter fieri non poſſe:niſi exinde legitimos filios aliquibus argumentis excluderet: perſuadet Imperatori ut illos Romam obſides deſtinaret.Proinde illi:non enim facile fuit Phraati: diſpoſitionibus Thermuſæ reſiſtere:Romam a patre mittuntur:& ſolus in regno phraatis filius enutritur.Sed poſtquã adoleuit graue reputans ac malitioſum:ut principatum patre tribuente ſuſciperet:inſidias pꝛæparat patri: cooperante ſibi etiam matre. Nam ſermo quoque ferebat: qꝛ ei concubitu miſceretur. Itaque pro utroque facinore genti factus eſt exoſus:tam parricidio quam amore matris nefando: ſeditionibus excitatis antequam ampliꝰ fieret:ex regni poteſtate depulſus emoritur.Concordantes itaq; in unũ Parthorum fortiſſimi cernenteſque ſine principe ſe non ualere conſiſtere: cœperunt inſpicere: quiſnam illis ex genere Arſacidarum fieret imperator:nam aliunde fieri non licebat: unde quoque uſq; in hodiernum diem pollutum:dicunt:& iniuriatum ex ſemine mulieris italicæ illud imperium. Herodem itaque per legatos aſciſcunt.Sed poſtquam iſte quoq; ſuſcepit imperium: cœpit inuidioſus eſſe multitudini:atque ſuſpectus propter immenſam crudelitatem: erat quippe ita ſeuerus: & omnibus modis inuitis.Hunc ergo congregati ſimul extinguunt. Plerique autem dicebant: qꝛ eum in ſacrificiis inter altaria peremerunt:nã eis moris erat in diuinis celebrationibus cultros portare. Apud plurimos tamen opinio illa eſt:qꝛ dum uenatum pergit:occiſus eſt. Legationem itaq; Romam mittunt: unum ex obſidibus ad imperium poſtulantes: & mittitur illis Bonones :cæteris ſuis fratribus antelatus :qꝛ iudicabatur fortunã ſuam: poteſtatemque non inſolenter aut nimie tractaturus. Sed barbaræ multitudini celerrima conuerſio ſuboritur. Siquidem ſunt etiam natura mutabiles. Manſuetudinem itaque eius cœperunt contemnere:indignum putantes: ut ſeruo ſubiicerentur alieno. Nam obſidatum ſeruitutem eſſe definiebant neque enim iure belli datum: ſed quod peius putabant in pace ad iniuriam ſuæ gentis & regni alienigenis eſſe contraditum. His ergo querelis gens uniuerſa commota: illum proturbat imperio: confeſtimque artabanũ euocant Medorum regem arſacidarum genere deſcendentem Perſuaſus Artabanus uenit cum omni militia.Cui Bonones occurrit: & multitudine congregata Parthorum: cum eo bello congreditur. Artabanus autem uictus confugit & ad montes Mediæ: & non poſt multum rꝑs congregans etiã ipſe magnas turmas exercitus cum Bonone confligit: & uictus Bonones cum pauco ad Seleuciam confugit equitatu

Artabanus autem fusum Parthorum exercitum insequentis magna strage operatus est. Tunc barbaris grandi metu compressus ad contexti fontem cum magna multitudine pergit. Illo itaque Parthis imperante Bonones in armeniam uenit: & primo quidem in illa regione cœpit imperare: deinde uero ad Romanos legationem mittit. Sed ubi Tyberius petitionem eius abnuit: ille itē ad parthos conuertitur & Bellum Artabano denunciat: quando quidem nulla illi recuperandi regni machinatio succurrebat. Cæterum Armeni qui circa Nisatem habitant: Artabano fuere sociati: a quibus detentus Bonones Sylano Syriæ rectori contraditur. Ille autem ex uerecundia: quomodo eum Romæ nouerat: custodiuit: honorificeque tractauit: Armeniam: autem Orodi Artabanus uni suorum filiorum tradidit. Ea tempestate moritur etiam Commagenæ rex Antiochus: & plebs aduersus nobilitatem scinditur: & mittit utraque pars legationem ad Romam: nobilitas quidem statum reipublicæ habitumque mutare desiderans: ut præsidali dispensatione regeretur: multitudo uero regnum habere proprio more cupiebat. Senatus autem utraque legatione suscepta: ex decreto Germanicum mittit: cuncta Syriæ sorte negotia correcturum agente fortuna quo facilius interiret. Nā ueniens in partibus orientis: & in melius cuncta disponens: a Pisone ueneno perimitur sicut iam in aliis indicatum est.

Qualiter Pontius Pilatus uoluit latenter intromittere in Hierosolymam statuas Cæsaris cognoscens autem populus seditionem aduersus illum commouit: donec illas ab Hierosolymis in Cæsaream transmitteret. CAP. VIII.

Pilatus autem Iudææ rector exercitum de Cæsarea secum assumens: tendit ad Hierosolymā: ut leges solueret Iudæorū. Nam secum statuas Cæsaris: quæ insignis militaribus inerant intromittit. Imagines autē: ut aliquid huiusmodi facere lex nostra prohibet & propter hoc ante illum oēs Iudææ rectores: sine signis ingrediebant mænia ciuitatis. Primus itaq; Pilatus ignorantibus populis introgressus. signa quæ secum apportabat in ciuitate constituit. Illi uero mox ut rem cognouerūt: congregati ueniūt Cæsareā: diebus plurimis supplicantes: ut imagines de Hierosolymis auferentur. Pilato uero abnuente: q̄ iniuriam Cæsari facere si fieret estimabat: Iudæi nullo modo discedunt. Tunc ille occulte insidiis armatos milites collocat. Cūq; p tribunali sedisset: quod ei fuerat in studio nam eū locū in insidiis quas præparauerat aptum esse pspexerat: Iudæiq; iterum supplicarent: signo dato: milites processere: Iudæis undiq; circundatis: cœpit pilatus mortem cōminari: nisi quieuissent. At illi mortem se potius electuros: quā cōstitutiones legis suæ transgressum iri firmabant. Tunc Pilatus ämirans fortitudinem Iudæoꝝ in conseruandis legalibus cōstitutis: cōfestim imagies de Hierosolymis auferri p̄cepit: Cæsareāq; pduci. Voluit etiā ex opibus tēpli aqueductū pgētem in Hierosolymā fabricare. suscipiens initium torrētis quod stadiorum dnū miliū interuallo distabat. Sed Iudæi non libēter accipiūt & circa eos q operabant multa milia hominum congregata: clamabant ut ab illo opere cessaretur. Pleriq; etiā maledictionibus uteban tur contumelias quoque iactantes: sicut uulgaria solet multitudo. Ille uero milites a dorso Iudæos circunuenire præcipiens: iubebat ut decederent. Illis autem ad contumelias iniuriasq; conuersis: dato signo militibus: iussit ut Iudæos inuaderent. Milites porro ampliora quam iussi erant perpetrantes: multitudinem magna cæde prosternunt. Plures igitur ibi deficiunt: pleriq; autem sauciati discedunt. Itaq; hoc modo seditio illa terminatur.

DE IESV CHRISTO. CAP. IX.

Fuit autem hisdem temporibus IESVS sapiens uir: si tamen uirum eum nominare fas est. Erat enim mirabilium operum effector: & doctor omnium eorum hominum qui libenter audiunt quæ uera sunt. Et multos quidem Iudæorum: multos etiam ex gentibus sibi adiunxit. CHRISTVS hic erat. Hunc accusatione primoꝝ nostræ gentis uirorum: cum Pilatus in crucem agendum decreuisset: non deseruerunt hi qui ab initio eum dilexerunt. Apparuit enim eis tertia die iterum unus secundum q̄ diuinitus inspirati prophetæ uel hæc: uel alia de eo innumera miracula futura esse prædixerāt: Sed & in hodiernum Christianorum qui ab ipso nūcupati sunt: & nomen perseuerat & genus.

De facto quod contigit Romæ in templo Isidis: & quæ Iudæis per illud tempus Romæ prouenerint: omnibus urbe expulsis per Tyberium: & de seductione Samaritici populi: uel oppressione eius Pontium Pilatum. CAP. X.

Eisdem temporibus alia Iudæos seuiora perturbant. Nam etiam in templo Isidis: quod Romæ fuerat constitutum factum quoddam turpitudine plenum obprobrioque contigit quod primum explanabo: tum demum ad illa quæ apud Iudæos euenere transibo. Paulina quædam mulier erat Romæ: maiorum dignitate præclara studio castitatis intē ta: honestatis opinione perspicua. Erat etiam opum magnitudine locuplex: & uultus pulchritudine decora ætate autem quando maxime mulieres pudicitia decorantur. Hæc nupta erat Saturnino: etiam ipso genere: opibus: cæteroque cultu consimili. Huius itaque amore detinetur iuuenis quidā nomine Mundus: ex numero equestri: sed in gradu iam emerito constitutus: & dignitate magna sublimis: idoneus etiam ad munera largienda: sumptusq; faciēdos. Nam memoratæ quoq; mulieri

maiora dona promiſerat:quæ illa contemnẽte maximo fuerat amore ſuccenſus:ut etiam.xx.myria das dragmarum atticarum ſe daturum pro uno concubitu ſpopondiſſet: ſed neque ſic illa deflexa eſt. Tum ille nimiam infœlicitatem morbi ſuſcipiens: ſiquidem nec cibum ualebat accipere:morti ſe addixerat:hoc unum ſibi iudicans tanti mali fore remedium. Et ille quidem tale decretũ animo infigens:per dies ſingulos agebat:ut celeri morte raperetur·Erat autem Mundo liberta quædam ex parentibus noīe Ida:oīum maloꝝ & iniquitatum coagulũ:Hæc grauiter ferens:ꝙ ille iuuenis ſe dã naret in mortem:nam clarebat omnino periturus:accedens erexit eum:& cœpit cum eo talia fabula ri:quæ animum eius bonæ ſpei facerent.Promittebat ſe nãq; acturã apud Paulinã:ut ꝙnq; myriadas accipiens:cõcederet iuueni quod uolebat. His itaq; dictis:iuuenẽ de morte reuocans: ſumpſit ab eo pecuniæ quantũ placuerat:ſed non eadẽ uia Paulinã aggrediť: q̃ fuerat ante tentata:cernens animũ mulieris nullo mõ capi pecuniis. Sciens uero ꝙ admodũ eẽt illa cultura Iſidis occupata:tale aliqd machinať.Accedit ad quoſdã ex tẽplo Iſidis ſacerdotes:quibus interpoſitiõe iurandi fidem ſeruare perſuaſit: dans etiã in præſenti duas myriadas & dimidiã:promittens ẽt aliud tantũ:ſi quod uellet: habuiſſet effectum.Tunc cauſam aperit:amorẽ iuuenis indicat:orat ut & mulierẽ q̃bus poſſent modis induceret.Illi ãt pecuniaꝝ cupidine capti promittunt quicquid imperaret ,ptinus ipleturos:præſertim ãt ipſe maximus ſacerdotũ:ut Paulinã:cõueniret:ac ſuis uerbis ipleret polliceť.Finxit autem ſe ex Aegypto ueniſſe:ab Anuibi deſtinatũ:ꝙ is grandi circa Paulinã amore teneretur:eumq; deum ſibi iuſſiſſe:ut Romam ueniret: mulieriq; præcepta numinis apportarer.,Libenter illa & optabiliter ſuſcipit atq; ad amicas gloriando denunciat:ꝙ ab Anubi tali merito digna iudicetur.Hoc etiam in timauit marito:quod amborum cœnam Anubis concupiſat.Ille autem grate conceſſit pudicitiam coniugis non ignorans.Illa igitur pergit ad templum & cum cœnaſſet:tempuſq; quieſcendi ueniſſet uniuerſæ ianuæ a ſacerdote clauduntur. Cuncta quoq; lumina ſubtrahuntur:Mundus autem intro latebat occultus.Qui poſtquam factum ſilentium eſt ad mulierem deuenit.Illa autem exiſtimãs deum eſſe reuerenter accipit:atq; ita cum ea mundus pernoctans:circa uicinum lucis abſceſſit.Illa autem mane facto conſurgens:atq; ad ſuum uirum ueniens: aduẽtum ad ſe numinis enarrauit.Similiter etiam loquitur ad amicas:magnam ſibi ex hoc glorificatiõem reputans proueniſſe:& quia uerba quoq; ad illam feciſſet: Anubis indicabat.Sed ex audientibus alii non credebant:naturam inſpicientes rei:pars autem credebat:quia dum uerum ad miraculum dicebãt: pudiciciam attendẽtes:dignitatem quoq; referebãt.Tertia uero die poſtquam factum eſt occurrens ei Mundus: o Paulina iquit: ſaluaſti mihi.xx.miriadas:quas poſſes familiaribus tuis rebus adiicere:nunc autem nec meis poſtulationibus defuiſti:& damnificatione liberaſti.Nam in templo tota nox a te cum Mundo peracta ẽ: nec mei nominis intereſt uoluptate præcepta. Nihil ad perficiendum negotium obfuit: ꝙ Anubis uocitatus ſum. Et ille quidem talia locutus abſceſſit:illa uero in mentem ſuam rediens:tunc primũ illud facinus intellexit:& ſciſſis protinus ueſtimẽtis ad uirum cucurrit: factionemq; aperuit:tam magni facinoris deprecata:ne ſuam iniuriam neglexiſſet. At ille Imperatori cuncta denunciat. Tunc Tyberius diligenter cauſam examinans:uniuerſum ſacerdotum ſcelus inuenit: & ipſos quidem cũ ipſa quæ cauſa totius iniquitatis extiterat:adegit in cruces:templum autem ipſum funditus euertit: ſtatuamq; Iſidis in Tybetim fluuium iactari præcepit:Mundum autem exilio condemnauit:dignũ eum maiore pœna non iudicans: ꝙ amoris uehementia deliquiſſet. Et ea quidem quæ in templo Iſidis prouenere:tali fine concluſa ſunt.Nunc ad rem redeo:ut explicem quæ Iudæis Romæ eodem tempore contigerunt: ſicut etiam ante præſtrinxi.Erat quidam uir genere Iudæus:de ſua patria profugus:accuſabatur autem legalium tranſgreſſione præceptorum :unde apud ſuos quoque reus habebatur: etiam malignus in omnibus. Iſte per multos dies legem ſe Moyſi exponere ſimulabat:& tres uiros in omnibus ſimiles ſibi conſocians: ſeducunt uluiam quandam unam de cetu nobilium ut legi iudaicæ animum ſuum dederet.Cui perſuadebãt:ut oſtri & auri plurimum in Hieroſolymã mitteret: templi ornatui profuturum. Quod illi ſumẽtes propriis uſibus abſumpſere:propter quod etiam argumentis & fallaciis antea cuncta peregerant.Tunc Tyberius:nam & totum negotium Saturninus inſinuat: uir uluiæ pariter amicus & tutator iubet Roma cunctos Iudæos excedere. Conſules uero quattuor milia ex Iudæis militantes mittunt in Sardorum inſulam: plurimos autem militare nolentes propter legis paternæ cuſtodiam affecere tormentis: atque hoc modo propter neq; tiam quattuor hominum uniuerſa multitudo pellit ex urbe.Sed neq; Samareorum gens turbarum fuit expers:uel tumultibus aliena.Hos.n. peruertit uir quidam mentiri proculdubio iudicans Caphedon nomine: q omnem plebem ſuaſiõibus artificioſis induxerat ut in mõtem Garizĩ oẽs accurrerent: quod eum ſanctum haberent ac uenerabilem. Pollicebatur enĩ ſe aſcẽdentibus oſtenſurum uniuerſa uaſa: quæ ibidem Moſe fuiſſent obruta. At illi perſuaſi uerbis illius armantur: & conſidunt in quodam uico:cuius eſt nomen Tirathua: atq; hincinde plurimos congregabãt:ut cũ maxima multitudine montem aſcenderent. Sed hos in ipſo aſcenſu Pilatus occupat:omnem equitatum præcedere iubẽs:& ductu uelociſſimos: atq; ibi circa memoratum uicum pugna cõmittitur:& alios obtruncant:pleroſq; in fugam uertũt:maximam partem capiunt:quoꝝ: ſeditionis princeps uel eos qui in fugiendo tunc plurimum uulnerant:Pilatus interfecit.

Accuſatio ſamareorum aduerſus pilatum apud uitellium: & qualiter uitellius romam eum ad cæſarem ire compulit: ut ibi rationem eorum quæ contigerant redderet. CAP. XI.

SEd ex hoc ſameorum gente turbata cuncti priores ad uitellium ueniunt: qui per id tempus gerebat principatum ſyriæ: atque apud eum pilatum accuſant: q; iniuſte tantos occiderit. Non enim a Romanis diſcedendo: ſed iniuriam Pilati declinando: in tyrathua cõgregatos eſſe promebant. Tunc Vitellius marcelium unum ex ſuis amicis qui curaret in iudæa conſtituit: Pilatum autem Romam pergere: ut de his quæ a iudæis accuſabatur: ſe in iudicio Cæſaris expurgaret. Tunc Pilatus poſtquã in iudæa decimum compleuit annum: pergit Romã Vitellii iuſſione compulſus: non enim poſſet eius diſpoſitionibus reluctari. Sed antequam Pilatus Romam ueniret: Tyberius ex humanis rebus abſceſſit.

Vitellius aſcendens Hieroſolymam: magnificus ac munificus extitit in populos: & qualiter Tyberius Cæſar ſcripſit Vitellio: ut amicitias cõponeret cũ Artabano pthorũ impatore. CAP. XII.

VItellius autem ueniens in Iudæam: aſcendit Hieroſolymam: & erat forte tunc feſtiuitas a maioribus inſtituta: quæ Paſcha uocatur. Vitellius itaque magnificus ac munificus extitit in populos: nam & uenalium rerum præcia leuigauit: & in aliis plurimis circa eos liberalis apparuit: ſed etiam ſtolam pontificis: uniuerſumque eius cultum atque ornatum in templo haberi permiſit: & ſub pontificum poteſtate ſeruari ſecundum inſtitutionem moris antiqui. Nam antequam Vitellius ueniſſet: in Antonia ſeruabatur. Arx enim huiuſmodi nomine cenſebatur. Vt autem ibidem ſeruaretur: talis extiterat cauſa. Pontificum quidam Hyrcanus nomine: unus ex multis: nam plures hoc uocabulo fuerant nuncupati: prius in loco templi uicino tabernaculum conſtruxerat: & ibi ex maxima parte degebat: ubi etiam ſtolam pontificalem habuit. Nam cuſtos eius extabat: propter quod ea ſoli licebat inducere: quando intrabat templum. Cæterum quando in ciuitatem exiebat: priuatis indumentis utebatur. Hanc itaque conſuetudinem & ipſe & filii eius: & eorum filii: multo tempore conſeruabant. Sed poſtquam Herodes acceſſit in regnum: illud tabernaculum oportuno loco ſibi exiſtimans ſitum opulentius conſtruxit: & Antoniam ex nomie Antonii: quod ei amicus erat appellat: ſed etiam ſtolam ſicut eam ibi reperit: ita etiam præcepit cuſtodiri exiſtimans ex hoc nihil ſeditionis aduerſus ſe populum commoturum. Similiter etiam fecit Archelaus filius eius: poſtquam Herodi ſucceſſit in regnum. Et deinde Archelao excluſo: a Romanis ſeruabatur ſtola pontificis in illo tabernaculo: ex lapidibus fabricato: ſub ſigillo ſane pontificum & in gazofilatio habebatur: a quo & cætera templi ornamenta & candelabrum quoque ſeruabatur: quod tantum per dies feſtos ad uſum pontificum tradebatur. Tranſacta uero feſtiuitate: iterum in loco proprio reponenda reddebatur: & per tres utique feſtiuitates ſingulis quibuſque annis & per ieiunia: dabatur atque reddebatur. Vitellius autem tunc ſecundum morem antiquum ſtolam illam pontificum poteſtati contribuit neque permiſit: ut quando uſui opus eſſet: a gazofilatio peteretur. Hoc itaque beneficium iudæis in indulgens pontificem Ioſippum cognomento Caiphan ſacerdotali remouit officio: cui Ionathan filium Anne in pontificale miniſterium ſubrogauit. Quæ cum egiſſet: tunc confeſtim quod in Antiochiam ducit ingreditur. Mittit etiam Tyberius ad Vitellium litteras: iubens ei: ut amicitiam cum Artabano partho rum imperatore conficeret. Terrebat enim eum: quod inimicus extaret: & Armeniam inuaſiſſet: ne forte amplius eius concepta progrederetur audacia: mouetque ut non aliter eius amicitiæ crederet: nisi ſuos filios obſides præbuiſſet. Hæc itaque ad Vitellium ſcribente Tyberio: ille magnis muneribus perſuadet hibeorum: & labanorum regi: ut cum Artabano ſine ulla dilatione pugnaret. At illa a pugna quidem abſtinent: uerum ſcithas conceſſo eis tranſitu aperientes caſpias pilas: in artabani regiones immittunt: atq; ita deuaſtatur armenia: omniſq; terra parthorum hoſtibus impletur & cladibus. Nam primi eorum paſſim ubiq; perimuntur: turbis & luctu cuncta complentur. Filius etiam ipſius imperatoris in ea pugna perimitur cum exercitu numeroſo. Nam multe miriades ibi defecere parthorum: ipſumque. Artabanum per munera. Vitellius corruptis amicis eius: & conſanguineis pœnæ perdiderat. Sed cum dolos intelligeret. Artabanus: ſeq; circunuentum irremediabiliter agnouiſſet: nam erant plures qui ei inſidias parabant: cum paucis fidelibus ad ſuperiores Satrapias abſceſſit: atque ita ſe inſidiantium dolis eripuit. Poſtea uero magnam manum decoarum laotumque congregans: cum reſiſtentibus ſibi pugna congreditur: & ſuperans ſuum tutatus eſt principatum. Hæc Tyberius audiens: iuſſit poſtea cum Artabano amiciciam fieri: quod etiam ille libenter amplectit. Hoc autem quando gerebatur: circa Eufraten fluuiũ erant artabanus & Vitellius: atq; ibi de pacis fœdere conlocunt: in medio ſibi ponte fluminis occurrẽtes: paucos ſecũ uterq; q ſibi munimento forent adducens. Ibi poſtq; de pace locuti ſunt: Herodes eis Tetrarcha cõuiuiũ in loco medio ꝓparat: tabernaculũ ex uelamẽtis ꝓcioſis exornãs. Tũc artabanus dat obſidẽ tyberio Dariũ ſuũ filiũ: cũ quo ẽt munera magna multaq; tranſmittit. In qbus etiam hominem magnitudine ſeptem cubitorũ: genere iudeum: nomine Lazarũ miſit: q; ꝓpter corporis ua

ſtitatem gygas uocabatur. His itaq; peractis uitellius an ad antiochiam artabanus autem in Babylo niam reuertitur. Herodes autem uolens ſemetipſum tali nuncio commendare: litteras per huiuſmo di deſtinat portitores: in quibus intimat pacem factam: obſidemq; ſuſceptum: poſtremo cuncta de nunciat: quæ ad negocium pertinebant: nihil pœnitus prætermittes. Poſtea uero cum a uitellio de his rebus deſtinarentur epiſtolæ: reſcribitur a Cæſare: quod cuncta iam ante cognouerit: Herode de omnibus edocente. Ex hoc uitellius ſupra quam quiſquam ratus erat indignatione turbatur: non tamen ſuum animum aperit: ſed iram mente ſeruabat: donec reuerteretur: Gaio ſummente regimen principatus.

Mors Philippi fratris herodis iunioris: & qualiter tetrarchia eius diſpenſationi Syriæ: regiminiq; coniuncta eſt: & de ſimulatione quæ contigit inter aretham petreum & herodẽ: quia eiecit herodis filiam arethe: quam duxerat uxorem: amore captus Herodialis: quam ſubintroduxit loco uxoris: & qa tyberius puocatus ſcriptis herodis mandat: uitellio aduerſus aretham pugnare. CAP. XIII.

Qvnc etiam Philippus herodis huius frater uita defungitur: uicesimo quidem ſecundo an no imperante tyberio: ipſe autem per. xxxvij. annos rector aduixit: ſub ſuo iure poſſidens traconitidis & gaulonitidis regionem. Ad hæc etiam uanutaneorum uniuerſam gẽtem ſuo rigimine gubernabat. Is moderatum & manſuetum ſe cunctis quibus imperabat exhibuit: nullas oppreſſiones aliquibus importans: nam eius ad ſubiectos conuerſatio talis erat. Procedebat cum paucis: electis: ſibiq; gratiſſimis: in cauſis iuſta iudicia proferebat: in itinere occurſantibus uel opis ægentibus auxiliabatur impigre: ac ſi forte oppreſſionem ſenſerat alicuius: ſtatim in ſolio conſidens cauſam audiebat: iuſte parti adiutor iniuſte punitor exiſtens. Hic ergo moritur inualida: unde magnis exequiis in monimentum deſertur: quod ab ipſo ante fuerat conſtitutum. iuxta pania dam: exequiæq; ſunt illi magnificæ celebratæ. Principatum autem eius tyberius Cæſar: aſſumens: ſiquidem nullum reliquerat filium: diſpenſationem Syriæ regiminiq; coniunxit: functiones autem tributarias quæcunque colligerentur in eadem præcepit tetrarchia ſeruari. His quoque temporibus inter aretham petreum: & herodem regem ſimulatio magna contigit: propter huiuſmodi cauſam. Herodes tetrarches uxorem habuit arethe filiam cum qua non patuum tempus aduixerat. Sed cum Romam euocaretur: tranſiens in domo herodis exceptus eſt. Frater eius erat etiam ipſe: ſed non ex una matre progenitus. Herodes enim ex filia Symonis ſacerdotis fuerat procreatus. Cunque ibi eſſet: herodiadis amore captus eſt: uxoris alterius herodis: filia enim erat iſta Ariſtobuli ſoror autem agrippæ maioris. Audet igitur de muliere de nuptiis in eundis miſcere ſermonem. Illa uero ſuſcipiente pacta firmantur: ut cum Roma reuerſus fuiſſet: illa connubii iura ſuſcipere. Erat enim in pactis: ut filiam arethæ regis excluderet. Et Herodes quidem Romam talibus pactis firmatis aduehitur. Sed cum reuerſus fuiſſet: peragens Romæ propter quæ fuerat euocatus uxor eius fideliter cuncta cognoſcens: quæ inter eum fuerant herodiademq; compoſita: antequam eam ille cuncta cognouiſſe ſentiret: rogat uirum: ut in macherunta ubilimes erat arethæ herodiſque regionis: ab eo mitteretur: nihil ſuæ uoluntatis aperiens. Hoc Herodes libenter accipiens: mittit uxorem: nihil eam ſenſiſſe pœnitus arbitratus. Illa uero: permiſerat enim antè multum tempus ad patrem: ut ei apud macherunta omnia pararentur quæ itineris uſus expoſceret: a ductoribus arethæ ſuſcipitur: cõfeſtimq; intrat arabiam atque ibi ab illis ductoribus ad alios: ab illiſque rurſus ad alteros trãſmiſſa cum ſumma celebritate patri perducitur: cui cunctam Herodis aperit uolũtatem. Ille uero exhinc inimicitiarum ſumpſit initium: atque ab utroq; exercitu congregato in regione gamalica bello confligitur: non quidem ipſis præſentibus: ſed ductoribus ab utraque parte tranſmiſſis. Pugna atque facta: & exercitu Herodis afflicto: proditione profugarum: qui de Philippi tetrarchia ad Herodem quaſi auxiliandi cauſa conuenerant: hæc Herodes ſcribit ad Tyberium. Ille autem indignatus quod arethas talia perpetrauerit: ſcribit uitellio: ut ei incunctanter bellum inferret & aut uiuum eum uinctum adduceret: aut certe mortui caput auferret. Tyberius qdẽ ut hæc ageret: rectori Syriæ damnabat.

De Ioanne baptiſta ab Herode paſſo: & uitellii præparatio in pugnam aduerſus aretham ſecundum q̃ ſcripſerat ei Tyberius: & quia Vitellius aſcendens Hieroſolymam fauorabiliter ſuſcipitur a populo: deſcriptio quoq; ſuccincta de uniuerſa maioris Herodis proſapia. CAP. XIIII.

Qvibuſdam autem iudæorum uidebatur ideo periſſe Herodis exercitum q̃ in eum ſatis iuſte indignatio diuina commota ſit: pro uindicta Iohannis: qui uocabatur Baptiſta. Hunc enim Herodes occidit: uirum ualde bonum qui præcipiebat iudæis uirtuti operam dare: iuſtitiam colere: in deum ſeruare pietatem: & per baptiſmum in unum coire: tum demum enim baptiſmum acceptabile fore: ſi non ſolum ad abluenda peccata ſumatur: uerum etiam ad caſtimoniam corporis: atq; ad ànimæ iuſtitiam purificationemq; ſeruetur: omniumq; parter uirtutum uelut ſignaculum & cuſtodia quædam fidelis habeatur. Quæ cum ab eo præcepta hu iuſmodi docerentur: atque ad audiendum eum per plurima multitudo concurreret: ueritus Herodes: ne forte doctrinæ eius perſuaſione populi a ſuo regno diſcederẽt: uidebat enim quod præceptis eius ac monitis parata eẽt plebs in omnib⁹ obedire melius credidit priuſquam noui aliquid fieret:

præuenire hominem nece:quam poſtmodum turbatis rebus:ſeram pœnitudinem gerere. Ex ſola hac ſuſpitione Herodis uinctus in caſtellum Machærunta abducitur Iohannes:ibiq; obtruncatur. Iudæis autem ſicut iam diximus uidebatur pro eius ultione interitum illius exercitui deum impor taſſe quo herodes ſumpſiſſet digna ſupplicia. Vitellius uero cœpit omnia præparare:ut bellum cum Aretha perageret. Sumens igitur duas legiones:& peditum & equitum uniuerſam manum:cũctoſ- que auxiliarios ex regibus qui ſub Romanis erant ſimul adducens:pergebat per Iudæam tranſitum facere. Sed uenientes in occurſum eius primates Iudæorum:poſtulabant ne per eorum regionem iter ageret: ne compellerentur contra legem ſuam imagines & ſigna ſuſcipere. Quibus auditis ille perſuaſus:mutata ſententia quam ante conſulto prouiderat:per campum magnum ire præcepit exercitum:ipſe autem cum herode tetrarcha & amicis aſcendit hieroſolymam deo hoſtias immola turus. Nam dies feſtus Iudæorum propinquus inſtabat. Ad quam feſtiuitatem occurrens:fauorabi- liter ac decenter ab omni multitudine Iudæorum exceptus ibique peragens dies feſtos:Ionathan pontificali remouit officio:quod eo filio eius fratri contradidit. Quarto autem die allatæ ſunt illi litteræ:in quibus ſignificabatur mors Tyberii. & ut omnem multitudinem congregans:ad deuotio nem Gaii:iurare compelleret. Milites quoque & auxilia cuncta ad loca propria dimittebat:q; bellũ iam gerere non ualeret neſciens Gaii propoſitum:in quem poteſtas rerum tranſlata conſtaret. Di cebatur etiam q; hoc arethas ex augurio antea cognouiſſet. Nam cum ad eum Vitellius nuncium belli miſiſſet:fertur Vitellii militibus reſpondiſſe:impoſſibile eſſe prorſus:ut ad Petræos romanus exercitus aduenire:antea enim unum ex principibus moriturum:uel eum qui bellum imperauiſſet: uel illum qui impetrantis propoſito miniſtraret:uel illum aduerſus quem prœlium pararetur. Vitel lius interea in antiochiam repedauit. Agrippa uero ariſtobuli filius:anno antequam Tyberius mo reretur Romam uenit: uolens apud imperatorem agere:ut ſibi aliquam tribueret poteſtatem. Vo lo igitur plenius explicare:de uniuerſo Herodis genere:qualiter fuerit propagatum:ſimul enim & ſermo ad hanc hiſtoriam pertinens amplius eniteſcet:per quem probabitur nihil prodeſſe uel exer citus uim:uel corporis ualitudinem:uel alia quæ uidentur mortalibus appetenda:ſine pietate qua colitur deus. Siquidem intra. c. annorum ſpacium præter pauco:nam admodum plures erant:cun cta Herodis origo conſumpta eſt. Super hæc etiam ad humilitatem & modeſtiam humanum genus adducitur: cum illius familiæ calamitates audierit poſtremo etiam: omnis res Agrippæ declarabitur:digna maiore miraculo:qualiter & priuatus & abiectus ad tantam magnitudinem po teſtatis aſcendit:quod nullus ſcientium eum de illo homine aut ſperare poſſet:aut credere. Dixi qui dem etiam antea de his:tamen nunc quoque diligentius explanabo. Herodi maiori fuere ex Mari anne Hyrcani:filiæ duæ: ex quibus una:ideſt Salome nupta fuerat Faſelo nepoti ſuo:filio Faſeli fra tris Herodis: hanc enim pater ipſe tradiderat:altera uero: ideſt Cypris Antipatro:etiam ipſa nepoti quidem Herodis:filio autem ſororis eius Salome. Et Faſelo quidem ex Salome procreantur filii v. Antipater:Herodes:& Alexander: filiæ autem Alexandra & Cypris: quam in coniugium accepe rat Agrippas filius Ariſtobuli. Alexandram autem honorabilis uir Cyprianus ex nobilibus habe- bat uxorem:ſed nullos ſuſcipiens filios Cypris emoritur. Verum ex agrippa quidem pueri pro- creantur duo:filiæ autem tres:Beronice: Marianne:Druſilla. Agrippa autem &'Druſus pueri uocabã tur:quorum Druſus:antequam ad adoleſcentiam ueniret emoritur. Agrippa autem a patre mitteba tur Herodes autem & ariſtobulus: & Beronice:etiam hii quoq; filii fuerũt Herodis maioris:Beroni ce autem Cuſtodibari fuit & Salomæ filia ſororis Herodis. Hos Ariſtobulus infantulos dereliquе- rat:occiſus a patre cum Alexandro fratre:ſicut ante iam diximus. Sed hii poſtquam adoleuerunt:du cunt quidem agrippæ frater Mariannem filiam Olympiadis: Herodis regis filiæ:& Ioſippi qui erat Herodis regis frater Ariſtobulum. Tertius autem agrippæ frater ariſtobulus ducit iotapatam ſi ge- rammi filiam Emeſorum regis:ex quibus naſcitur puella cuius audiendi ſenſus fuerat:obturatus:no mĩe iotapata:& iſti quidem maſculorum filii fuere:herodiadis quoque Erat is ſoror progenita:quæ herodi herodis maioris filio fuerat iuncta: quem ex Marianne ſuſceperat Symonis pontificis filia. Ex iſtis etiam Salome filia procreatur qua procreata:herodiadis legem paternam tranſgrediens:he rodi coniungitur:fratri uiri ſui:ex uno patre progenita:unum deſerens uirum. Hic autem cui con iuncta eſt: tetrarchiam habebat Galilææ:filia uero eius Salome Philippo filio Herodis nupta eſt: te trarchæ Traconitidis regionis. Sed iſto ſine filio moriente Ariſtobolus eam in coniugium ſuſce- pit:filius Herodis:frater Agrippæ. Ex quibus filii quoque naſcuntur. iii. herodes: Agrippa: Ariſto- bolus. Et Salome quidem tali modo proſapia propagatur. Ei autem ex Antipatro filia procreatur Cypris:quam Alexas Selcias ſumit uxorem. Alexæ uero huiuſque mulieris filia: fuit item Cypris. Herodes autem & alexander:quos fratres diximus antipatri:ſine filiis moriuntur. Alexandro autem Herodis regis filio qui a patre fuerat interemptus: alexander & Tygranes filii generantur: ex arche- lai cappadocũ regis filia & Tygranes quidem cum regnaret in armenia:accuſatus in Roma:ſine pro le defungitur. Alexandro ãt Tygranes homonymus fratris eius gignitur. Et iſte alexander q duxit antioch i cõmageno regis filiam iotapatã noie:Leſidi ciliciæ ciuitatis a Veſpaſião rex efficitur. Et alexãdri qdẽ origo cõfeſtim ut pullulauit:culturã gentis ſuæ dereliqt:ad ritus tranſiens moreſq; gẽ

tilium:cæteræ uero filiæ Herodis:nullam prolem penitus habuere. Herodis aũt quam memoratũ p ſapia permanſit uſq; ad tempus quo Agrippa maior regnum accepit.

Multiformis calamitas & infœlicitas quæ prouenit agrippæ:adeo ut a proprio liberto Romæ accuſatus:& conuictus in uincula a Tyberio ſit iniectus mors Tyberii:ſucceſſio Gaii:ſolutio Agrippæ de captiuitate:& coronæ impoſitio per Gaium. CAP. XV.

His itaq; de Herodis genere declaratis:nunc de Agrippa narrabo:uel qualis illi aduerſitas fortunæ prouenerit:uel qualiter omnes calamitates effugerit:atq; ad magnam dignitatem poteſtatemq; conſcenderit. Ante paucum igitur tempus quam rex Herodes de uita diſcederet: Agrippa apud romam erat:ubi maximam familiaritatem cum Druſo Tyberii filio conquiſierat:& cum Antonia Druſi maioris coniuge:propter quod hæc matrem eius in honore magno haberet:& uenerabiliter appellaret. Agrippa uero magnus & natura largus exiſtens:& ad donandum ualde munificus uiuente quidem matre ſuam uoluntatem non ualebat oſtendere:ueritus:ne illam in aliquo contriſtaret. Mortua uero matre:& proprii factus arbitrii:cœpit opes ſuas abũdanter effundere:& alia quidem quotidiani uictus gratia opulenter erogaret: alia muneribus in diuerſis expenderat plurima uero in libertis Cæſaris dabat:q; per eos poſſet aliquid adiuuari. Proinde hoc modo ſemetipſum exhibens:breui ad magnam penuriam egeſtatẽq; peruenit. Acceſſit etiam illi aliud:unde Romæ permanere prohiberetur. Contigit enim Tyberii filium mori. Quo mortuo:Tyberius prohibuit omnes amicos filii ſui omneſq; familiares ante faciẽ ſuam accedere:ne illis niſis recordatione filii facta: dolor ei luctuſq; moueretur. Ob hanc igitur cauſam in Iudæam Agrippa nauigando perrexit:uidens ſe apud Romam miſerabiliter uiuere:propter quod omnes ſuas opes amiſerat:& nullus illi aditus eẽt:unde poſſet aliquos quæſtus habere:nam multas etiam ibi pecunias ſub fœnore acceperat:a quibus cum urgeretur:unde debitum conſoluere:non habebat. Defectu igitur conſilii & confuſione q; ſe aliter uideret:diſceſſit in quandam turrem quæ in Malathoes fuerat conſtituta:addicens ſemetipſum:ut de hac luce defungeret. Quæ cũ uxor eius Cypris ita eſſe ſentiret:cœpit omnibus modis laborare:ut eum a morte prohiberet. Inuenit ergo conſilium:ut ad ſuam ſororem Herodiadẽ ſcriberet:quam Herodes tetrarcha uxorem acceperat intimans ei in quibus Agrippa eſſet conſtitutus uel qualiter ſe uellet morte damnare:oportere illam propter conſanguinitatem auxilium ferre. Illi uero euocantes Agrippam: habitationẽ illi in Tyberiada conſtituunt:& aliquantum æris per ſingulos dies: quod ad victum eius ſubminiſtraretur dare præcipiunt. Sed in hoc Herodes non multo tempore perſeuerat licet etiam ipſa quæ darentur ſufficientia non fuiſſent. Nam cum aliquo die per uinum hoc Herodes exprobraret Agrippæ: Agrippa impatiens exprobrationis abſceſſit:atque inde perrexit ad Flaccum uirum conſularem cum quo Romæ amicitiam non paruam induxerat. Is enim tunc gubernationem Syriæ diſpenſabat. Cunque ſuſceptus eſſet a Flacco:apud eum interim degebat. Retinuit etiam ibi Flaccus Ariſtobulum fratrem Agrippæ:ſed ſimulate diuerſum: haud ſane per hoc in aliquo præpediebantur quo minus amicitiam conſulis honoremque mererentur. Sed non tamen Ariſtobulus aduerſando ceſſabat:donec eum Flacco quoque reddidiſſet inuiſum:huiuſmodi cauſam offenſionis inueniens. Damaſceni cum Sydoniis pro militibus certamen exercebant. Cunq; inter eos Flaccus auditurus foret:illi cognoſcentes Agrippam:quod apud eum plurimum poſſet:rogabant:ut eorum partis fautor exiſteret argentum ei plurimum promittentes. Et ille quidem omnia ſtudioſe gerebat: q; Damaſcenis ſuffragaretur auxilium. Ariſtobulus autem:non enim eum latuit pecuniarum quæ fuerat facta promiſſio:cauſam deportat ad Flaccum. Quæ cũ fieret examinatione manifeſtiora ſua gratia repellit Agrippam. Ille autem extrema penuria circumſeptus ad Ptolomaidam pgit:atq; ibi neceſſitate rei familiaris ſtrictus:conſilium capit in Italiam nauigandi. Sed cum eum ſumptuum p. hiberet inopia:Marſiã libertum ſuum rogabat ut ei i tãto molimine adiutor exiſteret:ab aliquibus pecunias mutuando:& Marſias primum quendam Beronices matris Agrippæ libertum:ſed iure teſtamenti eius:factum ditionis Antoniæ:poſtulat:ut ei aliquas pecunias daret ſcriptura & fide mediante. Ille uero querebatur de Agrippa pro cuiuſdam fraude pecuniæ:& compellit Marſiam:ſub cautione dare milium atticarum faceretq; ut duo milia minus quingentos acciperet. Ille porro cõceſſit: quia non erat aliud quod egiſſet. Sumpta itaq; pecunia Agrippa Anthedonam uenit & reperiens nauem tunc propoſitum peragebat. Hoc agnoſcens Herẽnius Capito:Ianniæ curator milites mittit ab ut eo argenti. xxx. miriadas exigerent:quæ Romæ theſauris Cæſaris debebãtur. Quinq; uenientes: Agrippam pecuniam dare compellunt. Ille uero facturum ſe quod uidebatur aſſimulans:nocte alexandriam profugit:ubi alexandrum deprecatur alabarchum:ut ei. xx. myriadas mutuas largiretur. At ipſe quidem ſibi daturum ſe non promiſit:Cypridi autem ſimilia poſtulanti non abnuit:ob ſtupeſcens ſtudium dilectionis eius erga proprium uirum:& q; eam uidebat honeſtatis cuncto genere decoratam. Alexander igitur quinque illis talenta in alexandria mutuatur: promittens:ut cum inde archæam ueniret: ibi reliquum daret: timens agrippam: quod eſſet in expenſis profuſior. Et Cypris quidem exinde uirum in Italiam nauigaturum dimittens: ipſa cum filiis in Iudæam reuertitur. Agrippa uero puteolis appulſus: epiſtolam ad Tyberium Cæſarem ſcribit: qui

tunc Capreis agebat:præſentiam ſuam ſignificás:ut dignus fieret uultui Cæſaris apparere:quo continentiam ab eo mereretur. Petebat ergo:ut ei Capreas uenire concederet. Tyberius autem nihil ſtilatione producens clementer illi & humane reſcripſit: inter alia quoque ſe gaudere ſignificans illum ad ſe ſoſpitem repedare. Cunq; ille Capreas adueniſſet: nihil min⁹ ei Cæſar alacritatis exhibuit:quã per litteras oſtenderat. Nam & amplexatus eſt eum: & magnifica hoſpitalitate ſuſcepit. Sed poſtero die allatis litteris ab Herennio Capitone:in quibus ſignificabatur:q; Agrippa. xxx. myriadas debens ſoluendo non adeſſet:& ob id tempore quo ſe ſpoponderat rediturum profugit exactores deuitans animus Cæſaris immutatus eſt. Nam cum illam legiſſet epiſtolam:indignatione commotus:ingreſſum ad ſe interdixit:donec ab eo debitum redderetur. Ille autem nequaquã ex Cæſaris indignatione commotus:Antoniam deprecabatur Germanici matrem: & Gaii:qui poſtea Cæſar effectus eſt: ut ei. xxx. myriadas mutuas impartiretur: ne ab amicitia Tyberii decidiſſet. Illa uero Beronices matris Agrippæ recordatione nam ſe hæ mulieres admodum diligebant: ſiquidẽ pariter Gaio lac præbuerant:pariterq; illum enutrierant:argentum quod poſtulat impartitur. Quod cum pro debito redidiſſet. Nullomodo poſt hæc ab amicitia Tyberii prohibef. Deinde Tyberius Cæſar eum ſuo ne poti coniunxit: iubens: ut ei in omnibus proceſſionibus adhæſiſſet. Agrippa uero:propter quod ab Antonia cum magna gratia fuiſſet exceptus: cœpit omni niſu agere: ut Gaium eius filium in omnibus accuraret:qui fauore matris in magnis habebatur honoribus. Erat ibi forte quidam genere Samareus:libertus Cæſaris:ab eo mutuatur:myriadas centum:ex quibus Antoniæ reſtituit quod debebat:ex reliquo autem: Gaium amplius accurabat:unde apud eum maiorem adipiſcitur dignitatem. Per dies igitur Agrippa circa Gaium in melius procedente: quodam die ſermo fit de Tyberio. Cunque Agrippa ex affectu uota profunderet: ut celeriter defuncto Tyberio: Gaio daretur imperium: quem meliorem dignioremq; in omnibus eſſe firmabat: inter auditores horum uerborum forte fuit quidam etiam Eutycheus Agrippæ libertus & aurigа: & tunc quidem ſilentio quod audiuerat tradidit:poſtea uero cum eum Agrippa furti argueret pro ueſtibus aliquibus:& reuera aliqua ueſtimenta ſubtraxerat fugiens comprehenditur. Cunque ad Piſonem duceretur:qui tunc cuſtos fuerat ciuitatis:cauſam fugæ requiſitus:uerba quædam ſecreta Cæſari ſe nunciare dicit:eius munimini ſalutique pro futura. Proinde uinctum mandat ad Capreas. Tyberius autem more ſuo utens:habuit eum in uinculis cuſtoditum. Magnam enim ſollicitudinem pro ſemetipſo gerebat:ſuper quemlibet aut imperatorem cogitans aut tyrannum. Nam nequæ legationes facile ſuſcipiebat:neque ducum ſuorũ: uel curatorum:uel aliorum in cæteris conſtitutoq; officiis remotiones:uel profectiones celebrabat niſi forte:cum quiſquam in aliqua deprehenderetur offenſa. Alioquin nulli abeo dabatur niſi morte ſucceſſio: nam uinctorum aliquas ſecretas denunciationes ſuſpectas habebat. Vnde cum amici cauſam huius diſpoſitionis inquirerent: reſpondiſſe fertur: legationem uinctorum ſe quidem ideo nec facile ſuſcipere: nec cito dimittere: nec cæteri uidentes alios facilius abſolutos: ex hoc plures ad ſe uenire incitarentur: & ſibi frequentia legatorum moleſtiam inquietudinis apportaret præſertim cum neceſſe eſſet etiam eis dona largiri. Magiſtratus autem ſemel datos ideo ſe iugiter permittere dicebat illis quibus fuerint conceſſi quod intelligeret conſuli per hoc & præſtari ex magna parte ſubiectis. In natura nanque omnem adminiſtrationem hoc habere firmabat: ut circa opes acquirendas faceret homines ſtudioſe feſtinare. Cum ſibi non ſe aliquis perennem in officio permanere proſpexit:manifeſtum:q; omne gerat ſtudium:ut antequam arceatur officio:quam plurimum poſſit acquirat. Vnde quoque ad furta plutimi & rapinas concitantur. Si uero perſeueraturos ſe in adminiſtrationibus certo cognoſcant: licentia plurima conquirendi pigriores & quietiores fiunt ad furte uel fraudes aliquas faciendas. Cum autem celeres ſucceſſiones dantur hominibus:nequaq; ſubiecti ſufficiunt: ducibus deprædantibus: quibus largitas non eſt temporis attributa quo repleti eſſent ſtudium omne lucrandi deponere. Exemplum etiam eis proferebat quendam uulneratum: ad cuius uulnus muſcæ congregabantur plurimæ. Quem quidam tranſeuntium cum uidiſſet:miſeratus eſt eius calamitatem:ratuſque:q; imbecillitate nimia muſcas illas a ſe non poſſet abicere:& opus haberet alterius beneficio: interrogauit eum cauſam cur ſibimetipſe non auxiliareturmoleſtiam repellendo muſcarum. Cum ille reſpondẽs amplius inquit mihi leſionis importas:ſi has præſentes fugaueris: Iſte quidem iam repletæ ſanguine:non eo modo moleſtæ ſunt: quin etiam aliquantulum remiſſius inſiſtunt:ſi uero his amotis aliæ famelicæ congregẽtur:ita illud uulnus inuadunt. ut etiam ſi intereant: non ualeant effugari. Proptrea igitur & ſeipſum dicebat ſubiectis per rapinas iudicum fatigatis conſulere:per hoc quod non crebro in adminiſtrationibus alios ſubſtitueret:qui more muſcarum cum naturaliter ad lucra referentur tum etiam remotionis timore: amplius incitarentur ad rapiendi cupidinem. Teſtificatur autem huic meo ſermoni quod huius eſſet naturæ Tyberius:ipſum eius opus inſpectum:quomodo quidem duobus &. xx. annis imperio actis: duos tantum diſpenſatores in Iudæam miſit: quorum illa gens gubernatione regeretur:gratum atque Pilatum:qui ei ſucceſſerat:nec in ſola Iudæa forte talis extitit:ſed etiam i cæteris regionibus nõ aliter apparuit. Sed etiam uictorum examinationes ſe differre propterea dicebat:quia ſi condẽnati morerentur liberatio per hoc hominum malignorum imminentium illis adeſſet:cum uero i cuſto

dia tenerentur maiorem illis ſicut meriti eſſent inferni calamitatem. Propter has igitur & huiuſmodi cauſas etiam Eutychus auditus non fuerat: ſed retinebatur in uinculis. Tempore uero proxime: Tyberius ex Capreis tuſculanum uenit: diſtans a Roma interuallo ſtadiorum cētum. Agrippa uero rogabat Antoniam: ut ageret: quo Eutychi aduerſum ſe diſcuteretur accuſatio. Honorabilis quippe apud Tyberium habebatur Antonia & cognationis & dignitatis gratia: nam Druſi fratris eius extiterat: ſed etiam uirtute pudicitiæ. Aetate nanque uiridi uiduata permanſit: ſpernēs ſecundi uiri coniugium: cum etiam ab Auguſto cuicunque nubere iuberetur: omnemque ſuam uitā liberam detrectionibus geſſit. Tyberio quoque beneficium grande præſtiterat: cum fuiſſent a Seiano inſidiæ præparate: amico uiri ſui: & potentiam magnam tunc habente: eo q̄ multarum tunc militiarum ductor exiſteret & q̄ in conſilium eius plures ex nobilitate concurrerent: libertorumque ſe ad eum magna manus addiderit: ſed & militia omnis fuerat ante corrupta. Igitur omnibus per dies augmentum accedebat inſidiis: & pœnæ Seianus totum opus implerat: niſi Antonia Seiani malignitate prudentior ſuam exercuiſſet in hac cauſa fiduciam. Nam eum cognouiſſet: quæ de Tyberio tractarentur: ſcribit ad eum omnia diligenter: & per Pallantem quendam ſeruorum ſuorum fidelisſimum litteras in Capreas deſtinat ad Tyberium. Ille autem inſinuata cognoſcens Seianum cum cō ſciis uniuerſis interremit: Antoniam autem licet etiam ante uenerabilem haberet: uenerabiliorem tamē ex eo habuit eiq̄ in omnibus obediebat. Ab hac igit̄ Tyberius rogatus ut exanimi daret Eutychum: ſiquidem inquit Tyberius mēdacium eſt: aduerſus Agrippam quod dicitur: meritum habebit Eutychus dignumq̄ ſibi ſupplicium: ſi uero in examine datus: quæ dicit uera clarueriti: in illum q̄ cauſam examinari compellit omnis pœna reuertitur. Sed Agrippa cum ei hæc ab Antonia dicerentur magis inſtabat: deprecans examinatiōem cauſæ fieri. Antonia uero: non enim ualebat Agrippā contemnere: q̄ erat uehemens in petendo: tempus oportunum inueniens: procedente etiam Gaio eius filio & Agrippa pro meridiano: iam quippe pranycho proceſſerant poſtulabat Tyberium: ut uocato Eutycho: celebraretur examen. Tum ille: ſciunt inquit Antonia dii: quia non ex mea ſententia: ſed a te coactus geram: quicquid in hac cauſa fuerit geſtum. Hæc dicens: iubet Macronem q̄ Seiano ſucceſſerat: ut adduceret eutychum. At ille ſine ulla dilatione cum eſſet adductus: cœpit eum Tyberius percontari: quid nam dicendum haberet aduerſus eum: qui ei libertatis munus indulſerit. Tum ille: o domine inquit: uehebatur carruca Gaius & Agrippa cum illo: ego autem ante pedes eorum aſſidebam: & cum multi ſermones uerterentur: hoc etiam inter plura locutus eſt ad Gaium Agrippa. O ſi ueniat aliquando dies: quando iſto ſene defuncto: mundi tu ſuſcipias principatum: nihil enim Tyberius filius eius impediet: quod a te facere ualebit occidi. Tum enim mundus beatus erit & ego cum eo beatus efficiar. Tunc Tyberius credibilia quæ acta ſunt reputans: ſimul etiam quod iram ueterem reſeruaret Agrippæ: propter quod eum iuſſerat Tyberium ſuum filium: nepotem Druſi frequētate ſuis conuentibus: & curare: quam iuſſionem Agrippa contempſerat: totumque de Gaio dediderat: hunc inquit Macro uinciri facito. Sed Macro non ſatis intelligens: de quo illud uerius imperaret: nam nec ſperabat eum de Agrippa tale unquam aliquid cogitare: ſed interrogauit: ut certius quod iuberet agnoſceret. Cunque Cæſar in Hippodromo deambularet: peruenit ad Agrippam: eūque manu comprehendens: dixit. O Macro: hunc iuſſi: uinciri. Illo etiam tum inquirenti quem nā præciperet: Agrippam inquit. Et Agrippa ſubito perturbatus ad deprecationes conuertitur: commorationem eius filii faciens: cum quo fuiſſet una nutritus: & Tyberi: cum quo pariter fuerat educatus. Haud tamen proficiebat aliquid: ſed ducebatur oſtro ueſtitus in uinculis: & erat ardor magnus: nam æſtatis tempus extabat: & ex uino quo in epulis multo fuerant uſi: cœpit ſiti uehementer incendi. Vnde quoq̄ anxius factus: præter decus atq̄ dignitatem cœpit cuncta reſpicere: unde poſſet ſitis inuenire remedium: conſpicienſque: quendam ex famulis Gaii Thaumaſtū nomine: aquam in uaſe portantem: petiuit bibere. Illo autem porrigente: ſuſcepit: atque auide bibit: & ſpero inquit o puer quod in bono tibi hæc effecta fuerit miniſtratio. Nam cum hæc effugero uincula: nullomodo tardabo libertatem tibi a Gaio promereri qui mihi etiam uincto miniſterium præbuiſti: ſicut etiam ante nunquam neglexiſti: cum fuiſſem in dignitate conſtitutus. Neq̄ enim hæc dicens mentitus eſt: ſed uiciſſitudinem ei meritam reddidit. Nam poſt modum rex effectus: Thaumaſto libertatem Gaio promeruit: curatoremque eum fecit ſuæ ſubſtantiæ: ſed etiam moriens filio ſuo Agrippæ & Beronicæ filiæ in eodem miniſtraturum officio dereliquit: atq̄ in hoc honore ſenio grandæuus defungitur. Et hæc quidem poſtea facta ſunt. Agrippa uero tunc uinctus ſtabat ante palatium: in quadam arbore præ anxietate reclinatus cum plurimis: qui ſimul fuerant uincti: & quodam alite conſidente ſuper arborem in qua fuerat Agrippa reclinatus: quem bubonem romani uocant: quidem ex uinctis Germanus nomine contemplatus: iterrogauit milites: quiſnam eſſet ille: qui oſtro ueſtiretur & agnoſcens: q̄ Agrippa uocaretur: genere autem eſſet Iudæus: ex his qui in illa gente primates haberentur: petiuit conligatum ſibi militem: ut ad eum copiam acciperet accedendi: q̄ uellet ab eo de patria eius aliquid percontari. Quod cum ei concederetur acceſſit & per interpretem: o iuuenis inquit: affligit quidem te repentina mutatio: magnam tibi fortunam calamitatis importans: ſed uerba tibi denunciabo: quæ tibi ex numine diuino fugam totius mali portendunt. Scito ergo deos

tibi tam meæ patriæ quam huius loci teſtes inuoco:ex quorum prouidentia hæc nobis uincula,p-
uenerunt:quod neq; cupidine fallendi neq; uanum tibi gaudium afferre deſiderans:dicam:quæ di
xero. Siquidem tales prænunciationes quæ non ualent ipſis operibus approbari:magis faciunt me
roris augmentum quam ſi nihil uerborum illorum aduertas:ideoque iuſtum putaui hoc deorum
præſagium nunciare. Impoſſibile nanq; eſt:non te confeſtim de his uinculis liberari:& ad proue-
ctum diuturnum magnæ dignitatis & poteſtatis aſcendere:ita ut inuidiam ab uniuerſis habeas:qui
te nunc miſeranter attendunt:exitus etiam uitæ in beatitudine te repperiet conſtitutum:diuitiaſq;
plurimas:omniaq; quæ prima mortales dicunt tuis filiis qui tibi nati fuerint derelinquens. Memi-
neris autem:quomodo cum iterum hunc alitem uideris:intra quinq; dies finem uitæ tibi uentuꝝ.
Et hæc quidem tibi cuncta complentur:niſi uano hæc a numine diſponuntur:cui placuit prænun-
ciandi cauſa illum alitem deſtinare. Ego autem iniuſtum putaui ſi talia cognoſcens:te quoque ne
cognoſceres defraudarem. Nam utile tibi fore iudicaueris paululum afflictum eſſe meroribus:cū
in manus tuas cuncta mortalium bona deuenerint:& omnem infœlicitatem in qua nunc detrahi-
mur effugeris. Et germanus quidem talia prædicens:tantum riſum excitauit Agrippæ:quantum
poſtea apparuit dignus miraculo. Antonia uero grauiter ferens Agrippæ calamitatem:intercede-
re quidem pro eo apud Tyberium ſuſpectum eſſe cernebat:ad hæc etiam infructuoſum fore. Sane
inuenti ſunt ei a Macrone milites tales:qui eum ſine diſtrictione ſeruarent. Adhibetur etiam talis
centurio:qui illis præeſſet militibus:ſed etiam qui cum eo ligaretur talis inuentus eſt. Lauacra quo
tidiana concedebantur ſed etiam copia libertis & amicis ad eum intrandi tribuitur aliaque om-
nia permittuntur:quibus ſollicite curaretur. Intrabant autem ad eum amicus Sylas & ex libertis
Marſias:& Stocheus cibos afferentes quos libenter habebat:aliamq; diligentiam quæ neceſſaria ſo
let eſſe in rebus talibus exercebant:indumenta quoque deportantes:ſub oſtentu uendendi. Cum
autem noctis adeſſet aduentus:ſtramina componebant:conſciis fauentibus militibus. Nam eis Ma
cro commendans ante prædixerat. Et hæc quidem agebantur per menſes ſex:quibus Agrippa in
his infortuniis habebatur. Tyberius autem reuerſus in Capreas:febrium ardore corripitur:& pri-
mum quidem mediocriter:ſed in peius egritudine procedẽte contrariam de eo ſpem habebat Euo
dus amantiſſimus ei omnium libertorum. Is iuſſit ad eum filios eius adduci. Oportere nanq; dice
bat:ut cum eis loqueretur:antequam terminum uitæ ſuſciperet. Erant autem illi filii:non quidem
proprii ſed adoptati:nam Druſus eius filius iam fuerat mortuus:cuius filius Tyberius fuerat ado-
ptatus cognomẽto Gemellus:& Gaius Germanici fratris filius:iam adoleſcẽtibus:& liberalibus ap-
prime diſciplinis inſtitutus:qui etiam & populo honorabilis erat & carus propter Germanici patris
eius uirtutem. Nam hic ad magnum honorem apud populos fuerat ſublimatus:propter manſue-
tudinem morum:& propter affabilitatem qua cunctis gratus extabat. Et cum ipſe clarus eſſet:nõ
ſe tamen præferebat:ſed omnibus par eſſe uolebat. His igitur rebus non ſolum apud populum:ſed
etiam apud ipſum ſenatum magnus habebatur. Ad hæc etiam unuſquiſq; diuerſarũ gentium:alius
confabulationis gratia alter fide ac manſuetudine quã in eius moribus motibuſq; cernebat:ad amo
rem fuerat excitatus. Cæterum eius morte luctus magnus apud uniuerſos expoſitus eſt:non ſicut
aſſoleꝫ:ut principi placaretur:ficto dolore monſtrato:ſed uera cuncti triſtitia merebant. Nam eius
mortem unuſquiſque propriam ſuam reputabat:ita eius mores eiuſque colloquia cunctis homini
bus grata fuerant. Vnde ad filium quoque ipſius amor cunctorum fauorque peruenerat:maxime
autem omnis militia eius amore tenebatur:ita ut gloriam reputarent pro eo mori ſi ratio poſtula-
ret quo ipſe ſuſciperet principatum. Sed tunc Tyberius euodo iuſſit:ut ſub ipſo diluculo infantu
los illos adduceret. Ipſe autem diis primis ſupplicabat:ut ei ſignum manifeſtum oſtenderent quiſ-
nam poſt eum in imperium ſuccederet:feſtinans quidem ut nepoti ſuo principatum relinqueret
maiorem tamen credens ſua ſententia:ſuo quoq; conſilio diuinæ diſpenſationem prouidẽtiæ:ideo
a diis ſibimet demonſtrari deſiderabat. Supplicanti denicꝫ illi omen tale monſtratur:ad illum uide
licet uẽturum eſſe principatũ:qui ad eũ ſequẽti die primus ex omnibus adueniſſet. Hæc ille cogno
ſcens:mittit ad nepotis ſui pædagogum:iubens ut primo mane puerum ad ſe perduceret. putans
illa re numinis ſupare ſniam. Sed deus ecõtra de impio decernebat. Illo igiť talia cogitante:ecce di
es illuxit:& iubens Euodo:ut quiſquis foris eẽt infantulus:eum ad ſe primitus euocaret:illeq; egreſ
ſus:Gaium ante tabernaculum reppit:nam Tyberius necdum aderat:ciborum acceptione tardatus.
Ille aũt ignorans totũ quod agebať:quidq; Tyberius cuperet:ueni inquit:uocat te pater. Et hoc di
cto:eum in tabernaculum introduxit. Tyberius autem ut uidit Gaium:tum primum intellexit ma
ieſtatis ſupernæ potẽtiam:& q̃ non ſit in hoĩum poteſtate de imperii conſtitutione decernere. Tũc
ille primum lamentatus eſt ſemetipſum quidem:q̃ eius conſilium fuerat infirmatum:& ei poteſtas
ordinandi quem uellet ablata:Tyberium autem nepotem:quod non ſolum de imperio decidiſſet:
ſed etiam ipſam ſalutem & uitam agere non illi ſine periculo fore cernebat:ad hæc etiam inuidiam
illi ex cognatione futuram eſſe. Nam timore uel odio:ſuſpectum fieri Gaium rebatur:tam ex eo q̃
principatum accipere feſtinauerit:quam ex eo q̃ eum inſidiaturum ſibi putaturus eſſet:credens:qua
ſi feſtinaturum in ſe redigere poteſtatem. Et tunc quidem in his malis erat Tyberius:ex illo euentu

augurii:quod ei præſagum fuerat: eo ꝙ eius nepos amiſiſſet imperium. Vnde multum anxius:ſe quoq; culpabat:ꝙ illud augurium poſtulaſſet accipere:& ꝙ cum liceret de hac uita meroribus liber abſcedere ignoratione futurorum:per ſuam ipſius imprudentiam factum eſſet cum infœlicitate magna:& magno dolore diſcederet. Tunc tamen licet ualde turbatus:quod imperiũ ad quos nollet cernebat eſſe uẽturum pugnauit cum animo ſuo:ut huiuſmodi uerba loqueretur ad Gaium. O fili inquit cum habeam propinquiorem Tyberium:tamen tibi ex mea ſententia deorumq; decreto: imperii contribuo poteſtatem. Rogo autem te:ut nihil aduerſus aliquem recorderis:qui mihi in principatu adminiſter extiterit:uel qui mihi beniuolentiam exhibuerit aut fauorem:ne aliquem ledas propter me:qui te ad tantam ſublimo magnitudinem dignitatis:neque circa Tyberium minus aliquid charitatis exhibeas:q̃ te & cognationi debere cognoſcis:& mihi:qui tibi tantorum bonorum auctor exiſto:ut dignam uiciſſitudinem meæ circa te beniuolentiæ reddas:& ſimul Tyberium cures:ut etiam conſanguinitati quod debes exhibeas:& munimen tibi uel principatus uel ſalutis acquiras:cum tibi eum feceris adiunctum. Nam ſolitarius quiſque amplius patet periculis maxime cum in tanta rerum celſitudine quiſquam fuerit conſtitutus:ad hæc quoq; quia nec dii impuni tum quicquam reliquunt:quod contra fas aut ius:aut contra fœdus naturæ fuerit perpetratum. Et hæc quidem Tyberius loquebatur. Gaius autem & ſi ficta locutum Tyberium ſenſerat:& ipſe longe aliter in animo gerebat:tamẽ pro tempore benigne reſpondit:& facturum ſe omnia pollicetur. Cæterum in imperium ueniens:& Tyberium extinxit:& ipſe non poſt multum tempus inſidiis interẽptus eſt. Sed hæc poſtea. Tunc autem Tyberius Gaium ſucceſſorem in principatu pronuncians:paucis diebus aduiuens uita defungitur. Imperauit autem dies.iii.menſes.vi.annos.ii.&.xx. Gaius autẽ quartus romanorum efficitur imperator. At romani audientes Tyberii mortem:hilares agere cœperunt:proſpero letificati nuncio:non tamen ad credendum:uel exercendum gaudium fiduciam gerebant:non quia fore nollent:nam multis ſuis pecuniis comparare diligerẽt:illum nuncium uerum eſſe ſed timuere:ne ſi falſo nuncio concitati:gaudia ſua proderent:ab illo cogniti perirent:quod eius morte gauderent. Plures quippe ille nobiles romanorum extinxerat. Nam erat importabilis: in ira:irreuocabilis ad quicquid perpetrãdum cupiditas impuliſſet:& ſine ratione quoque Iudæorum occiſionem inueniens:in omnibus quæ facienda decernebat aſper agreſtiſque conſtabat. Ob hæc illi mortem eius audientes ſuam leticiam manifeſtare uerebantur. Interea Marſias Agrippæ bonum deportans nuncium:cum in balneo reperiſſet:iam egrediẽti noto ei ſigno dato:Hebræaq; lingua locutus:mortuus ẽ inquit leo. At ille uerbum intelligẽs:gaudio cœpit extolli. Tibi inquit ſup omnia pro hoc etiam bono nuntio gratiæ abundantes repoſitæ ſunt : tantum ut uera ſint quæ dicuntur. Tunc centurio qui Agrippæ cuſtodiendo præerat:intendens tam feſtinationem Marſiæ qui aduenerat:quam gaudium Agrippæ quod ex eius uerbis illi contigerat:ratus nouitatem quandam ſignificatam : interrogabat eos quid uellet ille ſermo qui fuiſſet allatus. Illi tantiſper ſecretum auferre trepidabant:ſed dum urgeret:nihil heſitans indicauit Agrippa. Iam enim amicitiam magnam induxerat. Ille autem gaudium magnum illo ſermone præcipiens ꝙ etiam proſperitatem ex hoc Agrippæ cernebat conuiuium ponit. Eis epulantibus:potuque indulgentiore procedente : uenit quidam dicens:uiuere Tyberium:& intra paucos dies in ciuitatem uenturum. Tunc centurio aſpere ualde illo ſermone turbatus:propter quod cernebat morte digna quæ geſſerat:ꝙ morte Cæſaris audita:cum illo uincto gaudens conuiuium celebrauerit : ex lecto ponit Agrippam. Tu inquit fallere feſtinaſti:mortem imperatoris falſo denuncians:ſed ſcito hunc ſermonem pœna tui capitis expiãdum. Hæc dicens:confeſtim ligari iubet agrippam:& conſtringi arctiore cuſtodia. Et nocte quidẽ illa agrippa in malis fuerat conſtitutus : ſequenti uero die per omnem ciuitatem de morte Tyberii ſermo firmatur:& iam iamq; homines illum ſermonem confidenter ac publice proferebant. A Gaio quoq; deſtinantur epiſtolæ:una quidem ad ſenatum:mortem Tyberii nuncians:altera uero ad piſonem cuſtodem tunc temporis ciuitatis:ĩ qua iubebat agrippam ex militum auferri cuſtodia: & ad domum tranſferri in qua primitus habitabat:antequam haberetur in uinculis:& ibi tunc interĩ erat in remiſſiori cuſtodia. Sed Gaius poſtquam romam uenit:Tyberii corpus ſecum adducens : iuſta ei ſecundum morem patrium opulenter magnificeq; celebrauit. Agrippam uero cum ipſa die cuperet abſoluere:Antonia prohibuit:non odio aliquo circa uinctum:ſed opinioni conſulens Gaii: ne putaretur mortem Tyberii graauter accipere ſi eum tam celeriter abſoluiſſet quem:ille euinxerat. Verũ tamen non multis diebus prætereuntibus: eum accerſiuit in domum tondiq; præcepit : & ueſtibus cultuq; mutato:diadema capiti eius impoſuit & regem confirmauit Tetrarchiæ Philippi : donãs ei etiam lyſaniæ alteram Tetrarchiam. Pro catena uero ferrea quam gerebat auream ei parem ponderе condonauit. Magiſtrum autem equitum in iudea conſtitutorum maxillum deſtinat. Verum ſecũdo anno Gaii Cæſaris agrippa poſtulat : ut nauigare permitteretur ad propria : quo prouinciam ſibi commiſſam : & aliqua neceſſaria certo diſpenſans moderamine : reuertatur. Et permittente imperatore: uenit in patriam : & præter ſpem omnium rex ab omnibus cernebatur cum magno miraculo & in hoc cunctis apparebat:quantam habebat in omnibus fortuna licentiam. Omnes etiam hæſitabant comparantes penuriam hominis in quam tempore priori deuenerat : & proſperitatẽ

præſentem qua fuerat ſublimatus. Plærique etiam beatificabant hoiem: ꝙ non fuerit defraudatus recuperatione fortunæ. Alii ét pene incredibilia putabãt: licet ſuis intuerentur obtutibus. Tantaq; qppe in Agrippa rerum mutatio cernebatur: ut quotũdam mentes terrerentur in dubium.

Qualiter Herodes Tetrarcha ueniens Romam: accuſatus fuerit ab Agrippa: & in exilium miſſus cum Herodiade. CAP. XVI.

Herodias autem ſoror Agrippæ quæ Herodi iuncta fuerat: Tetrarcha enim erat iſte Galilææ prouinciæ & trans Iordanem: poteſtatem fratris ex inuidia non ferebat: ꝙ eum in maiori dignitate cerneret q̃ maritimum: & ꝙ de prouincia quidem cum fuga diſceſſerit: debitum non ualens abſoluere: reuerſus aũt eſſet cum ampliſſima dignitate. Contriſtabatur igitur grauiterq; portabat: tantam mutationem fratris: maxime autem quando eum intuebatur cum regalibus inſignijs incedentem: atq; hincinde circunferre multitudine populorum: infelicitatem ſuæ tolerabat inuidiæ. Sed uiri animum concitabat: exhortando: ut Romã nauigaret: ſimilemque ſibi dignitatem imploraret a Cæſare: intolerabilem náque ſibimetipſi uitam eſſe firmabat: ſi agrippa filius Ariſtobuli: qui culpatus a patre: mori meruerit: inopia magna compreſſus: ita ut aliter nõ poſſet euadere creditores niſi nauigatione diffugeret: atque hoc modo patria decedens: cum regali fuiſſet dignitate reuerſus: ipſe uero cum eſſet filius regis: & frater eius qui Tetrarchiam illam ante poſſederat: unde magis ei cognationis iure deberetur: ſederet in humilitate: priuatæ degens uitæ. Quod ſi antea nihil herodem contriſtabat: ꝙ minorem honorem parente proprio poſſideret: ſalutem tunc excitari deberet conſanguinei tam præclariſſima dignitate: neq; ſe pati debere: ſuperari ab eo: cui pecunia ſua ſubuentum eſt: confuſionique debere deputare ut ille præiret honoribus: qui anteriori tempore ſua ſuſtentabatur miſericordia. Verum Romã inquit pergamus: nec labori parcentes: nec ſumptibus: non enim pro auro re petitura debemus prohibeti: ne ad hõnores ualeamus ampliores aſcendere: ſed omne quicquid nobis eſt expendamus: ut regnum ualeas adipiſci. Ille uero repugnabat ocium diligens & quietem: & moleſtiam Romæ declinans: moliebatur reb tatione deplacare. At illa quanto uidebat eum quieſcere cupientem: tanto amplius inſtabat: iubens ne aliquid agendum prætermitteret: quo poſſet regnum a Cæſare promereri. His igitur illa nullo modo ceſſabat donec ſæpius fatigando: in eum ſuam fecit tranſire ſententiam. Ille igitur præparãs opulenter uniuerſa: & nihil ſumptibus parcens: nauigat Romam: ſimul ſecum Herodiadem adducens. Agrippa uero intentionem eorum intelligens: uel qualiter præparabantur attendens etiam: ipſe ſeipſum præparabat. Cum autem nauigaſſe eos cognoſceret: mittit etiam ipſe Romam quẽdam de libertis ſuis nomine Fortunatum: plurima Cæſari munera deportantem: & epiſtolam aduerſus Herodem. Ipſum etiam inſtruit: quæ ore proprio Gaium edoceret oportunitate reperta. Qui cum ſubſecutus eſſet Herodem: epiſtolas Cæſari reddidit. Nam ſimul in Dicæarcheam uenientes: Gaium apud Baias non inueniunt: quæ ciuitas eſt parua campaniæ. v. ſtadiorum interuallo diſtans a Dicearchea. Habitacula quoque ibi imperialia opulenter conſtructa ſunt opibus diuerſorum per tempora principum magnifice peromata. Lauacra ualida ille locus exhibet: aquis ex terra ultro manantibus: aptis ſaluti corporum: quæ ibi lauari contigerit. Gaius autem mox ut Herodem ſuſcepit & primum ſermonem cum eo commiſcuit: confeſtim Agrippæ ſuſcepit epiſtolas: quibus accuſationes continebantur Herodis. Accuſationes erant huiuſmodi: conſilium habuiſſe Herodem cum Seiano aduerſus Tyberium: & cum artabano Partho aduerſus Gaium. Probamentum autem huius rei dicebatur: haberet Herodes conſtructionem immenſam armorum. quæ. lxx. milibus pugnatorum ſufficiſſet: hanc in armamentario Herodis repoſitam dicebat aſſeruari. Quibus lectis motus Gaius percontatur Herodem: ſi uerum eſſet quod de armis nunciaretur. Ille uero cum aliter dicere non poſſet: ne ueritate conuinceretur: reſpondit eſſe arma. Tunc Cæſar ueram credens accuſationem tetrarchiam eius abſtulit: & agrippæ regnum coniunxit: ſed etiam omnes eius opes ſimiliter agrippæ cõtribuit: ipſum autem æterno condemnauit exilio: habitaculum illi conſtituens in lugdunenſi galliæ ciuitate. Cognoſcens uero Herodiadem agrippæ eſſe ſororem: opes & alia quæcunque propria eſſe probarentur ei reſtituit: arbitrans in conſilio uiri conſciam non fuiſſe tutabatur enim eam ꝙ ſororem agrippæ cognouerat. At illa: tu quidem inquit imperator magnifice ſatis ſicut dignitatẽ tuã decebat hæc mihi largiris: uerum ego tuo uti non poſſum beneficio: tuiſq; muneribus propter dilectionem qua marito meo conſtringor: cui ſocia in proſperitatibus exiſtens: iuſtum non exiſtimo: ut eum in hac fortuna derelinquam. Tum ille magnitudinem animi eius indigne ſuſcipiens: ſtatim eã cum herode miſit in exilium: eiuſque ſubſtantiam agrippæ contribuit. Et Herodiadi quidem pro inuidia quam circa fratrem gerebat: & Herodi ob id ꝙ muliebres orationes & uanitates aduertit: tale iudicium ex prouidentia diuinitatis illatum eſt. Gaius autem primo quidem ac ſequenti anno magnifice rebus utebatur: & mediocrem ſemet exhibens: fauor illi per dies tam apud Romãos: q̃ apud cæteros ſubiectos amplior augebatur. Sed procedente tempore magnitudine dignitatis: humanũ perdidit intellectum: & ſeſe uolebat diuinitate quæ uera eſt honorari.

Seditio Iudæoꝝ & gentiliū in Alexandria cōſtitutoꝝ & legatio utrorūq; ad Gaiū. CAP. XVII.

ILlo tpe cum in Alexandria ſeditio proueniret inter Iudæos ibidem habitantes: atq; paganos: terni ex unaquaq; parte legati nituntur ad Gaium.

Accuſatio iudæorum ab Appione legato partis alexádrinoꝝ propter quod ſtatuam Cæſaris non haberent. CAP. XVIII.

ERat uero inter alexandrinoꝝ legatos unus: appio noīe: qui Iudæos plurimum blaſphemabat: multa quidem & alia dicens: illud autem eos præ cæteris accuſabat: quoniam Cæſaris honores haberent oīno contēptui. Nam Romano Imperio ſubiectos: templa Gaio fundare altera conſtituere: atq; alia ſicut diis celebrare firmaret: a ſolis iudæis duci procla mat ingloriū: debere quoq; iſtos ſimulacris honorare Cæſarē: nomēq; eius habere iutabile. Hæc igitur appione: & alia huiuſmodi duriſſima prolocuto: quibus eum in ſuperbiam elenari poſſe cenſebat. Philo econtra ſuſcepit: qui ꝑerat legationi iudæoꝝ: uir in oībus utiq; magnæ gloriæ nam Alexandri alabarchæ germanus extabat philoſophiæ quoq; non expers: idoneus etiam de fenſare cauſas: & porare q̄cūq; accuſationibus ſubiacebāt. Ad hūc ex ſecretario Gaius iubet excludi: abſentemq; fieri. Nam indignatione ſuccenſus eſt: ut crederetur aliquid ſæuiſſimum perpetraret. Tū Philo egrediens e ſecretario dixit ad iudæos qui forte circa illum fuerant: ut aīo confidentes exiſterent: neq; Gaii furore terrerētur: nam prope eſſent ipſis operibus deum repugnare clareſceret.

Qualiter iratus Gaius: mittit Petronium ducē ad Syriam cum huiuſmodi mandatis: ut congregata manu pugnaret cum iudæis: ſi nollent eius ſuſcipere ſimulachrum. CAP. XIX.

INterea Gaius graniter ferens: q; in tanto deſpectu apud Iudæos ſolos exiſteret legatum in Syriam mittit Petroniū: ſucceſſorem Vitellio: iubens ut cum numeroſa manu iudæā inuaderet: & ſiquidem ſponte ſuſciperent eius ſimulacrum: erigeretur in templo dei: ſi uero reſiſtere molirentur pugnando ſuperans: idipſum incūctanter efficeret atq; ita Petronius in Syriam decreta Cæſaris exigens pergebat: ut mandatis Cæſaris miniſter exiſteret. Cūq; auxilia plurima quanto potuit congregaret duaſq; Romanæ militiæ legiones aſſumeret: Ptolomaidam uenit ibiq; hibernia peragens: ut primo ueris tpe prælium poſſet agere cum iudæis: inde quoq; conſilium ſuum Cæſari per litteras intimauit. Ille aūt laudabat eius ſniam: iubens ut nullo modo prætermitteret: & ſi minus obedientes eſſent: prælium iudæis intentius importaret. Interea iudæoꝝ multa milia ueniunt ad petroniū in Ptolomaidā deꝑcantes: ne ad ſolutionem: & ad tranſgreſſionē paternæ legis cogerentur. Si aūt modis oībus ſtatuiſſet ſimulacrum in hieroſolymā inferre: ibiq; conſtituere: ſemetipſos primitus ſi placeret interimi poſtulabant. Neq; n. poſſumus inquiunt quoad uiuimus rem iſtam admittere: quæ nobis ne fieret interdicta eſt: ab eo legiſlatore: cuius autoritatē non ualemus oīno contēnere: neq; illas conſtitutiones paruipēdere poſſumus: quos proaui maioreſq; noſtri utq; ad ſuum interitum ſeruare. Petronius aūt reſpondit. Si in primis eſſem: ut meis uterer ad agendum quod oporteret conſiliis: iuſta nobis ad me hæc eſſet oratio: nūc autem Cæſare iubente: incubuit mihi multa neceſſitas: eius decreta complēdi: ne ſi contēpſero: aliud periculum maius incurram. Tunc iudæi: quoniā inquiunt ita ſapis o Petroni: ut tranſgredi Cæſaris mandata non audeas: neq; nos legis diuinæ ꝑcepta tranſgredimur: qui uirtute maioꝝ noſtroꝝ & laboribus inſtituti: nunc uſq; ſine tranſgreſſione uiuimus: neq; in tantam auſi fuerimus nos ꝑcipitare neq; iam: ut quæ a deo interdicta ſunt fecerimus: uel aliquibus bonis illecti: uel metu mortis adacti: ſed fixum aīo tenemus. ut pro ſeruatione legis noſtræ cūcta pericula ſubeamus: ſpē gerentes: fortiſſimā deum nobis auxiliaturū ī ꝑſentia: & mercedē poſtea redditurum: ſi pro eius cultura fuerimus aliqua mala ꝑpeſſi. Si uero uoluerimus tibi obedire: non ſoluni infamiā debilitatis incurrimus q; timore trāſgreſſores legis efficimur: uerūetiam imaniter offendimus deū: qui ēt te iudice multo antiquior tpe cenſetur eſſe q; Gaius. Tunc Petronius conſiderans ex uerbis eoꝝ imutabile firmūq; propoſitum & ſine pugna nō poſſe gaii ꝑcepta perficere in eius erigēdo ſimulacro: nec ſine multa cæde negociū illud euadere: aſſumens oēs amicos: & cuncta ſua ſeruitia: in Tyberiadē pergit uolens iudæorū & cōſtituta cognoſcere uel cuiuſmodi eſſent: uel qualibet ordinibus haberent. Iudæi uero magnum quidem ſibi ex bello romanoꝝ cernebant īminere periculū: ſed magis iudicabant ſubigi: q; imperii efferentur in deū. Multa itaq; milia Petronio in occurſum ueniunt ad Tyberiadē undiq; confluentes & ſupplicationibus utebant nec cogerentur ad talia: neq; polluerent ciuitas erectione ſimulacri. Ad hæc Petronius: & pugnabitis inqt contra Cæſarē: neq; illius potētiam neq; ueſtrā reputantes infirmitatē. At illi: minime nos inquiunt pugnare diſponimus: uerūetiam ſumus mori ante parati: q; legis noſtræ mandata ſoluamus. Simulq; in faciē proſtrati: perimi ſe paratos eſſe firmabāt. Et hæc quidē p dies. xl. gerebant: culturā quoq; terræ negligēntes: cum maxime tps exigeret. Nam iam ea pars āni uertebatur: quādo ſolēt ſemina terræ mandari: tantus quippe eos fauor moriendi accēderat ne ſimulacrum aliquod poneretur in ciuitate. Taliter igitur ſe rebus habētibus: Ariſtobulus agrippæ regis frater: & Elicias maior: & alii quoq; optimi uiri ex eadem ipſa familia: & plures de primatibus ad Petronium uenere deprecantes ut bene de negocio præſenti conſuleret: neq; de tantæ multitudinis

perditione cogitaret: quin potius ſcribendum Gaio decerneret: ſignificans īmobilem aīum iudæoꝝ neq; eos conſtitutionē ſimulacri uelle ſuſcipere: oēm quoq; culturam terræ negligere: ſed in occurſum ſuum ueniſſe: & pugnare quidem nec uelle nec poſſe: mori tamen incunctāter paratos: antequā tranſgreſſores ſuæ legis exiſterent: debere igitur conſuli: ne in aliud intenta multitudine: terra inculta remaneat: & poſtea per inopiam latrocinia perpetrarentur. Fortaſſis enim poſſit Gaius Tyberius emoliri: & nihil crudele decernere: neq; alia diſponere quibus ad ſeditionem populus. Excitetur. Et ariſtobulus quidem: aliiq; qui cum illo erant: talibus Petronium depræcantur. Petronius uero inſtā te ariſtobulo & cæteris: uidens quoniam non pro rebus minimis ſupplicant: uidens etiam Iudæoꝝ conſtantiam ſeuum quoq; ratus: ut multa milia hominum per ipſum darentur in mortem: ſi uellet Gaii furiæ miniſtrare: ſimul etiam ſe deum offenſurū: & cū peſſimis poſtea ſpeciebus aduiuere: multo melius iudicat: ut ſcriberet Gaio: aut eius animum mitigās: ut nihil per eum iniquum contingeret: aut ſi forſitan indignationem cōmoueretur q̄ eius minime mādata compleuerit & aduerſus eū aliquid mali decerneret: bene contentum eſſe iudicabat pro meliore cauſa: & pro tanta hominum multitudine ſubire diſcrimē. Conuocās igitur in Tyberiadē magnā multitudinē iudæoꝝ: nā multa milia illuc fuerant congregata: & conſtituens in circuitu cunctas militias & turmas: uiſus eſt primo non ſuam: ſed Cæſaris proferre ſententiam dicens: timere ſe iracundiam Gaii: proinde acceſſurum ad perficienda quæ ſibi præcepta ſint oportere ſe firmabat: qui tanto fuiſſet ex eius beneficiis honore ſublimatus: ut nihil contrarium eius uoluntati perageret. Verum non arbitror inquit iuſtum eſſe ut ſalutem honorēq; meum non pro uobis qui tam plures eſtis impendam: nec permittam: ut p me paternæ ueſtræ legis inſtituta ſoluātur: neq; adeo dignitatem tēpli dei contēnere: ut per poteſtates principum: iniuriæ ueſtris religionibus ingerantur: ſed ſcribam ad Gaium ueſtras illi uoluntates intimans quantum poſſum cauſam adiuuans: & ueſtrum in bono propoſitum: & ſpero quia aderit deus: cuius poteſtas potior eſt omni humano molimine: humanaq; uirtute: potens eſt enim: & uos in conſeruatione legis ueſtræ protegere: & me tutari: ut nec ab ipſis etiam excidam humanis honoribus: q̄ ſi etiam exaſperetur forſitan Gaius: ut iram ſuam in me uellet effundere: ſumam omne periculum: oēm miſeriam: quæcūq; corpori poſſit infligi: ne uos tantos pro rebus optimis pereuntes in meam. Ite igitur unuſquiſq; ueſtrum ad opus proprium: & terræ ueſtræ culturam impendite: ego uero Romam litteras deſtinabo: & oīa pro uobis: tam per me q̄ per amicos: quæ rei conueniant agere non omittam. Hæc dicens: iudæorum dimitti congregationem iubet ut culturæ terræ diligētiam exhiberent. Omnes aūt nobiles populos alloquio adhortabatur ut ſpem meliorem gererent. Et ille quidem hoc modo multitudinem letificare feſtinabat. Deus aūt ſuam manifeſtauit repente p̄ſentiam & adiutorium ſuum in oībus fore Petronio. Simul enim ut finem loquendi fecit: confeſtim ingens deſcendit pluuia præter ſpem oīum nam illo die ab ipſo ſolis ortu ſerenitas magna claruerat: nullumq; ſignum pluuiæ in cælo fuerat uiſum: ſed etiam oīs annus magna fuerat ariditate ſiccatus: ita ut deſperatio fuiſſet exorta: non ſolum pluuiæ: ſed etiam ſi unquā poſſet cœlum tectum nubibus apparere. Tunc igitur etiam præter conſuetudinem tanta inundatio uenit aquarum: ut Iudæis ſpes magna fecit in nullo fruſtratum iri Petronium pro eoꝝ negocio laborantem. Petronius autem amplius obſtupuerat: uidens manifeſtiſſime deum Iudæoꝝ ſe conſolatorem oſtendere: & multū ſuā declaraſſe ſententiam: ita ut nec illi forte contradicere ualerent: quibus religioni noſtræ reluctari tota laborat intentio. Scribit ergo ad Gaium poſtulans: ne tanta mília hominum contemneret: quæ non poſſent ſine bello & ingenti cæde a tranſgreſſione ſuæ religionis impelli: perire quoq; tanta tributa quæ ab illa gente darentur: memoriam etiam non bonam Romani nominis in poſteriora tēpora relinqui: ſuper hoc quoq; uirtutem diuinam Iudæis præbere præſidium. Nam probatum eſſe firmabat pro Iudæis euidenter inditium. Et Petronius quidē huiuſmodi litteras deſtinauit: Agrippa uero rex iam. n. tunc Romæ fuerat amplius in amicitia Gaii gratiaq; creſcebat. Et forte quādam die epulum præparauerat Cæſari: ubi magnam impenderat diligentiam: ut omnium in cibis elegantiam uinceret: oēſq; ſuauitates: & delicias ſtudioſius prouideret ita ut non ſolum cæteros anteiret ad inuentionibus epularum: ſed nec ipſe Gaius multum cupiens ei poſſet æquari. Tunc Gaius ad modum admiratus tam ingenium eius q̄ magnificentiam animi: q̄ ſuper uirtutem ſuam ſumptus expēderet ut ſibi placeret: uoluit munificentiam Agrippæ remunerare. Tum itaq; ex deliciis & uoluptate ac uino hilarior effectus cum ab agrippa ad potum inuitaretur: & primum inquit quam tibi honorificentiam exhibui pro beniuolentia & fauore q̄ circa me ſemper habuiſti: ut etiam apud Tyberium periculum ingens incurreres: uerum quia in omnibus te uideo & uirtute præditum: & nos amore ſuperantem: indecorum exiſtimo tuo circa me ſtudio ſuperari. Volo itaque quod antea minus feci: modo perficere: & tantas tibi munerum copias attribuere: ut magnum nomen tuis opibus: & tuis accedat honoribus. Et ille quidem hæc dicebat: exiſtimans q̄ poſſet aliquos reditus ſibi denodare: uel ciuitates exhibere. Ille autem quāuis præparatum haberet: quod petere cupiebat: timens uero: ſuam noluit aperire ſententiam: ſed confeſtim reſpondit Gaio: quia neque primo lucro: ſed eius gratia delectatus: ut contra Tyberii præceptum ſtudium accurationis ei impenderet: neque modo ſe aliquid agere intentione lucri: ſed ſola eius gratia ſemper fuiſſe contentum: nam & multa ſibi

ab eo & maiora fuiſſe donata:quæ ſi tua inquit uirtute tuaq; potentia minora ſunt: meo tamen hoc eſt accipientis merito & dignitate mea:multum conſtat eſſe maiora. Gaius autem obſtupeſcēs eius continentiam magis inſtabat: ut diceret quod ſibi cuperet donari. Ille quomodo inquit o domine magnanimitate nimia dignum me muneribus tuis exiſtimas: poſtulem: nihil quidem quod ad diuitias opeſque pertineat:nam me anterioribus tuis muneribus admodum locupletem reddidiſti: ſed illud peto:quod tibi & opinionem pietatis efficiat:& diuinitatis mereatur auxilium:una etiā mihi gloria fuerit apud audientes:q; nihil a te petierim:ad uſus pertinens temporalium rerum. Poſtulo igitur ut erectionem ſtatuæ quam in in tēplo Iudæorum faciendam petronio præcepiſti:ultra nolis effici. Et ille quidem licet periculoſum exiſtimaret illud expoſcere: nam niſi rectum quod petebatur iudicaret Cæſar:nihil aliud niſi mortem adferret illa petitio:ergo quāuis periculoſum eſſe cenſeret:tamen contemptus aliis ſibi neceſſariis:& utilibus:illud a Cæſare poſtulauit. Gaius autem: tū ab eo q; ab agrippa taliter fuerat accuratus: quia īdignū exiſtimabat mendax coram tantis arbitris apparere ante quos alacriter compellabat agrippam:quod uellet expetere:paululū ſui pœnitens: mox uero uirtutē agrippæ miratus: q; ſuum regnum non redditibus non pecuniis non alio quocunque munere amplificare cupiuerit:ſed pro conſeruanda lege culturaq; diuinitatis illibata celebranda interuentor extiterit:conceſſit:ac ſcribit ad Petronium: laudans quidem eum: q; exercitus iſtruxerit: pugnareq; cum Iudæis fuerit præparatus:& omni niſu laborauerit iniuncta perficere. Verum ſtatuā inquit:ſi te contigerit erexiſſe:ut conſtituta eſt perſeueret:ſi uero necdum erecta eſt:nihil ultra fatigā dum exercitum:& auxilia dimittenda:teipſum uero ad ea quæ miſſus es curanda cōuenit proficiſci: nam ultra iam opus non habeo ut erigatur ſtatua. Hoc enim agrippæ gratiæ conceſſum eſſe uolo: uiro honorabili mihi ſemper:ſed nunc amplius honorādo. Et Gaius quidem talia ſcribit Petronio antequam ſeditio maior oriretur. Nam ita iam mentes oīum tumebant:atq; talia uoluntatum: eoꝝ indicia monſtrabantur:ut ſi forte contrarius nuncius aduenirent: parati eſſent apertum bellum gere/re cum Romanis. Sed Gaii amicus erat obnoxius turpitudini:alienus bono conſilio: & in omnibus quæ facienda decerneret:ita magis pertinax ad implendum:moderari ſe nullomodo ſciens:ſed beatitudinem iudicans:ſi omne quod ſibi eſſet uoluptati perficeret. Poſtea ſcribit Petronio huiuſmodi uerba. Quomodo inquit dona quæ tibi Iudæi dedere:meliora iudicas: q̄ mea complere præcepta: & cuncta quæ illis libita ſunt ſtudes efficere:mea mandata contemnens: iubeo tui temetipſum iudicem fieri:& eligere quid debeas pati qui me ad tantam iracundiam concitaſti: ut exemplum efficiare cunctis & præſentibus & futuris q; nullus audeat imperatoris mandata contemnere. Hanc igitur epiſtolam deſtinauit quidem Petronio:non tamen ipſo uiuente perducitur. Petronius autem tardius eam aliquanto ſuſcepit: remoratis nauigio portitonbus: intātum ut etiam ante hanc epiſtolam alias:petronius litteras accepiſſet in quibus de morte Cæſaris certior redderetur. Non enim obliuiſci poterat deus tantorum periculoꝝ:quæ Petronius cum alacritate magna ſubierat:ut Iudæis in honore eius religionis gratiam præſtitiſſet:& Gaium de medio auferens:mercedē illi dignam pro illius impietate reſtituit cooperatus eſt autem Petronio. Nam tanta illi dilectio comparata eſt:tam Romæ:quam in uno quoq; regno:ut dei gratia ſuper eum euidens appareret. Romæ quoq; ſenatorii ordinis & quotquot dignitatibus eminebāt:tam uirtutis merito:q̄ odio Gaii:quod propter eius crudelitatem iniquitatemq; conceperant:circa Petronium magno fauore ferebantur. Mortuus autem eſt:non poſt multum temporis quam fuerat epiſtola ſcripta Petronia:in qua eū morte damnauerat. Cauſam autē per quam extinctus eſt:& totum ordinem inſidiarum: narrabo procedente ſermone. Petronio uero primo uenit epiſtola:mortē indicatus Gaii:poſt aliquantum uero temporis ea in qua propria manu ſemetipſum interimere iubebatur. Vbi miranda eſt diuinæ clementiæ prouidentia quomodo ſine ulla dilatione tantam illi retributionem mercedis indulſerit pro honore quē exhibuit templo dei:& pro adiutorio quod Iudæis præſtitit:ut per eum beneficium ſalutis acciperent.

Peſtis quæ contigit Iudæis in Babylonia cōſtitutis p Aſineū & Amileū fratres. CAP. XX.



Contigit etiam per id tempus Iudæis illis qui in Meſopotamia & Babylonia habitabāt ualde magna calamitas:ubi quoq; multa cædes accidit: quanta nunquam ante refertur in hiſtoria. De qua cuncta diligenter abſoluam: ut cauſas ipſas ex quibus prouenit inſinuem. Neerda dicitur Babyloniæ ciuitas:admodum populoſa: habens circa ſe plurimam ſecundamq; regionem:quæ cum aliis plurimum bonis tum etiam hominibus referta eſt:hoſtibus quoq; ipſa dicitur inabilis. Nam eam Euſrates undique circunueniēs: in medio continet uniuerſam. Ad hæc etiam mœnibus eſt munita firmiſſimis. Eſt autem alia ciuitas:cuius Niſibis uocabulum eſt:circa eiuſdem fluminis fluenta conſtructa: unde Iudæi quoq; natura confidentes locorum:cenſum quem ſolent in honore dei tribuere:ibidem cuſtodiendum illo tempore deponebāt. Sed etiam alia munera decora templorum illis ciuitatibus habuere:nam eis ueluti pœno: uel promunctorio muniuſſimo ſecurius utebantur: hinc autem in hieroſolymam cum tempus expeteret pecunias dirigebant. Plura quoq; inde hominum milia paſcebantur. Erant itaque duo quidem homines: Aſineus: & Anyleus nomine Neerdatienſes quidem genere: & inter ſe germani fratres.

Hos præceperat maternam patre orbati fuere:ut naulum operarentur uelamina:quia non indecorum apud eiuſdem loci ciues hoc opus habebatur:ita ut etiam plures apud Iudæos uitorum: eis exerceantur operibus quæ uſui marino proficiant. Hos quadam die magiſter qui eidem operi præerat: apud quem etiam ipſam artem didicerant:de aduentu & tarditate culpauit:in eoſque uerberibus ultus eſt. Illi ergo grauiter hoc ferentes:arma quæcunque in eius domo ſeruabantur abripiunt:& pergunt in quendam uicum:qui diruptio fluminum uocabatur:ubi optima ſolebant paſcua germinare:eaque ibi repoſuerunt. Quo facto:congregantur ad eos plurimi iuuenes: quorquot egeſtate laborant. Hos armis inſtruunt:ipſi uero ueluti ductores agebant. Ibi quandam ſibi extruentes arcem: demandant uniuerſis:qui per illa paſcua armenta ſua ductabant:ut eis cenſum redderent: atque ex hoc & cum eis amicitiam haberent : & aduerſum hoſtilem quidem populum ſi forte prorumperet auxilio ſe fore firmabant. Illi uero dicto obedientes fuere : non enim aliter facere ualebant: & ex pecoribus mittebant quantacunque iubebantur. Hinc proinde manus illis & uirtus amplior accedebat:& poteſtatem habebant quæcunque animus uellet efficere:alios fugare uel ledere:alios regere uel curare: non ſolum incolas regionis:ſed etiam quos ſorte tranſire contingeret:nomenque eorum formidoloſum ſatis habebatur & per dies ſingulos de eis ſermo creſcebat:donec ad regem Parthorum uſq; peruenit auditus. Satrapa uero Babyloniæ poſtquam iſta cognouit uoluit eos in ipſis initiis reprimere antequam eis licentia creſcente:malum amplius oriretur. Et congregans manum quamplurimam potuit:ſed etiam ex Parthis:Babyloniiſque quamplurimos:aduerſum eos repente: tendebat:nolens eos nuncium ſui antequam ueniret accepere:per occulta ductans exercitum. Et ueniens in quendam nemoroſum locum:ibidem latuit. Et ſequenti die:illuceſcebat nanq; ſabbatum: quo Iudæi nihil operantur:ratus eſt reſiſtere non auſuros:atque hoc modo ſine pugna uinctos poſſet abducere. Paulatim ergo ac pedetētim accedebat ad locum:ut cum proximus fieret ſtatim in eos irrueret. Sed Aſineus ſicut forte cum aliis nonnullis conſederat:ante quos arma fuere iacentia:o uiri inquit:hinnitus equorum meas aures allapſus eſt:non equarum amore:ſed equorum uiros uehentium hinnitus exiſtere nam etiam ſtrepitum frenorum ſimul aduerto. Vereor itaque:ne nos circūfuſi hoſtes aggreſſi ſint. Sed citius quiſpiam ex uobis ſpectatum præcurat: qui nobis quid nam iſtud ſit manifeſte denuncier. Opto autem falſa me locutum fuiſſe:& deceptum potius ueri ſimilitudine ſonitus:quam uera ſenſiſſe. Et ille quidem huiuſmodi uerba locutus eſt. Cum ecce:ſimul quidam ad ueniunt ſpeculati negocium:& celeriter accurentes:neque tu inquiunt falleris:ſed integre conjecta-ſti:quæ aduerſus nos geruntur. Ab hoſtibus circundati quippe ſumus dolo:nihil brutorum animalium differentes. Nam plurimus equitatus inuadit:eo præſertim tempore:quando nudi omnibus armis extamus:ob id:q; lex paterna uacare nos:& nihil agere præcipiat. Aſineus porro non ſecundū ſpeculatoris ſententiam q; deberet fieri decernebat:ſed legale magis exiſtimans:ne dimiſſis manib⁹ pereuntes letitiam hoſtibus exhiberent:oportere iudicabat:ut non ſine hoſtium ultione operarent. Arma itaq; corripit:alios q circa illum erant ſimiliter adhortatur:eos in audaciam excitans:ut uirtutis memores:hoſtes itinere feſſos inuaderent:atq; impetum facientes:multos obtruncant:alios effugauerunt. Nam eos ſecuritas qua ſe putauerant quaſi cuncta parata reperturos:ignauos & molles effecerat. Parthorum autem imperator cum ei tale nuncium aduenisſet: obſtupefactus ſuper illorum fratrum audacia:deſiderauit eos uidere:& cum eis miſcere colloquium:& mittit ex armigeris fideliſſimum qui diceret:quomodo imperator Artabanus quamuis læſus a uobis & quamuis ſua prouincia deprædata:tamen nulla circa uos indignatione quā debebat accenſus eſt:ſed conſideratione uirtutis ueſtræ magis in ueſtram gratiam factus attonitus:miſit me:dextram uobis fidemq; præbiturū: ut ad eum ueniatis:& eius habeatis amicitiam:nullum dolum:aut inſidias formidantes:dona etiam ſe daturum promittit:& honoribus ſublimare:ex quibus potētia uobis maior acreſcat. Tunc Aſineus ipſe quidem diſtulit: ſed fratrem ſuum Anyleum cum muneribus mittit quæ præparare potuerunt. Et ille quidem ita pertexit:atque perueniens:ad imperatorem ingreditur. Artabanus autem audiens Anyleum ueniſſe: interrogabat cauſam: cur etiam Aſineus non ſimul aduenisset. Cunque audiſſet quod timore ſuum aduentum ſubtraxerit: tunc per deos cœpit patrios conteſtari:nihil ſe mali factuꝝ in eos:ſi ſe eius committerent fidei. Inter illos barbaros eſſe ſolet indicium:ut nunquam quiſquam inter eos poſtquam dextram præbuerit mentiatur:nec quiſquam de fide dextram dantis dubitauerit. Et Artabanus quidem iſta gerens:mittit Anyleum perſuaſurum fratri: ut ad cum etiam ipſe pariter aduenisset. Agebat autem hæc imperator : opus habens illis fratribus : pro tutamine illius Satrapiæ : propter quod in illa regione facile poſſent ab eius imperio decedere:ut antequam tale aliquid contingeret: ipſe illos per amicitiam occuparet. Timebat etiam ne in Babylonia plurimi ſe Aſineo coniungerent:& ille manu ualida congregata præſertim in illis locis tam munitiſſimis: facile ſe a Perſarum imperio defenſaret. Et ille quidem talia reputans dimittebat Anyleum. Anyleus autem perſuaſit fratri : intimans ei munificentiam & alacritatem imperatoris:tum etiam iuſiurandum quod ei præbuerat : proinde ad Artabanum cum alacritate pergebant. Ille autem cum gratia magna eos ſuſcipiens: admirabatur Aſineum:quod ita magnanimus extitiſſet: cum corpus poſſideret ad uidendum breue:& quod contemptui ab intuentibus haberetur: eiuſque

prudentiam ſtrenuitatemq; conſiderans:ferfur ad amicos dixiſſe: quod maior eſſet anima corpore tam minore. Oſtendenſque Aſineum uni ductorum ſuorum Abdagati nomine:atque eius nomen indicans:omnemque uirtutem & ſtrenuitatem eius intimans:qualis extitiſſet in bello: Abdagates poſtulabat permiſſum ſibi contribui:ut eum occideret: atque iniurias eius & depopulationes quas in prouincias commiſerat:ultum iſſet. Non permittam inquit imperator hæc fieri in eum uirũ qui mea fide præſumens:dexteram a me:iurationemque deorum accipiens:uenire properauit. Tu quia uir bonus extas in bello:nihil periuriis meis opus eſt:ut Parthorum iniurias ulciſcaris:deſcẽdentem uero ſi cupis in ſequere:eum ſi poteris iure belli ſuperato. Mane itaq; facto:accerſiri iubet Aſineum. Tempus tibi eſt inquit:o iuuenis ad propria deſcendendi:ne forte plurimos ad te ductorum irrites: & ſine mea conſcientia pereas. Commendo autem tibi Babyloniæ regionem:ut eam ledi a latronibus non permittas:ſed tua uirtute a malis omnibus defendatur. Dignus nanq; ſum a te optimo homine hanc reciprocationem accipere:qui tibi fideles amicos omnino ſeruauerim:neq; ad eos attendi:qui fuerant ad tuum interitum irritati:ſed ad ſalutem tuam tutandam ſedulo feſtinaui. Hæc dicens. eum donatum muneribus competẽtibus:in propriam deſtinat regionem. Ille autem domum reuerſus:opida conſtituit & caſtella:quæ primo fuere reſtaurando confirmat:atque ita ex breui magnus effectus eſt:tantaq; per eum negocia gerebantur:quanta nunquam ab alio ante ipſum geri potuerunt. ergo fuerat factus:ut etiam ab ipſis Parthorum ductoribus honoraretur:qui ad illam regionem per tempora mittebantur. Nam ſolam Babyloniorum honorificentiam habere minorem ducebat:quam ſuæ uirtutis merito debere iubebat exolui. Omnia igit negocia quæ in Meſoporamia gerebantur:ex eius poteſtate pendebant:& amplius eius fœlicitas per annos. xv. amplificata creſcebat:& bonorum omnium uigore ac flore pollebat. Sed dum tali proſperitate fruerentur ſubito malorum illos occupauere principia:quæ huiuſmodi de cauſis acciderunt. Poſtquam enim ſtrenuitate ac uirtute ad magnam peruenere potentiam:conuertuntur ad iniurias perpetrandas:& tranſgreſſiones paternarum legum:cupiditatibus in tranſuerſum agentibus. Deniq; Parthorum quendam ductorem inuadunt qui ad gubernandam illam miſſus fuerat regionem. Quem etiam propria uxor fuerat comitata. Hæc cum in aliis pluribus rebus laudabilis extitiſſet:tunc pulcherrime cunctas fœminas anteibat:ita:ut magnum decoris miraculum ſpectantibus apportaret. Hanc Anyleus ſiue pulchritudinem eius auditu cognoſcens:ſiue proprio uiſu proſpiciens:adamauit. Deinde cœpit inſidias eius uiro præparare: eumque hoſtiliter inuadens interimit: illam autem abripiens ſibi coniunxit. Quæ mulier haud equidem ſine magnis calamitatibus Anylei domum ingreſſa eſt ſed tam ipi quam Aſineo fratri:magnorum malorum deportauit aggerem per huiuſmodi cauſam: Cum enim illa poſt mortem uiri deorum ſuorum ſimulachra ſumpſiſſet: quæ more paterno tam ab ipſa quam uiro eius religione colebantur: cœpit ea domi habere:& ſimili ea cultu uenerari:ſed etiam cum alicubi forte pergebant in exteras regiones: ſecum illa ſimulachra portabat. Et primo quidem latenter hunc ritum religionis exercebat: poſtea uero cœpit etiam marito monſtrare:quali modo uel lege deos illos cum primi ſui coniuge coleret. Tum ſocii eorum:qui ab eis inter primos honorabantur:primum quidem inter ipſum Anyleum locuti ſunt:quia non deceret Hæbraicorum contempto:& neglectis ſuis legibus eam mulierem accipere:quæ contrario ritu aliam religionem habens:interdicta ſibi ſacrificia diis extraneis exhiberet:debere illum aiebant rebus ſuis bene conſulere:ne forte amore mulieris & uoluptate corporis captus illa celebrari permitteret quæ ſe regnumque ſuum peſſundaret. Sed cum nihil proficerent talia commonentes:uirum etiam quẽdam illorum qui maxime inter eos honore fungeretur:quod ampliore fiducia locutus ſit:iterimit. Ille uero moriens:male dixit ipſi Anyleo:fratrique ipſius Aſineo:cunctiſque ſociis:ut ſimiliter ab hoſtibus interirent: ipſi quidem: quod tale in ſe facinus perpetraret: illis autem quod non prohibuerint:neque ullum auxilium tulerint homini pro legibus paternis: & pro tota gente proloquenti. Cuius mortem omnes quidem grauiter ferebant: tolerabant:tamen non ob aliud:niſi quia illorum potentia ad infœlicitatem ducebatur. Cum autem culturam etiam deorum Parthorum audiſſent: ultra tolerandum non eſſe iudicabant opus Anylei: quod in legem patriam iniuriæ gerebantur. Itaque plurimi congregati ad Aſineum acceſſerunt:& cum magnis uocibus increpabant dicentes. Bene quidem eſſet:ſi neque primum tale aliquid fieret. Sed quia iam factum eſt:ſaltem nunc correctio conſequatur:antequam illud peccatum tam illi:quam cæteris omnibus adducat interitum:eiq; exprobrabant propter nuptias cum alienigena muliere confectas:contra conſuetudinem legis ipſorum & ſuperſtitionem mulieris quæ ad iniuriam dei ſui fuiſſet inducta. Ille autem:quamuis peccatũ fratris cognoſceret magnorum malorum fuiſſe cauſam & fore:uerumtamen uictus conſanguinitatis fauore tolerabat:ueniamq; fratri dabat:q; fortiore malo libidinis uincebatur. Sed cum plures ad eum per dies accuſationes a pluribus aduenirent:tum de his Anyleo loqui compulſus eſt:increpans eum & quieſcere de cætero iubens ab illis operibus: & ut mulierem ad ſua propria:parenteſque reuocaret. Sed nihil eorum uerborum præcipiebat effectum. Mulier autem ſentiens tumultum qui propter ſe populos obtineret:uenenum inter cibos dedit Aſineo. Quo ille accepto:defunctus eſt. At illa ſine ullo timore poſtea degere cœpit:ſolum ſui iudicem habens: quem ſentiebat ſuo amo-

ae conſtrictum. Porro Anyleus ſolus regni moderamina excipiens:exercitum quæ ſumens:uicos Mithridatis inuadit uiri apud Parthos in primo loco conſtituti:& Regis Artabani filiam in coniugio poſſidentis. Vbi cum irrumperet:omnia prædæ dedit:& multas pecunias inde:multoſque captiuos abripuit:& numeroſum pecus abduxit:& alia plurima quæ ad diuitias opulentiamque pertinere noſcuntur. Sed cum hæc Mithridates audiſſet:quod talis in ſuis uicis præda & captiuitas fuiſſet effecta:grauiter ferens:quod ipſe ante nihil leſiſſet Anyleum:Anyleus uero quot exordium tantæ ſumpſiſſet iniuriæ:tanta in ſe dignitate contẽta:congregans quamplurimum potuit equitatum:ſed etiam ætate feruentium non minimam manum:aduerſus Anyleum uenit:& contendebat:ut cum eo bello decertaret. Sed antequam ad eum ueniſſet:quodam uico occulte caſtra diſpoſuit:ut inde proxima die in hoſtes irrumperet:quomodo ſabbatum illuceſcebat quoniam a Iudæis ocium & uacuitas exercetur. Anyleus autem iſta cognoſcens a quodam homine Syro:alienigena ex alio uico qui cum alia integre nunciaret:tum etiam uicum intimabat:ubi Mithridates manſionem fecerat milites itaque paratos faciens: caſtris egreſſus eſt: cunctis ignorantibus quot aduerſus Parthos tenderet. Et circa noctis fere quartam cuſtodiam hoſtes inuadit: alios dormientes obtruncat:pleroſque in fugam conuertit. Mithridatem autem uiuum tenẽs:ſecum ducebat ſuper aſinum nudum imponens:quod ualde ignominioſiſſimum apud Parthos habetur. Cunque ad locum proprium peruenit hortabantur amici ut Mithridatem extingueret. Sed contra ipſum conſilium ille aliud dicebat:non rectum eſſe dicens:ut Mithridatem extingueret:uirum primo genere apud Parthos ortum:& neceſſitudine connubii apud regem Artabanum magnifice honorabilem: nunc autem ut cunque tolerabile cenſeatur eſſe quod factum eſt:quoniam ac ſi iniuriatus eſt Mithridates:uerumtamen beneficio ſalutis:erit ſe liberantibus gratiam debiturus:ſi uero quicquam patiatur:nequaquam regem Artabanum patienter laturum:ſed magnam cladem Iudæis importaturum Babylonia conſtitutis. Parcere itaque illi melius uidetur:& propter conſanguinitatem qua regi coniunctus eſt:& pro tanta dignitate qua inter ſuos honorabilis ac magnus habetur. Et ille quidem talia incontione loquens:omnibus perſuaſit. Dimittitur igitur Mithridates. Sed ei reuertenti:eius mulier exprobrat:niſi feſtinaret utpote regis gener in tanta dignitate conſtitutus:ſupplicia ſumere de his qui contumeliam ingeſſiſſent. Turpe nanque illi eſſe dicebatur ſalutem eligeret poſtquam captiuus in manus hominis uenit:& nunc aut ultum ire ſuam iniuriam intenderet: aut ſe per deos iurare coniugi fœdera ſoluturam. Has ille exprobrationes per dies ſingulos minime ferẽs magnanimitatem etiam mulieris metuens:ne inter eos coniugium ſolueretur:non ſponte quidem nec uolens congregans manum quam plurimam potuit aduerſus Iudæos tendebat in Tollennam:ſalutem æſtimans:ſi Parthus impune fuiſſet a Iudæis repulſus belli certamine. Anyleus autem ut cognouit ad ſe tendentem cum multa manu Mithridatem:inglorium iudicauit ſi in locis ſuis maneret:& non magis anteueniens hoſtes occurreret:ex proſperitate prima confidens:iterum ſe pugnaturum credens: audientibus uirtutis etiam robur acreſcere. Multi itaque ſe illi ſuperiorum exercitus coniunxere: ſperantes prædam ſe ſicut antea relaturos:& ipſa prima facie horrorem hoſtibus illaturos. Pergunt itaque illo die ſtadia nonaginta per loca naſta & inaquoſa iter facientes. ſed medio die ardore ſolis ingens ſitis Iudæos occupat. Mithridates autem apparens continuo:feſſos itinere:ac ſiti fatigatos inuadit. Illi nec æſtum:nec arma ferre ualentes profugiunt. Parthi uero inſequentes:magnam cædem faciunt: Iudæorum multæ miriades occumbunt. Anyleus autem:& quotquot circa eum erant:in ſilua ſe recipiunt. Mithridates itaque magnam uictoriam ſumens:magno gaudio cœpit exultare. Congregatur autem ad Anyleum infinita multitudo hominum peſſimorum:& ſuam ſalutem paruipendentium quos Anyleus ſuſcipiebat:uolens ex his recompenſationem efficere multitudinis quæ bello perierat:ſed haud ſane ſimiles illis:qui bello perierant. Nam erat uulgus inexercitum. Sed tamen cum hac multitudine irrupit in uicos Babyloniorum: eoſque paſſim depopulatur. Tum Babylonii quamuis ad bellum parati:mittunt tam in Neerdam: ad Iudæos qui ibidem habitabant: tradi ſibi Anyleum expetentes. Illi uero nequaquam illorum ſermonem accipientes: prouocabant eos ad prælium. Verumtamen aditum legatis Babyloniorum permiſerunt ad Anyleum peruenirent:& cum eo quicquid uellent protinus loquerentur. Babylonii locum integre ſpeculantes: quo ſe conſtituerat Anyleus:& cuncta diligenter inſpicientes occulti nocte ſomno depreſſos inuadunt: necant quantoſcunque reperiunt:ipſumque Anyleum obtruncant:atque hoc modo Babylonii iniuriis Anylei:& grauedine liberati ſunt. Impreſſio nanque eis illa magna conſtabat:odio quo circa eos detinebatur. Nam pene ſemper inimicitias exercebant. Cauſa uero huius iræ fuit lex eorum paterna:quam ille oppugnabat:& propterea ſibi ſemper inuicem æmulabantur:unde ſuorum quiſque oportunitatem inuenerat ab iniuriis non parcebat. Tunc itaque hoc modo pereunte Anyleo cœpere Babylonii Iudæis inſtare. Illi uero & grauiter ferentes impreſſionem Babyloniorum: & repugnare penitus non ualentes:in Seleuciam cum ſuis omnibus emigrarunt. Seleucia ciuitas eſt ad modum opulens & decora:quam Seleucus Nicanor fabricatus eſt. Habitant autem eam Macedonum plurimi:& græcorum abundantiſſimi. Et ibi etiam Syriorum non minima multitudo. In hanc igitur Iudæi refugiunt:& per .v. quidem annos illeſi:& inexperti malorum fuere. Sexto uero

annonam Babyloniæ corruptio eorum magna contigit & ruina: & ob hoc plurimi in Seleuciam magis:magisque confugiunt:eos amplior ibi clades ſuſcepit:propter cauſam quam breuiter enarrabo. Græcis in Seleucia habitantibus aduerſus Syros ex maxima parte inimicitiæ uitæ gerebantur ſed Græci ſemper ſuperiores extabant. Tunc itaque cohabitabant eis & Iudæi qui aduenerant. Syri autem ſeditionem mouentes:cœperunt ſuperiores exiſtere ex conſenſu & auxilio Iudæorum:hominum inconſiderate ſe in periculo præcipitantium: & intentionem ſolam ad bellum gerendum habentium. Tunc Iudæi hac ſeditione ſuperant. Illi uero nullam aliam rationem cernebant:qua poſſent ſtatum ſuum priſtinum & dignitatem reformare:niſi Syros a Iudæis ſeperarent. Vnuſquiſque igitur eorum uerba faciunt ad Syros cum quo quiſque ſe familiaritatem habere cernebat:atque hoc modo pacem inter ſe:amicitiamque componunt. Primates itaque uiri ex utraque parte pacta quibus & pax & concordia ſeruaretur inſtituunt:atque hoc modo inuicem exhortantur:ut cum Iudæis bellum gerant. Quos ex conſtituto repente inuadunt:interimuntque ſuper quinquaginta milia hominum. Pereunt igitur omnes præter admodum paucos:qui ſorte aut amicorum aut uicinorum miſericordia conſeruati ſunt. Et cum iam ibidem uiuere non poterant: diſcedunt exinde in Cteſiſontem ciuitatem uicinam Seleucie: ubi conſuetus eſt Parthorum rex per ſingulos annos hiberna peragere:ubi etiam plurimæ eius opes:& plurimus regni cultus aſſeruatur. Nulla tamen iam eis ſpes uiuendi fuerat derelicta:nam etiam ibi omnis gens Iudæorum terrore regis præmebatur. Non enim tam Babylonios quod ſeleucios formidoloſos habebant:ſed etiam omnis multitudo Syrorum:quæ in illis locis habitabat ad ipſum cum ſeleucis loquebantur:ut bellum gererent cum Iudæis. Ob hoc ergo diſcedunt etiam inde in Neerdam:& in Niſibin:& propter munimentum illarum ciuitatum tutos ſe eſſe poſſe cenſebant. Super hæc etiam habitabantur ille ciuitates ab hominibus bellicoſis. Et ea quidem quæ circa Iudæos Babyloniæ conſtitutos: acta ſunt huiuſmodi fuere.

Incipit Liber.xix.antiquitatis Iudaicæ.

Qualiter Gaius Cæſar inſidiis a Caſſio Chærea extinctus eſt. CAP. I.

Gaius non in ſolos Iudæos:qui in Hieroſolymis fuere:& eos qui in his regionibus habitabant:iniuſtitiæ ſuæ demõſtrabat inſaniam:ſed per omnem terram & per omne mare ſuper eos præcepta deſtinabat: quaqua uerſum imperium Romanum protenditur:& pluribus cuncta calamitatibus adimpleuit:quales ante nunquam hiſtoriæ prodiderunt. Maxime autem omnium Romanã cladem perpetiebatur: quam in nullo honorabiliorem cæteris ciuitatibus æſtimabat. Nam cum omnes cæteros libenter tractaret:non ita ſe natum:ut omnes quanticunque ex nobilibus uel generoſis clariſſimi conſtabant. Multa etiam crimina perpetrabat aduerſus equites Romanos. Quidam hoc dignitatis nomine cenſebantur:opibus autem pene pares ſenatoribus exiſtebant:propter quod etiam in conuentu ſenatus intereſſe ſolebant:quos ualde inhonoros habuit:plurimoſque ex eis morte damnabat:quorum etiam pecunias auferebat. Nam multas etiam cædes non ob aliud:niſi ut eorum auferret pecunias perpetrabat. Diuinum uero ſibi cultum & honores uolebat non cum hominibus exhiberi:ſed etiam in templum Iouis ueniens:quod Capitolium quidem uocant:magis uenerabile autẽ illis eſt omnium templorũ:fratrem ſe Iouis eſt auſus appellare. Sed etiam alia quæ gerebat:non erãt furoris aliena. Nam etiam ex dicearchia ciuitate quæ in Campania conſtituta eſt:ad Meſanam quæ alia quoq; eſt maritima ciuitas:graue putans ut remis tranſitum faceret:putanſq; ſubiicere ſibi etiam hoc elementum poſſe: uelut domino maris exiſtente: talia etiam uolebat fluctibus gerere: qualia ſolet terræ natura ſuſtinere. Voluit ergo & a littore ad litus ſtadia ferme.ccc. in medio maris:& intra tam uaſtum ſinum pontem conſtruere: ſuper quem carrucis & diuerſis uehiculis itinera ualeret efficere. Sed etiam templorum paganorum nullum deſpoliatum reliquit. Quæcunque enim pictura aut ſepultura uenuſta fuere:uel alio quolibet opificio pulchra ſimulare:atq; omnimodo anathematizata:deferri iuſſit ad ſe. Non enim alibi pulchras res eſſe dicebat oportere:niſi in pulchriore loco. Hunc autem Romam eſſe firmabat. Non ſolum autem ſuam domum:ſed etiam hortos aliaq; ſua habitacula ubicunq; terrarum italiæ conſtabant:ex talibus repleuerat ornamentis. Nam etiam Iouem Olympium qui maxime apud gentiles uenerabilis habetur:quem Phidias atheniẽſis fecerat auſus eſt in Romanam tranſferre ciuitatem:nec tamen ad effectum res perducta eſt:architectis dicẽtibus ad Memmium Regulum:cui res illa fuerat imperata:eo q; ſi illud moueretur ſimulacrum:aliquid malum poſſet accidere. Fertur autem Memmius etiam prodigiis propter hoc multis acceptis diſtuliſſe negocium. Verumtamen eiuſmodi uerba ſcribit ad Gaium:unde periculum mortis illi protinus imminebat:euaſit tamen quomodo Gaius morte præuentus eſt. Intantum etiam protu-

perat eius inlania: ut cum ei filia fuiſſet exortaeam perducens in capitolium ſuper genua ſimulachri conſtitueret: communem ſibi natam: iouiq; confirmans: duos patres uni proli conſtituens. Et hæc illum talia perpetrantem: proh nefas homines tolerabant. Molitus eſt etiam ſeruos ad accuſationē excitare dominorum: quæcunque uellent impublicum crimina deportare. Illi autem quæcunque illis peſſima oriebantur in animo: nulla prohibebantur dicere ratione: cementes gratum illi fore: quicquid mali dixiſſent: ita: ut etiam Claudium auderet Polydeuces ſeruus eius accuſare: & ille patiebatur aduerſus patruum ſuum geri capitale iudicium: ſperans etiam ipſum quo faciliorem potentiam aduerſus cæteros adipiſcetur extinguere: non tamen affecutus eſt quod uolebat. Repleta igitur uniuerſa republica diuerſis malis: diuerſiſque calumniis ex audacia ſeruorum aduerſus dominos ubique inſidiæ gerebāt: ab aliis quidem in ſuas iniurias: pro his quæ paſſi ſunt defenſarent: ab aliis autem præuēire homines cupiētibus cum ſibi ab eis pro culpis ſuis aliquod ſupplicii immittere ſentirent. Proinde quomodo corruptis legibus & hominibus in afflictione conſtitutis: non paruum beatitudinis momentum: illius mors hominis apportauit: ſed etiam genti noſtræ: quæ breui iam omnis interiret: niſi mors illū celeriter occupaſſet: uolo ſuper eo cuncta differere. de eo quoque magnam fidelitatem confert hominibus: & ſolatium in calamitatibus conſtitutis: at etiam correctionem his qui putant proſperitatem eſſe perpetuam docetque: ne rebus ſecundis quiſque peſſime commutetur: ſed uirtute ſtudium eſſe percolendum. Vias equidem tres mors illa parauerat: & harum unuſquiſque uiri boni primatum in conſiliis habebant. Emilius enim Regulus ex Corduba Hiberiæ ciuitate originem ducens: congregauerat plurimos: ut ſiue p illos: ſiue per ſemetipſum alacriter Gaium interimeret: alterius autem principatum gerebat Caſſius chæreas tribunus: ſed etiam Minutianus non paruam partem hominum ad hoc opus congregauerat. Cauſa autem erat illis odium: quo circa Gaium uniuerſi tenebantur. Et Regulus quidem iracundiam eius & iuſticiam qua in cunctos utebatur horrebat. Gerit quippe indignationis aliquid animus liber ut iniquitatem ferre non ualeat. Hic ergo cum multis aduerſus Gaium conſilium capit: cum amicis: & cum aliis: qui efficaces ei uidebantur ad cauſam Minutianus autem: ut Lepidum ulciſceretur amicum ſuum: hunc enim cum aliquibus ſuis conciuibus Gaius extinxerat. Super hoc quoque ſibi timebat: ne a Gaio ſimiliter pateretur. Nam uidens ex aliis exemplis ſibi mortem imminere: feſtinabat ſuum præuenire periculum. Chæreas uero confuſionem ſuam & Gaii obprobria non ferebat: quibus eum arguebat: quod quaſi nihil in ſe fortitudinis gereret: inſuper etiam plurimum ſibi per ſingulos dies imminere cernebat. Mortem quoque Gaii omnes honeſtum opus & liberum: libenter excipere reputabant: cæteri uero cupiebant ſuper hoc habere commune conſilium uidentes tantas iniurias: & exemplum paruum dari cupientibus principatum. Omnes ergo ut tantis cladibus liberarentur deſiderabant aduerſus Gaium aliquid geri: decet nanque ad talia negotia bonos uiros accedere: pro ſalute pietatis: & imperii macula auferenda: aiebat cum ſuo diſcrimine. Super omnia autem Chæream ad opus gerendum excitabat melioris famæ cupiditas: & quia cernebat facilem ſibi aditum fore ad Gaium: tribunus nanq; erat: & per hoc ſe oportunitatem reperturum putabat: quia perimeret Gaium. Interea ludi curules agebantur: circa quæ ſpectacula: magnum geritur a Romanis ſtudium. Concurrunt enim alacriter ad circum & pro quibuſcunque rebus opus habuerint: ab imperatoribus congregatione facta depoſcunt. Illi uero quod multitudini non iudicant reſiſtendum: confeſtim grate petita concedunt. Rogabant itaque tunc Gaium: cum omni intentione poſtulationibus utens: ut cenſum releuationes efficeret: & granedines cunctas auferret. Ille uero nolebat iſta concedere. At illi uoces amplius eleuabant. Tum ille diuerſos per diuerſa loca mittēs: iubet clamantes abripi: & ſine ulla dilatione confeſtim interimi. Et illa quidem talia ſuſſerat: quibus autem præceptum erat: iuſſa complebant. Plurimis itaque pro hac cauſa morientibus: populus ſpectans: clamare ceſſauit. Tunc omnibus ſuæ facultates in cōtemptu fuere uidentibus alios pro ſuis opibus ad interitū peruenire. Hæc & huiuſmodi Chæream excitabant: ut magnanimiter ingrederetur cauſam: & inſidias quas parauerat Gaio perficeret: ut cum tam nequiter aduerſus homines exaſperatum reprimeret. Et ſæpius conuiuio Gaii: uolebat rem aggredi: & tamen conſideratione reuocabatur: non ſecurus inuenire oportunitatē qualē negotio aptā eſſe iudicabat: uerens: ne fruſtra ad tantū opus accederet: ſed ita rem moderabatur: ut conſilium ſui animi conſequeretur effectum. In hoc igitur multo tempore militabat: non libenter conuerſationem ſuſtinens Gaii. Cum autē eum conſtituiſſet Gaius ſuper omnes publicas functiōes: & cætera alia quæ Cæſaris erant: inferenda theſauris: per illud omne opus a tato negotio priuabatur. In quo tamen maiorem ſibi uirtutem implendi operis aggregabat q; more ſuo magis rebus utebatur quam Gaii obediebat imperio: parcebat enim humilibus: atq; depreſſis. Vnde ad iracundiam quoque prouocauit Gaium: ita ut eum de molicie prius: & de ſocordia criminaretur: non ualentem ſicut ipſe uellet pecunias congregare. Contumelias igitur illi plurimas ingerebat: & muliebria oppingebat nomina: omni confuſione pleniſſima. Et hæc quidem: cum in aliis increparet ipſe magis gerebat: in quibuſdam celebrationibus miniſteriorum: quas ipſe conſtituerat. Stolas nanque muliebres induebatur: & circumpoſitionem cōplicatorum crinium adhibēs aliaq; quæ ad ornamentum cultūq; muliebrem pertinent: ipſe ſuſtinens: huius confuſionē criminis

audebat aliis exprobrare. Chæreas autem: quando hæc ueſtimenta Cæſar ſumebat indignatione ſe rebatur maxime cum illa ueſtimenta miniſtris irridentibus redderet: ita ut etiam tribuni in deriſionem cum haberent: & obprobrium. Nam cum ſumpturi eſſent miniſtria Cæſare muliebria ueſtimenta prædicabant: aliquas ut conſueti erãt ad luſum illum proferre facetias. Propter hoc etiam ei fiducia maior acceſſit: ut ſocios quoſdam acciperet: quibus ſe oſtenderet non pro cauſis minoribus indignari. Nam etiam Pompidius ſenatorius: qui pene per omnes ordines & gradus adminiſtrationis tranſierat. Epicureus autem erat: & propter hoc: ocii & quietis ſtudioſus. Hunc Dimidius inimicus eius accuſauit eo quod poſſet gaium male loquis turpibus infamare & eo aſſumens Quintiliam mulierem quæ i rebus ſcenicis erat propter pulchritudinem clara: & pulchritudine pluri morum amorem habebat & ſtudium: nam etiam ab ipſo Pompidio diligebatur: accuſatio autem fuerat falſa. Illa uero graue iudicante teſtimonium in cauſa mortis aduerſus amatorem proferre: puniri eam dixit debere Dimidius. Tum Gaius excitatus iubet Chæream ſine ulla dilatione cõtinuo tormentis examinare quintiliam. Nam & in rebus capitalibus: & ubicunq; tormentis opus eſſet: eodẽ chærea utebatur: propter quod eum crudelius arbitrabatur miniſterium exhibere: timentem: ne ab eodem molliciæ & ſocordiæ culparetur. Quintilia itaq; dum ad tormenta ducereturꝰ conſociorũ cuiuſdam pedem calce deprimens: ſignauit eos debere confidere: & nihil de tormentis eius penitus timere. Chæreas tamen eam ac ſi nolens adegit: timens pp illam ipſe ſubire periculum. Et nihil differens: eam inconſpectũ Gaii deducit: ſedatam tormentis atq; deformatam ut etiam ab amatoribus ſuis ſine ulla uoluptate uideretur. Tunc Gaius illam ſpeciẽ non ſuſtinens: ſed admodum compaſſus Quintiliæ: eo q; grauiter tormentis fuiſſet affecta: liberam crimine: abſolutamq; pronunciat: & cum ea ſimul Pompidium. Ipſam etiam pecuniarum dono muneratur: unde illi ſolatium eſſet: propter quod grauiter erat debilitata tormentis. Nam non ſolum ſanitas eius corporis ſuppliciis corrupta erat: ſed etiam pulchritudo defedata. Hæc igitur grauiter Chæream commouerunt q; per eũ homines torquerentur. Vnde quoq; ſuam iracũdiam non ſuſtinens dixit ad Clementem: atq; Papinium: quoꝝ Clemens quidẽ ſuper militiam conſtitutus erat. Papinius ſuper eos qui Gaii fuere cuſtodes. O Clemens inquit minus facinus in agendo quæ pro imperatore conſtabant. Nam etiam eos qui aduerſus eius principatum coniurationem fecerant multa prouidentia uigilantes: & laboribus deſuadentes: alios quidem extinximus: alios autem tormentis affecimus: intantũ: ut etiã ipſi Gaio miſerabiles uiderentur. Ita noſtram militiã cũ nimia ſeueritate tractamus. Tacente aũt Clemente: grauiter quidem ſe ferre quæ imperabantur: nã oculis erat quã uultu: & colore manifeſtus: uerbis autẽ inſaniam imperatoris aperire iniuſtum eſſe iudicauit. Chæreas autẽ Clementẽ prouidenter præparans: cœpit fiducialibus uti ſermonibus & ad eum enarrabat mala: quæ ciuitatẽ: & illud obtineret imperium: & q; uerbo quidem Gaius illoꝝ eſſe cauſa maloꝝ diceret: ſi uero quiſq; rem iquit cum ueritate diſcutiat: inueniens o Clemens q; ego ſim totius mali cauſa: & hic Papinius: & tu: qui Romanis & uniuerſæ humanitati pro bonis omnia tormenta: & omnes clades ingerimus: nõ imperiis cõpulſi Gaii: ſed noſtra in hoc uoluntate progreſſi. Feſtinemus igitur comprimere tantum iniuriatorẽ in ciues ſocios: omneſq; ſubiectos: cui nos miniſterium exhibeamus: & ueluti ſatellites atq; carnifices an eius crudelitates implendas extamus: & arma quæ aduerſus hoſtes proferre debemus: in noſtros ciues conuertimus: non pro libertate: non pro Imperio Romano: ſed pro ſalute eius: qui ſuæ iniquitati feſtinat cuncta ſubiicere. Nam ſimul & noſtra corpora & noſtras conſcientias per ſingulos dies polluimus tormentis & ſanguine miſeroꝝ: donec etiam alter aliquis inueniatur: qui in nos quoq; tale Gaio miniſteriũ exequat. Non enim propter hæc quæ gerit cũ fauore circa nos conuerſabitur: magis autem cum ſuſpitione. Ad hæc etiam cum: pereuntium multam ſtragem effecerit: non enim poterit Gaii unquã ſeuitia terminari: quomodo non iudicio in talibus cauſis intendit: ſed ſola libidine ad hominum cædem ipellitur: tum demum etiam nos cunctis pereuntibus coniunget. Ad hæc Clemens conſilium Chæreæ manifeſtius approbabat: taceri autem iubebat: ne in plures ſermo ferretur: & diffuſis paſſim rebus quæ gererent: antequã res conſequatur effectum: ſecreto prodito: & inſidiis propalatis: ipſi ducerentur ad pœnam ſed tẽpore procedente, rẽ ſpei cõmittere: ut opportunitatem fortuna tribuente opus nouiter adimpleret: ſe tamen dicebat per ſenectutem non poſſe audaciam gerere: ad tantũ negotium inchoandũ. His uero quæ a te o Chærea tractata dictaq; ſunt: cautius aliquid fortaſſis inueniam: decẽtius autẽ: quis poterit inuenire. Et Clemens quidẽ cõtinuo mutare ſententiam: omnia quæ audierat: quæq; ipſe dixerat: cœpit efferre per plurimos. Chæreas autem formidans: perrexit ad Sabinum: extantẽ uirum dignũ: quẽ etiam libertatis cognouerat amatorem: & propterea diſpoſitiones illorum temporum hoſtiliter abhorrentem. Opus itaq; putans ut celeriter, quæ cogitabat inciperet: oportunum eſt ratus: ut cum eoꝝ cõicaret maximo duce timore ne a Clemente ſecreta proderentur. Super hæc etiam dilationes temporum aliquid contrarii reputabat allaturas. Cum autem libenter Sabinus ad talem cogitationem talemq; uoluntatem conſentiret: tunc quidem tacere ſe dixit: & ad nullum de tali re ſuam proferre uoluntatem: nec manifeſtaturum eſſe firmabat: ſed ſi aliquid inquit uiriliter uolumus efficere: nihil dilationis penitus detur. His igitur dictis: exinde conuertũtur ad Minutianum: ipſis quidem ſtudiis & uirtute parem: & ſimilia ex

animi magnitudine cupientem: conſanguineum tamen Gaii: ſed ſuſpectum propter mortem Lepidi. Multam nanq; inter ſe amiciciam Minutianus Lepiduſq; poſſidebant: & propterea etiam ipſe timore periclitabatur: ne ſimiliter eum perimi contingeret. Erat quippe Gaius omni nobilitati terribilis: ut putaretur aduerſus unumquenque ſingulari inſania prorupturus. Propter hoc enim alteruter ſibimet erant pro rerum neceſſitate formidini: & uoluntatem quam circa odium Gaii gerebant indicare non poterant. Obcuius utiq; ſuſpitionem: nec deuotionem ſibimet aperte impendere præſumebant: dum igitur conueniſſent: & Minutiano honorē ſicuti prius exhibuiſſent: erat enim dignitate præclarus ciuium & cunctorum ore laudatus: inter principia ſermonum præcedens ille uerba fecit ab Chæream: requirens quod ſignum illa die perceperit. Per totam nanque ciuitatem grata Chæreæ uidebatur iniuria: quam pro ſignorum datione ipſe portabat. Et ille inter uerba iocanda nihil motus: Minutiano reſpondit: eiq; ſermonem de rebus talibus faciendum eſſe commiſit: & tu mihi inquit da libertatis ſignum. Gratias ago tibi: qui me amplius acuiſti: quam ego per memet imprere conſueui. Neq; mihi ſermonibus iam pluribus opus erit: ſed hoc ſufficere iudico: ſi etiam tibi idem placeat quod & mihi: quando etiam priuſquam conueniremus: eius noſcimur fuiſſe communionis. Vno itaq; gladio ſum accinctus: qui ſufficere poſſit ambobus: in quo conſenti fortiter: & accedamus ad opus. Princeps autem ſi uis ipſe conſiſto: iubens operibus imminere. Quod ſi cœpero tui cooperationem ſolatii: proſequar graſſatione ferri conceſſa mihi te cōfirmante fiducia: per hoc enim ipſum quoq; ferrum efficatius ſolet exiſtere. Impellor enim ad actum: non pro his quæ patior ego: dum ſpe ipſe circūferar. Non utiq; hæc lenitas mea pericula tantummodo me conſiderare permittit: dum & liberæ patriæ: atq; legibus: & ademptæ uirtuti: & tātæ condoleam peſti: quæ cunctos ſimul propter Gaium apprehendit. Dignus enim ſum apud te iudicem fide rerum huiuſmodi: quādo etiam tu ſapere talia comprobaris. Tunc Minutianus conſiderans ardorem ſermonum eius: libēter amplexatus eſt: & eius audaciam approbauit atq; laudauit: & uale dicto cū uotis eū precibuſq; dimiſit. Quidam enim aſſeruabant ea quæ cogitabantur quodam auſpicio fuiſſe firmata. Nam dum Chæreas ingrederetur curiam uox cuiuſdam de populo fertur emiſſa: quæ quaſi admoneret dicens. Perfice quod agendum eſt: opitulante diuinitate. Quo facto: primum quidem Chæreas expauit: ne quis coniuratorum uideretur prodidiſſe ſecretum: nouiſſime uero conſiderans: quia hæc pro inuitatione dicerentur: ſiue commonente aliquo conſciorum: ſeu certe deo: qui cuncta humana reſpicit conſulente: omnibus ad confortationem inſidiarum cauſa patuiſſet: uniuerſi ſimul armati ſunt: alii quidem ex ordine ſenatorio: alii uero romanorum & equitum qui conſcii eſſe uidebātur. Neq; enim erat uir nobilitate ſeu fœlicitate præditus: qui Gaii tranſitum non ardenter appeteret. Quapropter omnes quo poſſent ſtudio in uita priuaretur: totaq; confidentia atq; uirtute ad tyranni cædem erant & ſermonibus & operibus præparati. Nam & Calliſtinus libertinus Gaii: uir unus potentia ſummi culminis eleuatus: qui nihil aliud poteſtate ſua q̄ tyranno equus eſſe putaretur timore cunctorum & magnitudine pecuniarum quæ ei nimis acceſſerant eo ꝙ eſſet in muneribus accipiendis: & iniuriis exercendis accerrimus: & uigorem ultra modū haberet: cum naturam Gaii ſtabilem eſſe ſciret: & in quibus declinaſſet nequaq̄ poſſe reuocari: & multas quidem alias periculi cauſas: necnon & magnitudinem pecuniarum haberet: accedit latenter ad Claudium ſperans quia ſi ei cæderet principatus deficiente Gaio: honorem ſimilem ei præberet: eo ꝙ illi gratiam & uerba clementiæ impendiſſet primitus. Ait ergo quia iuſſus a Gaio Claudium ueneno perimere crebra huius rei dilationes exquiſiſſet: ne talia perpetraret. Sed mihi uidetur: quia fingebat hæc Calliſtinus uolens capere Claudium. Nam neque Gaius ſtudens interfici Claudium: honeſtas poterat occaſiones exquirere: neque Calliſtinus iuſſus optabilem rem Gaio perpetrare ſi diſtuliſſet mandata domi ſui, pericula potuit declinare. Sed Claudium diuinitas quidem a Gaii uæſania liberauit. Calliſtinus autem pro commendatione ſui finxit hanc gratiam: quæ ei nequaquam probabatur iniuncta. Hii quidem qui circa Chæream erant: differebant quotidie dum multos ſegnicies detineret: Chæreas autem nullam moram gerebat: ſed omne tempus ad agendum oportuniſſimum iudicabat. Nam dum Gaius in Capitolium aſcendiſſet: ut pro filia ſacrificaret: uenit frequenter ad eum: & in imperialis loci culmine ſtantem uidens ac populo auri & argenti pecunias diſpergentem: dum hæc in miniſteria gererentur: præcipitem ex eminēti loco cogitauit impellere: cum ſe a nullo uideri putaret: nec inſidias feciſſe crederetur: & licet non optata mors eueniſſet: ipſi tamen acceſſiſſet audacia ut etiam præter ferrum perimeret Gaium. Tantum habuit cum coniuratis Chæreas ardorem: metuens ne tempora oportuna diffluerent. Illi uero uidebant quidem eum pro ſua libertate ſollicitum: poſcebant autem: ut paratum tempus: uſque ad ſolennitatem ſpectaculorum differret: ne dum conamen nequiuerit impleri turba fieret ciuitati dum conſcii requirerentur a Gaio: & inſidiarum non ualeret utilitas in futuro: ſed hoc utile fore: ut in celebratione ſpectaculorum res potius tentaretur agi. Hæc ſpectacula in palatio ob honorem Cæſaris a paruo eius rotundo templo aguntur: qui primus poteſtatem populi conuertit in ſeipſum: quæ ſcilicet Romani nobiles cum filiis ſimul & coniugibus libenter ſpectare noſcuntur. Tunc enim Gaius negligens: ad omnes ita facilis erat incurſus: quando multa milia hominum paruulo concurrerant: ut potuiſſet

quilibet ad eius necem audacter accedere:absentibus quoq; custodibus: qui licet uellent:non tamē ei p̄sidium facile deportarent. Expectabat ergo Chæreas:& uenientibus spectaculis: prima die nitebatur: ut quod fuerat præcogitatum: sine dilatione fortunæ solatiis adimpleret: qui tamen tribus diebus ludoq; transactis:uix die nouissimo opus ualebat terminare. Itaq; Chæreas aduocans coniuratos:satis inq; etiam p̄teritum tp̄s nostram potest obiurare segnitiem:pro his quæ cū tanta uirtute tractata sunt & neglecta noscuntur. Et melius est:ne proditōe facta pereat causa:& potius Gaius nos afficiat:cunctorumq; auferat libertatem his diebus quos nos tyrannidi eius adiicimus: cum & nos de cætero debeamus esse liberi:& aliis cām præbere fœlicitatis:p̄teritiq; sæculi honorem & miracula reparare. Illis uero nequaq̄ contradicentibus:quasi non bene fuisset hortatus neq; actum hunc ad uerse suscipientibus:sed potius conticescentibus:cur inquit o fortissimi segnes estis. An non uidetis hodie spectaculorum diem esse nouissimum: & Gaium ferri ad Alexandriam naulgaturū: ut Aegyptū cōtemplet. Bonum ergo uobis est:ut uestris manibus Romanæ gloriæ auferatis obprobriū:& hoc terra matriq; diuulgetur. Nam quō non iustæ erimus confusioni obnoxii::siquis eum Aegyptius uideatur:perimere:iniuriā non ferens libertatis oppressæ. Ego siquidē nequaq̄ cogitationes uestras differre potero:sed hodie ad ꝑicula simul accedo:grate ferēs:quicq; ex eis euenerit:aīo scilicet consistens ad peticula oīa præparato:quam ut mihi huius laudis possit euenire priuatio. Hæc ille dicens:ipse audacia armatus est:& reliquis fiduciam præparauit: cunctisq; iam erat desiderium: ut conamen attingeretur nihilq; differens diluculo ad palatium multitudo equestrium armata cōuenit. Mos erat tribunis ense cinctis petere ab imperatore signum quod ei competebat:ut signum acciperet. Concurrebant ergo ad palatium omnes:ut pro spectaculo loca sibimet occuparent. Cūq; multa plebe atq; compressisse Gaius exultaret:ita ut præ multitudine:neq; ipso senatui:nec romanis equitibus locus esset:sed omnes permixti sederent:cum uiris pariter mulieres: & liberi una cum seruis:Gaius processu sibimet facto:pro Cæsare solēniter immolabant:cuius ēt spectacula celebrabat. Et dū de sacrificiis aliquid sanguinis cecidisset contigit:ut ex eo cruore cuiusdam senatoris Asprenæ noīe uestis adimpleretur:quod factum Gaio qdem p̄buit risum:Asprenæ uero augurium fuit apertum:q̄ scilicet una cum Gaio pemptus est. Fertur itaq; Gaiū ultra suā naturam illa die mitissimū:ita ut omnibus eius humilis saluatio mirra uideretur. Qui post sacrificia ad spectacula uenies p̄sidebat:& circa eum primi procerū. Est autem ipsum spectaculum:ubi annis singulis exhibetur in duabus cellis quarum altera quidem ducit ad atriū:altera uero ad porticum:ingressibus & egressibus apta:q̄tenus nō turbentur qui interius esse noscunt. Est enim illic & alia cella: in qua lusores exerceri solent atq; cantores:Residente itaq; populo:& Chærea cum tribunis non procul a Gaio: dextrū nāq; cornu Cæsar tenebat:quidam Vatinius ex ordine senatorum: uir militaris Cluditū cōsularem uirum iuxta se residentem nullo audiente requirebat:siquis ei aliquid dixerit nouitatis. Quo dicente:nihil sibi ea die nunciatum:o Claudite inquit hodie tyrannicidii certamen agitur. Tunc Cluditus:o fortissime inq; tace:& mox uersus subiunxit homeri dicens in græco quod est in latino:ne quis alius maliuolus sermonem exaudiat. Cunq; multa poma in theatro spectantibus spargerentur: & pariter aues innumere:& quæ pro raritate sua sunt comparantibus p̄cioſe:Gaius lites & rapinas ipp hæc actas libenter inspiciebat. In illo siquidem spectaculo duo ei auriga prouenerunt. Mimus nāq; est introductus quo actum est: ut iudex deprehensus crucifigeretur:& pantomimus fabulam saltauit Cyniræ in qua & ipsa occisa:& eius filia Myrrha uidebatur:atq; sanguis inimica arte diffusus:& circa iudicem crucifixum:& circa Cyniram:atq; Myrrham. Constat aūt:quoniam & dies ipse fuit:quo Philippū Amintæ filium:macedonum regē in spectaculum ingredientem unus socioq; sustinet in spectaculo usq; ad finem:eo q̄ nouissimus erat dies:an certe usus balneis: atq; cibis illic deinde remearet sicut & prius. Minutianus iuxta Gaium sedens:ac metuēs:ne in uacuum tempus efflueret:surgens cū ēt Chæream uideret egressum:p̄gebat ut confortaret eum. Tunc egredientem tenuit Gaius a ueste:& q̄si per amicitiam:quo inquit pergis o beatissime. At ille reueritus Cæsarem cū timore sedit. & paululum quiescens:denuo surrexit & abiit. Cui egredienti non impediuit iter Gaius: credens eum ad necessaria progredi. Asprenas quoq; cum esset & tp̄e particeps operis admonebat Gaium sicut & prius ut ingressus ad balnea atq; prandium ad spectacula remearet: q̄rens: ut ad finem sua tractata perducerentur. Illi siquidem qui circa Chæream erant exacuebant alterutros: quasi tp̄s esset singulos p̄parari:ne ad opus abeuntes inuenirent:& negligentes oportunum tempus amitterent. Erat nāq; etiam dies iam circa horam nonam. Chæreas itaq; tardante Gaio erat paratus ut ingrederetur ad sedem eius:prescius tamen:quia illic necem principis cum multo sanguine senatorum & simul equestrium adimpleret licetq; aderet:melius tamen esse iudicauit:omnium tutamen libertatemq; seruare. Cūq; essent omnes ad spectaculorum uota conuersi:Gaius signum surgendi fecit:turbaq; repente facta:conuersi sunt coniurati:& populos impellebant:ut quasi gaio secreti officium præberent opere uero uolentes habere licentiam:ut eum in silentio trucidarent. Precedebat itaq; Claudius patruus eius: & Marcus Minutianus sororis coniunx: necnon & Valerius Asiaticus quos etiam si uoluissent repellere: propter dignitatis reuerentiam non ualebant. Gaius uero sequebatur cum paulo Aruntio. Cunq; iam esset intra regalia: rectum dimisit iter: ubi constituti erant famuli:qui ei gratifice ministrabant:

Claudio ſcilicet præcedente:& conuerſus eſt ad locum quendam anguſtum:atq; ſilenter iturus ad balnea:ſimul & pueros qui uenerant ex Aſia contemplaturus qui eorum forent utiles ad Hymnos myſterioꝝ quæ erat celebrare conſuetus:aut qui ad pyrrhicam in theatris apti eſſe uiderent. Tunc itaq; occurrit ei chæreas:ut ſignum peteret. Quo quaſi ad eius illuſionẽ ſignum dante languentium nihil ille moratus:iniuriis utebatur aduerſus Gaium:& euaginato gladio ei intulit plagam uehemẽ tem non tamen omnino mortalem. Sunt qui dicunt:hoc prouidẽtia Chæreæ factum ne Gaius uni us plagæ uulnere moreretur:ſed plagarum multitudine ſauciatus:maiori dolore cremaret. Sed mi hi non uidetur hic ſermo credibilis:eo q̃ in huiuſmodi actibus timor talem non exigit rationem. Nam ſi Chæreas ita cogitauit olim ſtultitiam p̃ceſſiſſe credendus eſt:uoluptatem magis fauori p̃. bens:quam p̃ celeritatem ſibi & coniuratis periculorum euaſionem acquirens:dum poſſent multæ machinationes auxiliorum Gaio conferri:anteq̃ potuiſſet mori. Vnde certum eſt quia Chæreas nõ circa ſupplicia Gaii reſtitit:ſed de ſe & amicis ut potuit cogitauit:quando ẽt acta cauſa ſilentio ma. gis eſt:ut iudicium fugeret ac iracundiam:& quatenus res geſta celaretur:ſermonibus uſus:& per ſe perderet:ſimul & tempus. Et hæc quidem licet ut uoluerit unicuiq; tractare. Gaius itaque uulneris dolore ferebatur:inter humerum enim & collum enſis illatus iuguli eſt oſſibus retentus:ne ulterius poſſet accedere. Quo facto neq; clamauit:nec uocauit quẽlibet amicorum:ſeu incredulitate:ſiue im prudentia:ſed dolorem fortiter ferens:anterius fugiebat. Quem ſuſcipiens Cornelius Sabinus:& ip ſe iam ſua mente p̃ſtructus impulit. Tum genu flexo cadentẽ multi circũſtantes:ſinguli adinuicem gladiis & quaſi ad certamina diſcerpſerunt. Conſtat autem:quia ultimus Aquilas ei mortis intulit plagam. Omnis itaq; cauſa chæreæ indubitanter attribuenda eſt. Nam licet cum multis hoc opus effecerit:tamen primus cogitauit quemadmodum gereretur & primus cæteris hoc auſus fuit edice re:quibus ſuſcipientibus in illius necem uerbo:ſubinde alios congregauit & ſapienter cuncta diſpo nens:ubi erat ſnĩorum adhibenda profeſſio:etiam ſermonibus locutus eſt utilibus:non neceſſitatẽ ſuæ præſumptionis imponens ut dum tempus exigeret:manibus uterentur. Is quoq; rem prior ag. greſſus eſt:& uirtutem illius necis adimpleuit atq; uiſum facilem Gaio iam morie nte conceſſit. Qua propter iuſtum eſt ut etiam quæcunq; cæteri geſſerunt: Chæreæ cogitationi & labori manuum:ac uirtutibus applicentur. Gaius itaq; hoc modo multis uulneribus iacebat extinctus. Chæreas uero & cæteri pimentes Gaium:per eadem itinera reuertẽtes:euadere ſe impoſſibile iudicabãt pp hæc utiq; quæ fuerant geſta. Non enim paruum erat periculũ pemiſſe principẽ ſtultitia populi ſepius honora tũ cum & a militibus non ſine ſanguine de morte eius eſſet facienda ſeditio. Ita dum eſſent anguſtæ uiæ in quibus hoc opus effectũ eſt:& maxima turba repleret eas militum:qui illo die pro cuſtodia principis aderant:per uias alias diſcedentes ad domũ uenere Germanici patris Gaii:q̃ tunc etiam pe merunt. Erat enim hæc domus coniuncta regalibus:eo q̃ hii qui in eminẽtia conſtituti fũt diebus ſuæ potentiæ in talibus habitare noſcuntur:& declinantes multitudinis inuaſionem:eſſe iam debe batur in requie. Cum itaq; lateret adhuc peſtis illata Gaio:primum a Germanis ẽ agnita. Erãt enim armigeri equiuocum gentis ſuæ celticæ habentes tacina:quorum patriæ mos eſt importabili uti fu rore ſicut Hiſpanis:aut cæteris barbaris:eo q̃ omnes huiuſmodi homines ratione minores ſint:cor poris robuſti:& impetu primo qbuſcunq; congreſſi hoſtibus præualẽtes:cum non haberent uirtuti bus diſcretionem pro utilitate cũctorum:ſed tantum ſibi proſpicerent:quibus Gaius cariſſimus ob hoc erat:q̃ pecuniaꝝ muneribus eos ſibi placauerat. Euaginatis ergo gladiis ingreſſi ſunt domum pſcrutantes Cæſaris pemptores quorum tribunus Sabinus erat:qui non tantũ uirtute & fortitudie maioꝝ:q̃tũ ſuo robore cũ monomachus eſſet hãc obtinuerat dignitatẽ. His itaq; reqrẽtibus Aſpræ nas primus occurrẽs exoluit pœnas:cuius ueſtẽ ſanguis ſacrificioꝝ ſicut diximus cruẽtauerat & nõ ei bonũ feciſſe auguriũ uidebat. Poſt hũc occurrit eis Barbatus Norbanus:fortiſſimus ciuiũ:& de cu ius maioribus imp̃atores multi proceſſerant cuius ẽt ciues eminẽtiam non ignorabãt. Is cum eſſet ualitudine robuſtus:primo ſibimet occurrẽtium abripiens gladium:pmixtus aliis contendebat:ne ſine alioꝝ interitu moreret. Qui multorum agmine conſtipatus:frequẽtiũ uulneꝝ illatione defun ctus eſt. Tertius ãt Anteius ex ordine ſenatorio:Germanis ſicuti priores occurrit. Is ut uideret Gaiũ iacẽtem & letaretur aduenerat:qa patrem illius eiuſdem noſis effugauerat:eũq; ne ſic ſaciatus:militi bus deſtinatis occiderat. Aderat ergo Anteius ut Gaii uideret funus turbataq; ſubito domo:dum ſe uellet occulere:furentes germanos & tunc ſubtiliter inquirentes:q Gaium occiderant etiã inoxios una perimentes latere non potuit. Et illi quidem ita ſunt mortui. Dum igit in theatro de Gaii mor te ueniſſet ſermo:admiratio & incredulitas facta eſt. Alii nãq; ualde delectabantur in eius morte:& licet dudum ſcirent ſibimet utilem fore hoc non ſinebant credere p timorẽ. Quibuſdam uero hoc in deſperatione erat:cũ neq; uellẽt circa Gaiũ huiuſmodi aliquid prouenire:nec uere hoc crederẽt: q̃ſi non poſſet aliqs hoium opus huius uirtutis implere. Erant enim qbus non erat grata mors Gaii: mulieres:& infantes & qdam militũ:alii propter mercedem:& nihil aliud quam tyranno conueniẽ te ad iniurias potentiſſimoꝝ ciuiũ illius miniſterio præparati:mulieres autem ac iuuenes ,pter ſpe ſtaculorum:& monomarchorum munera in quibus ſolet uulgo delectatio miniſtrari:& propter eamium dilacerationes quas in ludis agebat Gaius:ut quaſi populo uoluptatem exhiberet:pro ueri

tate autem ad faciendam ſuæ crudelitatis inſaniam. Serui itaq; dominos contemnebant: & ad iniuriandum eos: eius fulciebantur auxilio. Facile, nanq; eis mentientibus contra dominos credebatur: eorumq; pecunias oſtendentibus & libertas & diuitiæ ſuccedebant: nec accuſatione metuebant pœnã: quibus erant propoſita premia: octaua pars ſubſtantiæ ſenatorum. Igitur uel ſi aliquibus in theatro credibilis uidebat de Gaii peréptione ſermo: eo q; aut ꝑſciſſent inſidias: aut optaſſent de his quæ nunciabantur: non ſolum gaudia retinebant: ſed etiam audire hoc aut dicere fugiebant: metuentes: ne cum uerum non appareret pœne ſuccumberent quaſi nota ſuæ uolũtatis aperientes. Illi uero qui inſidias præſciebãt: amplius ſe celabant formidãtes dũ alicui amatori tyránidis hoc ꝓderẽt: proden tes uiuente Gaio punirentur. Nam & alius ſermo fuerat diſperſus in populo: quia res quidem a coniuratis fuiſſet tentata: non tamen Gaius extinctus ſed ablatus a medicis: ductus fuiſſet ad curam: nulluſq; uerax cui ſe quicũq; committeret: aut ſuam proderet uoluntatem. Nam & ſiquis amicus erat: ꝓp fauorem tyranni uidebatur eſſe ſuſpectus & multomagis odioſis non poterat crẽdi. Dicebatur ut ſenatoribus a quibuſdam eorum animos perturbantibus: eo q; iter ipſa pericula atque uulnera ut erat ſanguine cruentatus ueniſſet in forum: & contionem habuiſſet ad populum: quæ reficiebant eorum mentes: neque loca ſuæ cuſtodiæ relinquebant: formidãtes ne illis quælibet impingeretur culpa: quando non qua uoluntate diſcederent accuſari poterant: aut damnari: ſed quẽadmodum uellent accuſatores aut iudices. Cum itaque turba Germanorum euaginatis gladiis ſpectaculum circũ dediſſet: cunctis ſpectantibus metus ſuæ perditionis acceſſit: & ex omnibus aditibus terror erat: qua ſi repente ingredientium gladiis caperentur & neque diſcedendi ſecuritatem habebant: nec in theatro poterant morari ſine periculo. Illis igitur irruentibus in theatro fragor eruptus eſt ſupplicantium atque dicentium quia & quæ cogitata fuiſſent: ſi tamen aliquid proueniſſet: & quæ dicebantur geſta neſcirent: & deberent parcere: nec alienam præſumptionem eis qui non eſſent culpabiles irrogarent: ſed exquirerent commiſſores: ſi tamen aliquod ſcelus probaretur eſſe commiſſum. Et illi quidem hæc & his potiora cum lachrymis & proſecutione uultus ſæpius clamitabant: facientes ea quæ periculi & mortis uicinitas exigebat. Ad hæc militum ira ceſſauit: & penitentia ducti ſunt in ſpectaculo conſtitutos occidere. Erat enim crudele etiam illis: licet uiderentur exaſperati: portabant enim capita Aſprenæ: & eorum quos una peremerunt. Quæ cum uiderent in ſpectaculo poſiti: amplius ſunt concuſſi pro dignitate uirorum: & miſericordia huiuſmodi caſuum. Quapropter & ſemetipſos a talibus ærumnis euadere non credebant: & incertum ſibi fore: ſi tanta pericula poſſent declinare. Ideoque licet aliqui aperte & iuſte odium circa Gaium habuiſſent: eius alacritatis munus expulere: cum ad tanta pericula peruenirent: & ſpe totius cecidiſſent uitæ. Fuit igit Arruntius quidam gratus homo inter precones rerum uenalium: & propterea magnitudine uocis utebatur: indutus ueſtibus diuerſi coloris: ad inſtar nobilium romanorum: habebatq; potentiam agẽdi quæ uellet in ciuitate in his quæ tunc & poſtea gerebantur. Is aptauit ſemetipſum ueluti dolentem: licet & ipſe odio Gaium haberet: eratq; timore ſuperior eius contio atq; militia: qua nitebatur ſalutem in rebus præſentibus apparere: & omnem apparatum & ornatum quaſi de cariſſimi principis morte amiſiſſem confingens progreſſus eſt in theatrum: ut mortem Gaii denunciaret. Quo facto quies hominum affuit: ne poſſent ulterius ignorantiam fluctuari. Deinde etiam ſtatuas Arruntius & loca ſingula circuibat: reuocans Germanos: & cum eo tribuni iubentes recondi ferrum: atq; manifeſtantes: Gaium fuiſſe defunctum. Hoc ergo factum aperte in theatro collectos eripuit: & uniuerſos qui furorem incurrerant Germanorum a morte ſeruauit: nam prius ſpem habentes uiuere Gaium: a nulla factione penitus abſtinebant. Tantam enim deuotionem circa eum habuerant: ut etiam poſt amiſſionem animæ eius fauorabiles eſſent. Quem dum aperte mortuum cognouiſſent: ab iracundia diuerſorum: & ſupplicio quieuerunt: eo q; uindicta illis utilis iam non eſſet: nec foret qui eis pro talibus repenſaret. deinde timentes ad potiorem iniuriam prorumpere: ne ſenatũ contra ſe prouocarent: ſi ad eos imperii ſummitas deueniret. Igitur Germani a ſua rabie quæ eos inuaſcerat pro Gaii morte quieuerunt. Chæreas autem: dum nimis eſſet Deminutiano ſollicitus: ne germanorum inſania fuiſſet extinctus: ſingulos militum de eius ſalute requirebat. Et Minutianum quidem clemens adduxit in medium: ad Chæream uero conuerſus cum multis aliis ſenatoribus: iuſtitiæ & uirtuti atteſtabatur eius laudans cogitationem & actum ſine formidine completum tyrannidem dicens ad nihilum fuiſſe perductam: eo q; iniuriarum uoluptate fuerit eleuata: quippe eum non poſſet fœlix uita illi præberi: qui uirtuti probaretur odibilis ſed cum tali calamitate deficere quali Gaius: qui etiam nate cõiuratorum conſenſum proprium facinus ſibi conſtituit inimicum: agendo iniurias diuerſorum: & prouidentiam legis exterminando: ut quos habebat caros: ſibi hoſtes efficeret: & ſermone quidem alios eius eſſe peremptores: opere uero ſemetipſum ſine dubio perdidiſſet. Iam ergo ſurgebant de theatro cuſtodiæ: quæ principio pernicioſæ fuerant: quando oẽs abſcedere feſtinabant. Cuius mali tũc cã fuit Altion medicus abreptus quidẽ quaſi ad curã aliquos uulneratorũ: & mittẽs qui cum eo erat: ut quaſi ad medicinã neceſſaria deportarẽt: quos exide ꝓ ueritate dirigebat: ut picula declinarẽt. Interea conuẽtus agitur ſenatoꝝ & plebis in foro. Et populus quidẽ inqſitionẽ de Gaii peréptoribus uehemẽtius faciebat. Aderat & ſenatus: inter quos Aſiaticus

Valerius uir consularis:statis in populo:tumultuantibus illis & dirum esse clamantibus:eo q; imperator eis ignorantibus uideretur occisus:dum & cuncti requirerent:qui sunt qui Gaium interemerunt:utinam inquit ego. Ad hæc autem & consules edicta proposuerunt accusantes Gaium atq; iubentes populo simul & militibus:ut ad propria remearent:populo quidem multam requiem promittentes:militibus autem honores:si tamen cum solita disciplina consisterent:& nulli quodlibet contumeliæ genus inferrent. Erat enim metus ne forsan exasperati mala ciuitati facerent:& ad rapinas:aut ad templorum spolia uerterentur. Conuenerat itaq; omnis multitudo senatorum:& maxime consentiẽtes aduersus Gaium:fiducia iam utentes:& in contemptu maximo constituti:quasi in eis respublica resideret.

Qualiter Claudius patruus eius coactus a militibus susceperit imperium:& seditio senatus & populi adinuicem:& utriusq; partis. CAP. II.

INterea subito de domo raptus est Claudius. Milites enim facto concilio:alterutri de rebus agendis dedere sermonem. Videbant enim impossibile fore:ut tantis rebus existentibus quis rempublicam gubernaret:nec sibi utile siquis illorum qui cooperatores in nece Gaii fuerunt:ad imperium peruenirent:sed bonum esse:si non dum perfectis rebus:Claudium principem facerent:defuncti patruum:& hominẽ senatoria dignitate præcipuum:uirtute maiorum fultum:militari disciplina pariter eruditum. Hunc deliberauerunt in medio statuẽtes imperatorem facere:digniſq; solẽnitatibus honorare. Sentius itaq; Saturninus licet Claudium cognouisset raptum:& quia idem uidebatur ad hoc inuitus accedere:non tamen declinabat integra uoluntate stans in medio senatus:nihilq; metuens:apud liberos ferteſq; uiros:poterat hæc dicens. Licet incredibile sit o Romani libertatis nos acquisisse dignitatem:eo q; longo tempore nobis abfuerit:uerumtamen tenemus eam incertam qdẽ quantum ad magnitudinem pristinæ seruitutis sed tamen alacritatem ferre possibilem:si eius fœlicitatẽ nequiuerimus amittere. Satis:est enĩ & una hora sensum uirtutis habentibus cum secura uoluntate in patria libera degere:& legibus florẽtibus aliquando cõicare. Ego siquidẽ iam prioris libertatis oblitus:quam olim quidẽ amisimus:nunc autem magna beatitudine retinemus:reuerentiam exhibẽdam his qui geniti in ea atq; nutriti fũt:& non minorẽ a diis honorẽ his uiris præbẽdum esse decerno:qui licet sero & in hac ætate nos eam gustare fecerunt ita ut etiam in futuro sæculo eius ꝑmia teneamus. Sufficiet itaq; ẽt hæc dies & iuuenibus nostris & quicũq; senuimus quidem:quando eius conspicientes libertatẽ:cum dulcedine moriemur:iuniorib⁹ ãt eo q; sit eis doctrina uirtutis. Vnde cõstatuiros esse istos:quoꝝ labore cõsistimus pp hæc quæ nuper gesta noscunt:quia nihil q̃ cum uirtute degere maius est:de qua consuuit libertas humana solummodo cogitare. Ego siquidẽ antiqua nouit:auditu cognoscens:quæ nero uisu conspexi:ualde sunt grauia. Malis enim in gentibus inuaserunt rempublicam principes tyrannide prohibentes utiq; oẽm uirtutis modum:& magnanimitatis officium libertati derogantes:docentes blandimenta pariter & timorẽ:eo q; non principibus cuncta subiiciantur. Ex quo enim Iulius Cæsar potestatem populi soluit:& ornamenta legum comprimens rempublicam conturbauit:iustitiam ꝑuaricatus & sua delectatione uictus:nihil est mali quod non irruit ciuitati successoribus adinuicem imperium sibi detrahentibus:ad destructionẽ scilicet patriæ libertatis:& ut præcipue in defectum robur ciuium deueniret:arbitrati suam esse minutionem:si uiciosis uterent hominibus:& uirtute præcelsos:non solum gloriæ immanitate priuarent:sed etiam ad mortem usq; ꝑducerẽt. Singuli nanq; regnantium quæq; grauia cõmiserunt. Quorum Gaius qui hodie mortuus est amplius extitit seuior uniuersis qui nõ solum in ciues sed etiam in cognatos pariter & amicos effrenatam intulit suæ ferocitatis insaniam iniuste pœnas exigens:& ueluti furiosus in hoies atq; deos ferus:existens. Nihil etenim Tyrannus suauitatis habere potest. Nonne cum iniuria nobis ab usus est. Nõne in pecuniis uos & in coniugibus contristauit. Nonne omne uotum uestrum præcibus angebatur insistentibus inimicis. Aduersa siquidem Tyrannis cũcta libertas est:nec eis unquam fauere potest:sed nec ipsi:qui consentiunt eis patiunt turpia sustinere. Sentientes nanq; Tyráni quibus malis insignes uiros affligant:& eos uidentes impatienter talia sustinere:nec tamen ignorare quod geritur:sed solatium expectare:hoc solummodo suam credunt comparare securitatem:si eos potuerint penitus amputare. His igitur erepti malis:& sub alterutra uestri ditione constituti quod reipublicæ maxime prodest & ad præsentem respicit deuotionem:insidiis amputatis:& restituta ciuilitate:iustum est cõmuni utilitati prouideatis:& quod placet non imminente periculo censeatis:quando non erit dominus qui rempublicam gubernaturus eligitur ut ciuitatem ledere:& imperiali iure cuilibet loquenti pœnarum multa genera possit inferre. Sub tyranno siquidem quod illi displiceat dici potest nec diuersa sententia reluctari. Hactenus igitur amittentes delectationem pacis:& consueti degere modo seruili:importabiles incurrentes ærumnas:etiam proximis malorum uidebamur auctores:fugientesque cum uirtute mori:nouissima confusione periimus. Quapropter primitus tyranni cidis decemite honores egregios:& maxime Cassium Chæream principem fortium uirorum annunciate:qui cum aliis uir unus & consilio & opere acquisitor nostræ libertatis apparuit:cuius nunquam dignum est obliuiscimini qui contra Tyrannidem nostra pro libertate primus cõsilium sumpsit:

& ſemetipſum periculo pro ſalute noſtra ante cunctos ingeſſit. Opus eſt enim optimum: & uiris liberis oportunum: beneficium præſtantibus aliquid repenſare dignum. Qualis ſcilicet uir iſte circa nos extitit. Non ſimul Caſſio & Bruto: qui C. Iulium peremerunt. Illi nãq; principia ſeditionis: bellorum ciuilium: ſubuerſionemq; ciuitatis excitauerunt: hic autem cum tyrãnicidii graſſatione etiã malis eius priuauit urbem. Sentius itaq; his ſermonibus uſus ẽ: ſenatu delectabiliter audiẽte & equitibus romanis qui p̃ſentes erant. Quo facto: quidam Trebellius maximus inſiliens: annulũ de digito traxit: habẽtem lapidem incluſum: in quo forma Gaii celata uidebatur: quem ille ſibi ſtudio dicẽdi quæ ſuadebat impleri fuerat oblitus detrahere. Et celatura quidem eſt agnita uox aũt continuo ſubſecuta eſt. Chereas uero cum ſignum a conſulibus petiſſet: & illi libertatem ei dediſſent: miraculum fuit cunctis: & uelut incredulitas: quia reuerſa uideretur ad conſules hæc poteſtas. Hii ſiquidẽ anteq̃ tyrannus inuaderet ciuitatem: rebus ciuilibus & militaribus p̃ſidebant: qui ſenatui conſentiebant. Erant aũt cohortes quatuor: quibus uiuere ſine principe magiſquam ſub tyrannide complacebat. Milites itaq; cum tribunis abibant. & populi diſcedebant læti hanc ſpem habentes atq; cogitationem: quaſi ipſi gubernationem reipublicæ rurſus acquirerẽt: & nequaq̃ alii ſubiacerẽt: inter quos Chæreas p̃cipuus exiſtebat. Igitur Chæreas periculum credens ſi Gaii uxor & filia ſupereſſent: & nõ omnis domus eius piter depiret: qñ ſiquis ex eis derelinq̃ret: non hoc ſine peſte ciuitatis lætoq; cõſtaret inſuper & propoſitum ſuum p̃ficere: & odium quod circa Gaium habebat explere feſtinans: miſit Lupum unum tributorum qui uxorem Gaii filiãq; pimeret. Erat enim is Lupus cognatus Clementis cui hoc officium tradiderunt: quatenus uel hoc opere uirtutis tyrannicidii particeps eſſet: & quaſi in omnibus uideretur inſidiis prioribus conſenſiſſe. Quibuſdam uero coniuratorum crudele uidebatur: ut contra mulierem taliter uteret: dicentibus Gaium ſua magis natura malis uſum: quã uxoris conſilio facinora molitum: quibus & ciuitas uexata eſſet: & flos ciuium deperiſſet. Et ille qui dẽ his aſſertionibus eam defendere nitebãtur: omniũ aũt malorum quæ geſta fuerant a Gaio: hæc erat caput. Gaio nanq; dederat poculum: ut eius mentem ſuo potuiſſet ſubiugare ſeruitio & amori incantationibuſq; ad uæſaniam tranſformatum ita ſibi deuinxerat: quatenus fortunæ omniũ romanorum & totius urbis cui p̃ſidebat ei ſubdite uiderentur nihilq; defenſores eius ualere potuerunt. Miſſus itaq; Lupus: in nullo moratus eſt miniſterium eo momento differre: ne culpabilis eſſet in his quæ pro utilitate publica uidebantur iniuncta: uenienſq; ad palatium: inuenit Cæſoniã Gaii coniugem iuxta uiri corpus humi proſtratã & omnes in luctu poſitos ſicuti moris ẽ mortuis exhiberi corporibus: eratq; ſanguine uulnerum eius plena: & maxima calamitate circũdata: necnon & filia iacebat ſimul: nihilq; aliud illic audiebat: niſi culpa Gaii: tanq̃ nõ bene gubernãtis: & quia uxor eius frequenter uentura talia p̃dixiſſet. Hæc enim ratio & tunc & nunc ſimul eſtimat: & in oium mentes ita eſt circa eos qui compatiunt. Alii nanq; dicebant quia ſuaſiſſet Gaio: ut recedens a fæuicia & crudelitate ciuiũ: humiliter & cũ uirtute rempublicam gubernaret: qui cũ in ſua ſeueritate uiueret: propterea taliter deperiſſet: alii uero: quia cum fermo de coniuratis pueniſſet ad Gaium ſuaſiſſet illa: ut ſine ulla dilatione uelociter cunctos placaret: quia licet nihil iniuſte tentaſſe aliqui putarẽtur: tamen hoc agens cuncta pericula declinaret. Quæ uero a Cæſonia dicta ſunt: & quæ de ea homines dicebant: hæc ſunt. At illa cum uidiſſet uenientem Lupum corpus Gaii monſtrabat: & ut ad proximum ueniret eum cum lachrymis exorabat. Cunq; eum uidiſſet mente attonitum: & nulla compaſſione motũ: cognoſcens ad quod uenerat: ei ſuum iugulum p̃parabat: & lugens: promptius ea faciebat: quæ agere ſoliti ſunt qui: in uitæ deſperatione conſtituunt. Tum inuitauit eum: ut quæ decreta fuerant: non moraret implere. Et illa quidem magnanimiter a Lupo hoc modo perempta eſt: & ſup eam filia piter extincta eſt. Hæc dum egiſſet Lupus: ſe uertens: Chæreæ & eius ſociis indicauit. Gaius igit iiii. impii ſui anno: minus. iiii. meſibus: ita defunctus eſt: uir & ante regnum nequitia ſummus: libidinibus ſubiugatus: derogationibus amicus: in rebus terribilibus timidus: & ſemp auidus poteſtatis: in quibus non oportebat nimie largus: acquirens diuitias occidendo: & contra leges agendo: & diuinitate ac legibus maiorem ſe eſſe ſtudens: atq; uideri uolẽs. Is fauore populi ſæpe deceptus: quæcunq; leges tanq̃ turpia ſapiunt ſua credidit eſſe ornamenta: uirtutis & amicitiæ: imemor: quando contra hæc cum illatione ſupplicii frequenter exorſus eſt: inimicum ſibi eſtimans quicquid uirtuti eſſet aptiſſimum: & in his quæ concupiſceret nullo contradicẽte cedens. Vnde ẽt propriæ ſorori p̃mixtus: odium ciuium maxime cœpit habere: eo q̃ ſimile aliquid longo tempore minime factum eſſe conſtaret. Opus autem magnũ aut regium nihil ab eo ad utilitatem p̃ſentium tpum: aut futuro rũ reperit geſtũ: niſi q̃ circa Regium & Syriam pp aduentum nauiũ frumenta ex ægypto deferẽtiũ horrea decenter inſtituit: hoc enim conſtat maximũ & nauigantibus ultimum: quod tamen non uenit ad effectum: ſed ſemiplenum ab eo dum ſegnius conſtruit derelictum eſt. Cuius moræ hæc cauſa fuit: eo q̃ rebus inutilibus ſibiq; placitis uoluntatibus ſtudens: & illic expenſas efficiens: melioris operis dereliquit utilitatem. Inſuper & fuit Rhetor optimus: græca lingua pariter & latina ad dicendũ uelociſſimus & ad intelligẽda aliena opera p̃paratus: ita ut maiori oratione dictis contradiceret alienis: & acerrimo ingẽio: meditationiſq; labore ſuum magis opus excellere dictionis fortitudine cõprobaret. Hũc nãq; Tyberius tãq̃ fratris nepotẽ: quem etiam habuit ſucceſſorẽ: magna neceſſitate

ſtuduit eruditi:cū ipſe eiſdē annis primo floruerit. Gaius itaq; puer colebat hæc quaſi cognatus & imago principis. Ob quam rem ciuibus meruit præſidere:quod non tamē obtinere præualuit: neq; ex eruditionis opere bona congregata ſeruare:ſed abuſus poteſtate: peruenit ad mortem. Difficile náq; eſt:ut illis poſſit acquiri uirtus:quibus facile uidetur agere quo trahūtur. Initio ſiquidem faciē te eruditionis cauſa amicis ſtudebat dignis:zelo meliorum rerum poſtea perductus ad iniuriā:onus & odium quod circa eum homines omiſſa priori deuotione gerebant ad id uſq; deſcendit:ut ab eiſdem inſidias paſſus extingueretur. Claudius igitur ſicut dixi ſuperius interruptione facta uiarū: egre diebatur de Theatro. Qui Gaio mortuo:& domo Cæſaris nece turbata:in anguſtia pro ſua ſalute cō ſiſtens:& in quodam arctiſſimo loco deueniens ſe cælabat:nullam periculorum cauſam:niſi ruboꝛ formidans:Is enim cum priuatus eſſet:mediocriter ſe tractabat inter omnes ſufficienter doctus:& diſciplina maxime græca compoſitus:qui etiam ſe ab omni turbarum inquietudine ſubtrahebat. Tūc itaq; dum trepidatio populos obtineret:& omne palatium ferocitate militum plenum eēt: & terror atq; indiſciplinatio cunctos priuatos appræhendiſſet:ſummi duces in curia de his quæ forent agenda tractabant. Et Gaii quidem interitum paruipendentes:eo q; iuſte uideretur extinctus:quæ ſibi eſſent utilia potius cogitabant:quēadmodum bene cuncta diſponerentur. Cunq; germani ad necem peremptores Gaii requirentes:ſuæ magiſquam cunctorum utilitati conſulerent: Claudius turbatus & nequaquam de ſalute ſua ſecurus:maxime:quia capita ferri uiderat Aſprenæ: & quos cum eo cō ſtabat occiſos:ſtabat in quodam loco ſuper paucos gradus:obſcuritate cælatos. Tunc Gratus quidā militum in palatio uidens eum: nec perfecte præ obſcuritate cognoſcens:credens hominem eſſe: q magis in eo loco inſidias faceret: proxime ueniens eūq; apphendēs agnouit:ſeq; ſequētibus ait. Iſte Germanus eſt: eum conſtituamus imperatorem. Claudius uidens eos in ſuo raptu p̄paratos: & metuens:ne propter Gaium ipſe quoq; moreretur:parcendum ſibi eſſe poſcebat: eiſq; ſua facta commemorabat. Tunc Gratus ſubridens dexteram ei porrexit:& noli inquit de tua ſalute puſillanimis eſſe: cum te magis oporteat magnanimiter de imperio cogitare:quod dii auferentes Gaio:mundoq; proſpicientes:tuæ conceſſere uirtuti. Perge nunc:& maiorum tuorum recipe ſolium. Supportabatq; eū: nequaquam ualentem ambulare pedibus:propter timorem ſcilicet:gaudiumq; dictorum. Concurrebant autem circa Gratum etiam multi militum:& uidentes claudium duci quaſi ad ſupplicium rerum geſtarum tanquā pro uiro ſua uita quieto: & multa pericula in principatu Gaii perpeſſo dolebant. Pluribus autem militibus aggregatis:factiſq; turba:fugæ totius plebis exortæ ſunt. Tūc Claudio propter corporis debilitatē fugere non ualente:eū in uehiculo rapientes pro eius incolumitate ſolliciti: cū fuga ad Palatiū uenerūt. Qui locus ut ſermo tradit primus in ciuitate romana habitaculum dedit hominibus. Cūq; iam rempublicā tenere uideretur:multomagis militū concurſus procedebat:cūctis utiq; aſpectum Claudii libenter inſpicientibus: eumq; principē ſtatuere feſtinantibus: pro fauore Germanici eius fratris:qui magnam gloriā ſuæ uitæ reliquerat uniuerſis:inſuper ēt cogitantibus de auiditate ſenatoriæ poteſtatis:& quæ pridē ſuo principatu deliquerant. Inter hæc etiam rurſus cogitabant:quia imperiū deductum ad unū periculo non careret: quando quodcūq; uellet ſolus efficere pro fauore ſenatui gratiam propenſaret ſufficiēter inter alterutros cogitabant: & quæ ſolent prouenire quotidie loquebantur. Erant ergo diuiſæ hæ ſententiæ populi atq; ſenatus. Hi dignitatē priſtinam appetebant: & oneroſum ſeruitiū pro tyrannorum iniuria declinabant: populus aūt inuidiam circa ſenatū habens:& auaritiam eius effugiens in raptu Claudii pro imperatoris ordinatione gaudebat. Tunc itaq; pene bellū iam ciuile ſub Pompeio flagrabat: quod tamen Imperatore conſtituto ſedatū eſt. Inter hæc ſenatus agnoſcēs Claudiū a militibus abreptū: miſit ad eum uiros de ſuo cetu uirtute claros:qui eū admonerent:ut pro adeptiōe regni nullam uim faceret: ſed magis ut ſenatui tantoꝛ uirorum unus cæderet:& cōmunem utilitatem proſpicientibus legibus ſubiaceret: utq; memor eſſet:quoꝛ malorum priſci tyrāni occaſio fuerint ciuitati: & quæ ſub Gaio etiam ipſe cū eis pericula pertulerit neq; imitaretur tyrannidis onus: & iniuriam ab aliis grauiter irrogatā: ſpōte ad ſubuerſionem patriæ coarmaret:ſed ut magis priorem uirtutē ſuæ quietis oſtenderet: quatenus ei honore liberiorum ciuium:& legum decreta ſuccederet: quo facto fauorem imperantium: & quibus imperatur acquireret:quia ſi neq; mortem temperare uellet:nec cederet auctoritati ſenatoriæ:grandē manum ad reſiſtendum haberent:& armatorum copiam & multitudinē famuloꝛ: quibus aduerſus eū fortiter uterentur maximū uero ſibimet eſſe remediū ſpei atq; fortunæ:ſed etiam deos non aliis præbituros eſſe ſolatia:niſi eis qui cū uirtute & bono principio ad congreſſionem certaminis aduenirēt:cū ipſi. ſ. p patriæ libertate pugnarēt. Et legati qdē Venarius & Braccus ambo tribuni his utebant uerbis: & p̄ſtrati Claudiū ſuppliciter exorabāt:ne belloꝛ ac ſubuerſionis foret occaſio ciuitati:uidentes utiq; eū militum multitudine circūſeptum & in cōparatione illius exercitus conſules nihil eſſe:ſuadebantq; ſimul: ut ſi appeteret pricipatū: a ſenatu magis ſibi datum acciperet: quod eſſet proſperius atq; fœlicius:ſi non cum iniuria:ſed cum fauore decernentium potius imperaret. Claudius igitur ſciebat quidem cum qua ſenatus arrogantia uerba hæc direxiſſet: & ad præſens miti ſententia mediocriter ſe tractabat: ſe tam propter metum & inſtantiam militum: quam regis Agrippæ præceptum cogebatur tantum principatum qui ſponte uenerat cedere non debere.

Legatio regis Agrippæ ad ſenatum:& qualiter cõſequentes milites q erãt cũ ſenatu: ad Claudiũ trãſiere:& de morte Chæreæ ſeu alio⁹ Gaii iterfecto⁹:ipſi quoq; Claudio repugnãtiũ. CAP. III.

Ic ergo Agrippa cõpletis ſolẽnib⁹ circa mortem Gaii a quo fuerat honoratus & eius letum lugubriter proſecutus:agnoſcens Claudium a militibus raptum feſtinabat ad eũ. Quem turbatũ inueniens & paratum ut ſenatui cederet: exacuit monens: ut imperiũ ſibi defenderet. Cũq; talia dixiſſet abſceſſit. Quem cũ ſenatus euocaſſet ad curiam: unguens caput unguentis quaſi ab ſcorto remearet:Senatum interrogabat: quid de Claudio gereretur. Illis aũt quæ geſta fuerant dicentibus & conſulentibus quam ipſe ſententiam poſſideret:paratum ſe quidẽ mori pro gloria curiæ ſermone profeſſus eſt:& tractandũ ſuaſit de utilitate cunctoꝝ:opus eſſe dicens:ſi reſiſtere Claudio uellẽt armis atq; militibus:quibus eũ utiliter expugnarent:ne forſitã impati incidere uiderent in malis. Reſpondente uero ſenatu armoꝝ copiã & pecunias abundare:ſed etiam militũ aliquam partẽ congregandã:quatenus libertas ſeruis emergeret:opto inquit Agrippa & curiam peragere & uos quæ deſiderii ueſtri ſunt: dicendũ tamẽ eſt indubitanter:q; credo fore pro ueſtra ſalute. Scitis militiã:quæ pro Claudio pugnat: longo tpe armis imbutã:noſtra uero pars hoium eſt incerta:fluctuatio & turba multoꝝ:& ſeruitute inopinabiliter liberata retineri difficilis. Nos ergo aduerſus expertos bella ſuſcipimus:producentes uiros neque gladios ſcientes educere. Q uapp mihi uidetur eſſe mittendum ad Claudiũ: qui ſuadeant componendam eſſe hmõi cauſam. Si cenſetis ẽt me legatione fungi:paratus ſum. Hæc cum dixiſſet: cunctis cõſentientibus:miſſus cum aliis:Claudio tumultũ ſenatus expoſuit:eũq; magis latenter exacuit imperialiter & dignitatis poteſtate reſpondere. Tunc Claudius ait non eſſe mirabile: ſi imperatorem nõ libenter exciperet curia:quæ crudelitate prioꝝ principum fuerat uulnerata. Sed dum eius mansuetudinem proguſtaret:cum noſſe tantũ ipſe princeps foret:opere uero cõmunitas imperaret:eo q; multarum uariarũq; rerum uideretur expertus:proſpere uero imperiũ ſibimet obueniſſe gauderent. Et legati quidẽ hæc audientes uerba reuerſi ſunt a ſenatum. Claudius aũt congregato exercitu loquebatur ab eis iuſiurandũ ſecum permanendi accipiens:donauitq; ſingulos cuſtodes corpoꝝ quinq; milibus dragmis:& ducibus numerũ promeritã portionem largitus eſt: ſed & militibus abſentibus ſimilia compromiſit. Conſules itaq; conuocare ſenatũ ad tẽplum triũphatoris adhuc nocte exiſtente:quoꝝ alii quidem ſemetipſos in ciuitate celarunt: conſultationẽ refugientes eorum: alii uero in agros proprios ſunt egreſſi:proſpicientes:qũo ſi res ad effectum ueniret:in libertatis deſperatiõe cõſiſterent præſtantius iudicantes ſine periculo ſeruiendi cũ ſegnicie uiuere:q; poſſidẽtes dignitate patrum ſub ſalute dubia cõmanere. Verũtamen niſi amplius.c. collecti ſunt:quibus in cõmune de præſenti ſtatu tractantibus repente clamor cõgregati exercitus eſt emiſſus:petentium ut militaris Imperator eligeretur:& nequaquam Principatus Romanus a multis ſolueretur. Et hoc quidem milites apud ſemetipſos decreuerãt ne cũctis ſimul:ſed uni traderetur imperiũ:hoc tantũ ſenatui concedentes ut ipſis qui dignus uideretur eligerent. Ob quã rem contraria erant uota ſenatus & populi multo magis aũt tam pro amiſſione gloriæ libertatis:quam pro formidine Claudii. Erant uero qui eligerent aliquos ex genere nobiliũ:dignitatibus & coniunctione coniugũ ꝓpollentes. Minutianum nãq; Marcũ fortitudine dignũ qui Iuliam Gaii ſororẽ habebat uxorẽ ſtudebat eligere: ut rerum culmine potiretur. Conſules uero diuerſis occaſionibus differebant. Sed ẽt Valerium aſiaticum Minutianus anteponebat:& pene homicidia facta ſunt deſiderantium principatũ:ut Claudio quoquo modo repugnaret. Monomachoꝝ uero turba non parua militũ per noctem ad ciuitatis cuſtodiam poſitoꝝ concurrebat ad Claudium. Q uapp alii non ante urbis libertatem: alii quoq; Claudium metuentes a conſulibus abſceſſerunt. Diluculo aũt Chæreas cum ſociis ad medium tranſeuntes uerba facere nitebantur ad milites. Quos cũ multitudo uidiſſet:ſilentium poſtulantes: & dicendi initia faciẽtes continuo diſturbauit:non acquieſcens eis ut aliquid allegarent:eo q; ipſi ad monarchiam pariter conſpiraſſent. Tum regnaturo ſauebant:tanquã non patientes Senatui cedere poteſtatem: qui etiam ſi imperare niterentur:milites non ſinerent interfectores Gaii regnare. Inter hæc igitur Chæreas itam non ferens:imperatorẽ poſcentiũ populoꝝ daturum repromiſit ducẽ:qui ei ſignum abeũti deportaret. Erat enim Aethicus:agitator praſini:Gaio & militibus circa ſolennitates Circenſium: & ſeditiones:atq; opera inhoneſta deuotus:multaque Chæreos obprobria ſibi reluctantibus infere bat:ſed & caput Claudii ſe dicebat ablaturum. Peſſima nanq; eſt inſpicientia cum furore Milites ergo non reuertentes uerba Chæreæ:ſed euaginantes gladios: & ſigna tollentes ad Claudium deuenerunt:cõmunicaturi illis qui etiam præbuerant iuſiurandũ. Senatus autem & conſules in deſolatione relicti ſunt:non differẽtes aliquid ad priuatis:eratq; eis formido pariter & anguſtia:ignorantibus quid paſſuri forent:dum Claudius præualeret:& ſemetipſis adinuicem derogabant:& pœnitentiam facti gerebãt. Sabinus aũt unus interfectoꝝ Gaii tranſiens ad mediũ: primitus ſemetipſum interficere minatus eſt:quam Claudium principem conſtituere:& ſeruitutem damnari uidere. Sed & Chæreas hanc magnanimitatẽ aſſequi compulit. Qui dũ contẽpſiſſet Gaiũ: & primus auctor bonæ fuiſſet uitæ:neq; ſic patriæ uidicare potuit libertatẽ. Chæreas ãt de morte qđ in nullo dicebat eſſe dubitandum:uel tamen mentem Claudii trutinare:& illi quidẽ in his erant. Ad milites ãt oĩs undiq; po

pulus concurrebat. Interea Quintus Pompeius dum accuſaret milites: & pro libertate ſenatui ſuppli caret: impetu facto euaginatis gladiis niſi mitis Claudius prohibuiſſet opus in eum necis impleue rant. Tunc Claudius ereptum conſulē a periculo: fecit ſibimet aſſidere. Senatores autē qui cū Quin to fuerant: non ſimili honore ſuſcepit. Nam quidam eoꝝ etiam plagis affecti ſunt: & ad eum uenire compulſi. Antonius aūt uulneratus effugit: eratq; periculum uniuerſis. Tunc rex agrippa accedēs ad Claudium: poſtulauit ut circa ſenatum mitis exiſteret: dicēs: quia ſiquid crudelitatis exerceretur i cu ria: non eſſet ſuper quos eius conſiſteret iam poteſtas. Claudius autē his flexus. Senatum ad curiam cōuocauit. Cunq; de palatio per ciuitatem ipſe procederet: obſequentibus in eius proceſſu militibus cum multo nimis impetuq; a ridiculo Gaii interfectores in publicū proruperunt: Chæreas & Sabi nus prohibentes eum mandato Pollionis: quē ante paululum Claudius ducē cuſtodum corporis in ſtituerat. Claudius itaq; dum ad palatium denuo ueniſſet: congregans alios protulit ſententiam in Chæream: cuius opus quidem uidebatur eſſe præclarum. Sed Pollioni præcipue cauſam mortis ap plicabant: qui tantum opus fieri perſuaſerat & ut ipſe pariter pro metu futuri temporis deperiret: iu ſtum eſſe clamabant. Ducebatur itaq; Chæreas ad mortem: & cum eo Lupus: ſequebanturque mul ti romanorum. Dicitur autem quia Chæreas magnanimiter hanc cladem excepit: non ſolum uultu nequaquam depoſito: ſed etiam Lupum reſolutum in lachrymas obiurgando. Cunq; turba ad ui dendum proſequeretur: dum ueniſſet ad locum: requirebat militem: ſi interficiendi meditationem haberet: rogauitq; ut gladium ad necem ſuam deferret: quo Gaium ipſe uidebatur occidiſſe. Et ſœli citer ergo mortuus eſt Chæreas: unius uulneris percuſſione finitus: Lupus autem crudeliter eſt extin ctus plurimarū ictu plagarum: eo q; ceruicem mollius præparaſſet ad necem. Poſt paucos uero di es imminente feſtiuitate: Romani honorauerunt facta Chæreæ: petentes expiationem fieri: eo q; eius memoriæ fuiſſent ingrati. Hoc itaque modo Chæreas uita priuatus eſt. Sabinus autem dum eum Claudius non ſolum abſoluiſſet a culpa: ſed etiam dignitatem quam habuerat remiſiſſet: iniu ſtum credens ut relinqueret coniuratos: ſemetipſum occidit gladio: ſic incumbens: donec eum uſq; ad capulum uulnus abſorberet.

Qualiter Claudius Cæſar reddit Agrippæ oē regnum paternum: adiiciens etiam illi Lyſaniæ te trarchiam: & libertas Iudæorum: q̄ prouenit eis ſub Claudio: cum prius amiſiſſent eam ſub Gaio: na tigatio quoq; regis agrippæ in Iudæam. CAP. IIII.

Claudius itaq; ſuſceptos milites diſpergens: edicta propoſuit: & principatū agrippæ: quē Gaius ei præſtiterat ipſe confirmans: regem quoq; collaudans: adiecit ei oēm Herodis: quod ad uſus eius ſuper Iudæos & Samaritas habuerat. Et hæc quidem debitum ꝓprii generis ei reſtituit. Abelan uero Lyſaniæ: & quæcūq; in libano monte ſunt eis de ſuo pa riter adiecit imperio: & publice i media ciuitate Romana cum Agrippa fœdera celebra uit. Antiocho quoq; regnū auferens quod habebat. Ciliciam & Cōmagenem donauit ei. Diſtinxit aūt Lyſimachum ante ſibi amicitiarum iure coniunctum: qui etiam antoniæ matris eius tutor extite rat: & circa Gaium deuictus erat: cuius filius Beronice & agrippæ filiam duxit uxorem. Quam dum Marchus alexandri filius fuiſſet mortuus reſumens uirginem fratri ſuo herodi Agrippa conionxit: petens ei regnum Chalcidis a Claudio. Hoc itaq; tpe ſeditio inter iudæos atq; paganos in Alexan drina ciuitate ſurrexit. Moriente nāq; Gaio ſub cuius principatu ab alexandrinis uidebatur afflicta Iudæoꝝ gens recepta fiducia repente ueniunt ad prælia. Claudius aūt Aegypti ꝓfecto mandauit ut ſeditionem amoueret. Et ſupplicantibus ſibi regibus agrippa pariter & Herode: edictum miſit i Ale xandriam atq; Syriam: huiuſmodi oratione conſcriptum. Tyberius: Claudius: Cæſar: Pius Germani cus: Tribunitiæ poteſtatis dicit. Notum eſt iudæos in alexandria conſtitutos: qui etiam alexādrini uocant: cohabitaſſe tpibus priſcis alexandrinis: & patria ciuitatis iura a principibus ipetraſſe. Quod palam eſt ex reſcriptis eorum pariter & dictis. Sed poſtquam noſtro imperio alexandria per auguſtū noſcitur ſubiugata: ſeruata eis ſunt iura ſua a præfectis per diuerſa tpa deſtinatis & nulla de legibus eorum mutatio facta eſt tpe quo Aquilas in alexandria fuit. Moriēte uero Auguſti principe gentis eorum: ſic fuerunt ut ſinguli eorum in ſuis ſolēnitatibus permanerēt: neq; coacti ſunt religionis pa ternæ iura tranſcendere. Quapropter Alexandrinos eleuatos contra Iudæos ibidem conſtitutos: qui temporibus Gaii Cæſaris pro uehementi eius ſuperbia ſimul & impudētia: q̄ nollet gens iudæo rum patriam religionem tranſcendere: & illum deum appellare: humiliati ſunt: præcipio: ut nequa quā propter imprudentiā Gaii de iure iudæorum aliquid auferri nitatur: ſed ſeruata eis iura priora maneant utiq; in ſuis ſolēnitatibus: quamobrē partē utranq; ꝓcipio magnā habere curā: & poſtquā hæc dicta fuerint propoſita nulla decætero turba fiat. Edictum ſiquidē in alexandria pro iudæis miſ ſum hoc modo eſſe dinoſcitur. Quod uero in omni orbe directum eſt: his continet eloquiis. Tybe rius Claudius: Pius Germanicus Tribunitiæ poteſtatis Conſul ordinarius ſecundo dicit. Petētibus me regibus agrippa & Herode cariſſimis: quatenus eadē Iudæis una cōcederē in oi ꝑperio Romano rū: potiuſq; in alexādria conſtitutis: libenter hoc ꝓbui: nō ſolū petentibus hoc cōcedens: ſed ēt ipſos pro qbus rogatus ſum dignos exiſtimās pp fidem & amicitiam Romanis impenſam: ꝓcipue iuſtum eſſe decernens: ut neq; Græcoꝝ ulla ciuitas eoꝝ iure priuaretur: quō ad dei culturam hæc ſeruare no

ſcuntur. Optímum ergo iudico Iudæos in oĩ mundo ſub nobis conſtituto paternas ſolẽnitates ſine prohibitione celebrare: quibus iam nunc præcipio: ut meam hanc manſuete cuſtodiãt: & ipſi aliarũ gentiũ religionem nequaquã adnihilare prentent: ſed ſuas leges obſeruent. Hoc igitur edictũ meum iudices ciuitatum atq; coloniarũ: & municipioꝝ intra italiã & extra eam: regeſq; pariter & potentes per proprios legatos tranſcribere uelint: propoſitũ non minus. xxx. diebus eſſe in loco: unde ex humili ab oĩbus legi poſſit. His igitur edictis in alexandriam & oẽm terrarum orbẽ directis: oſtẽdit Cæſar Claudius quam uoluntatẽ circa iudæos habuerit. Mox aũt etiam agrippam reddito ei regno: maximis cumulatũ donis remiſit ad propria principibus prouinciarũ atq; p̃ſidibus litteris ſuis ſcribens: ut ei honorem debitũ exhiberent. Ille uero dum meliori fuiſſet fortuna prouectus cum celeritate reuerſus eſt: uenienſq; ad Hieruſalẽ: gratificas hoſtias celebrauit: nihil quod erat legitimum derelinquẽs: unde & multos Nazarenos tõdi præcepit. Auream uero catenam quam ei dederat gaius: factam ad inſtar ponderis ferreæ catenæ: in qua manus regiæ fuerant obligate: ut triſtis fortunæ memoriã reuocaret: & teſtimonium de rebus melioribus perhiberet: in tẽplo ſuſpendit ſupra gazophylacium ut & maximũ eius indicaret caſum: & ſimul oſtenderet: poſſe eum qui corruerit denuo ſuſcitari. Hoc. n. illius catenæ oblatio oĩbus indicabat: quã rex agrippa ex parua cauſa ante dignitatẽ fuerat alligatus: & poſt paululum compedibus abſolutus: ad regnum probatur clarius euectus. Propter hæc ergo oportet intelligi: quia res hoĩum maxime & lapſum facientia corruunt: & inclinata ad culminis faſtigium ſæpius reducuntur. Profecto igitur agrippa cultu exhibito deo: ſeophilum quidem Ionæ filium põtificatu ſemouit: & Boetho Symonis: cui cognomentum erat Cantherа: honorem eius attribuit. Duo etenim erant fratres Symoni: & Boethus pater: cuius filiam habuit rex herodes uxorem: ſicut ſuperius declaratum eſt. Cum fratribus ergo ſacerdotium habuit. Symonis autẽ Oniæ tres filii in macedonioꝝ principatu fuerunt: ſicut in priori ſcriptura contradidi. Rex igitur Agrippa hoc modo ſacerdotes conſtituens hieroſolymitis compẽſationem eoꝝ deuotioni reſtituit: & uniuſcuiuſq; modum bene diſponẽs: affectuoſam præbuit largitatem. Præfectum uero militiæ totius fecit Sylam: uirum qui multis laboribus ei ſæpe cõicauerat. Igitur tempore paruo p̃tereunte Doritæ iuuenes præponentes ueneratione p̃ſumptionẽ: cũ natura uiderentur audaces: tollentes Cæſaris ſimulachrum in ſynagoga ſtatuere iudæorum. Quod opus agrippã uehementer exacerbauit. Videbatur nãq; ad deſtructionẽ paternarum legũ eſſe celebratum. Pro qua re ad. P. Petronium præſidem Syriæ feſtinanter aduenit: & contra Doritas conqueſtus eſt: qui non minus indignatus cum utiq; & ipſe tranſgreſſionem legum factam nimiam eſſe iudicaret impietate indiſciplinatorum Doritarum hæc cum magna indignatione ſcripta direxit.

Epiſtola. P. Petronii rectoris Syriæ ad Doritas pro iudæis: & qualiter rex agrippa Hieroſolymoꝝ muros locupletius conſtruẽs: ſtudium ſuum imperfectum dereliquit: prohibente Cæſare: qui opus ipſum ſuſpectum habuit.

CAP. V.

Vblius Petronius legatus Tyberii: Claudii Cæſaris: Pii Germanici: primatibus doritenſium dicit. Audiuimus: quoniam quidã ueſtrum tantæ ſuperbiæ præſumptione abuſi ſunt: ut nec dictis Cæſaris Claudii: Pii Germanici ſubderentur: quibus ſancitum eſt: Iudæos obſeruatione paternarum legum eſſe dimittendos: uoſq; omnia contraria feciſſe cognouimus: ſynagogam prohibentes conſiſtere iudæoꝝ cum in ea poſueritis Cæſaris ſimulachrum: præuaricationẽ ſcilicet agentes non ſolum contra iudæos: ſed contra ipſum imperatorem: cuius ſimulachrum melius poneretur in omni Iudæorũ templo: quam in debito loco: cũ utiq; decreto Cæſaris ſit ſancitũ: unũquẽq; habere in locis propriis poteſtatem. Verũtamen cum edictum imperatoris præcipientis: ut iure ſolẽnitatibus ſuis utantur: & cũ græcis pariter conuerſentur: contempſeritis: riſibile eſt ſi dicam cuí mei iudicii fueritis immemores. Quapp eos qui cõtradictũ Cæſaris talia commiſerunt: cum etiam eorum iudices indignentur quando non propria uoluntate aſſerunt: ſed impetu plebis impletum a centurione Proculo Vitellio ad me duci præcipio quatenus poſſint geſtorum reddere rationem. Primates uero ſeu principes moneo: ut ſi nolint uideri hanc querelam ſua uoluntate celebratam: culpabiles perſonas centurioni demonſtrent: nullam ſeditionis aut ſitis relinquentes occaſionem: quam ſcilicet maliuoli uenerari his operibus demonſtrantur. Mihi nanq; & cariſſimo meo regi agrippæ nulla potior cura eſt: quam ne gens iudæoꝝ occaſionẽ ſumat uindictæ gratia: ut ad tumultum ſeditionis accedat. Vt autem apertius ſciatis quid & Cæſar ex huiuſmodi cauſa præcepit: dicta eius alexãdriæ deſtinata: huic ſcripturæ præpoſui quæ licet omnibus nota eſſe uideantur: tunc etiam apud tribunal meum cariſſimus mihi rex agrippa hæc legit: al legans: ut non oporteat eis dona imperatoris auferri. Agite itaq; me pronunciante ut decætero nulla ſeditionis aut turbæ quæratur occaſio: ſed unuſquiſq; ſuæ religionis iura ſectetur. Petronius igitur hoc modo quæ fuerant cõmiſſa correxit: ut denuo nihil poſſet huiuſmodi perpetrari. Rex autem agrippa Symonem Cantherum pontificatu priuauit: & denuo Ionam anne conſtituit: eum ſcilicet exiſtimans digniorem: cuí tamen gratum non fuit tantam recipere dignitatem: pro qua reſuppliabat: hæc dicens. Tu quidem o rex meo honori congaudens: hanc mihi cõſtituis, proprio conſilio dignitatem: licet me ad pontificatum nunquã dignum iudicauerit deus: ſemel tamen cum indu

tus ſim ſtola ſacerdotii ſufficit mihi:prius.n.ſum dignius indutus:quã nunc denuo recepturus. Tu uero ſi modo uis:ut accipiat:dignior hunc honorem:agnoſce:quia omni peccato mundior ẽ apud deum:& apud te rex frater mihi:qui poſſet ad hunc honorẽ dignus accedere. In his ergo ſermõibus rex agrippa collaudans ionæ uoluntatem: præbuit Mathiæ eius fratri pontificatum: & non multo poſt tpe Petronio ſucceſſit Marſus qui Syriam gubernabat. Sylas igitur ꝓfectus regis agrippæ:quoniam in omni fortuna ei fidelis extiterat: & nec in periculoꝝ eius cõmunione receſſerat: ſed cum eo in manifeſtis laboribus atq; neceſſitatibus ſuccubuerat:circa eum magnam habebat fiduciam concedere ſibi petiit apud eum parem honorem pro amicitiarum priſtina firmitate: & nequaquam patiebatur ei legaliter obedire:ita ut maxima ab eo beneficia poſtulando:honeroſus eſſe uideretur: cum ſemetipſum immenſa arrogatione glorificaret:& regi ſæpius ad memoriam cauſas triſticiæ produceret ut ſtudium quo tunc circa eum gerebat oſtenderet. Quod cum crebro faceret ut mihi uideꝰ improperare beneficia noſcebatur. Cuius rex apertam fiduciam tolerare non potuit. Non eſt enim tem porum ignobilium grata memoria:neq; ſuauis agnoſcitur:qui frequenter ea quæ præſtat:improperat. Quid plura dum frequenter Sylas regis prouocaret iram:& ille plus indignationi quam rationi tribueret:non eum remouit a præfectura ſolũmodo:ſed etiam reddẽdum uinculis in patriam deſtinauit. Cunq; eius ira longo finiſſet tempore mitigata & ꝓſpecta ratione in memoriam reuocaſſet: quantos pro eo labores ille pertulerat:eius remiſſit culpam. Die ſiquidem feſtiuo natiuitatis ſuæ:dũ cuncti quibus imperabat in leticia magna conſiſterent:Sylam reuocari iuſſit:ſecum ſcilicet cõmeſurum. Ille uero modum libertatis quem iuſtum eſſe credebat:uenientibus ad ſe non tacuit dicẽs. En ad quẽ me honorem euocat rex:quem denuo poſt paululum ablaturus eſt. Quippe nec primos honores deuotionis exhibitæ cuſtodiuit:qui iniurijs me afficere non quieuit. Cum qua ergo fiducia: aut qua conſcientia ad eum ueniam. Quantis eum malis eripui:pericula quanta ſuſtinui ut illi ſalus acquireretur & hõnor:pro quibus omnibus retributionem merui:uincula & carcerem tenebroſum. Nunquam ergo horum obliuiſcar malorum:mihi enim pro bonis actionibus: etiam poſt ſolutionem carnis & animæ hæc memoria reſeruatur. Hæc loquens poſcebat ut regi dicerentur Agrippæ. Qui dum eum cognouiſſet:aĩo non poſſe mitigari:dimiſit eum in carcere cuſtodiri. Hieroſolymoꝝ uero muros:qui circa nouam reſpiciunt ciuitatem:publicis ſumptibus munitiſſimos latitudine & altitudine fabricatus eſt. & omni humano reddiderat tutamine fortiores: niſi Marſus Syriæ præſes. Claudio Cæſari:quod agebatur ſuis litteris indicaſſet. Quãobrem Claudius rebellãdi cauſa ſuſpicatus hoc fieri agrippæ mandauit:ut a murorum edificatione ceſſaret. Qui mox ut iuſſum agnouit: reluctandum ei non cenſuit. Fuit etenim rex iſte natura bonus:& ab beneficia munifica præparatus:& ciuitatem propriis ſumptibus exornare non tardus:ita ut ſua claritate: muneribuſq; gauderet: & honorabiliter ſuæ uitæ iura diſponeret:in nullo ſimilis Herodi regi. Illi nãq; erat mens callida ad ſupplicia præparata:& aduerſus odioſos ſine retentatione pernicioſa: græcis magiſquã iudæis familiaris exiſtens:& alienigenarũ ciuitates ſæpe nobilitans:impenſa magna pecuniarũ balnea: theatra: & templa:porticuſq; cõſtituẽs:iudæorum uero ciuitatem nulla fabrica reparauit: nec aliquam eis præbuit impenſam:unde potuiſſent habere eius memoriam. Mores autẽ agrippæ erant manſueti circa omnes beneficia ſimilia conferebat. Alienigenis quoq; erat clemens etiam in illis dona ſuæ uoluntatis oſtendens circa ſuam gentem pro modo benignus: & potius compaſſione pronus. Grata ſiq; dem ei cõmoratio: atq; frequens in Hieroſolymis erat: ſeq; in paterna puritate ſeruabat: nullaq; dies præteribat:hoſtiis uiduata ſolẽnibus. Quidam igitur in Hieroſolymis uir nomine Symõ qui putabatur mandata legitima perfecte diſcernere multitudine in eccleſia congregata: cum rex Cæſareã perrexiſſet: eum accuſare præſumpſit:quaſi non ſanctum:& iuſtum:ſuadẽs:uti rex prohiberetur a tẽpli limine:quo niſi dignis ingredi non liceret. Hæc ergo regi litteris indicata ſunt a præfecto: quia Symon talia concionatus eſſet. Quem rex euocatum dum tunc eſſet in theatro: ſedere iuxta ſe fecit: & ſub ſilentio mitiſſime requiſiuit. Dic mihi quid horum quæ hæc aguntur contra legem eſſe cenſetur:Ille uero nihil habens quod reſponderet:ueniam poſtulabat. Tunc rex circa eum magis placatus q̃ ab aliquo crederetur:iudicãs etiam manſuetudinem conuenire regi potius q̃ furorem muneribus honoratum remiſit ad propria.

De honore quo Berythios honorauit:& de aduẽtu regũ ad ipſũ i ciuitate Tyberiada. CAP. VI.

CUm multis multa cõceſſerit:præcipue berythios honorauit. Inſtruxit enim theatrũ amplitudine & pulchritudine præcipua decoratum:& amphiteatrum copioſa impenſa conſtructum ſed:& balneas & porticus celſis operibus exaltauit:nullaq; tenacitate ſumptuum:aut pulchritudine ſedauit:aut magnitudinem quãlibet imminuit: quorum omnium dedicationem largiſſime ac magnifice miniſtrauit. Cum igitur in theatro ſpectacula celebraret:muſica quæq; illic inſtrumenta perduxit:& uaria delectationum opa affluenter exhibuit. In amphiteatro ãt multitudini monomachoꝝ ſuam largitatem cuncte oſtendit. Vbi uolẽs numeroſitate concertantium delectationẽ ſpectantibus exhibere: alios ſeptingentos pugnaturos emiſit:quoſcũq; malignos habuit:in hac actione diſtribuens:ut & illic hoc mõ pugnarent: & opus belli uoluntas pacis exiſterent. Hos itaque paſſim hoc modo cunctos extinxit. Quibus ſpectaculis cele

bratis:in Tyberiadam urbem galileæ migrauit:eratq; inter alios reges ualde cõspicuus:ad quem uenit Cõmagenensis rex Antiochus:& damascenoꝝ Sigerãmus: & Cõtis minoris Armeniæ qui etiã in põto polemoniaco regnabat:pariter & Herodes frater eius qui & ipse Calcidis habebat imperiũ habuitq; colloquium apud eos susceptione & amicitiis ualde dignissimum ita ut ostenderet suæ sapientiæ culmẽ:& in p̃senti eos uideretur regaliter honorare. Sed his apud agrippam ita degẽtibus Marsus Syriæ præses aduenit.

Qualiter processit de ciuitate cum regibus in occursum Marsi: & p̃sidis Syriæ uel quali modo ultam finierit:cum non dedisset honorem deo:populo sibi attribuente honores diuinos & nõ humanos in theatro:quare confestim sensit plagam dei. CAP. VII.

QErum Agrippa rex sciens cum honorabilem romanis esse processit e ciuitate:occursus ei:quasi ab stadiis.vii.Hoc etenim principium inimicitiarum circa Marsum fuit. Sedẽs enim in tribunali agrippa inuitauit alios reges:quoꝝ concordia Marso:& tanta pariter amicitia in suspitionẽ repente uenit:& nõ ctedenti expedire romanis:reges huiusmodi habere consensum. Mox itaq; ad unũquẽq; mittens: mandauit:ut non segniter ad propria remearent. Hæc agrippa dolenter accepit:& propterea quidẽ Marso factus est inimicus. Mathia uero pontificatu spoliato:pro eo constituit sacerdotem Elioneum Cantheræ natum. Igitur cum tertium annum iudeæ cõpleret in regno:uenit in Cæsaream ciuitatẽ:quæ primitus turris Stratonis appellabatur:ibiq; spectaculum ad honorẽ Cæsaris pro eius salute celebrabat: ad quã festiuitatem omnis prouinciæ multitudo nobilium:simul & procerũ una conuenerant. Secunda uero spectaculorũ die:stola uestitus undiq; argento contexta:ita ut textus esset ualde mirabilis: uenit ad theatrum incipiente die:& primis radiis sole oriente dimissis:atgẽti claritas repercussa fulgorem reddit ualde perspicuum:& oculis inspicientibus formidandũ. Mox aũt adulatores uoces fauorabiles emittebant: q̃ nec illi bonæ pro ueritate uidebantur:deum scilicet appellantes eũq; atq; dicẽtes p̃propicius esto nobis:quia licet hactenus te uelut hoiem timueris:attamen iam nunc superioris naturæ te esse conspicimus. Has aũt uoces rex nequaquã compescuit: nec impia eoꝝ uerba compressit. Post paululum uero respiciens uidit supra suum uerticẽ in quodam culmine sedentẽ bubonem: quẽ etiam mox esse maloꝝ casum intellexit qui fuerat ei aliquando bonoꝝ. Mox ergo passionẽ mortiferam corde suscipiens:& uehemẽter uteri dolore percussus:respicienſq; suos amicos: ergo inquit uester deus: uitã iam mutare compellor. Repente nanq; increpitus sum:cum mẽdaces ad me clamarent:nam qui nocabar imortalis a uobis:ecce iam ducor ad mortẽ. Suscipienda est sententia quæ profertur a deo. Viximus etenim non prauesed claritatem beatitudinis appetentes. Hæc cum dixisset: crescente dolore comprimebatur. Tum cum festinatione ad regalia reportatus est: & sermo apud cunctos egressus est:quia indubitanter moriturus esset. Mox itaq; cuncti cum coniugibus simul & liberis lege patria in saccis iacentes:deprecabantur pro rege deum & omnia luctu genituq; complebantur. Rex autẽ cum in domo sublimiore iaceret: deorsum respiciens:atq; uidẽs eos prostratos esse:nec ipse a lachrymis potuit abstinere. Quinq; uero diebus continuo uentris dolore confectus: uita priuatus est habens annum ætatis quartum & quinquagesimum:septimũ uero regni. Quatuor nanq; sub Cæsare Gaio regnauit annis sub Philippo tetrarcha tribus:quartum uero cum Herode tres aũt reliquos sub Claudii compleuit imperio in quibus & Iudæam percepit:& Samariam: atq; Cæsaream: & tributa sui inumera auxit imperii. Multum tamen a diuersis mutuum sumpsit. Nam cum esset ualde munificus supplicãtibus larga munera conferebat:& dona sine aliqua parcitate præbebat. Igitur cũ mors eius populis esset ignota:conspirantes simul herodes Calcidis rex:& Thelcia præfectus: & regis amicus Aristonem quendam fidelissimum ministroꝝ destinauerũt & Sylam qũo eorum erat inimicus quasi iubente rege peremerunt.

Mortuo rege Agrippa:Cæsarienses uel Sebasteni indecenter blasphemabant defunctum:statuas quoq; filiarum eius diripientes:contumelioſe tractauerunt. CAP. VIII.

RExigitur Agrippa hoc modo cõuersatus discessit a uita qui de suo genere filium dereliquit Agrippã noie:agẽtẽ septimum & decimum ætatis annũ:& filias tres: quarum aliaqdem noie Beronice sextodecimo ætatis anno Herodi patris fratri uidebatur esse cõiuncta:uirgines aũt duæ erant:Maria & Drusilla:Maria qdem decimum agens annum: Drusilla uero sextũ. Eratq; desponsata a suo patre maria Archelao Celeusi:filio:Drusilla uero filio Antiochi Cõmagenẽsis regis q dicebatur Epifanes. Cũq; mors agrippæ cũctis inotuisset: Cæsariẽses & Sebasteni benefactoꝝ eius imemores:pessimas res egerũt blassemantes uehementer i decenterq; defunctũ. Sed & militũ q̃ tunc aderat multitudo in domũ eius abeuntes:& statuas filiaꝝ regis uirginũ diripiẽtes: pariter ad loca fornicaria detulerũt:& statuentes eas in publico reclinantes eis sedas cõtumelias inferebant:& turpiora facinora quã dici fas est scelestis actibus adiplebant: celebrãtes cõuiuia publica coronati:& madẽtes unguẽtis & oleo:sacrificia pariter exhibẽtes:prãdiaque sibimet alterutriꝑ regia morte reddentes. Erant aũt imemores nõ solũ agrippæ:q multas eis p̃buerat largitates:sed ẽt aui eius herodis:q ipsas ciuitates instruxerat:porticusq; simul & tẽpla claris p̃babat fabricatus impensis:filius uero defuncti agrippa erat tunc Romæ:& alebatur a Cæsare.

Poſt mortem Agrippæ:Claudius Cæſar Cuſpium Fadum mittit ꝓfectum in Iudæam:cui ét initiũ gitur ultio exercenda in Cæſarienſes:& Sebaſtenos ꝓ defuncti Agrippæ cõtumeliis. CAP. IX.

CVnc Claudius audiẽs Agrippam fuiſſe defunctum: & Sebaſtenos atq; Cæſariẽſes e mortuo cõtumelias intuliſſe:graui dolore perculſus eſt:eratq; præparatus ut eius filiũ Agrippam in illius regnum dirigeret ſucceſſorem: uolens etiam iuſiurandum quod cum illo habuerat confirmare. Et conuocatis amicis indicauit: quod deliberaret ſuper commendato ſuæ fidei puero:interrogans quid & ipſis uideretur: utrum cogitata de hoc manere uel non deberent:qui perſpecto Cæſaris aĩo prudentius aliq̃d conſiliari ſunt:collaudantes quidem benignitatis eius propoſitum: uoluntatem aũt eius incautam eſſe dicẽtes: ut puero:qui nec infantiles annos exceſſerat:magnitudinem tanti regni cõmitteret: cui eſſet impoſſibile tanta gubernacula detinere. Cũq; uideret eos recte locutos Cæſar:præfectum in iudæam totumq; regnum direxit Cuſpiũ Fadũ. quo facto ẽt honorem defuncto præſtitit: ne Marſum ad eius regnum:qui illi fuerat inimicus eueheret. Præ oĩbus aũt Fado præcepit Claudius:ut Cæſarienſes & Sebaſtenos pro defuncti contumeliis coherceret. Cohortes uero Cæſarienſiũ & Sebaſtenoꝝ quinq; numero in Põtum trãſferri iuſſit ut ibidem militarent:& ex neruis romanoꝝ in ſyria conſtitutis eligerent milites qui eorũ loca coplerent. Sed nequaq̃ tali iuſſione migrati ſunt. Mittentes nanq; legationem ad Claudiũ ſupplicauerunt:& in Iudæa conſiſtere meruerunt. Vnde etiam futuris temporibus cauſa maximarum calamitatum Iudæis effecturi ſunt: ſumentes in initio ſemina belli ſub Floro. Quamobrem tempore quo Veſpaſianus uicit:ſicut poſt paululum referemus:eos ex illa regione migrauit.

Incipit Liber.xx.antiquitatis Iudaicæ.

Quemadmodum Claudius poſt Agrippæ mortem: in Syriam miſit ſucceſſorem Marſo Caſſiũ Longinum:& quia Fadus miſſus procurator Iudeæ indignatus Iudæis qui tranſfluuium erant poſiti:quia præter uoluntatem ſuam contra Philadelphenos arma ſumpſerunt:tres uiros priores ipſoꝝ conſprehendens:unum occidit:duobus fugam immiſit:& de Ptholomeo principe latronum ad eũ deducto & occiſo. CAP. I.

MOriente itaque Agrippa rege:ſicut in libro præcedẽte narrauimus:Cæſar Claudius miſit ſucceſſorem Marſo Caſſium Longinum: memoriæ conferens hoc defuncti: a quo uiuente rogatus fuerat: ne Marſus ulterius Syriæ præſideret. Fadus inter hæc dum præfecturæ culmine in iudæam ueniſſet:comperit Iudæos habitantes trans fluuium contra Philadelphenos habentes contentionem pro finibus uici:cuius nomen eſt Meas. Erantque illic armatorum plurimi congregati:qui præter uoluntatem primatum ſuorum ſumentes arma:multos Philadelphinorum peremiſſe noſcuntur. Hæc audiens Fadus: uehementer accenſus eſt:eo ꝙ non eius reſeruaſſent iudicio quí ſe dicebant a Philadelphenis fuiſſe leſos:ſed uſque ad manum ueniſſent. Qui ſumens tres priores ipſius ſeditionis alligari præcepit. Deinde quendam eorum Antibam nomine iuſſit occidi: duobus autem reliquis:Amaraco & Eleazaro: fugam immiſit. Ptolòmeus autem princeps latronum:& qui multa mala Idumæis & Arabis frequenter intulerat non multo poſt ad eum deductus: morte mulctatus eſt. Hoc itaq; modo cuncta Iudæa latronibus eſt purgata:Fadi prouidentia atq; ſollicitudine.

Quia Fadus procurator Iudeæ:& Caſſius Longinus præſes Syriæ præceperunt Iudæorum primoribus ut talarem tunicam: & pontificalem ueſtem in Antonia conſtituerent ſub poteſtate Romanorum ſicut & prius. CAP. II.

IS quoq; Fadus tunc cunctos uocans ſacerdotes & priores Hieroſolymitarum:admonuit eos.ut talarem tunicam: & ſacerdotalem ſtolam qua ſolus pontifex indui ſoleꝫin Antonie caſtro reponerẽt:ut ſicut prius in Romanorum poteſtate iacerent. Illiuero nequaquã contradicere præſumpſerunt: ſed rogabant Fadum atq; longinum:nam & ipſe cum multo exercitu ad Hieroſolymam uenerat: metuens ne præceptis Fadi multitudo reſiſteret Iudæorum: & ab eis ſuppliciter exorabant:ut concederent legationem ad Claudium deſtinari:quatenus ab eo peterent:ut ſacerdotalem ueſtem haberent in propria poteſtate:& ipſi ſuſtinerent donec Claudii reſponſa perciperent. Illi uero ita ſe hæc præſtare dixerunt:ſi eorum filii obſides præberentur. Quibus obedientibus filioſque dantibus legati ſunt miſſi. Cunque romam ueniſſent: audiens Agrippa iuuenis defuncti filius cauſam aduentus eorum. Erat nanque ſicut prædiximus apud prædictum Claudium:Cæſari ſupplicauit:ut eiſdem Iudæis concederet: mittens ad Fadum ſua ſcripta:quæ de ſacerdotali ueſte poſcebant. Vocans itaq; Claudius legatos Iudæorũ:promiſit ſe concedere quæ petebãt iuſſitq; ut Agrippæ gratias dignas exoluerent:cuius præcibus hæc eis iura donaret. Quamobrem huiuſmodi ad Fadum miſit epiſtolam.

Quomodo Claudius Cæſar rogatus ab Agrippa ſenioris Agrippæ filio:conceſſit Iudæis petitiones ipſorum:& Fado reſcripſit. CAP. III.

Claudius Cæſar Germanicus: Tribunitiæ poteſtatis:Quinqes conſul: ordinarius ꝗter:ipe rator decies:Pater Patriæ:Hieroſolymitaꝝ pricipibus:curie populo Iudæoꝝ:& cunctæ genti ſalutem. Agrippa meo cariſſimo:& piiſſimo:quē ego cōnutrui:& habeo mecū p ducente ad me legatos ueſtros:gratias agentes:eo ꝙ habeā gentis ueſtræ ſollicitudinem & cum ſumma deuotione pro ſacerdotali ueſte atq; corona ſupplicante:ut ſub ueſtra poteſtate conſiſtant:quæ ſunt a me poſtulata concedo:ſicut uir fortiſſimus:& mihi cariſſimus Vitellius fecit. Huic itaq; uoluntati conſenſi:primum quidē propter pietatem meam: uolens unumquemq; exhibere ſuam in paterna traditione culturam deinde ſciens: quia dum hæc fecero: & ipſius regis Herodis:& Ariſtobuli iuuenis potentium perſonarum: quorum circa me pietatem & circa uos ſtudium eſſe cognoſco:ampliſſimas amicitias collocabo. Scripſi uero ob hanc cauſam & Cuſpio Fado meo procuratori. Nomina uero litteras deferētium hæc ſunt. Cornelius:Leo:Tryphon:Theodionis Dorotheus:Nathelis:Ioannes:Iouis:Panis data. xiiii. kal. iulii. cōſulibus Rufo:& Pompeio:Siluano.

Quemadmodum Herodes frater Agrippæ defuncti petiit a Claudio poteſtate templi & ſacerdotum ordinationem: & impetrauit. CAP. IIII.

Petiit ãt a Claudio Cæſare & Herodes frater Agrippæ defuncti:cui illo tempore Calcidis regnum uidebatur eſſe cōmiſſum poteſtatem tēpli & ſacerdotū ordinationē:& oīa piter ipetrauit. Ex illo uero fuit apud oēs liberos eius hæc poteſtas: uſq; ad belli finem. Herodes itaq; a pontificatu remouit Cantherū:& Ioſeph Cani filium ei ſucceſſorem dedit.

Quemadmodum Helena Adiabenorum regina & eius filius Iazates ſolennitates & ritus zelati ſunt Iudæoꝝ. CAP. V.

Eo ſiquidem tempore Helena Adiabenorum regina:& filius eius Iazates ad ſolennitatem Iudæorum hæc cauſa proueniente migrauerunt: Monobazus Adiabenorum rex:cui cognomen erat Bozeus:ſororē Helenam amore captus duxit uxorem. Quæ dū ex eo haberet in utero: contigit:ut dum ea dormiente ſuper uentrem mulieris manum poneret per ſoporem:quandam ſubito uocem audierit: præcipientem ut manum de uentre eius auferret ne infantem in ea uexaret:qui prouidente deo & principium eſſet & finē fœliciſſimum poſſeſſurus. Qua uoce turbatus:repente ſurgens:hæc dixit uxori: & natum filium Iazatem nuncupauit. Habebat autem ex Helena & alium ſeniorem filium: nomine Monobazum: & alios filios ex aliis mulieribus procreatos:maximam tamen deuotionem quaſi unigenito Iazati deſiderabiliter impendebat. Pro qua re ille inuidiam fratrum ſuſtinebat. Habebat & odium quando cuncti contriſtabantur:quia eū pater omnibus præponebat. Hoc pater aperte cognoſcēs:illis quidem ignouit:ſciens quia non hæc agebant pro malitia: ſed quomodo ſinguli fauorem patris deſiderabant. Iazetem uero cum pro eo ualde metueret: ne odio fratrum mali aliquid ſuſtineret: multis muneribus farcinatum: in caſtro Paſmi miſit ad Abnerigum regem:commēdans ei nati ſalutem. Abnergius autem libenter eū excepit: & pro multa deuotione filiam ſuam Amacos nomine ei dedit uxorem: donauitq; prouinciam ex qua perciperet multa tributa. Monobazus autem cum iam ſenectute grauaretur:& paucum ſibi tempus uiuendi ſupereſſe uideret: uoluit aſpectum filii antequam moreretur inſpicere:& uocās eum delectabiliter eſt amplexus. Cui dedit quoq; prouinciam quæ dicitur Carrarum: terra fertilis amomi:in qua etiam reliquæ ſunt Arcæ Noe: quæ ex imbrium diluuio liberata ferrur: & hactenus uidere uolentibus demonſtratur. Cōmorabatur itaq; Iazates in hac regione:& Dartabanem Parthi cū ad Iudæā deſtinauit. Cū enī legibus crederet Iudæoꝝ:ſtudebat & ipſe cōuerti:& credēs ſe pfectū nō eſſe Iudæū:niſi ſignū circūciſionis acciperet:erat hoc agere ꝑparatus. Quod dū cognouiſſet mater eius:ꝓhibuit:dicens ei fore piculū:qa cū eēt rex multoꝝ: acqreret inimicitias ſubiectoꝝ:cum pegrinas ſolēnitates & ſuæ gēti extraneas adipleret:nec pati eos ſuper ſe regnare Iudæum. Et illa qdē hæc dicens:oīno ꝓhibuit. At ille ad Ananiā uerba referebat. Qui matri dixit:atq; interminatus eſt: qa niſi acqeſceret:repēte decederet. Cui mater ait:metuere ſe:ne cā omnibus iudicata: piculum ipſe ſuppli cii ſuſtineret: qui quaſi auctor & doctor exiſteret opeꝝ indecentium apud regem. Tūc ille audiēs hæc:reſpondit:qa poſſet ēt præter circunciſionem colere diuinitatem ſi apud ſe omnino deceret leges Iudaicas obſeruare:& hoc eſſe firmius:quam circunciſionem accipere:ueniamq; illi datum deum:opus hoc non implenti propter neceſſitatem: ſubiectorumq; formidinem. Tunc ergo rex huiuſmodi ſermonibus acquieuit. Poſt hæc ãt cum nequaq; ſuum deſiderium abieciſſet: iudæū quēdā alium de galilea uenientem Eleazarum nomine:& leges eruditum patrias: inuitauit:ut circunciſionis opus impleret. Qui cum intraſſet ad eum:& ueniſſet legem Moyſeos legentem ignoras inquit o rex Moyſeos iura: & per hoc deo facere uideris iniuriam. Non enim ſolum facere te oportet eas: ſed primitus facere quæ præcepta ſunt. Quamdiu ſine circunciſione permanens: legibus nequaquam noſceris obedire. Sed ſi nondum ex hoc legiſti legem:ut ſcias quapropter hoc geraturuel nunc lege. Hæc audiens rex:actum differri non pertulit: ſed ad aliam conuerſus eſt domū & uocans medicum quod præciplebatur impleuit. Tūc euocata matre:& Anania doctore:eis quod

egerat explanauit. Qui repente non mediocri timore sunt terrine causa cunctis manifestata rex pe riculum delectionis incurreret: non patientibus subiectis uirum extranei dei cultorem sibimet su peresse: ipsiq; pariter periculum sustinerent: quasi huius rei uiderentur autores. Deus autem præsens erat: qui illorum metum non perduxit ad terminum. Nam cum multa pericula & Iazates & eius fi lii sæpius incurrissent: eum ex ingentibus liberauit angustiis: & salutis dona concessit: ostendens: quia respicientibus ad eum: & ipsi soli credentibus nequaquam fructus pietatis auferetur. Sed hæc quidem postea explanabimus. Igitur Helena regis mater uidens regem pacifice gubernari: & suum filium esse beatum: & ultra cunctas gentes prouidentia diuina religiosum: desiderium habuit Hiero solymitarum conspicere ciuitatem: atque cunctis hominibus diuulgatum dei templum suppliciter adorare: & hostias pacificas offerre. Ob quam rem filio supplicauit. Quo matri petenti prone con sentiente: & multam præparationem itineris facienti: & plurimas dante pecunias: descendit in Hie rosolymam: etiam filio multo eam itinere deducente. Cuius aduentus Hierosolymitis tunc profu it ualde.

De fame quæ apprehendit ciuitatem Hierosolymorum: & mitigata per Helenam reginam Adia benorum & eius filium Iazatem qui de paganismo conuersus fuerat in iudaismum: & de Artabano rege Parthorum.

CAP. VI.

Dum eorum ciuitatem illo tempore fames apprehendisset: & multi fuissent egestate consumpti: Helena regina misit quosdam suorum: alios quidem ad Alexandrinorum ur bem: ut frumenta ex eius pecuniis compararent: alios Cyprum: quatenus caricas ex abun danti deferrent. Cunque uenissent hæc onera deportantes: alimenta indigentibus illa di uisit. Quapropter genti nostræ beneficiorum suorum maximam memoriam dereliquit. Cuius filius Iazates audiens hanc famem: multas pecunias Hierosolymitarum primatibus destinauit. Et alia quidem multa bona hi principes in nostra ciuitate gesserunt: quæ postea declarabimus. Artabanus itaq; rex Parthoꝝ sentiens sibimet satrapas inimicos: degere apud eos sibi iudicauit incautum. Qua propter ei uisum est: ut pergeret ad Iazatem regem: salutem apud eum inuenire se credens: & ita ad regnum proprium remeare. Sumptis ergo cognatorum atq; familiarium circa mille uiros: uenit ad regem Iazatem. Cunq; ipse illum aperte nosset: Iazates uero Artabanum penitus ignoraret: inueniẽs eum in itinere constitutum & astans ei: prior secundum morem patrium adorauit. Deinde: o rex inquit: ne me despexeris tuum seruum: nec circa supplicem sis superbus: miser enim rerum mutatione factus existens ex rege priuatus: tuum posco solatium. Perspice siquidem inconstantiam fortunæ: & hanc scito esse communem: & uim similem habituram. Nam si me sine uidicta despexeris: erunt au daciores plurimi circa alios etiam reges. Hæc ergo Artabanus cum lachrymis edicebat: capite recli nato deorsum. Iazates autem ut eius nomen audiuit: & Artabanum suppliciter sibi respexit astantẽ: mox ex equo resiliẽs: habe inquit fiduciam o rex: nec te præsentia facta confundant. Velociter enim erit tibi mutanda tristitia: amicum namq; me & auxiliatorẽ inuenies plusquam credis: aut enĩ in par thorum regno te rursus: aut in meo constituam regem. Hæc dicens: regem Artabanum imposuit equo: ipse uero pedibus sequebatur: honorem tribuens ei: quasi regi maiori. Respiciens igitur hoc ar tabanus grauiter tulit: & per præsentem fortunam honoremq; iurauit: descẽsurum se: nisi ille rursus ascenderet atque præiret. Tunc ille in equo ascendens: eumque ad regalia sua perducens: omnem ei honorem libenter exhibuit: & in consessu atque conuiuiis primum recubitum ei parauit: non præ sentem fortunam intendens: sed eius pristinam dignitatem eumque ratione frequenter consolatus est: quia communes sunt omnibus fortunæ permutationes hominibus. Scripsitq; Parthis suadẽs eis ut Artabanum susciperẽt regem promittẽs eum pristinorum in se non habere memoriam: simul & iuramenta præbens. Parthis uero suscipere quidem se uelle eum non negantibus: sed non posse di centibus habere regem: eo q; Cinnamum iam cõstituissent principem ne forte inter eos emergeret: agnoscens eoꝝ Cinnamus uoluntatem: mandauit ut ueniret artabanus: regnum proprium receptu rus. Cui utiq; credens Artabanus reuersus est: occurritq; Cinnamus: & adorans eum: & regem simul appellans: auferens de suo capite: imposuit eius uertici diadema. Sic igitur Artabanus per Iazatem rursus in regno unde per proceres suos ceciderat restitutus est: nec fuit immemor beneficiorum in se gestorum: sed Iazatem magnis muneribus reditauit. Nam & tyara recta permisit ei uti: & in aureo lecto quo solis parthorum regibus licet dormire concessit deditq; ei maximam & optimam regio nem regis Armeniorum: cuius terræ nomen est nisibis: in qua etiam primitus fecerũt Antiochiam ciuitatem: quam Migdoniam nuncupauerunt. His itaq; muneribus a rege parthorum Iazates hono ratus est. Post paululum uero tps Artabanus regnum Perdani filio dereliquit. Is ueniens ad iazatẽ: suadebat ei. ut sibi contra Romanos pugnaturo ferret auxilium: cui tamen suadere non potuit. Iaza tes enim Romanorum sciens potentiam atque fortunam: putabat eum impossibilia bella tẽtare. In super dum misisset quinque filios ætate nouellos ut linguam nostræ patriæ & eruditionem sub inte gritate condiscerent: sed & matrem: ut templum sicut prædiximus adoraret: erat segnior ad bellan dum. Sed & Pardanem sæpius prohibuit narrans ei romanorum uirtutes: & credens eum per talia uerba terrere: quatenus a desiderio contra Romanos belladi recederet. In his ergo Parthorum rex

indignatus:bellum aduerſum Iazatem repente pronunciauit.Sed nullam in hoc utilitatem habere promeruit:deo ſcilicet ſpem eius adnihilante: Agnoſcentes enim Parthi Pardanis uoluntatem & quia contra Romanos bellum ſuſcipere decreuiſſet: illum quidem extinxerunt: principatum uero Cotardi eius germano contradiderunt. Cui etiam poſt paululum per inſidias rebus humanis ablato:ſucceſſit frater Bologeſſis: qui duobus ex eodem patre germanis ſuis præbuit poteſtatem: Pacoro quidem ſeniori medorum:Tiridati uero iuniori dedit armeniam.Monobazus igitur regis frater:pariter & eius cognatio:uidentes Iazatem propter pietatem quam circa deum habebat ultra omnes homines excellentem:habuerunt & ipſi deſiderium:ut mores patrios relinquentes iudaicis ſolẽnitatibus obedirent.Horum niſus ſubiectis fuit ualde gratiſſimus:& in hoc proceres indignati:iram equidem retinebant expectantes oportunum tempus: ut in eis ulciſcerentur. Quamobrem ad Abiam regem Arabiæ ſcripſerunt:multas ſe daturos pecunias promittentes:ſi contra eorum regem caſtra moueret:ſimulque profeſſi ſunt circa primam congreſſionem eum ſe quoq; deſerere:quem uellent propter odium quod eorum cultum reliquerat pœnas exoluere. Dictis ergo ſacramento firmatis:feſtinabant ad terminum peruenire.His itaque flexus Arabiæ rex:cum multo exercitu uenit ad Iazatem.Tunc in ipſa prima congreſſione:antequam ad manus accederent:facto ſigno omnes Iazatem uelus uno uincti funiculo reliquerunt:& dorſum hoſtibus dantes effugerunt.Non tamen Iazates expauit:ſed conſilium proditionis agnoſcens a primatibus factum & ipſe cum exercitu diſceſſit: cauſamque requirens:ut agnouit conſtitutum ad Arabas factum:auctores quidem interfecit. Altera uero die congreſſus plurimos occidit:omnes autem ſimul in fugam uertit:ipſumque regem perſequens:in quodam caſtro Arſanum nomine circunclauſit. Quo tamẽ forti dimicatione præualuit captoq; caſtro dum Abiam regem non inueniſſet uiuum:quoniam ſe ipſe peremerat:abripiens omnem prædam quæ in eo uidebatur eſſe magna amplitudine conſtituta:in Adiabenorum regreſſus eſt regionem.Primo quidem conamine Adiabenorum proceres non ualentes aduerſus regem:deo ſcilicet eos eius poteſtati tradente:neque tunc quieſcere uoluerunt:ſed ſcripſerunt Parthorum regi Bologeſſi:rogantes eum:ut Iazatem occidere:& eis principem de Parthorum genere conſtitueret: dicentes ſe odio habere proprium regem:qui iura patriæ deſtruxerat:& extranea diligebat.Hæc audiens rex parthorum:eleuatus ad bellum eſt:& cum iuſtam belli non inueniret occaſionem: datos ei a patre honores repetit:& reſiſtenti bellum ſe inferre minatus eſt.His auditis:Iazatẽs non mediocriter turbatus eſt:& iudicans turpitudinem ſibi fore:ſi propter metum collatis honoribus cedere uideretur:ſciẽs inſuper:quia etiam ſi his cederet:Parthorum rex ab eius inimicitiis non ceſſaret:decreuit magis deo curatori omnium animæ ſuæ pericula committere:eumq; maximum habere ſe arbitratus auxiliatorem:filios quidem & coniuges conſtituit in munitiſſimis locis:cunctaq; frumenta & fœnum:& pabula congregauit.Quibus geſtis:hoſtium ſuſtinebat aduentum.Veniente uero Parthorum rege cum exercitus ſui multa uirtute pedeſtrium pariter & equeſtrium:& cum magna uelocitate faciente uallum circa flumen Medorum ſcilicet & Adiabenorum prouinciam terminantem: etiam Iazates caſtra poſuit non procul ab eo habens circa ſe equeſtrium quaſi.vi.milia. Quo facto: uenit ad Iazatem nũcius a Parthorum rege directus qui eorum uirtutem ediceret:quomodo ab Eufrate fluuio uſq; ad Betrorum terminum reſideret:ſimul & ſubiectos reges ei adeſſe dicens interminatus pariter:quia pœnas Iazates exolueret:eo q; circa ſum dominum eſſet ingratus:a cuius manibus:neq; deus eum poſſet quem colebat eruere.Hæc dicente nũcio:Iazates noſſe ſe quidem Parthorum exercitum dixit ſuo abundantius potiorem.Sciendum tamen:quia cunctis hominibus melior eſſet deus.Et huiuſmodi dato reſponſio:ad ſupplicationem dei conuerſus terræ ſe proſternens:& cinere caput implens:cum filiis & uxoribus ieiunauit:inuocans deum atq; dicens.Dominator domine:ſi non fruſtra me tuæ dignitati ſubieci: & iuſte omnium te ſolum & primum dominum eſſe cognoui:adueni auxiliator:non pro me ſolummodo ulturus in hoſtibus:ſed quia etiam contra tuam uirtutem cum nefanda præſumptione locuti ſunt.Et ille quidẽ hoc modo ingemiſcens:cum lachrymis ſupplicabat:quem repente deus exaudiuit.Ea nanque nocte Bologeſſus accepit epiſtolas:in quibus ſcriptum erat:quia Dacus & Iſacus cum maxima manu contemnentes eius abſentiam ad diripiendam Parthorum prouinciam deueniſſent:Quapropter nihil agens:retrorſum denuo remeauit. Sic itaq; Iazates deo prouidente Parthici regis interminationem effugit.Poſt paululum uero tempus:cum quinquageſimumquintum ætatis:& uiceſimumquartum regni compleſſet annum:relinquens filios maſculos.xxiiii.& filias.xxiiii.uita priuatus eſt:ſucceſſionem regni fratrem Monobazũ habere præcepit:repẽſans ei:quia per eius abſentiam poſt mortem patris regnum ei fideliter conſeruaſſet.Cuius Mater Helena audita filii morte:grauiter quidem tulit:& ſicut potuit mater quæ piiſſimum filium uidebatur amiſiſſe:uerumtamen conſolata eſt:audiẽs regni ſucceſſionem ad ſeniorem ſuum filium fuiſſe perductam:ad quem etiam pergere feſtinabat.Cunq; ueniſſet ad regionem Adiabenorum:non multo tempore ſuper filium Iazatem uixit. Monobazus autem & illius oſſa pariter & germani mittẽs in Hieroſolymis:ſepelire præcepit in Mauſoleis:quos mater tribus procul ſtadiis ab Hieroſolymis conſtruxiſſe uidebatur.Sed quæcunq; rex Monobaſus in uitæ ſuæ tempore geſſerit poſtea declarabimus.

De Mago quodam qui prophetam ſe eſſe aſſerens plũrimos Iudæoꝝ ſeduxit. CAP. VII.

Igitur dum Fadus iudææ prouinciã gubernaret:quidam uir magus nomine Theodas populo multa ſuaſit:ut ſumentes ſubſtantias ſuas ſequerentur eũ ad Iordanẽ fluuium: ſemetipſum aſſerens eſſe ꝓphetam:& ꝑcepto fluuium diuidere:ut eis facile tranſitũ ꝓberet. Hæc ergo dicens:ſeduxit quidẽ multos:non tamen ꝓmiſit eos Fadus ad experimẽtũ ſuæ inſipiẽtiæ puenire:ſed repente cohortẽ miſit equeſtriũ ſup eos:quæ inopinabiliter irruẽs:multos qdẽ ꝑemit:plurimos aũt uiuos cœpit:ipſumq; Theodã cõmphẽdẽtes:capitis ſectione mulctauerunt. Hæc fũt ergo quæ iudæis contigerũt:tpe quo Fadus in eorũ ꝓfuit regione.

Quomodo Tyberius Alexander in iudæam directus adminiſtrator:filios iudæ Galilæi populũ ſeducentes occidit. CAP. VIII.

Enitq; Fado ſucceſſor:Tyberius alexander alexandri filius:q etiam alexandriæ fuit Alabarchis:ideſt princeps ſalis:genere diuitiiſq; alexandrinoꝝ cũctos excellens ſed ẽt filio ſuo alexandro diuina cultura melior:quippe cũ ille in paternis ſolẽnitatibus non ꝓmã ſit. Horum ergo tpibus contigit illa maxima fames:quã ẽt Helena regina multis pecuniis ſtruẽta cõparans ex ægypto:indigẽtibus ſicut ꝓdiximus eſt partita. Inſuper aũt Iacobum atq; Symonem:& filios iudæ galilæi:qui populũ a Romanoꝝ poteſtate ſubducere nitebantur ſub Cyrino iudeæ ꝓſide ſicut prædiximus crucifigi alexander imperauit.

Quõ Tyberio alexandro Cumanus ſucceſſit in iudæa:& quia defuncto Herode fratre regis agrippæ defuncti:Agrippa iuuenis eius hũit principatũ:Cæſare ſibi Claudio concedẽte. CAP. IX.

Herodes autem rex Calcidis remotiorem ſucceſſionẽ hanc ananiæ Nibidei contribuit. Tyberio autem alexandro Cumanus ſucceſſor aduenit. Defunctuſq; eſt Herodes frater regis agrippæ maioris:octauo anno Claudii priciparus:tres filios derelinqns ariſtobulum:qui ei de priori fuerat uxore progenitus:& ex Beronice fratris filia:Beroniciamum: & Hyrcanum. Cuius regnum Claudius Cæſar agrippæ iuueni tradidit.

Quia aduentu Cumani præſidis in iudæam a Cæſare deſtinati:ſub eo multi uſq; ad.xx. milia iudæorum perierunt quarta die azymorum. CAP. X.

Editione igitur incidente in Hieroſolymitanã ciuitate:dũ Cumanus in iudæa pro reꝝ gubernatione conſiſteret:multi iudæorum perempti ſunt:ſed primitus cãm narrabo ꝓpter quam talia prouenerũt. Inſtante feſtiuitate paſchæ in qua mos eſt nobis azyma offerre:dum undiq; ad feſtiuitatẽ hanc populus conueniſſet:metuẽs Cumanus:ne qua ꝓ multitudinẽ turba aut res uel actio naſceret:iuſſit militibus:ut unã aciẽ armatoꝝ faciẽtes:circa pontifices tẽpli conſiſterẽt:ut ſi forte tale aliquid naſceret:tumultuantiũ inquietudinẽ ꝓhiberẽt:hoc enim & priores ꝓſides iudææ in hmõi feſtiuitatibus faciebant. Cũq; quarta dies eius celebrationis exceſſiſſet:quidam militũ reuelãs genitalia ſua populo demonſtrabat. Quod illi uidentes ad iram furorẽq; ꝓducti ſunt:non ſemetipſos contumeliam paſſos:ſed in deo impietatẽ geſtam eſſe dicẽtes:quidam uero ꝑaciores:Cumanũ blaſphemantes:aſſerebant militẽ ab eo ſũmiſſum. Cumanus aũt audiẽs:& ipſe non mediocriter ꝓuocatus eſt. Verũtamẽ hortabat eos a ſeditione quieſcere ne in feſtiuitate inquietudines excitarẽt. Quibus dũ ſuadere non poſſet:& illi ad blaſphemias magis accẽderent:iuſſit omnes milites arma ſumẽtes ad antoniã conuenire. Erat enim hoc caſtrũ ſicut ꝓdiximus ſuppoſitũ tẽplo. Multitudo itaq; uidẽs ibidẽ milites cõgregari:ꝑterrita cœpit effugere. Et dũ ſe milites ꝓſequi crederẽt:ꝑ aguſtos egreſſus piter cũ timore fugiẽtes oppreſſi ſunt:& multos adinuicẽ conterẽtes interemerũt. Viginti milia eni ãnumerati ſũt q in illa turba defecerũt. Quapꝑter erat eis ꝓ feſtiuitate luctus:& oẽs oblitio rationũ:atq; ſacrificioꝝ:ad lamẽtatiões lachrymaſq; conuerſi ſunt. Has ergo paſſiones unius militis luxuria generauit. Nõdũ uero luctus quieuerat:& alter incidit denuo ſup eos. Quidam enim qui ex illa turba fugiẽtes euaſerunt uia publica uenientes quaſi cẽtum ſtadiis procul a ciuitate:& Stephanũ Cæſaris ſeruũ iter agẽtem more latrocinii ſpoliãtes omnem eius diripuere ſubſtantiam. Audiens hoc Cumanus milites continuo deſtinauit:ꝑcipiens uicinos diripi uicos:& nobiles eoꝝ uinctos ad ſe adduci. Igit uaſtatione facta:quidam militũ leges Moyſeos in quodam uico repeꝛẽs:eaſq; ſumẽs cũctis uidentibus rupit:& multas blaſphemias atq; contumelias eis impoſuit. Iudæi uero hæc audientes:& multi pariter concurrentes:in Cæſareã deſcenderũt. Illic enim Cumanus erat. Ad quem acceſſerũt dicẽtes:non ſe:ſed deũ ad cuius iniuriã hæc facta uidebant ultuꝝ:ſe aũt nolle uiuere:dũ leges patrias ſic tractari uiderẽt. Cumanus aũt metuens:ne denuo tumultũ populus excitaret:ſuadẽtibus amicis militie qui contumeliam faceret legibus ſecuri percuſſo:occaſionem ſecundæ ſeditionis abrupit.

Seditio Iudæorum contra Samaritas:& quia multi Iudæorum extincti ſunt per Cumanum adiuuantem Samaritas. CAP. XI.

Oſt hæc igitur inter Samaritas atq; Iudæos inimicitiæ huiuſmodi cauſa prouenerunt. Mos erat Galilæis tempore feſtiuitatum ad ſacram concurrere ciuitatẽ:& iter facere per Samariam. Dum ergo aliquando iter haberẽt per uicum nomine Ginais inter Samariã & campum maximum conſtitutum:quidam conſerentes litem:multos eoꝝ interemerunt.

Primi itaq; Galileorum audientes quæ gesta fuerant ad Cumanum uenerunt rogantes eum ut inte remptorum necem inquireret. At ille pecunias a Samaritis accipiens: neglexit hoc facere. Tunc Galilæi dolentes: multitudinem excitauere Iudæorum: ut arma sumerent: & suam defenderent libertatem: seruitutem amariſſimam esse dicentes: & iniurias importabiles: in talibus non defendi. Primatibus autē eorum eos compescere uolentibus ac promittentibus quia faceret uindictam Cumanus: illi penitus non acquiescentes: ad manus progressi sunt: & sumētes in auxilio Eleazarum Dinei qui per multos annos latrocinia faciebat in montibus: uicos aliquos Samaritanorum incendentes: cuncta diripuere. Cumanus aūt hoc audiens: atq; sumens Sebastenorum cohortem & pedestrium .iiii. ordines: & coarmans pariter Samaritas sup iudæos egressus est: factaq; congressione: multos quidē peremit: plurimos aūt uiuos cœpit. Primi uero Hierosolymoꝝ genere pariter & honore: uidentes ad q̄tā calamitatū magnitudinē deuenisse: induti saccis: & cinere capita sua complētes: omnino eis qui resultauerant ut quiescerent supplicabant: ponentes ante oculos eoꝝ subuertendam propriam regionem: & templum pariter concremandum: uxoꝝ ac filioꝝ captiuitates futuras: & ideo rogabāt ut mutarent uoluntatem: & proiicientes arma quiescerent: & decætero ad propria remearent. Hæc ergo dicētes: flexere eos. Quorum alii recesserat: latrones aūt ad munitiora loca profecti sunt. Ex illo omnis iudæa latrociniis est impleta.

Quia Numidius Quadratus Syriæ p̄ses audiens hæc: & ascendens in iudæā primates iudæoꝝ atq; Samaritanoꝝ Romā iussit ascendere: pariter & Cumanū & Celerē: ut Claudio Cæsari deberēt ex his quæ fuerāt gesta reddere rōnem: & qa quosdam iudæoꝝ ipse puniuit.

CAP. XII.

Samaritanoꝝ uero primates ad Numidiū Quadratū Syriæ p̄sidem: qui illo tpe in Tyro erat aduenientes accusare iudæos: quia uicos eorum incenderint ac diripuerint. Et p his quidem quæ ipsi passi fuerant: non tantum se dolere dicebant: nisi quia Romanoꝝ contempserint potestatem: ad quorum iudicium debuerāt pro sua siqua fuisset lesione concurrere. Nunc autem quasi Romanos iudices non haberēt: hæc ab eis acta dicebāt: & propterea uindictam fieri postulabant. His ergo Samaritæ querebāt̄: iudæi uero & seditionis & litis auctores Samaritas fuisse dicebant: & ante omnes Cumanū munerum oblatione corruptū: qui peremptorum necem noluerit uindicare. Quadratus autem cum audisset distulit uindicare: dicens: tunc se sniam prolaturum: cum iudæam ueniens ueritatem subtiliter indagaret. Et illi quidē nihil agentes reuertebantur. Post paululum uero tempus Quadratus in Samariā uenit: ubi auctores seditionis audiens: & quosdam Samaritanorum ac iudæoꝝ indisciplinatos inueniēs: crucifixit eos quos Cumanus captiuos habuerat. Et ex inde ueniens in quendam uicum nomine Liddā: non breuiorem magnitudine ciuitatis: sedens in tribunali: & secundo Samaritas audiens: a quodam Samareo didicit: quomodo quidam primus iudæorum nomine Dortus: & aliqui cū eo iuuenum numero quatuor populo suasissent: ut a Romanorum potestate recederent. Et illos quidem Quadratus p̄cepit occidi: Anianum uero pontificem: & anianum magistrum alligans: Romam direxit: quatenus de his quæ gesta fuerant: redderent Cæsari Claudio rationem: iussitq; primatibus Samaritanorum atq; iudæorum pariter & Cumano & Celeri millenario & uiolentiarum inhibitori: ut ad imperatorem pgerent pro alterutris inter se quæstionibus audiendis. Ipse uero metuēs: ne multitudo iudæorum seditionem iterum incitaret: Hierosolymas uenit: inuenitq; urbem in pace degētem: & festiuitatem patriam deo celebrantem. Confidens ergo nihil ab eis inquietudinis generari: reliquēs eos festiuitate: reuersus est antiochiam.

Quia Claudius audiens inter eos: iudæos quidem absoluit a culpa: rogatus ab agrippa rege: Cumanū uero exilio deportauit: Celerem autē millenarium & Samaritanorum primates morte mulctauit.

CAP. XIII.

Vmanus autē & qui cum eo erant: necnon & primi Samaritanorum Romam directi: acceperunt ab imperatore constitutum diem: quo deberent rerum suarum causas exponere. Habebant enim patrocinium Cumanus & Samarite libertorum Cæsaris & pariter amicorum: qui scilicet p̄ualere potuerāt cōtra iudæos: nisi agrippa iuuenis cum Romæ consisteret: & primos iudæorum opprimi uideret: uxorem imperatoris agrippinā suppliciter exorasset: ut marito suaderet: quatenus decenter audiens: sua iustitia seditionum puniret auctores. Claudius autem his p̄cibus p̄structus: causam audiens: dum agnouisset malorū principes fuisse Samaritas: eos quidem qui ascenderant ad eum: iussit occidi: Cumano autē fugam dedit. Celerem uero millenarium præcepit in Hierosolymam duci: & omnibus uidentibus p̄ totam urbem tractum laceratumq; dispergi.

Felix mittit̄ p̄curator in iudæā: & q̄ta ptās adiecta sit agrippæ regi p̄ Claudiū.

CAP. XIIII.

Qui aūt & Claudiū Felicē Pallantis fratrem in iudæam p̄sidē: q; rebus in regione iudææ p̄sideret. Cūq; decimū pricipat⁹ complesset annū: Agrippæ Philippi tetrarchiā donauit & Bethaniā: & Traconitidē simul adiecit: una cum abela q̄ fuerat de tetrarchia lysaniæ. Calcidē uero ei abstulit: cui .iiii. p̄fuerat ānis. Agrippa āt sumēs donatiōes Cæsaris: Aziazo regi Amasioꝝ uolēti se circuncidere sororē Drusillā dedit uxorē. Epifanes: n. Antiochi regis filius: eius

nuptias refutauit:nolens iudæoꝝ ſolẽnitates ſequi:licet hoc factuꝝ ſe eius compromiſerit patri. Mariam uero dedit Archelao Helicii filio:cui ab agrippa patre fuerat primitus deſpõſata. Quibus nata ẽ filia nomine Beronice. Nuptiæ autem inter Druſillã & Aziazum celebratæ non multo tempore interueniẽte huiuſmodi cauſa ſolutæ ſunt. Dum Felix in iudæam ueniſſet áminiſtrator:uidens hanc cunctas mulieres pulchritudine præcellẽtem : eius ſpeciem concupiuit:& quẽdam iudæum Synonem nomine amicum ſuum:genere cyprium magum mittẽs ad eam:ſuadebat:ut derelicto uiro nuberet ei:promittens eam beatam fieri. Illa uero non bene faciens:& declinare uolẽs inuidiam Beronicis ſororis propter pulchritudinem ſuam:tranſcẽdere paternam ſolẽnitatẽ flexa eſt:& Felicis nuptias ẽ ſecuta. Ex quo ſuſceptum filium uocauit agrippam. Sed quẽadmodum iſte iuuenis cum uxore per incendium Veſuuii montis temporibus titi cæſaris deperierit:poſtea declarabimus. Beronice uero poſt Herodis mortem qui eius fuerat maritus & patruus:multo tempore uiduata:fama diſcurrente:quia cum fratre coiret ſuaſit Polemoni regi lyciæ:ut circunciſus eam haberet uxorẽ. Sic enim iudicabat falſas oblocutiones poſſe monſtrari. Polemon autem flexus eſt:maxime propter diuitias eius. Non multo tamen poſt eorum nuptiæ permanſerunt:ſed Beronice propter nimietatem coitus ut dixerũt Polemonẽ dimiſit. At ille ſolutis nuptiis:ẽt ſolẽnitates iudæorum pariter dereliquit. Eodem uero tempore & Maria repudians Archelaum:coniuncta eſt Demetrio alexandrino:iudæo genere & diuitiis ualde claro:tũc.n.& alabarches erat. Suſceptũq; ex illo filium:agrippæ uocabulo nũcupauit. Sed de ſingulis horum ſubtiliter poſtea declarabimus.

Moritꝝ Claudius cui ſucceſſit Nero q matrẽ uxorẽ & alios multos generis ſui iterfecit.

CA. XV.

CLaudius interea Cæſar defunctus eſt:cum imperaſſet annis tribus & decem:& mẽſibus viii. diebus. xx. Eſt autem ſermo quorundam : quia ab uxore agrippina fuerit ueneno peremptus cuius agrippinæ pater fuit Germanicus Cæſaris frater:uir autem eius Domitius:Enobarbus:nobiliſſimus romanorum. Quo moriẽte:uiduatam multo tẽpore Claudius duxit uxorẽ:habẽtem filium:qui patris nomine Domitius uocabatur. Claudius ergo propter zelum agrippinæ:Meſſalinam pemit uxorẽ:ex qua filios habuerat : Británicum & Octauiam. Erat aũt ei & antonia filia ſenior quam prima uxore nomine Petina habuerat. Octauiam itaq; deſpõſauit Neroni:ſic.n.eum poſtea uocitauit:cum Cæſar eũ filium adoptaſſet. Agrippina aũt metuẽs ne Británicus creſcẽs regnum a patre perciperet:& uolẽs imperium ſuo filio præparare:de morte Claudii ſicut erat ſermo tractauit. Quõ mortuo : repẽte miſit principem militiæ Burrum:& cum eo tribunos libertoꝝ ualde præpotẽtes:qui deducerẽt per caſtra Neronem:& eũ more principis adorarent. Nero itaque hoc modo principatu ſumpto Britannicum quidem ueneno lenter occidit : matrem uero propriam interemit : hoc ei retributionis munus impendens : non ſolum pro matris officio : ſed etiam q ei ſuis machinamentis romanorum præbuerat principatum. Peremit etiam Octauiam ſuam uxorem: multoſq; uiros inſignes: quaſi inſidias ei feciſſent. Sed de his quidem deſino plura narrare:multi nanque de Nerone hiſtorias conſcripſerunt. Quorum quidã pro gratia beneficiorum eius neglexere ueritatem : alii uero propter odium & eius inimicitias ſic impudenter mendaciis inuoluti ſunt:ut aperta repræhenſione ſint digni. Mirandi tamen a me non ſunt:qui de Nerone mentiti eſſe noſcuntur:dum neque priorum geſta conſcribentes: ueritatem uideantur hiſtoriæ cuſtodiſſe:licet circa eos neque odium habuiſſe noſcantur :eum longis poſt eos temporibus extiterunt. Sed de his quidem qui ueritatem hyſtoriæ prouidere nolunt : liceat ſcribere ſicut uolunt. Probantur enim hoc habere grauiſſimum. Nos autẽ propoſitum ueritatis:perfectionem p̃ſentis negocii breuiter compræhendere nitimur : & q̃ nobis iudæis euenerunt enunciamus non negligentes aut calamitates:aut delicta referare ſtudentes. Reuertar igitur ad narrationem caſuum gentis noſtræ. Primo itaq; imperii Neronis anno:moriente Aziazo alias Amaſorum rege:frater eius ſucceſſit in principatu. & minoris Armeniæ p̃ſulatus Ariſtobulo Herodis regis calcidei filio a Nerone commiſſus eſt. Sed Agrippæ donauit Cæſar partem quandam Galilææ Tyberiadis tetrarchiæ p̃cipiens: ut ei eſſet ſubiectus: deditque ei & Iuliadem ciuitatem: trans fluuium conſtitutam & uicos circa eam poſitos. xiiii.

Quia Felix miſſus in iudæam: & inueniens prouinciam a latronibus nimis afflictam : proſpexit ut illis interẽptis:pacem tribueret regioni:pricipem uero latronum Eleazarum uinctum direxit ad Cæſarem & de morte ionathæ pontificis.

CAP. XVI.

REs itaq; iudæorum crementum ſemper a peiori ſuſcipiebant. Latronum nanq; denuo & magnorum hominum turbis ſeducẽtium populum:eſt repleta prouincia. Quorum multos quotidie cum latronibus capiens Felix necabat: pariter & Eleazarum Dinei filium:qui latronum ordinem inſtituerat:per inſidias cœpit uiuum. Dans enim fidem: quia nihil mali ſuſtineret:flexit eum ad ſe uenire:quẽ uinctũ Romam direxit ad Cæſarẽ. Habẽs aũt inimicitias Felix apud pontificẽ ionathã:eo q̃ eſſet pius:& ab eo moueretur:ut rebus iudæorum melius p̃ſideret:ne querelam a plebe ſuſciperet:cum populus petiſſet a Cæſare:ut ipſe in iudæam dirigeretur adminiſtrator:occaſionem quærebat per quam remoueret eum:qui uideretur ei ſæpius importunus. Graue nanq; eſt nocere uolẽtibus ſi crebrius arceantur. Pro hac igitur cauſa

Fœlix fideliſſimum amicorum Ionathæ quẽdam nomine Ioſeph:genere Hieroſolymitã:multarum pecuniarum promiſſione flexit:ut ſuper Ionathã latrones induceret:qui eum uita priuarent. Ille au tem ſumpto conſilio hoc modo per latrones necẽ illius appetiuit. Aſcenderũt quidam eorum ad ci uitatem:quaſi adoraturi deum:gladioſq; ſub ueſte portantes:& permixti populis:peremerunt eum. Cũq; mors eius inulta remanſiſſet:decætero cũ omni fiducia latrones in feſtiuitatibus aſcẽdebant: & gladios abſconſos habentes:quos uolebant inimicorum permixti populis perimebant:& non ſo lum in reliqua ciuitate:ſed etiam in templo quoſdam interimebant. Nam & ibi ſæpius cædes facere ꝓſumpſerunt:nihil ſe agere impietatis exiſtimantes. Ob quam cauſam arbitror etiam deum auerſa tum noſtram urbem & templum:ueſut nequaq; ſuo habitaculo mundum tradidiſſe Romanis:& ut purgatio fieret ciuitatis:ignem & ſeruitium intuliſſe:dum uellet nos cũ uxoribus atq; filiis crebris ca ſtigare calamitatibus. Opera itaq; latronum hoc implebant ſcelere ciuitatem. Magis uero & ſeducto res populos ſuadebant:ut eos in heremum ſequerentur:dicẽtes ſe dei prouidentia ſigna & prodigia monſtraturos. Multiq; in hac inſipientia flexi ſupplicia ptulerũt:quoniam dum ad hoc acceſſiſſent: a Fœlice puniti ſunt.

Quia ueniente Aegyptio malefico:& multis Iudæorum ab eo ſeductis:Fœlix aggreſſus eos mul tos occidit. CAP. XVII.

Hoc enim in tempore uenit aliquis ex Aegypto in Hieroſolymam dicens ſe eſſe prophe tã & populari multitudini perſuaſit:ut cum eo ad montẽ qui dicitur olinarum poſitum e diuerſo ciuitatis procul ſtadiis .y. conſcenderent:uelle dicens eis exinde monſtrare: qa eo uidẽte Hieroſolymorum muri corruerẽt:unde ingreſſum eis faciendum eſſe pro mittebat. Fœlix aũt dum hæc audiſſet:iuſſit militibus ut arma ſumerẽt. Quo facto cum multis equeſtribus impetu facto ab Hieroſolymis irruit ſup eos:quadringẽtos quidem eoꝝ gladiis interemit:ducentos uero uiuos cœpit:ipſe aũt Aegyptius lapſus fuga diſpuit. Rurſus itaq; latrones populum contra Romanoꝝ ꝓlia concitabant ſuadentes:ne eis ſubiacere deberẽt:& ſibi reſiſtentiũ uicos incendebant atq; diripiebant.

Quẽadmodum Iudæos & Syros pro æquitate ciuilitatis in Cæſarea ſeditioſe concertantes:Fœ lix compeſcuit. CAP. XVIII.

Inter hæc autem Iudæi habitores Cæſareæ:contra Syros ꝓ æquitate ciuilitatis huiuſ modi facere ſeditionẽ. Iudæi nãq; primos ſe eſſe dicebant eo q̃ conditor Cæſareæ rex Herodes de genere fuerit Iudæoꝝ. Syri uero de herode quidem ita eſſe profitebant:di cebant autem Cæſaream Stratonis turrim primitus uocitatam:& tunc nullum habita torem ipſius ciuitatis fuiſſe Iudæum:Hæc audiẽtes ꝓfecti prouinciæ:ſumẽteſq; ex utraq; parte ſeditionis auctores:plagarum affecere uulneribus:& tempeſtatẽ litis eorum ad breue tempus hoc opere ſedauerunt. Rurſus quoq; iudæi habitantes in ciuitate:diuitiis confidentes:& propterea ſpnentes Syros:blaſphemiis ſtudebant eos ad iurgia denua prouocare. Illi uero pecuniis quidẽ mi nores:ſed ſapientia fortiores dum multi Cæſarienſium & Sebaſtenoꝝ ſub romanis ibidem milita rent:pauco tempore & ipſi Iudæis iniurias ſermonibus inferebãt. Poſt:alterutros ſe ita lapidauerũt donec ex utraq; parte uulnerati concideren̄t:uerũtamen uicere Iudæi. Fœlix autem cũ uidiſſet belli modo eoꝝ eſſe certamen:metuens petebat iudæos:ut a lite ceſſarent. Quibus non audientibus mi lites armatos miſit:& multos quidem eorum peremit:plurimos autem uiuos cœpit:& domos quo rũdam multis pecuniis refertas expilari militari irruptione permiſit. Iudæorum uero modeſtiores & dignitate nobiliores:metuentes pro ſemetipſis rogauere Fœlicem:ut milites miſſa tuba reuoca ret:eiſq; deterο parceret. Quod Fœlix facere eorum præcibus acquieuit. Hoc itaq; tẽpore:rex agrip pa dedit pontificatum Hiſmaheli filio Siab. Exorta eſt enim & pontificum contẽtio contra ſacerdo tes & Hieroſolymitarum primates. Vnuſquiſq; enim eorum caterυas procacium & ſeditioſorũ ho minum colligens:uidebatur eſſe princeps. Et conſerentes ſemetipſos ad lites:alterutris derogabãt: & ſe lapidibus obruebant. Qui autem prohiberet non erat:ſed ut in ciuitate ſine præſule:audaci po teſtate ab omnibus talia gerebantur. Tantam ſiquidem impudentiã atq; ꝓſumptionem pontifices obtinuerant:ut etiam ſeruos ſuos ad areas deſtinare ꝓſumſerint:qui decimas ſacerdotibus compe tentes auferrent. Vnde fiebat:ut ſacerdotes per inopiam deperirent. Sic enim inquietorum uis oppꝛſſa grauitate iuſtitiæ prꝛualuerat.

Quomodo Portio Feſto in Iudæam miſſo pro ſucceſſione Fœlicis:contigit prouinciam ſicariis commoueri. CAP. XIX.

Portio ſiquidẽ Feſto directo a Nerone ꝓ ſucceſſione Fœlicis:primi Iudæoꝝ Cæſareã habi tantes:aſcenderũt Romam:accuſaturi Fœlicẽ. Qui ſine dubio poterat pœnas exoluere ꝓ leſione iudæoꝝ:niſi plurimũ ei Nero ꝓ fratris Pallantis precibus indulſiſſet:cui tũc hono rem maximũ impẽdebat. Interea primates Syroꝝ cæſarienſium Berillo pædagogo Nero nis:qui officium ſuper græcos habebat:per epiſtolas multis pecuniis ſuaſerunt:ut a Nerone peteret: dari eis epiſtolã:per q̃ ius ciuilitatis qd cum eis habebant iudæi cõmuniter penitus nõ fieri ẽtimaret

Bestius ergo imperatorem rogauit atq; promeruit ut huiusmodi scriberetur epistola: quæ tamẽ gẽti nostræ postea ingẽtium malorũ fuit occasio. Agnoscentes náq; Iudæi Cæsariẽses: quæ fuerant scripta pro Syris: tantas suscitauere seditiones: donec bella succederẽt. Festo igitur in Iudæam ueniẽte contigit ut prouincia a latronibus uastaret & uici omnes incẽderẽtur. præcipue náq; sicarii abũdabant utentes gladiolis magnitudine similibus persicorum ensium: cũ summitatibus obuncis: & quales sunt romanorũ sicæ: quibus etiam uocabulũ sicariorũ latrocinantes habuerũt. Hii náq; latenter p mixtis in festiuitatibus populorũ sicut prius diximus ad ciuitatem pro cultura diuina conuenientiũ: quos uolebant facile petimebant. Sæpius etiam cũ armis ad uicos inimicorũ uenientes diripiebant & cuncta pariter concremabant. Interea diuersis rebus turbata prouincia: Festus multitudinem destinauit equestrium atq; pedestrium: super populos q decepti fuerãt a quodam magno: salutem eis & malorũ requiem promittente: si eũ sequi in desertũ contenderent. Quo facto: & ipsum seductorẽ & seductos: irruentes qui missi sunt occiderunt.

De porticu interiore templi: & quemadmodũ eam exaltauere Iudæi: & quia Festus ob hoc indignatus iussit opus destrui: sed Iudæis rogantibus: concedi sibi ob hoc legatos mittere ad Neronem concessit miserũt nuncios: quos audiens Nero: ueniam gesti operis condonauit: & ædificium manere permisit: & quia moriẽte in Iudæa Festo: successor uenit Albinus. CAP. XX.

In hoc tempore rex Agrippa fabricatus est ædificium magnitudine ualde pcipuum: in palatio Hierosolymorum: iuxta theatrum. Quod palatiũ factum ẽ olim a filiis Asamonei: in loco eminenti positum. Quod etiam uolẽtibus ciuitatem respicere delectabilẽ conferebat aspectum: unde rex inclinatus: inspiciebat ea quæ gerebantur in templo. Hæc itaq; uidentes Hierosolymorum primates grauiter habuerũt. Non enim patrium erat: ut ea quæ fiebant in templo: & maxime cum sacra dispensaretur: aliquis exceptis sacerdotibus aspiceret. Quapropter parietẽ excelsum edificauerũt circa ædẽ: quæ erat in interiori sacrario ad occidentem uersa. Hic ergo paries non solum triclinii regalis aspectum abstulit: sed etiam occidentalis porticus quæ erat in exteriori templo: ubi custodias in festiuitatibus propter templum habere romani solebant. in his igit indignatus rex Agrippa: & præcipue Festus præfectus: præcepit eis: ut opus ædificatũ repente destruerent. At illi rogauerunt ut eis potestas daretur: quatenus ob hoc legatos dirigerent ad Neronem: dicentes non seu uitam habituros: si quæda pars templi destrueretur. Tũc permittente Festo: miserũt de suis primatibus decem: simul & Hysmaelẽ pontificem: & Helchiã Gazophilacem. Nero aũt audiens eos: non solum uentam gesti operis condonauit: sed etiam ædificium manere permisit: hoc beneficium Pompeiã coniugi religiosæ: pro Iudæis supplicanti condonans. Qui decem quidem qui uenerant redire pcepit: Helchiam uero & Hysmaelẽ obsidum loco retinuit. Rex igitur hæc agnoscens pontificatũ dedit Ioseph filio Symonis pontificis: qui cognomen habebat cadis. Porro Cæsar misit Albinum in Iudæã præfectum: mortem Festi cognoscens. Rex aũt denuo Ioseph quidem pontificatu priuauit: & Anani filio qui & ipse Ananus uocabatur eius successionẽ dedit. Hunc etenim seniorem Ananum dicunt fuisse fœlicissimum: filios nanq; habuit: q omnes dei pontificatu sunt functi: dum & ipse primitus hũc honorem plurimis temporibus habuisset: quod nulli pontificum apud nos proueniſſe dinoscitur. Ananus autem iunior cum pontificatũ suscepisset: erat uehemẽter asprimus & audax: secta Saduceus: qui circa iudicia sunt ultra omnes Iudæos ualde crudeles: sicuti iam declarauimus.

Quia sub eo a nece prouincialium sicarii cessauerũt. CAP. XXI.

Cum ergo huius sectæ Ananus esset: credẽs se inuenisse tempus oportunum: Festo mortuo & Albino initinere constituto: concilium fecit iudicum: & quosdam deducens adsemetipsum inter quos & fratrem Iesu qui dicitur Christus: nomine Iacobũ: quasi contra legem agentes accusans: tradidit lapidandos. Qui autem uidebantur moderatissimi esse ciuitatis: & circa legis integritatem habere sollicitudinem: grauiter hæc tulere: miseruntq; latenter ad regem: rogantes eum: ut scriberet Ananoꝫ me talia perpetraret: cum neq; prius recte feciſſet. Quidam uero eorum etiam Albino occurrerunt: ab alexandria uenienti: eumq; docuerũt: quia non liceret anano præter illius uoluntatem congregare concilium. Albinus autem eorum sermonibus flexus: cum iracundia scripsit anano: interminatus eum pœnas exoluere. Quapropter & rex agrippa sublato ei pontificatu: q tribus habuerat mensibus: Iesum Damnei filium in eius loco constituit. Cunque albinus in Hierosolymitarum uenisset urbem: omni prouidentia nisus est ut prouincia pacem haberet: & ideo sicariorum plurimos interemit. Pontifex igitur ananus per singulos dies ad meliorem gloriam conscendebat & fauorem ciuium habebat pariter & honorem. Erat enim locuples: & quotidie albinum atque pontificem muneribus complacabat. Habuit autem famulos ualde laboriosos: qui cum procacibus conuersati uiris: pergentes ad areas sacerdotum de cimas accipiebant: tum facientes: & non abstinentes a cede non dantium: sed etiam alii pontifices similia seruorum illius peragebant: cum nullus utique prohiberet. Quapropter sacerdotes q olim ex decimis alebantur: tunc inopiæ necessitate deficiebant. Rursus igitur sicarii festiuitatis tempore noctu ciuitatem ingredientes: conprehenderunt uiuum scribam magistratus Eleazari filium

Ananiæ pontificis:& alligantes eduxerunt e ciuitate.Deinde mittentes ad Ananiam:dixerunt ita fe ſe ſcribam remiſſuros ad eum :ſi albino ſuaderet:ut decem uiros quos ex eis cœperat:& uinctos habebat abſolueret.Ananias autem propter neceſſitatem Albino ut hæc faceret perſuaſit:quod opus maximorum malorum fuit initium:Latrones nanq; ſemper moliebantur ut aliquos familiarium caperent Ananiæ:quos non aliter:niſi quoſdam ſicariorum reciperent:dimittebant.Cunq; numerus eorum iterum acreuiſſet:capta fiducia rurſus prouinciam affligebat.Hoc itaq; tempore rex Agrippa Philippi Cæſaream amplius fabricatam:ad honorem Neronis Neronida appellauit:& Berythiis theatrum pecuniis multis inſtructum annalibus ſpectaculis condonauit:innumeras illic expenſas efficiens.Frumenta nanq; populo copioſa:& oleum opulenter exhibuit:& omnem pariter ciuitatẽ ſtatuarũ pulchritudine:& antiquorum imaginibus exornauit:& pene omne decus regium ibi migrauit. Quapropter creſcebat aduerſus eum odiũ ſubiectorum eo q; illorum pompam auferens: ornaret extraneam ciuitatem:Ieſus autem Gamalielis filius a rege ſucceſſionem pontificatus accepit:Ieſu Dănei honore priuato:& propterea ſeditio inter alterutros orta eſt. Facientes enim collectionem prauorum hominum:frequenter uſq; ad lapides blaſphemiis præcedẽtibus incideret. Annus autem præcellebat eos:quando diuitiis ſuis paratos accipere pecunias redimebat. Cuſtobarus enim & Saul maximam ei multitudinem congregabant:cum eſſent de genere regio:& propter Agrippæ cognationem populi fauorem haberent:uolenti ſcilicet iura & res infirmorum diripere præparati.Ex quo præcipue contigit noſtram ciuitatem languere magis:cum utiq; res eius ad peiora proueheretur.

Quia florus ueniens Albino ſucceſſor:tantis malis Iudæos affecit:ut eos ad arma contra Romanos uenire compelleret. CAP. XXII.

ALbinus itaq; cum audiſſet ſibi ſucceſſorem Geſſium Florum fuiſſe directum:uolens aliquid Hieroſolymitis præſtare:producens uinctos qui erant indubitanter morte digni eos præcepit occidi. Alios autem qui ex parua quærela tenebantur in carcere:pecuniis ſumptis abire præcepit:& ita geſtum eſt:ut carcer quidem purgaretur a noxiis:ſed prouincia latronibus impleretur. Interea ex tribu Leui quicunq; erant hymnorum dictores:perſuaſerũt regi:ut facto concilio eis concederet quatenus ſtola linea proxime ſacerdotibus uterentur eius regnum decere dicentes:ut memoriam de nouitate introducta præciperet. Quod petẽtes:impetrauerunt. Rex etenim cum uoluntate eorum qui concilio præſidebant hymnidicis hoc conceſſit:ut poſita ueſte prima:Linea ſicut uoluerant uterent. Omnia cõtraria paternis legibus agebantur quibus ſpretis non poterant pœnæ non ſolui. Igitur cum iam tunc etiam templum uideretur eſſe perfectum : & ciues conſpicerent: artifices ultra decem & octo milia uacantes operibus & labore indigentes:unde mercedes acciperent : quibus ſcilicet ex opere templi alimenta miniſtrabantur pecuniaſque repoſitas propter timorem Romanorum habere non ualere:tunc habito conſilio:ut cura haberetur artificum:& eis:potius liceret expendi theſauros : quando ſi una hora quilibet operaretur:mercedes acciperet:regi perſuaſerunt : ut orientalem porticum altius eleuaret. Erat autem hæc porticus in exteriori templo poſita in conualle profunda quadringentorum cubitorum parietes habentes:ex lapide quadrato alboq; conſtructos.Singulorum enim lapidum erat longitudo cubitorum uiginti:altitudo uero ſex:opus Salomonis regis:qui primitus templum omne conſtruxit.Rex autem dum ei a Claudio templi fuiſſet cura commiſſa: iudicans:quia omnis operis deſtructio quidem eſſet facilis inſtructio uero difficilis : & præcipue ad hanc porticum & tempore & copioſis pecuniis opus eſſet: hoc quidem ſupplicantibus fieri denegauit ciuitatem uero ſtemi albo lapide non prohibuit.Ieſu autem filio Gamalielis pontificatum priuato dedit hunc honorem Mathiæ Theophili : ſub cuius pontificatu:& bellum Romanorum contra Iudæos ſumpſit initium . Neceſſarium inter hæc credo & hiſtoriæ præſenti eſſe conueniens : narrare de pontificibus quomodo inchoauerunt : & quibus fungi hoc honore permiſſum eſt : & quanti fuerunt uſque ad belli finem. Primum itaque omnium dicũt Aaron fratrem Moyſeos pontificatum ſumpſiſſe diuinum: quo moriente ſucceſſiſſe mox filios : & ab aliis eorum denuo liberis honorem unius diſtributum. Vnde legittimum eſt nullum poſſe pontificatum percipere:niſi de ſanguine fuerit Aaron: ex alio nanque genere neque ſi in regno conſtitutus ſit : pontificatum poteſt adipiſci . Fuerunt itaque omnes ab Aaron ſicut diximus primo uſque ad Finaſum qui belli tempore per diſcordiam pontifex ordinatus eſt : numero.lxxxiii. Ex quibus in deſerto temporibus Moyſeos conſiſtente tabernaculo quod Moyſes deo dicauit : uſque dum ad Iudæam populus aduenirent : ubi Salomon rex edificauit templum : pontificatum habuerunt uiri numero.xiii.Primi nanque donec uitam finirent morte : habebant inerumpibiliter hunc honorem poſtea uero etiam iuuentibus ſucceſſio præbebatur. Sed hi quidem.xiii. Aaron exiſtentes ex genere : per ſucceſſionem ſumebant honorem . Fuit autem hebræorum reſpublica primo quidem ſub populi poteſtate : poſt hoc autem ſub unius principatu ſita: tertio uero ſub regibus. Tempus ergo quo iſti.xiii.habuere principatum:a die qua ægyptum patres noſtri Moyſe duce reliquerunt:uſq; ad ædificationem templi quod Salomon rex Hieroſolymoꝝ in urbe conſtruxit:fuit annoꝝ.xii.& ſexcentoꝝ.Poſt illos itaq;.xiii.pontifices . decem & octo alii hãc

tenuere poteſtatem:a Salomonis regis temporibus Hieroſolymis ſibimet ſuccedentes:uſque ad aduentum Nabuchodonoſor Babyloniorum regis:qui caſtrametatus eſt aduerſus urbem: templum quidem concremauit:gentem uero noſtram in Babyloniam migrauit:& pontificem Ioſedech captiuum duxit. Tempus enim pontificatus horum quadringentorum. lxvi. fuit annorum:mẽſium ſex: dierumq; .xx. cum utique Iudæi ſub regibus eſſent conſtituti. Poſt tempus autem annorum. lxx. captiuitatis geſtæ per Babylonios Cyrus Perſarum rex dimiſit ex Babylonia Iudæos ad propriam remeare terram:atque conceſſit templum ædificare captiuis. His itaque remeantibus:Siſon pontificatum ſumpſit: & ex eius genere alii .xv. uſq; ad tempus regis Antiochi: qui uocabatur Eupator hunc habuere præſulatum. Conuerſabantur autem populari poteſtate annis quadringẽtis. xiiii. primuſq; Antiochus quam prædiximus:& princeps eius militiæ Lyſias:Oniam cui erat Menelaus cognomẽ tum pontificatu depoſuerunt:perimentes eum in Bercea & conſtituerũt pontificem Ioachim ex genere quidem Aaron:non autem ex iſta domo. Propterea autem & Onias defuncti fratruelis & nomen referens patris:ueniens in Aegyptũ Ptolomei philometoris amicus effectus & Cleopatræ eius uxoris:ſuaſit eis:ut ſecundum Heliopoliticam legem deo conſtituerẽt templum:Hieroſolymitano ſimile:& eum pontificem ordinarent. Sed de templo apud Aegyptum ædificato:ſæpius declarauimus. Ioachim uero cum tribus annis habuiſſet pontificatum defunctus eſt cui nemo ſucceſſit: ſed per annos ſeptem ciuitas fuit ſine pontifice. Igitur Ionathas frater Iudæ Machabei ipſo tempore ſuſcepit pontificatum quem tenebat quatuor annis. Quo per inſidias moriente dolo Tryphonis:ſicut ſuperius iam quodam loco narrauimus:accepit hunc honorem Symon germanus eius. Huic per dolum quoque generi in conuiuio morienti:filius ſucceſſit Hyrcanus. Qui cum tenuiſſet pontificatum annis .xxxi. in ſenectute moritur cum & pontificatum tenuiſſet & regnum. Quo defuncto:Ariſtobulus eius maior filius ei ſucceſſit:qui primus ſibi diadema impoſuit:ac poſt annum moritur. Cuius uxor Alexandra fratrem eius alexandrum conſtituit in regno. Alexander autem:cum & regnaſſet:& ſacerdotum tenuiſſet annis .xxvii. uita priuatus eſt:alexandræ coniugi præcipiens:ut ipſa pontificem ordinaret. Quæ pontificatum quidem Hyrcano ſuo filio dedit:regnum uero ipſa retinens annis .ix. defuncta eſt. Cuius filius Hyrcanus per tempus pontificatum obtinuit. Poſt mortem nanq; alexandræ:dimicauit aduerſus eum frater eius Ariſtobulus:& dum uiciſſet illum quidem pontificatu remouit:ipſe uero & regnum tenuit:& dei pontifex fuit. Huius anno tertio regni:menſe ſimiliter tertio:ueniens Pompeius:& Hieroſolymitarum ciuitatem forti dimicatione deuincens:ipſum quidem Romam cum filiis uinctum miſit:Hyrcanum uero denuo in pontificatu reſtituit:quem gentis quidem præſidatum habere permiſit:diademate uero uti prohibuit. Habuit autem Hyrcanus hanc poteſtatem ſuper nouem priores alios annos quadringentos. Barzafranes autem & Pacorus Parthiæ potentes:tranſeuntes Euſratem:& pugnantes aduerſus Hyrcanum:ipſum quidem cœperunt: Ariſtobuli uero filium antigonum conſtituere regem. Qui dum tribus annis & menſibus totidem tenuiſſent regnum. Soſſius & Herodes obſederunt eum:captumque tranſmiſerunt antonio. Antonius uero defunctum antiochiæ trucidauit. Herodes uero commiſſo regno ſibimet a Romanis nequaquam conſtituit ex genere Aſamonei pontifices:ſed quibuſdam ignobilibus & qui ſolummodo de ſacerdotibus eſſent præter ariſtobulum tribuit hunc honorem. Ariſtobulum nanque filium Hyrcani:qui a Parthis captus fuerat:pontificem conſtituens:ſororem eius Mariannem duxit uxorem. Ob quam rem fauorem populi ſibimet collocauit:propter Hyrcani memoriam. Deinde metuens:ne cuncti ad ariſtobulum declinarent:eum in Hierico ſuffocari dolo machinatus eſt cum natare:ſicuti iam declarauimus. Poſt hunc autem nequaquam alicui ex genere aſamonei pontificatus tribuit poteſtatem. Similia quoque geſſit in conſtitutione ſacerdotum Archelaus Herodis filius:pariter & Romani poſtea ſuper Iudæos obtinentes imperium. Sunt ergo uiri qui ab Herodis temporibus pontificatum habuerunt uſque ad diem qua Titus templum & ciuitatem capiens concremauit:cuncti ſimul uigintinouem. Tempus autem horum:anni ſunt centum & ſeptem. Quorum quidam conuerſati ſunt:ſub Herodis regno: & filii eiũs archelai. Poſt horum uero mortem:populi quidem poteſtate cuncta gerebantur: præſulatum tamen gentis pontifices obtinebant. Hæc ergo de pontificibus dicta ſufficiant. Geſſius itaque Florus miſſus a Nerone ſucceſſor albino:plurimis malis Iudæos attriuit. Erat nãque genere Dazonius:habuit autem uxorem nomine Cleopatram:quæ dum eſſet amica pompeiæ Neronis uxoris:& malignitate marito non minor:per eam uir eius inſulas huius dignitatis adeptus eſt. Sic autem Florus circa poteſtatem malignus fuit & uiolentus: ut præ magnitudine malorum eius: Albinum quaſi beneficii largitorem Iudæi laudarent. Ille nanq; malignitatem celabat: & ne penitus deprehenderetur a turba quodammodo præuidebat. Geſſius autem Florus quaſi ad docendam nequitiam miſſus iniquitates ſuas in gentem noſtram aperta malignitate pompabat:neque direptioni parcens: neque modum iniuſti ſupplicii derelinquens. Erat enim inflexibilis ad miſerandum:& omnibus lucris auarus qui etiam in latronum direptione communicabat. Sine timore nanque multi ad hoc accedebant cum illius permiſſione: ut de ſua ſalute minime cogitarent. Quod opus non erat mediocriter condolendum. Quapropter infelices

Iudæi cum non ualerent uaſtationes ſuſtinere latronum: cogebantur a propriis ſolennitatibus recedentes cuncti diffugere: ut melius ubicunque liceret apud alienigenas habitarent. Florus igitur fuit qui nos contra Romanos bellum fecit aſſumere: melius iudicans citius quam paulatim: & per tempora nos perire. Initium quippe ſumpſit hoc prælium ſecundo quidem anno amministrationis flo ri. xii. autem Neronis imperii. Sed ea quidem quæcunque aut facere coacti ſumus: aut pati: perfecte ſcire poterunt qui legere uoluerint libros a me de iudaica dimicatione conſcriptos. Hic igitur ponam terminum antiquitatis Hiſtoriæ: poſtquam etiam bellum cœpi conſcribere. Continet autem hoc opus a prima hominis natiuitate traditionem uſque ad decimum annum Neronis imperii. Ea ſiquidem quæ nobis Iudæis prouenerunt in Aegypto: & ſyria: Palæſtina: & quæcunque perpeſſi ſumus ab Aſſyriis & Babyloniis. uel circa nos Perſæ ſeu Macedones egerunt: & poſt eos Romani: ſicuti reor ſunt cum integritate compoſita. Niſus ſum autem etiam deſcriptione conſeruare: qui per annos duo milia conſtituti ſunt. Conſcripſi etiam ſine errore ſucceſſiones regum: actus eorum: & conuerſationes enuncians: & Monarcharum poteſtates enarrans: ſicut ex ſacris libris de rebus omnibus deſcriptio continetur. Hoc enim in principio hiſtoriæ me facere compromiſi. Dico ſiquidem cum fiducia: opere iam perfecto: quia nullus alter licet uoluntatem habuerit: neque Iudæus: neq; alienigena potuit hoc negocium Græcis ita ſubtiliter explanare. Habens enim indubitanter a congentilibus meis maximam eruditionem noſtræ prouinciæ etiam græcas ſtudui litteras adipiſci. Artis nãque grammaticæ experimentum ſumpſi: integritatem uero prolationis uerborum: poſſidere me paterna conſuetudo prohibuit: quippe cum apud nos non recipiant eos: qui elocutionem multarum gentium didiciſſe noſcuntur eo ꝙ commune putem hoc officium non liberis tantummodo ſed etiam uolentibus ſeruis. Sapientiam uero illos teſtantur habere tantummodo: qui leges ſub integritate cognoſcũt: & uirtutem ſacrarum litterarum interpretari poſſunt. Propterea multis in hoc ſtudio laborantibus: uix duo quidem aut tres adepti: & laborum fructu repente potiti ſunt. Non erit forſan inuidioſum etiam de genere meo: & uitæ actibus poſtea breuiter enarrare. In his ergo dicere ulterius de antiquitate ceſſabo: libris exiſtentibus. xx. habentibus uero ſexaginta milia uerſuum. Et ſi diuinitas conceſſerit: per diſcurſum: commemorabo rurſus & cauſas belli: & eorum quæ ad præſentem pertinent diem: quæ eſt tertiidecimi quidem anni Domiciani cæſaris principatus: mihi autem a natiuitate quinquageſimi & ſexti. Propoſui quoque uobis conſcribere noſtras etiam ideſt Iudæorum ſectas: in. iiii. libris: de deo eiuſq; ſubſtantia: & de legibus & cur ſecundum eas aliud facere permittimur: aliud prohibemur.

¶ De antiquitatibus Iudæorum. Finis.

¶ Ioſephi Mathathiæ filii Hebræi genere ſacerdotis ex Hieroſolymis de Antiquitate Iudæorum contra Appionem Grammaticum Alexandrinum. CAP. I.

Vfficienter ut arbitror & per libros antiquitatum opulentiſſime uirorum Epaphrodite legentibus eos aperui de noſtro genere Iudæorum: quia & uetuſtiſſimum eſt & primam conſcientiam propriam habuit: quinque milia enim annorum numerum hiſtoriam continentem ex noſtris ſactis libris græco ſermone conſcripſi. Quoniam uero multos uideo reſpicientes blaſphemiam quorundam inſane prolatam: & ea quæ a me de antiquitate conſcripta ſunt non credentes: putantes mendacium noſtrum ſit genus: eo quod nulla memoria apud Græcorum nobiles Hiſtoriographos digni ſunt habiti noſtri maiores. Pro omnibus his arbitratus ſum oportere me breuiter hæc dicta conſcribere: & deroganti/um quidem uæſanum ſpontaneumque increpare mendacium: aliorum uero ignorantiam pariter emendare: uniuerſoſque de noſtra antiquitate qui ſcilicet ueritatem amplectuntur edocere. Vtar autem in meis dictis teſtibus eis: qui de omni antiquitate apud Græcos fidedigni ſunt indicandi: eos autem qui blaſpheme de nobis atque fallaciter conſcripſere aliqua per ſemetipſos conuicta indubitanter oſtendam. Comabor etiam cauſas exponere propter quas non multi in Græcis hiſtoriis gentis noſtræ fecere memoriam: necnon & eos quidem nobis nequaquam ſcribere uoluerunt neſcientibus aut neſcire ſimulantibus indicabo. Primitus itaque ſatis admiror eos qui exiſtimant oportere de rebus antiquis Græcis tantummodo fidem habere & ab eis conſulendam eſſe ueritatis integritatem. Nobis autem & aliis hominibus non eſſe credendum. Sed ego omnia in his contraria uideo contigiſſe. Quapropter decet non uarias opiniones inſpicere: ſed ex ipſis rebus juſtitiam ponderare. Omnia ſiquidem Græcorum noua & heri: ut ita dicam: nuper facta cognoui. Et hæc fabricas ciuitatum & adinuentiones artium conſcriptioneſque legum cunctarumq; rerum iunior apud eos eſt hiſtoriæ diligentia conſcribenda. Apud Aegyptios autem atque